
Quest' edizione delle vite di Plutarco
è senza data. Si crede dagli eruditi
del 1470, e la prima di quest' Opera
è assai rara. È stata venduta pres-
so il Duca de la Valière franchi 150
presso Mr Gaignat 120, e un' altra
volta presso il Duca della Valière
473.



307
144

AMPANVS Francisco Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem
Collegi nuper dispersas grecorū Latinorūq; principū vitas a Plutarcho scriptas grece: a diuersis inde interpretibus latinas factas: vt assiduis tuis studiis qbus noctes ac dies ī pendis hāc q̄ additā materiā habeas: honestissimi gloriosissimiq; laboris op⁹ & varietate historie & magnitudine rerꝫ nō minus vtile quā iocundū: vbi & si fuit Plutarch⁹ aliquāto ꝓpensior in suos: tamen ita prudent ac moderate grecos hoīes latinis hominibus cōparauit: vt vtrorūq; res gestas tanq̄ ī trutina expendēs illorū illustrauerit laudes: nostrorū nō obliturauerit studiumq; illud suū ita visus est tempasse vt & greci debeāt ei plurimū: & nostri queri non possint. Tum cōmunem eā historiam ita refersit magnis illustribusq; sententiis vt non magis ostendere in iis vitis que Clarissimi Principes gesserit: q̄ instituere quid nos facere oporteat: videat̄. Exemplorꝫ & varietatis plene sūt omnes Vitam ea essent gracia translate omnes: qua sunt scripte: quanq̄ magna pars felicitate ingenii eorū qui transtulerūt: & nitorē retinent suum: & latinū acrepetunt. Pauce quedā rudiores nacte manus traducte sunt duriuscule: sed quib⁹ gratia defuit interpretis: rerū dignitas nihil est imminuta. Tu vero nosti illā diui Pii auunculi tui sententiā: nullam esse historiā contēnendam: etiā que scripta imperitissime modo sit vera. quippe magis fides rerū ex historia quā verborꝫ pompa desideratur cumulatior & absolutior si prestet̄ vtrūq; sed desiderare nature benignitatē concessam est omnibus habere ꝑpauci potuerūt. Nec tu verborū elegātiam attendas latinam in greco autore: sed copiam rerꝫ diuersitatēq; requiras. Ausim hoc dicere: tātum esse in hoc vno cognitionis rerū antiquarū: quātum in ceteris & grecis & latinis quorꝫ scripta extent vniuersis. Paucissimos enim ꝑtermisit eorꝫ qui gloriā virtute atq; armis peperunt: qua in re gloriari nostris licet: Siciliā: Macedoniā: Greciam: Africam: Asiā oīnē cum una Romana ciuitate collatas minime tamē ad cōperationē sufficisse. Fuerit Plutarch⁹ vt esse debuit ad grecos inclinacior extulerit suos: & ex paruis magna: ex mediocrib⁹ maxima dicendo fecerit: tamen cū illorum prope oeminē qui nominari posset preterierit: nostrorū cōplures non attigit. Q. Cincinnatū. Papirium Cursorē. & qui sub eo militauit priorē Fabium. Atilium Regulum Claudiū Neronem: tot Scipiones: Metellos: Sempronios Flaminios Alios ex priscis multos non alia de causa pretermissos arbitror nisi quoniam quos us grecorum cōperare posset non inueniebat. Expressit Galbam atq; Othonē Cesarum minimos & nescio an satis dignos qui inter cesares numerentur. Augusti Vespasiani. Titi. Nerue. & ut taceam ceteros: Traiani sui: quo cum cōiunctissime vixit. q̄ nemo in cōperationem veniebat: mentionem fecit nullam quoqꝫ qoantus fuerit splendor gestarum rerū Plutarchus non ignorauit sed ea fuit magnitudo Romani nominis vt danda venia sit reliquis terrarū orbis si totus vt propagatione finium ita ciuium gloria vni vrbi par esse nō potuit. Nos vero Plutarcho haud multo minus debemus quā ipsi greci. genere conciliat⁹ illis quicquid prestiterit: officio visus est prestitisse liberalitate nostris. Vale.



Plutarchi Historiographi greci liber De viris clarissimis: E greco sermone in Latinum Diuersis plurimorū interpretationibus viroꝝ illustrium translatus Incipit.

Epistola Philelphi poete In vitam atq; gesta Thesei viri clarissimi Incipit feliciter

PRISCOS PHILOSOPHOS tam grecos q̄ latinos si quid laude dignum eorum industria vigilando litterarū monumentis quādoq; mandassent consueuisse legimus: vel amicissimis suis vel regiis viris illud dedicasse vt & illos laude gloriaq; immortali afficerent: & libros eorū autoritate quadam illustrarent. Quod nō modo Platonem & Aristotelem ac Homerum & Virgilium: verū etiam diuinaꝝ rerum scriptores Hieronimum & Augustinū fecisse reperimus: Quorum & si alteri de rebus diuinis humanisq; scripserint: tamen vtrosq; virtuti qua nihil est diuinius prospexisse arbitramur. Nam & res egregie gestas ī lucem ad exemplum aliorum expromebant. & virtutem illorum quibus libros suos dedicarunt claram & laudibus celebratam efficiebant. Quod si in monte Olimpo illos qui aut cestu aut saltu ceteros antecessent: premiis ac peconiis extollendos esse putabāt: quibus laudibus: quibus litterarum monumentis dignos iudicabimus: qui consilio ac prudentia ceterisq; animi virtutibus alios vincunt & excellunt. Itaq; nō immerito sapientissimi viri virtutem carminibus extollebant. Hinc est humanissime prīceps q̄ prudentissimi illi veteres gesta eorū & clara facinora magnorum viroꝝ in conuiuiis canere vsurpauerunt. At vt eo nauis nostra deuebat quo cursum direximus reuertamur vnde nostra est digressa oratio. Cū vitam Thesei clarissimi viri e greco sermone latinā fecerim volui illā dignitati tue dedicare vt libro dignitatē comparárem: tibi vero laudem & gloriam per ora hominū dissiparem. Nam in quem potius labores meos & vigilias conferre debeo: q̄ ei quem mihi precipuū elegi: & q̄ ei qui multis virtutibus ceteros prestantissimos viros antecellit. Multos certe clarissimos viros fuisse in annalibus Romanoꝝ legimus qui vel in re militari: vel in republica ceteros antierūt: sed qui in vtroq; clarus fuerit: aut nullos aut perpaucos percepimus. Tibi nō minus foris q̄ domi tua prudentia consilio atq; vigilantia gloriam immortalem fuisse comparatā: omnibus constat te in obsidione bononiensi a sede apostolica legatum. Nam in ore oīm latinoꝝ est eo tempore quo hec Vrbs a summo pontifice Martino desciuerat incredibilem fuisse laudē consecutū: quis nescit quantū splēdoris & glorie comparaueris ex eo magistratu quē in vrbe Romana gessisti? huius ciues tanta prudentia tantaq; industria gubernasti: summa cum equitate & quiete. vt omnes romani tui desiderio capti: nō modo ament verū etiā admirentur & summū pontificem exoptent & conclament. Qui omnes animi libidines ita fortiter semper superasti vt nunq̄ a ratione discesseris: & animū inuictū presertim contra Auaritiam: contraq; insolentiā seruaueris. Alexandrum vt reor Macedemonicū imitatus qui existimabat nō minus regū opus esse se ipsum q̄ hostes vincere. Taceo inauditā moderationē animi tui atq; singularem humanitatem: ceterasq; egregias virtutes tuas. Nam mihi haud animus est in presentiaꝝ laudes tuas describere. Nō enī mediocrem sed summū & e media philosophia oratorē hoc munus expetere videt̄. Itaq; vitam Thesei legendā tibi traducimus: putātes vero ad pronam animi iocunditatē fore si gesta huius viri perlegeris. Nam nō parum in se fructus habet & domi & foris rerū gestaꝝ cognitio. Hinc est, q̄ multi clarissimi

Cursu potius

viri parentē atq̧ magistrā vite nostre historiā appellauere: & statuas ꝓstātissimo
rū virorū in foro & in curia erexere: ut res illorū gestas inspitiētibus in memoriā
reducerēt. Quapropter Licurco Lacedemoniis triginta Aristoteles statuas erigi
iussit. Hinc est ꝙ Demetrius Phalereus Ptholomeum Egiptium admonuit: vt li
bros in quibus boni regis officia & clarissimorū principum gesta scripta erant nun
ꝙ̄ e manibus dimitteret quam sententiam secutus allexander Iliadem Homeri no
ctu sub puluinari retinebat sed iam vitam Thesei legere aggrediamur.

Plutarchi Historiographi greci de Vita atq̧ gestis Thesei Viri clarissimi historia per Philelphum oratorē eximium E greco sermone in Latinū translata Incipit.

Q VEMADMODVM O sossie senecion historici in orbis
terrarū situ designando sibi incognita extrema in partibus
tabellarū exprimentes illa pretereunt quod siluestria nemo
ra aridaq̧ litora sūt & limose paludes ac congelata maria &
montes stirici sic ego ꝙ̄ cū cōparandas hominū vitas scribē
aggrederer: pulcre a superioribus illis temporibus incipere
visū est. Vnde scriptores rerū gestaꝝ cognitionē principiūq̧
sumpsisse viderent̄. Illa autē que monstrosa tragicaq̧ sūt &
certitudine ac fide indigna poetis & fabulaꝝ scriptoribus: ꝙ eorū partiū sint relin
quēdam censeo. Postꝙ̄ Licurgi legislatoris & numme regis res gestas memorauimus
nos nō absurdum putauimus Romuli vitā quod vicina tempora cū Licurgo habu
erit describere. Sed cū animo volutarem vt eschilū quo lumīe cui ꝯparatē qdam ce
leberrimū: conditor athenaꝝ dignus comparatione Romuli qui clarissimā vrbē Ro
mam condidit venit in mentē. Itaq̧ fabulosum illud dimittentes historiā aggredi
amur. Cū vero in aliqđ minus consentaneū incideremus opus erit nobis ea q̄ in an
tiquis sermonibꝫ audiuerimus in mediū efferre. Videt̄ igit̄ Theseū multis in rebꝫ
Romulo similē extitisse Nam cū ambo nullis celebritatis nuptiis nascerent̄: opinio
fuit ex diis genitos fuisse. Ambo etiā bellicosi. Et ꝙ omnes nouimus vna cū viri
bus prudentia insignes fuere: ex claris qdem vrbibus: alter Romam exedificauit
alter Athenas: sed vterq̧ p rapinam vxorē habuit & neuter inuidia & odia ciuiū
moriēdo effugere potuit. At si qđ tragicū narrabimus ad veritatis ꝑsidium illud
ꝑtinere censendū est. Thesei patrium genus ab Eritheo & a ꝑmis indigenis origi
nem habuit. Maternū vero ex Pelope emanauit. Nam pelops nō pecuniaꝝ magis
ꝙ̄ filiorū multitudine reges Peloponenses superauit. Multas qdem ex natis opti
matibus tradidit: multos etiā principes ciuitate donauit. Inter quos Pitheū The
sei auum qui vrbē Tricinoꝝ nō magnam habitauit: vnū fuisse legimus eloquentia
vero ac sapientia omnibus ea tempestate clarissimis viris clarior fuit. Erat autem
sapientia illius talis idea ac virtus ꝙ ea vsus Esiodus in cognoscendis dicendisq̧ sen
tentiis ꝓ rebus agendis maximam illi autoritatē ꝑbuerit. Quarū vnā illam Pitheī
fuisse tradunt merces ꝓmissa homini amico precipua sit. Hanc etiā sententiam &
Aristoteles philosophus protulit Euripides cū diceret ipolitum casti pithei erudi
tionē esse gloriam Pithei declarauit. Egeus cū nullos haberet filios: oraculum ap
pollinis consuleret: responsū a deo est ne priusꝙ̄ athenas peteret: cū muliere cōgre
deret̄. Quod cū nō satis apertū videretur in vrbē Trigenam ꝓfectus Egeus dei
vocem cū Pitheo cōmunicauit verba oraculi huiusmodi fuere: procedentē pedē ab
vtero optime grecoꝝ ne soluas priusꝙ̄ athenas concesseris. Hanc rem obscurā qdē

Theseus

cum Pitheus intellexisset: persuasit Egeum atq; ambiuit vt Ethram amplecteret
Cum igit Egeus illā amplexus fuisset cognouissetq; filiā esse Pithei opinareturq;
concepisse gladium & calciamēta exuens sub quodam magno & cōcauo saxo illa de
posuit: iubens q̃ si ex eo filium pareret obseruato tēpore partus gladium & calcia
menta nam potis illa erat ad eleuandū petram: atq; deposita tollenda per internun
ciū clam omnib9 transmitteret. Egeus hanc rē latere summis viribus curabat: qd
Pallantidas q eū propt sterilitatē ꝓlis paruifaciebat atq; insidias tēdebat vehe
mēter pertimescebat Nā quīquaginta ex pallante filii erant: abiit itaq; Egeus cū
autē Ethra filium peperisset: quidā Theseū propter expositionē signorū statim:
quidam vero post Athenis cū Egeus suū esse filium diceret appellatū fuisse fertur
Educatū autē a Pitheo extitisse & preceptorē ac pedagogum quendam habuisse
tradunt. Cui vsq; nunc primis diebus quibus sacrificia agunt: arietē immolantes:
maiori cū honore q̃ Sillanium & Parasium Thesei statuarios prosequunt: cū tem
pus veris instaret: & multi tunc ex pueris in delphum contenderent vt deo capil
lorum primicias soluerent. Theseū quoq; eo venisse & vsq; in hodiernū diem The
seam appellauisse ferunt. Vnde Homerus inquit primam capitis partē tantūmodo
Theseum totondisse: quare hoc tonsure genus Thesei propter illū appellari insti
tuerunt. Qui primum illuc concessere hunc radendi morem vsurpauere. Quem nō
ab arabiꝫ vt quidā arbitrant accipere: neq; q̃ scelera ament sed q̃ bellicosi ac prope
pugnam conserant Qui certamina que manibus conserunt prestantius ceteris pmi
scere didicerunt vt his verbis testatur Archilocus: hi ad tendendos arcus fundas
agitandasq; & ad conferendū in planicie martem cū hostium ingēti strage ceteris
hominib9 prestare vident. huius bellandi generis magnopere periti clari in bello re
ges propter vires habent qui ne hostibus capiendi oportunitatē p capillos pbeant
comas anteriores capitis putandas censuerunt hoc Allexandrum Macedonicum
discrepanter animaduertentē ferunt instituisse vt omnes milites Macedones bar
bam nouacula raderent tanq; res captu aptissima in bello videret per cetera tēpo
ra verum Thesei genitorē celatum detinuit. Sed Pitheus in medium efferebat il
lam ex possidione peperisse. Nam Tricinii possidonem deum patrium cultu ingēti
ꝓsequunt & fructuū illi pmitias tribuunt. Et tridentē insignem in numismate ha
bent. Postq; adoleuerat etas ac corporis robore & prudentia simul cum viribus va
lebat ethrea ipsū ad petram ducens ac degeneratione certiorem faciens iussit vt
sūptis patris monumentis Athenas nauigaret. Ille cum ad petrā venisset facile
illam ascendit Sed & si tute nauigare posset & auus & mater precib9 eum ꝓseque
rent vt mari potius q̃ terra ad patrem traiiceret equora conscendere voluit. Nam
ꝑdurum nimis auo & matri videbat si ad Athenas viā pedes ingrederet: nulla vie
pars periculoꝫ atq; p̄donum & sicariorū immunis extaret. Quare illius tēporibus
homines cogebant vt manuum conserendaꝫ ꝓmptitudine velocitateq; & corporis
robore insignes & bellicosi essent cum ea tempestate vlla in re ad vtilitatē ꝯsequen
dā nec natura nec equitate vterent. Sed aperta iniquitate gaudentes ac potentia
abutentes: crudelitate ac asperitate omnia violabant. Roborē enī & iusticiā atq; e
quitatē humanitatēq; tanq; timorē accipiendaꝫ inferendarumq; iniuriaꝫ & pusil
lanimitatē multitudo vituperabat & nulla in re decus atq; equū ab his q amplifi
care diuitias & opes extendere possent seruandum esse putabat. hoꝫ q̃plam Hercu
les insecutus interemit. Qui vero p̄sentia Herculis fugiendo p latebras latitabant
errabantq; q̃ miserabilem vitam agebant recusabant atq; negabantur. Postq; Her
cules calamitate affectus Iphitum necauit & in Lidiam traiecit: ac diu ibi tempus
apud Omphalē seruiuit ac sibi p perpetrata cede penam suscipiens: tunc tes Li
doꝫ multam pacē multamq; quietē habuere. In regionibus vero grecie cum nemo

delphus thesea

esset qui sceleratos homiēs opprimeret rursus scelera reuirescebant itaq; Athenas
ex Peloponnesso ꝓficiscentes infortunia sepe subibant. Pitheus cū animo agitaret
crudelitatem predonū ꝑsuadebat. Theseo vt maritimo itinere Athenas conten
deret. Cū multum de gloria & virtute Herculis Theseus audiret & illam atten-
tissimis auribus acciperet: illius rebus gestis vehementer incendebat. Et presertī
illis aures intentas ꝓbebat qui illū vidissent & factis & dictis affuissent: tunc ma-
nifeste apparebat ea passurū fore que post ꝑ multa tempora Themistocles passus
fuit: vt queadmodū Miltiadis trophea somnū illius inquietabant: sic Theseus vir
tutem Herculis admirans: noctu res ipsas in somnis ꝓspiciebat: & interdū ardore
animi vexatus ad Herculem imitandū cōsilio agitabat. Accedebat etiā q̃ vicissitu
dine Theseus & Hercules vinciebant. Nam Ethra Pithei filia erat. Alcmena ve-
ro Lisidice. Lisidica autē & Pitheus fratres ex Ippodamea & Pelope nati: & infa
miam nō mediocrem sibi fore ducebat patrem atq; Herculē aduersus scelestos ho-
mines vbicunq; euntes & mari ac terra infectantes dedecore afficere: si ipse pro-
pter euitanda discrimina maria fugiendo nauigaret & signa generationis calcia-
menta & gladiū in cruentū defferret: nec q̃primū magnis facinoribus argumenta
manifesta natiuitatis preberet: ac animi magnitudine & hoc cōsilio viam ad Athe
nas ingredit: nō eo animo vt iniuriam inferret sed vt vim ac iniurias propulsaret.
Itaq; primū in Epidauro per Iphitum claua armatū quē clauatum appellabant ruen
tem in eū & itinere vrgentem necauit. Qui victoria ac claua letus illā sibi arripuit
& Herculē pellem leonis ferentē imitatus semper claua vtebat. Quare Hercules
magnitudinem superati leonis pelle ostendebat. Hic autem clauam ab eo victam ac
raptam & se cū eo insuperabilem fore declarat. In Isthmo q̃ signidū q in varias fi-
guras se vertebat: quo pacto multos morti dederat: claua antea ab eo inusitata in-
terfecit sed virtutē cū arte & studio ingēti cōiunctum esse ostendit. Erat autē sig
nido filia honesta magnaq; forma: quā perigonē vocabant: hanc mortuo patre fugi
entem Theseus ꝓsecutus est. Illa cū ad locū venisset multis arboribus consitum: &
multa herba estiua atq; spinis refertum: pueriliter atq; simpliciter tanq; ad rem ani
matā precibus & iureiurando obtestabatur q̃ si eam saluam redderēt atq; celarent
nunq̃ eā violaturam neq; arsurā. Cū igit Theseus eam ad se vocaret & iusiurandū
ꝓstaret se illius curā suscepturum & nulla in re eam iniuria affecturū ad Theseū
egressa est. Que cū habuisset congressum cū Theseo: facta grauida Menalippum
peperit. Deinde Theseus dieni Eurici ex calieno geniti eā donauit. Vnde posteri-
ores tam mares q̃ femine patrio more instituerunt vt spine atq; herba illa nec fer-
ro nec igne violarent: verū sacrificiis & honore ꝓsequerent. A loco autē suis quam
feam appellabant nō flaua bestia erat sed bellicosa femina atq; inuicta. Hanc & si
itinere nulla referret impedimenta ne omnia necessitate impulsus facere viderer
paululū subsistens Theseus pemit. Nam existimabat bonū virum oportere maloꝝ
omniū scelera vindicare & contra vastas feras certare atq; pericula irruēdo subire
Quidam arbitrant Pheam peccatricē & funestam atq; incontinentē fuisse mulierē
que illic in Ermione habitaret & suem a vita atq; moribus appellatā deinde a The
seo fuisse peremptam. Scironē vero viatores spoliantē versus megerā interficiens
ꝑ petram ꝓcipitem euoluit. Quidam autē ferunt cū hic hospitibus ꝑ iniuriā cibū
pede porrigeret ieiunareq; cogeret deinde illos calce feriebat atq; in mare ꝓcipita
bat. Scriptores autē Megarenses repugnando ab hac sententia descēscentes & diu
apud Simonidē bellantes neq; ꝓdonem neq; contumelie illatorē fuisse Schironem
arbitrantur Verum probatis ac bonis ac iustis sese familiarē & amicū prebere. Ea
cū enim grecorum sanctissimum existimabāt & Cirreum salaminum deorum hono
res Athenis consecutos fuisse existimabant. Pelei vero & Thelamonis virtutes a

nemine incognitas extitisse. Schironem q̃dem Cirrhei generũ Pelei vero & Thelamonis auũ asserũt q̃ ex Eudida Schironis & Charide filia nati fuere. Itaq̃ haud consentaneũ videt̃ cũ scelestissimo homine optimos viros necessitudinẽ habuisse & vtrinq̃ maxima preciosaq̃ munera suscepta collataq̃ intercessisse. Sed ferunt Theseum non nunc cũ primum Athenas contendit uerum postea Eleusinam subditione Megarensiũ positam excluso diocleo necatoq̃ schironem occupasse ab iis itaq̃ q̃dã dissentientes ferunt in Eleusina ciuitate cerrionem archadium in palestra peremisse. Et rũ paululum ꝓgrederet̃ Damascũ in ermione sibi obuiam factũ cogens ipsũ per precipitia ruere ea morte qua ipse hospites afficiebat interemit hec more Herculeo gessit. Nam ille eodem genere mortis scelestos homines afficiens quo illi in alios vtebantur busiridem parentauit antheum palestra superauit: cignũ vero gladiatorum more confecit & Temerũ capita confringentem suo scelere mulctatum reddidit. Vnde prouerbii loco temerũ malũ dicere est vsurpatũ. Nam vt videt̃ Temerius capita hominũ verberibus conterebat. hoc acto Theseus nepharios homĩes pena ꝓ eoꝝ sceleribus mulctaret de eo more eoq̃ mortis genere ipsi improbi quo alteros afficiebant pares penas paciebantur. Cũ vlterius Theseus ire pergeret & apud Cephisũ veniret: viri quidã ex genere Phitalidorũ occurrẽtes amice eũ appellauere: quos cũ oraret vt ꝓ patrio more eũ lustrarent: iocunditate rem diuinã agẽtes domi conuiuiũ celebrauere cũ antea Theseus neminem offendisset inter proficiscendũ q̃ eum humanitate atq̃ amicitia complecterent̃. Octauo die mensis saturni quẽ nunc Ecatõuecona appellant inde Athenas discessit. Cum igit̃ in vrbẽ venisset comperit remp. seditione agitatam & Egeum & rem familiarẽ priuatim turbatam. Nam Medea ex Corintho fugiens pollicita Farmaco Egeum sterilitate curaturam ibi aderat cum Thesei aduentũ presensisset: Egeus vero ignoraret & senex omnia propter seditionem extimesceret. Medea Egeum ꝑsuasit vt hospitem Farmaco perimeret. Cum igit̃ Theseũ haud visũ esset q̃ primũ sese notũ egeo reddere & vellet iam se in conuiuio Egeo cognitum facere: appositis carnibus gladium vt illas cederet enudauit. Egeus statim illo cognito calicem Farmaci abiecit: & Theseum filium appellauit atq̃ salutauit conuocatisq̃ ciuibus omnibus cognitum reddidit. Ciues eo q̃ Theseus multa virtute insignis erat: iocũdo vultu illum suscipere. Fama est fracto calice Farmacum eo in loco effusũ esse vbi nunc in delphinio locus perifrastum appellatur. Nam hic Egeum edes habuisse asserunt & mercuriũ qui est ad partem templi auroram spectantẽ in fores Egei appellant. Pallãtide cũ crederet̃ Egeum sine prole moriturum ad regnũ occupandum adiecerant aĩm. Postq̃ vero Theseum Egei filium animaduertere: egro animo ferebant: si ꝓles Egei qui Pandionis adoptiuus fuerat & nullam cum tribu Erecthiorũ necessitudinẽ habuerat imperaret. Theseo igitur aduena regnante bellum contra eum Pallantide machinant̃. Quib᷒ duas in partes diuisis palam ex fictis q̃dam cum patre ad vrbẽ cõtendunt. Gargitti vero vt bipertiti hostes aggrederent̃ insidias tendunt. Erat rum is ꝑco q̃dam gẽte agnusius nomine leo. hic Theseo positas esse insidias aperuit Theseus repente facto cõtra insidiantes impetu omnes trucidat: qui cum pallante erant hoc audiẽtes fugam arripiunt. Ferunt ꝓpter hoc tribum pallineoꝝ nullas cũ agnusiis nuptias celebrare neq̃ patria publicaq̃ iussa leone nunciante audire velle. Nam propter ꝓditionẽ contra illum odio afficiunt̃ Theseus populi aura & reꝝ gerendarum gloria auidus ad maritonium thaurum opprimendum qui multas habitantibus vrbem tetrapolim molestias inferebat ag̃redit̃. Quẽ postq̃ caprum ꝑ vrbem ductando diu ostentauit appollini delphico mactauit. Rumores & fabule que de Ecbala & de eius successione ac de his que in hospites agebat nõ penitus a veritate dissonare vident̃ Nam circumstantes conuenientes Ioui Echaleo sacrificiũ

e Calisimu agebant propter quod cum illa eo tempore quo Theseum hospitẽ acce
pit adolescentula esset Ecaluiam ꝑ dominationẽ Theseus vocitabat. Postq̃ pro ipso
ad bellum ꝓficiscẽnte: Ioui p̃ces egit pariter in re diuina illa adfuit: sed cũ priuſq̃
Hercules e bello rediret: mortẽ obiisset: vt Philocorus refert p̃mia hospitalitatis
iubente Theseo habuit. Paulo post ex creta insula tertio legati venerũt tributum
exacturi. Nam ob mortẽ Androgei q dolo Athenis interfectus fuerat minos mul
tis malis bellãdo ciues Athenienses affecerat & ni men indigena sterilitate fructuũ
atq; peste arefactis fluminibꝰ oppresserat regionẽ Appollo iusserat si Minoem ꝓpi
tiatione cõciliarẽt irã se depositurũ & malis finem daturũ. Itaq; habitis supplicius
pacis cõditiones inter Athenienses & Minoem iacte sunt vt singulis nouis annis sep
tẽ iuuenes ex nobilioribus totidemq; virgines ꝓ tributo minoỹ soluerent. Iuuenes
in cretã delatos & a minotauro in laberinto assumptos fuisse q̃ errantes aditus in-
uestigari nequissent a tragicis fabulis tradit̃ Minotaurũ ex homine & thauro in-
fantẽ fuisse. Euripides inq̃t. Philocorus vero ait alia sentẽtia fuisse cretenses. Nã
ferunt Laberintũ artẽ omnis mali expertẽ fuisse: p̃terq̃ q̃ illi qui in ea seruabant̃
nullo pacto effugẽ poterant. Hic Minos Androgei gratia gimnica certamina isti-
tuit & vincẽtibus p̃mia pueros q in laberinto seruabant̃ retribuebat. Quidã nomi
ne Taurus qui maximus apud Minoem dux habebat̃ superiores omnes victores
vicerat: vir moribꝰ haud mansuetus pueris Atheniensiũ durum superbũq; sese pre
bebat: Aristoteles in policia Voctienorum manifeste ostendit: nõ sentire pueros a
minoe neci traditos sed in creta etate seruientes senio cõfectos fuisse & olĩ creten-
ses priscum votũ soluentes primitias hominũ in delphum misisse & cũ his parẽtes
illoꝝ tanq̃ ad sese educandũ minus idonei essent cõcessisse qui p̃mum in Italia tra-
ctenres ibi in Iapicis aruis habitauere. Inde rursus in Traciam delati noctiei sũt ap
pellati. Quapropter Voctianoꝝ puelle sacrificia celebrantes hec carmina cantant:
eamus athenas vt videt̃ Minos molesto animo tulit hanc cantilenã. Etenĩ Minoẽ
in theatris atticis comiciis afficiebant: ac semper de eo fama insigni viro indigna
efferebat̃. Sed neq; Homerus qui eũ cũ Ioue colloquiũ habere aiebat: neq; Hesiodꝰ
qui ipsũ regem dignissimũ dicebat turpem de eo sermonẽ extulit. at cũ potẽtiores
essent tragici multã ex rumore ac scena tanq; molestus eis atq; violentus esset dis-
spauere. Ferũt qdam Minoem regẽ & legum conditorẽ fuisse Rhadamantum ve
ro iudicem & legum conditarũ custodem. Postq̃ tercii tributi tempora soluendi ĩ
stabant & iacende sortes essent super nobiliores adolescentes ciuitatis rursus in E
geũ a ciuibus calumnie inferebant̃. Nam ciues rẽ grauiter ferentes q̃rebant̃ ipsos
indies filiorum orbatos fieri & aduene atq; note adolescẽti principatum futurum
soliq; Egeum immunem atq; expertẽ pene extare cũ solus Egeus omniũ malorum
causa fuisset. His verbis Theseus non mediocriter versabatur: qui cum iniquum
duceret se non eandem fortunam subire quam ceteri ciues sine sorte in tributum
sese obtulit. Hac re admirabilis eius animi magnitudo apparuit. Nam cũ se more
populari victurum ostenderet ingẽti amore eũ ꝓsequebãtur. Egeus postq̃ These
um multis precibus orauit & eũ a sententia sua dimouere nõ potuit: sup alios ado-
lescentes sortẽ iniecit. Hellanicus vero inquit: nõ sortitos pueros atq; puellas athe
nienses in insulam Chretensem misisse sed Minoem presentem electũ de pueris ha
bentem Theseum primum ad rem decernendam elegisse & decretum esse atheni-
enses nauem prebere iac cum Theseo iuuenes semideis qui nulla martis arma por-
tarent nauigare & si Minotaurus necaretur non amplius ab atheniensibus Minoi
tributa penderentur. Cui antea cum nulla salutis spes inesset in signum calamitatis
nigra vela ipsa in arbore nauis ligauere. Tunc autem cum Egeus bonam spem su-
scepisset adhortationibus Thesei tanquam Minotaurum esset necaturus alterum

velum albū nauis rectori prebuit. Iubens in reditu si Theseus seruatus esset velum
albū extolleret. si autē perditos a Minotauro esset nigro velo calamitatē significa
ret. Simonides vero refert nō albū velum sed rubeum & floribus virentib9 plenū
ad euasū periculum significandū datum fuisse Gubernatorem autē vt Simonides
sentit Amarsiadam ferēdum extitisse. Philocorus vero inquit a Sciro ex salamina
Theseū gubernatorē suscepisse nauteū prore vero custodē Pheacū Antea Atheniē
ses nunq̄ maria nauigauerāt: hec affirmare videnť Nausetei sacrificia atq̄ Pheaci
Nā Theseus cū in tēplo sciri rem diuinā ageret sacrificia cineruisia celebrare ius-
sit Postq̄ sortes iacte sūt suspiciēs Theseus ex pritareo eos super quos sors cecide
rat in delphū veniens appolini supplicacōnes ꝓ illis habuit. Nā ramum oliue lana
alba cintū habebant: pactis supplicacōnib9 septimo die mensis mugnichionis mare
conscenderūt quo tēpore nūc etiam currente puellas in delphū mittūt. Ferť eum
in delphis deū rogauisse vt venerē ducē sibi faceret comitēq̄ adiūgeret. Cū iuxta
mare rem diuinā ageret & caprā feriam immolaret. Capra ex contingenti hircū
enixa est. Quare deā epigragiā appellauere. Postq̄ in cretam traiecit ut multi re-
ferūt accepto ab adriana que eū deperibat lineo filo: doctusq̄ quomodo laberinti
circuitus euadere possit Minotauꝝ interfecit atq̄ adrianā exinde suscipiens & ꝓ-
ceres nauem ingressus abiit Ferecides aūt refert Theseum pauimenta nauiū cre-
tensiū ne insequi illū cretenses possent ꝑfringi iussisse Dunus vero inquit thaucū
Minois ducē nauali bello in porru cū Theseo pugnantē ut Theseū arceret a litore
necasse. ut aūt Philocorus litteris mandauit cū iam Minos certaminibus finē po-
suisset contra thaurum qui antea omnes vicerat & clarus propter victorias appa-
rebat inuidia multi afficiebanť. Nam eius potentia ꝓpter mores exosa habebať ac
rumores vagabanť eū cū Pasiphe cōgressum habuisse. Quare cū thaurus vellet cū
Theseo certare. Minos in sententiā eius cōcessit. Itaq̄ cū de more esset vt in thea-
tro etiā mulieres inspiciendi gratia consederent adriana presens inter aspiciendū
Thesei amore correpta est Vehementer admirata q̄ a Theseo in certamine omnes
vincerenť. Minos leticia affectus & presertim victo & contumelia affecto thauro
pueros Theseo tradidit: Athenasq̄ tributo liberauit: sed solus didimus longius ex
ordiens de his rebus refert publicum grecorum decretum fuisse: nullam trire-
mē necvnde nauigare posse si plures quinq̄ hominibus intra se susciperet. At tan
tummodo Iason qui argis domīabatur: vt a mari piraras arceret lege excludebať
Dedalum in naui fugientem Athenas Minos ꝑter publica decreta longis nauib9
insecutus est: qui ventis in Siciliam delatus: ibi diem suū obiit. Postq̄ Deucalion
filius eius aduersus Athenienses dimicās ꝑ legatos iussit vt Dedalum ei traderēt
nisi obsides quos Minos acceperat interficeret: mansuete responsū est. Theseus cū
sese pugnaturū sciret q̄ Dedalus sibi necessarius erat ex matre Merope Erithei fi
lia ad fabricandas naues inceptā ꝙperā sollicitabat. Nauī vnā ibi lōge a xemica via
alteram ꝑ Pitheum in Tricema vrbe clam struendā mandauerat. Quibus cū De-
dalum atq̄ exules cretenses magnos viros secū haberet & nemo ꝑsciret maria con
scendit. sed amicas naues esse putantibus cretēsibus These9 occupato porru ī ter
ram gnosiam egressus preliū in portis laberinti conseruit: & Deucalionē atq̄ mili-
tes eius necauit. Cū res adriane laboraret pacem cū ea composuit & semideis rece
ptis amicos Athenienses atq̄ Cretenses inuicē reddidit & iureiurādo illos adegit
neq̄ vnq̄ arma ad bella miscenda capescerent. Verum de iis atq̄ adriana varii &
nulla certitudine perditi semones ferunť. Nam q̄dam a Theseo abactam atq̄ dere
lictam quidam a nautibus inuexum delatam ab ornato bachi sacerdote complexam
q̄ Theseus alteram adamasset: illam vero deseruisset tradiderunt. Grauiter enim
amore Egidis theseus excruciabať hoc verbū vt gmrea megarēsis refert ab esiodo

Phisistratus remouit quemadmodum alias Homeri funeralia inuadens Theseum Pe
rithoumque deorum generosam plem exemit vt Atheniensibus rem gratam conficeret.
Quidam vero adrianam ex Theseo lopionem & staphilum peperisse volunt. quod etiam lo
nochius cum de patria eius scriberet affirmauit quam lopion olim Theseides exedi
ficauit sed fabule vt breui eloquar per ora omnium deuulgate vagantur. Solus Peon
Amatusius de his rebus scribens inquit Theseum fluctibus in Ciprum delatum & adri
anam pregnantem habentem in mari solam miserabilemque coactum ventis dimisisse de
inde vero vt illi subueniret e terra pelagus relegisse. Itaque mulieres indigene adria
nam suscepere & tristem consolatas fuisse: literasque fictas Thesei nomine scriptas vt
illi circa partus auxilia prestaret ostendisse ac mortuam priusque pareret sepelisse. Cum
igitur Theseus aduentaret tristicia affectus indigenis pecunias reliquit vt adriane
exequias celebrarent. Duas itaque paruas statuas alteram argenteam alteram eneam
illi erexerunt. In sacrificiis secunda die mensis gorpiei p adolescentulam quandam actus &
voces querelas parturientis mulieris effixerunt. Amatusii lucum veneris vocant locum
in quo adriane tumulum edificauere Quidam ex naxo dumtaxat duos minoas & du
as fuisse adrianas tradidere Quarum alteram ex bacho peperisse in naxo staphilum al
teram minorem a Theseo raptam atque destitutam vna cum eius nutrice Corcina nomine
cuius sepulcrum apparet in naxam venisse & ibi morte obiisse sed dissimiles hono
res vtrique fuerunt. Nam illi leta iocundaque: huic vero fatua lugubriaque: contra sacrifi
cia agebant. Theseus e crethensi insula in delphum traiecit & Phebo honores isti
tuens statuam veneri adriane similem erexit ac tripudia que adhuc delos ab indige
nis celebrari feruntur cum semideis celebrauit: hec in memoria laberinti & in similitu
dinem rerum ibi a Theseo gestarum ritimos quosdam habentia nunc mutatione nunc
resumptione peragebantur. Hoc tripudii genus vt refert Dicearchus Geranon ab de
los habitatoribus appellatur. Hec tripudia ornatis sinistris omnium cornibus apud ceratone
altare celebrauit. Ferunt in delo etiam certamina egisse & victores tunc primum pal
ma donasse. Cum terram acticam repeterent ob victorie gaudium Theseus atque nauis
gubernator velum illud quod Egeus in signum salutis extollendum dederat obliuioni tra
diderunt. Quare salutis Thesei spe destitutus Egeus e quadam petra se precipitem dedit
Theseus nauigans in Phalereo facta vota diis soluit & preconem qui Egeum de salu
te eius certiorem redderet in vrbem legauit. Hic multos qui regis obitum dolore &
luctu prosequebantur: multos vero qui leticia afficiebantur & coronas ei imponebant
propter salutem Thesei offendit. Qui coronata tuba cum regrederetur ad mare & The
seum nondum re diuina absolutum offenderet ne sacrificia turbaret paululum moras con
triuit absolutis sacrificiis & Egei morte Theseo renunciata clamore & tumultu ce
leres illi ad vrbem contendunt Hinc est quod nunc Escophoriis in sacrificiis quibus ra
mi portantur non preconem ipsum verum tubam coronis exornant: & heu heu o presen
tes in re diuina exclamant Quorum altero in celeri clamore dum peana canunt altero in
terrore ac turbatione vtuntur. Sepulto patre septima die mensis pianessionis ap
pollini vota exoluit. Nam hoc die salutem consecuti in vrbem rediere Itaque vt fertur
leguminia elixauere & propter consecutam salutem in vnum cibaria commiscuere que com
muniter vna in olla elixata inuicem distribuere. Eresionem oliue ramum efferunt
Nam illum nunc vt supplicationibus lana coronantes variis primitiis propter pmqtatam
sterilitatem complent. Cantantes optamos panes ac mel in poculo oleum elixatum
& calicem plenum vt themulentus dormiat illi conferre. Sed a quibusdam traditum
legimus hec Herculis in sacrificiis fieri quod sic ab atheniensibus fuerit vsurpatum.
Plurimi vero vt prediximus nauem qua vna cum semideis Theseus nauigauit trigin
ta remes habentem vsque ad Demetrii Phalerei tempora athenienses seruauisse tradunt
At vetustiora ex illa subtrahentes robora minoribus roboribus retexerunt Vt propter

numeribus

Theseus

ingentem incredibilemq́ famam philosophi exẽplar nautis extaret & partĩ illud idem videret partim tanq̃ illud idẽ esset appareret Necnõ festa estophoria a Theseo instituta Bacho ab atheniensibus celebrant̃. Non enim omnes sortitas virgines tunc Theseus duxit sed ex familiaribus adolescentibus duos iuniores sexu muliebri similes fortitudine vero animi & audacia insignes assumpsit. Quorũ faciem calidis balneis atq́ vmbroso habitaculo & breniori coma ac vnctioĩbus ceterisq́ ornamentis femineis permutauit. Vocemq́ habitũ gressumq́ edocuit vt virginibus similes apparerent & inter illas nulla in parte omnib9 ignorantibus a sexu femineo discreparẽt. Postq́ rediit Theseus adolescentes iis vestibus vsi quibus nunc vtunt̃: qui ramos ferunt vna cũ Theseo pompam egerũt. Nam adriane & bacho propter ea que de illis ferebant̃: vel potius q̃ collectis fructibus rediere in sacrificiis rami portabantur. Que autẽ cenam afferũt sacrificiis participant & sortitocum matres imitantur. Nam ad eas euntes obsonia cibariaq́ prebent & illis solaciũ & leticiæ causa fabulas pueris narrandas memorant hec quoq́ Dinus in historia sua conscripsit Exedificauit etiã sibi templum vt cẽsus in sacrificiis sibi soluerent̃ ab his qui illuc e domo ꝓficiscebant̃. Tributorũ vero & sacrificiis phitagidis ꝓ hospitalitatis retributione Theseus curam demandauit. Post Egei mortẽ cum magnum atq́ admirabile opus in mentem venitet agrum acticum habitantes in vna menia collegit vt vnus efficeret̃ populus qui tunc passim sparsi ad consilia agitanda ac decreta ꝓ vtilitate publica instituenda difficulter congregabantur. Quandoq́ inter ciues seditiones orirent̃ adhibitis persuasionib9 in populo & tribubus plebs & idiote statim oratione sua mouebãtur. Optimatibus vero nõ regio statu sed populari in vrbe imperari ostendens se tantũmodo principẽ conseruandaq́ legum & propulsandi belli curam agere aiebãt. Aliarum autẽ rerũ equam partem omnibus se prebiturũ quibusdam hec persuasit. Qui autẽ iam magnam eius potentiã atq́ audatiam timebãt Statuebant persuasione ac sponte potius q̃ vi cedere. Cũ omnia magistratus loca demoliri iussisset vnũ omnibus publicum locũ faciens quem pritaneum atq́ senatoriũ nuncupant. Vbi nunc vrbs posita est vrbem Athenas appellauit & per omẽs vrbis vias ac cõpita sacrificia publica celebrauit. Et dies festos sexta atq́ decima die ecaton Veonis quo die nunc etiam rem diuinã peragunt instituit regnũ q̃dem deponens vt pollicitus fuerat rẽpublicam deorũ iussu constituit. Nam de vrbe in delphos sciscitatum phebi oracula mittenti hec renunciata sunt. Theseu Egei filinate Phithei filia virgine multis vrbibus pater meus terminos & fines ĩposuit in vestro oppidulo. Sed tu nõ permultum laboris ad consilia intra animum agitanda cepisti. Vter per mare ibis. Sibillam q̃ postea de vrbe vaticinantẽ hoc locutam fuisse asserunt. Vter enĩ vndis agitaberis sed submergi minime fas est. Et cũ Theseus magis vrbem augẽre vellet: omnes ad equitatẽ ꝓuocauit: & constituto die quodam festo Thesei nomine leon preco omnes ad contionẽ prouocauit: nõ enĩ uolebat popularem statum inordinatũ turbulentũq́ sub diffusa: & indiscreta multitudine fieri. Itaq́ primus optimates ab opificibus atq́ agricolis segregauit & eosdem religionẽ cognoscere: principatus prebere leges interpretari sacra diuinaq́ exponere instituit. Aliis autẽ ciuibus ꝓ equitate impartitus est gloriam q̃dem ab optimatibus utilitatem ab agricolis multitudinẽ uero ab opificibus resp. vendicare videbat̃ Qui autẽ primũ ad plebem declinauit ut inquit Aristoteles & monarchiam deposuit. Videtur etiã hoc idem Homerũ asserere dicentẽ nouem solos dimitto ad Atheniensium populũ orationem habens. Nummos etiã sculpere iussit ac bouem ibi celauit. Siue propter maratonium thaurũ siue propter Minois ducem siue ut ciues ad agriculaturam prouocaret ab eo ferunt ecatonneum & decatonneum appellari. Cũ megarũ Atheniensĩ agrum adeptus fuisset: inclitam in iscino columpnã erexit

in qua regionis diuisionem duobus trimetris inscripsit Verba huiusmodi erãt hec ad orientem. Sed nõ pellopõnesus verũ Ionia hec quidẽ ad hesperũ sed est pellopõnesus & nõ Ionia & ut grecos ageret primũ in honorẽ Herculis certamĩa institutit ut ille olimpia Ioui & ipse Ischinia neptunno. Hic enĩ ibi positus supra melicertam noctu currebat tributi potius q̃ spectaculi & celebrati curam habens. Quidam ferunt Theseum vt cedem schironis ob cognitionem expiaret schironi Ischinia instituisse. Nam schiro caneto & Egmochapithei filia natus erat Quidam his natum Sinnum & nõ schironem & certamen propter hunc non propter illum a Theseo fuisse institutum volunt. Itaq̧ cũ Corinthiis pacta con posuere vt Atheniensibus ad istmios ludos inspiciendi causa proficiscentibus quencumq̧ locum occuparẽt presides ludorum preberent. Vt ellanicus atq̧ andron alicarnaseus scribunt in pontum eleusium nauigauit vt Philocorus & quidam alii tradunt cum Hercules ad Amazonas debellandas traiecit & victorie premium antiopam suscepit. Plurimi vero vt Pherecides vt ellanicus vt erodotus quod fide dignius est tradunt. Post Herculem p̃uata classe traiecisse & Amazonam captiuam cepisse. De nullo altero eoꝝ qui cum eo militabant scriptum est Amazonem captam habuisse. Vion autem inquit Theseum verbis huius circumuentum ea sumpta abiisse. Nam cum Theseus regionẽ inuasisset. Amazones virorũ auide ad Theseũ signa hospitalitatis per quandã Amazonem misere. Theseus cum illam adhortatus fuisset in nauem conscenderet: postq̃ ingressa est nauigauit. Menecretes vero quidam in historia quam de Nicea vrbe in bithinia posita scribit inquit Theseum antiopam habentẽ circa hec loca tẽpora triuisse per hec tempora tres ex Atheniensibus fratres adolescentes cũ eo militauerant Enneus Thoas & Soloeon. Hic clam ceteris amore artiope captus rem vni suorum familiarium aperuit. Cum ille de hac re cum antiopa in colloquium venisset orabat vt periculum pro viribus retruderet remq̧ prudenter mansuetẽq̧ ferret & apud Theseum amorem illius celaret. Soloeon cum de amore illius potiendo desperaret & in flumine quodam sese precipitasset. Theseus accepta huius rei causa factum egro animo tulit: & sibi molesto piticum oraculum renunciatum est: iubere in delphis Appollinem: quoniam propter hospitem dolorem ipse animo incredibilem ceperat: ibi vrbem cõdere: & ibi ex sociis ducibus quosdam dimittere. Ita q̧ vrbem quam edificauit adeo pithopolim appellauit proximem flumen sororis gratia adolescentis soloetam nuncupari voluit fratres illius tanq̃ principes & legislatores ibi reliquit sociumq̧ illis Ermium virum athenis patricium addidit. A q̃ pithopolite locum Erini domum vocabant: qui nõ recte secundam sillabam circumflectebant: & gloriam ad deum ab heros transmutabant. Hec res occasionem belli contra amazonas prebuit. Sed apparet nec vile nec muliebre opus extitisse. Nõ enĩ in vrbe castra posuerunt. nec comminus dimicauissent contra vicam: & Museũ: nisi ipsi regionem habuissent: intrepide ad vrbem manus conseruissent. Sic igitur quẽadmodum Ellanicus refert per bosphorum Cimmericum congelatum traiecere: fidem adhibendam esse ducimus ipsas prope vrbem pugnam cõseruisse cum nominibus locorum: tum sepulcris mortuorum verum esse arbitramur. Sed ab vtrisq̧ ignauia diu immoratam esse priusq̃ ad manus conserendas irruerent. Tandem Theseus accepto oraculo quodam phebo hostias mactauit & cum ipsis manus conseruit. Dimicatio mense noidromionis confecta est quo mense huc usq̧ sacrificia noidromia appellata ab Atheniensibus celebrãtur. Didimus diligenter singula referre volens inquit sinistrum cornu Amazonum ad locum quem nunc Amazonium vocant declinasse dextrum vero latus ad vicam versus crisam deuertisse. Nam hic prelium Athenienses a museo irruentes in Amasonas miscebant. Sepulcra eorum qui in acie ceciderant apud plateam q̃ ducit ad portas iuxta tumulũ calchodontis

esse affirmat quas nunc piraicas appellant. Hic quidem vsq; ad eumenides mulie-
ribus cessit. Sed cum a palladio & arditto atq; liceo in dextrum illorum latus ir-
ruissent vsq; in castra multarum strage impetus factus est. Quarto autem mense p
pter ipolitam inducias composuere Nam hic ipolitam eam que cum Theseo con-
gressum habuit nominauit nõ antiopam. Quidam ferunt hanc cũ Theseo dimican
tem a molpadia iaculo vulneratã in acie cecidisse & statuam eius iuxta delubrũ ter
re olimpiadis positam fuisse hanc historiam ita variam extare propter rei vetusta-
tem haud admirandum arbitror. Nam & vulneratas Amazones ab antiopa in cal-
cidem clam missas afferunt & ab ea iuxta locum quem nunc Amazonium appellãt
sepultas fuisse sed bellum per inducias finem habuisse & appellatio ipsa loci a The
seo quem Orchomosion vocant & olim ab amazonibus instituta sacrificia ante The
sei appellationem declarant. Iterq; apud locum ronta appellatum megarenses se-
pulturas amazonum ostendunt cum locus est plurima latera habens ad rombũ pro-
ficiscuntur. Fertur etiam apud cheroniam mouentem alteram penes fluuium quẽ
olim termodonta nunc autem emona vocant sepultam fuisse de quibus in vita De
moscenis scriptũ est. Apparet etiam neq; p Thesaliam sine earum cede amazonas
traiecisse. Nam ibi sepulcra illarum etiam nunc apud stotusam canis capita mon-
strantur. Itaq; hec de amazonibus memoria digna comperimus. Ea rebellio amazo
num quam in libros Theseidos poeta inscripsit Theseum videlicet phedram in vx
orem duxisse & anthiopam contra Theseum auxiliantibus amazonibus irruisse il-
lasq; Herculem interfecisse figmentum esse clarissimum videtur. Verum cum anti
opa diem suum obiisset ex qua ipolitum. vt vero Pindarus inquit Demophontem
habuit Phederam ĩ vxorẽ accepit. De filio atq; ĩfortunio huius historici simul atq;
tragici conueniunt. Quidam vero aliter de nuptiis Thesei sentientes nec principia
grata nec bonam fortunam profectam extitisse. Nam fertur Theseum quãdam ex
amazonibus trizinam rapuisse & interfecto Sinoo atq; cirtione natas horum vio-
lasse: sed peribiam aiacis matrem atq; Ferebiam statim & Iopiam Ipodei in vxores
habuisse. Quidam autem Theseum accusant q propter Egle amorem panopei filie
cum adriana diuortium fecisset. Vt autem Helenam raperet passim agrum acticũ
bello repleuit. Illum enim & fuga & pernitie tandem plenum effecit vt paulo post
scripturi sumus. Sed tunc ex multis premiis strenue certantibus propositis tradiẽ
ab Herodoto nullum habuisse Theseum verum Laphitis tantum qui cum Centau
ris bellum conseruere illa fuisse tradita constat. Quidam autem hoc cum Iasone in
insula Colchos factum esse: & Meleagrum cũ apro manus conseruisse ferunt. Itaq;
hinc prouerbium illud vsurpatum est non sine Theseo: Ipse nullo indigens socio in
multis atq; egregiis certaminibus victor euasit. Et adastro cadauera que in bello Adrasto
sub cadinea commissõ ceciderant restituit: nec vt Euripides in tragediis scripsit su
perati fuere Thebani nisi in compositis induciis. Hoc modo a plurimis traditũ est.
Sed Philoreus refert illas fuisse primas inducias que pro reddendis sepeliendisq;
corporibus mortuis composuere. Quod Hercules primus cadauera hostibus con-
cessisset in rebus ab eo gestis legimus. Sepulcra autem multitudinis in eleutris cã
pis conspiciuntur: ducum vero & principum in eleusinis. Hoc Theseus Adastri
precibꝰ motus effecit. Tragia Eschili Elensina & Euripidis tragedia icetides ap
pellata hoc asserere videntur. Amicitiam cum Perithoo hoc modo iunctam ferunt
Cum de fortitudine ac robore Thesei inclita fama passim volitaret Perithous vt
illam quendam in modum obscuraret bouem a Marathone dimisit Theseumq; per
suasit vt armatus bouem insequeretur. Theseus haud fugiens & obuiam contra tau
rum vadens illum in fugam vertit. Postq; alter alterum conspexit & pulcritudinẽ
audaciãq; Thesei admiratus est Perithous pugna sedata est. Perithous vero pma

dextram protendens inquit ipsum Theseum tanq̄ pugne iudicem pro voluntate
sibi volenti penam pro emisso boue indicere. Theseus itaq̄ remissa pena socium a-
micumq̄ eum sibi adiunxit. Deinde Perithous eum deidamiam in vxorem accepis-
se. Theseum precibus prosequebatur vt in regionem eius veniret & cum laphitis
necessitudinem coniungeret. Perithous eum centauros ad cenam conuocaret & in
iniuria laphitas agrederentur lacessere: ac ebrii mulieribus non abstinerēt laphitē
cum eis manus cōserentes partim necauere partim bello superauere. Deinde e re
gione vna cū Theseo bellante illos propulsauere. Sed ab Herodoto aliter hec gesta
fuisse scribunt. Nam refert cū bellum instaret Theseum laphitis ad auxilium fu-
isse & tunc primo Herculem vidisse qui cū iam errādo pugnaret operam dabat vt
ei circa loca aspera cessanti occurreret. Hunc quidē occursū multa humanitate ho
noreq̄ & laudibus ambos celebrauisse. Verūtamen a quibusdam traditum est sepi
us inter sese occurrisse & initiationem studēte Theseo Herculem fecisse & anteq̄
Hercules initiaretur tanq̄ eum indigentem propter quasdam operationes violen-
tas expurgationem egisse. Nam cū iam quinquagesimum annū attingeret vt Ella-
nicus refert Helenam nō etate sua indignam rapuit: Vnde quidam vt hanc calum
niam tanq̄ maximū crimen amoueant nō ipsam Helenam rapuisse: verum eam ab
Idane & Ligeo raptam accepisse atq̄ apud se eam depositā seruauisse ferunt: nec
Castori & Polluci eam repetentibus negauisse. & cū Tindarus Enafforum Ippo-
choontis filiū timeret quod illius adolescencie vim intulerat priuatim Theseo He
lenam tribuit. Sed plurimi scriptores in hanc potiorem sententiam concedunt.
Cum iam non procul a Tegea abessent illi qui eos insequebantur. Cum ipsi iam
pericula euasissent & in Peloponnessum venissent conueniunt vt is cui sortes per-
hibeant Helenā accipiat & alter altero in nuptiis celebrādis adsit. Iactis itaq̄ sor-
tibus Theseus virginē habuit que nondū matura viro nec plena annis extaret ad
Aphindas eam misit & illam cū matre Aphindo eius amico seruandā clareq̄ reti-
nendam tradidit. Ipse autē vt Peritheo operam suā impartiret vna cū eo in Epirū
ad filiam Adonei Molosoꝝ regis iter intendit. Qui cū vxorem ꝓserpinam appella
tam haberet. Filiam vero Eurinkanem autem Cerberum iussit vt is qui filiam
optaret in vxorem cum Cerbero pugnaret & si illum superaret illam assumeret:
sed cum animaduertisset non vt procos venisse Theseum ac Peritheum verum vt
vim inferrent. & adolescentulam raperent: illos capi iussit & Peritheo q̄primum
a cane intercepto: Theseum in carcere seruandum tradidit. His per hec tempora
Athenis Menesteus ex tribu Petea Ornei filium quem Erecheus genuit primus
vt fertur inter eos qui factioni studebant: & beniuolentiam populi dicendo que-
ritabant potentiores vrbis collegit. Et eos qui antea Theseum graui animo fere-
bant: putabantq̄ principatum atq̄ regnum cuilibet optimatum populari statu vi-
uere volenti oblaturum: & vna in vrbe & subditos ac seruos illos redacturum in
eum irritabat: plebem autem accusabat: quod tanq̄ in somniis libertatem aspice-
ret: & patriis ac sanctis legibus se priuari pateretur: quod loco multorum opti-
morumq̄ ac indigenarum regum quendam aduenam Herum haberet. Cum Me-
nesteus has turbas in vrbe misceret magna momenta rebus nouis addiderunt.
Tindaride qui bellū mouebant. & copias cōtra athenienses ductabant. Ciues pro
pter res nouas in vrbe exortas illos ductare exercitus arbitrabant. Itaq̄ primū illi
nullas inferētes iniurias: sed sororē sibi restituendā postulabāt. Cū ciues respōdis-
sent: neq̄ illā apud se habere neq̄ vbi esset scire: ad prelia cōferenda copias parauē
Sed cū Tindaride per cadmū cognouissent eā apud Aphidas delitescē illū inuita
honoribꝫ ꝓ hoc beneficio affecerūt. Et cū postea multoties lacedemonii ī agrū achi-
eū irruissent Cadmi gratia achademiam illesā dimisere. Dicearchus aūt inquit: cū

Escbemus & Marathus viri arcbades militarent tunc cum ipsis Tindaridis ab altero acbademiam que nunc Acbademia nuncupatur ab altero Maratonem nomen babuisse prompto animo populo cõcedẽte propter oraculum quoddam ante aciem bostias mactare. Cum igitur ad Apbindas castra mouissent & victoriam cõsequerentur suburbana & villas destruxerũt. Fertur bic alicum Sebironis filium cum Castore & Polluce rei militari operam impendentem cecidisse a quo apud Megaram locũ vbi corpus eius reconditum fuit alicum appellant. Ireas apud Apbindas alicum a Theseo mortuum fuisse in bistoria sua tradidit Q2 ea verba que de alico feruntur testari videntur: alicum in patẽtibus campis pugnantem Theseus formose Helene gracia apud apbindas interemit. Non tamen consentaneum videtur p̃sente Theseo matrem atq; athenas fuisse captas. Occupatis igitur apbindis timentibusq; iis qui in vrbe erant Menescheus ad recipiendas intra menia Tindaridas populum persuasit vt ostenderetur tantummodo Theseo vim fuisse ab illis bellantibus illatam aliis autem hominibus officium atq; salutem prestitisse res ab illis geste asserere videntur. Qui longe aliorum potentissimi nibil aliud nisi initiari expetebant Cum nõ minus coniuncti essent ciuitati q̃ Hercules. Itaq; apbindus filios adoptasset vt filius Herculem illos athenienses initiarunt & diuinos bonores impartientes illos patronos appellauerũnt vel propter tollerantiam vel propter diligentiam atq; curam eorum ne quis aliquo malo afficeretur a tanto exercitu quem intra vrbem retinebant. Nam quibus rerum diligentia atq; cura demandata est diligenter accurateq; babere sese debent. Itaq; iure ob banc causam reges anactas dixerunt. A quibusdam vero traditum est ab astrorum eminentia anactas fuisse appellatos Nam athenienses ea que supereminent auacas dicunt & quod ex superiori parte est Anechaten. Etbram quidem Thesei matrem in Lacedemoniam & inde ad Troiam cum Helena fuisse delatam legimus. hoc etiam sentire videtur Homerus dicẽs. Etbra Pithei facie filia pulcra fuit. Quidam hoc carmen & fabulam de munichio calumnius prosequũtur quẽ cũ loadices ex Demophõte clam peperisset in Ilio Etbram nutriuisse commemorant. Sed Ystrus decimotercio libro rerũ gestarum ab atheniensibus de Etbra refert priuatum quendam ac varium sermonem tanq; quibusdam dicentibus alexandrum in Thesali Aparidem vocitatũ ab Achille & Patrodo apud Sperchium dimicando fuisse superatum. Hectorem quidem Trizinniorum vrbem occupantem atq; diripientẽ Etbram ibi derelictam Troiam adduxisse. Sed hoc permultum videtur esse absurdum. Nam cum Aidoneus Molossorum princeps apud se hospitem Herculem accepisset & forte in sermonem de his rebus que Theseus atq; Perithous gessissent. queq; passi sunt incidissent & alterum turpiter perditum fuisse diceret: alterum perdendum rem Hercules egro animo tulit de Perithoo quidem nibil quo accusari posset facturum amplius putabat. Theseo quidem crimina obiecta vt rem gratam illi faceret diluebat: cũ Theseus ab Aidoneo liberatus fuisset: Athenas redijt amicosq; eius sine autoritate in vrbem esse comperit & delubra que antea sibi dedicata erant omnia Herculi dedicauerant & sacrificia non Thesea verum Herculea nisi quatuor vt Philocorus scribit vocitauerunt. Statim cum vellet vt antea tanq; princeps rempublicam pertractare Seditiones atq; tumulteas in vrbe eum exosum babentes nibil eum timebant populum adeo alieratum ab eo animaduertit vt nedum prompte iussis suis obtemperare verumetiam colere nollet: cum vim experiri inceptaret exortis in vrbe seditionibus. Cum tandem nulla spes imperandi superesset filios in euboiam ad Elephinorum calcidontis transmisit Ipse Atheniensium more peractis supplicationibus vbi nunc locus est quem Aratherium appellant in insulam Schiros vbi paterna loca & amicitias babere arbitrabatur traiecit. Ea tempestate Licomedes in bac

insula imperium agebat. Ad hunc locum profectus Theseus agros paternos tanq̃ ibi vitam ducere vellet repetebat. Quidam vero ferunt orasse Licomedem vt contra athenienses presidium sibi prestaret. Licomedes siue hominis gloriam extimescens siue vt Menestheo rem gratam faciens: illum in locum quendam excelsum adductum tanq̃ inde agros esset ostensurus: per ripam precipitem detrusit: ac vitam abstulit. Quidam vero scriptores memorie litterarum tradiderunt ipsum post cenam perambulantem vt consueuerat inconsulte occidisse & eius mortem haud repente cognitam extitisse. Quo mortuo Atheniensium imperium Menestheus occupauit. Filii eius qui apud Elephenorum erant ad Troiam militauere. Cum ibi Menestheus mortẽ obiisset Athenas Thesei filii redeuntes regnũ recuperauere. Paulo post Athenienses Theseũ tanq̃ heroem honore affecerunt. Qui cũ in Marathone aduersus Medos dimicarent multis imaginem Thesei ante ora armatum & contra barbaros pugnantem videre visum est. Post Medorum bellum Phedone regnante. Cum Athenienses oracula appollinis adirent responsum a vate vt Thesei ossa relegerent & illa honorifice apud se reposita seruarent. Sed ex eo q̃ barbarorũ conuersatione Athenienses non vtebantur: propter morum difficultatem qui insulam habitant: ad tumulum cognoscendum & ad ossa capienda proficisci non poterant. Verum cum Cimon insulam occupasset: vt in eius historia scriptum est: & illa inuenire cuperet: aquila quedam vt fertur in loco montoso vnguibus & rostro terram fodiens diuino quodam afflatu rem ipsam intelligens ossa extulit. Inuenta est etiam magni corporis vrna in qua hasta ferrea & ensis reconditus erat. Hec cum in trireme a Cimone portarentur Athenienses re cognita sacrificiis ac splendida pompa tanq̃ Theseus in vrbem rediret susceperunt. Illaq̃ in medio vrbis penes locum vbi nunc est gimnasium posuerunt: ibiq̃ seruis & omnibus miseris ac superiores timentibus Asilum instituerunt tanq̃ Theseus vrbi preses preces miserorum benigne auditurus esset atq̃ auxilium prestaret. Preterea octaua die pianepsionis magna illa sacrificia ab atheniensibus Theseo celebrantur. Nam hac die e creta insula cum semideis athenas remearat: etiam eodem die ceterorum mensium honore illum afficiunt: vel q̃ primum octaua die ecatonbeonis ex vrbe Trizinia profectus est vt Diodorus memorie litterarum mandauit vel q̃ putaret hunc numerum illi potius q̃ alteri conuenire qui Possidone natum ferebatur: octauis enim diebus mensium possidoni sacrificia agebant. Nam cum octaua die existeret: primus quadratus numerus a paritate & sic primi quadrati duplicem formam efficiens stabilem atq̃ immobilem domum habet potentie dei quem tutelam atq̃ possessorem terre appellamus.

Plutarchi historiographi greci de Vita atq; gestis Romuli viri clarissimi historia Per Io. Tortelium oratorem eximium In Latinum linguagium traducta Incipit.

VREIS ROME splendor & gloria omnibus amplissima gẽ
ribus fuit. Eius q; nominis decus vnde & qua potissimũ cau
sa ciuitati emanarit. Varie a scriptoribus sententie tradite
sunt. Alii Pelasgos ob incredibilẽ rei militaris comparatam
fortitudinem Romam appellasse ferunt. Alii Troianos qui
cum perditum esset incendio Ilion amissa patria domo pro
fugi in ipsius tiberis oras: vi tempestatis deuenerunt. Ibiq;
cum diu consedissent: Inter eas quas secum aduexerant muli
eres: vnam quã Rhomam vocabant astitisse traditur: Que vt genere ac sanguinis
dignitate prestabat. Sic etiam ingenio & prudentia excellere videbatur. Hanc p
suasisse ceteris ferunt vt cum iam pridẽ ab diuturna illa nauigatione abhorrerent:
communi omnium cõsensu eoꝝ classem succenderẽt: Quod cum facile perpetrasset
incẽsis nauibus eam rẽ primo Troianorum animos magnopere offẽdisse. Postea ve
ro cum palatinum montem necessitate occupassent: loci illius demenciam & incola
rum benignitatem experti eo rem illam euasisse tradit̃: vt longe sepe ampliora bre
ui sint consecuti. Itaq; vt huius rei gratiam femine tanti facinoris principi referrẽt
Romam ab ea ciuitatem conditam appellatam esse: atq; eam consuetudinem inde
emanasse vt & cognati & mulieres inter se. familiares q; viri mutuo ore deoscula
rent̃. Troiane enim ipse cum nauibus incendium intulissent: sic viros obibant: am
plexabantur: Veniam quoq; suppliciter exorabant vt furorẽ in se mollirent suum
& placarent iras. Alii autẽ Romam Itali filiam & leucarie: quam quidam ex Te
lepho Herculida. Et Enee postea nuptam opinant̃. Quidam etiã illam Ascanii fu
isse filiam existimant. Alii Rhomanum Vlixis filium & Circes. Alii Rhomũ He
mathionis qui cum ex Troia a diomede dimissus esset: hisceq; in locis insedisset.
Romam ab eo ciuitatẽ cõditã appellauit. Alii Romũ latinorũ tirannũ qui ex The
salia in Lidiam & ex Lidia in Italiam eiectos Thircenos compulit ꝓficisci. Quini
mo Romulum quidam extitisse ferũt: qui huiusmodi ciuitati ab se nomen indidit
Cuius generis & vite varie fuerunt opiniones. Nam alii Enee filiũ & Dexithee
Phorbantis gnate fuisse existimãt: atq; illum vna cũ fratre Remo paruulos admo
dum in Italiam delatos esse. Qui cũ proximum fluitantem alueum ingressi essent:
amissis ceteris nauibus que cũ iis venerant: eos tamen in tenuem ripam a periculo ĩ
columes euasisse. Alii verũ e Roma genitũ Romulum ferunt Troadis illius filia
que latino Telamaco nup̃serat. Alii ex Emilia preclara Enee ac Lauinie eius vxo
ris proie cũ a Marte fuisset compressa. Alii preterea mira quedã fabulantes aiunt
Tarchetium quendam immanem ac impium albanoꝝ regem: cũ illi demonis cuius
dam imago per visionem occurrisset: dies enĩ aliquot penes se Priapum domi con
tinuerat. Ex Tirrhenia Athedide oraculum accepisse: vt si virginẽ filiam Priapo
coniunxerit. Venturum ex ea filium qui tum virtute tum eciam fortitudinis ac fe
licitatis gloria ceteros anteiret. Itaq; vni e duabus quas habebat virginibus impe
rasse traditur: vt aduenienti deo se coniungeret: virginem vero a tanta rei feditate
abhorrentem: patris imperio defecisse: ac pro se ancillam suam supposuisse priapo
Que res cum ad aures Tarchetii peruenisset: ipsum in censum ira: ambas illico vt
perirent in vincula coniecisse. Vestam vero illi per quietẽ visam ac minitatam mor
tem virginibus telam quãdam vt texerẽt attulisse: pollicitantem vt cum id opere
ꝑfecerint tum breui fore vt ambe maritos nanciscerẽt. Sed Tarchetio imperante

quantum ille interdiu laborabant tantum alias noctu detexere. Ancilla interim cũ
geminos peperisset: regem iussisse: Taratio qui tum regis minister erat: vt editos
infantes protinus exponeret: quo facillime necem inirent. Taratium vero sublatos
puerulos iuxta fluenti ripam deposuisse. Lupam deinde aduenientem eis blande
admouisse mammas. Volucres quoq; eousq; alimenta contulisse traditur: quoad pa
stor quidam admiratione rei captus: cum proxime accessisset' vagientes puerulos
conspicatus domum ad vxorem detulerit. Qui cum adoleuissent: Regẽ postea ad
ortos nephande impietatis penas dare coegisse. Quam quidem sentẽtiam Proma
thion attulit rerum latinarum scriptor. Sed Diocles Peparethius. primum omni
um apud grecos fidelius eam rem litteris cõmendauit. Quem etiam fabius pictor
in plurimis secutus est. Sed alia est longe bis probabilior sententia. Nam inter al
banorum Reges qui ab Enea duce stirpis primordia deduxerant: totius ciuitatis
imperium duobus relictis fratribus Numitori & Amulio per successionis ordinem
deuenit. Amulius vero cum res Albanas bifariam partiret: Regnum scilicet & qđ
ex Troia thesaurum maiores deuexerant: vt vtram partem velit alter delige
ret. Tirãnidem potius sibi Numitor elegit. Sed Amulius ob auri magnitudinem
factus potentior: fratrem adortus sedem regiam facile occupauit. Priuato igitur
ea maiestate Numitore: Veritus ne ex filia liberi procrearentur eam veste sacerdo
tem deuouit: vt omnem sibi pariundi spem adimeret: perpetua virginitatis obser
uantia: Hanc nonnulli Iliam: alii Rheam: Quidam etiam Siluiam appellant. Non
multo deinde tempore post: deprehensa in adulterio virgo: preter vestalium con
ditionem: paulatim porrigere aluum cepit. Quod sentiens Amulius mulierem cõ
festim summo studio obseruari iussit. Anth ovem regis filia timens ne quid mali
Siluie sue quam amabat eueniret cum per dietam arcte contineretur Ne pariens
lateret Amulium non cessabat precibus parentem afficere obsecrãdo obtestandoq;
ne velit in Siluiam inseuire. Edidit demũ geminos infantes mire magnitudinis &
forme. Quapropter Rex longe amplius veritus iussit seruulo vt puerulos expone
ret. Quem quidam Faustulum fuisse dicunt. Alii potius qui eos postea susceperit
opinantur Seruus itaq; accurrens compositos in scapha infantes ad amnem prope
fluentem vt immergerentur deducit. Sed cum aspexisset fluctuantem penitus al
ueum: diffidens animo timuit propius accedere: atq; abiens iuxta ipsius fluminis
ripas infantes reliquit. Forte euenit vt sublatos eos a fluctibus vna cum scapha il
la: cum amnis ripas admodum excessisset mollis vnda in litore cõstituerit. Quem
locum germanum ab his posteri vocant. Maiores enĩ germanos dicebant quos mo
do fratres appellamus. Et caprificum quandam que eo forte loco cõualuerat: a Ro
mulo ipso vt plurimi opinantur Ruminalem vocant. Vel ob eam causam ꝙ ibi pro
strata pecora sub vmbra ruminare consueuerant: vel potius propter puerum lacta
tionem: Nam mammas veteres rumas appellabant. Ferũt preterea sacra dee Ro
mulee ob creditam in puerulos curam & adhibitam ipsorũ vite diligentiam & stu
dium: que quidẽ lecte potissimum celebrant. Aiunt insuper lupam quandã: ac vo
lucrem picum adeo sũma cũ beniuolentia ac claritate infantibus astitisse: vt & hec
vbera benigne & alimenta plurima sibi cõtulisset: Sed cum huiusmodi animalium
genera Marti in primis dedicata sint & latini quoq; pre ceteris picum colant: non
mediocrem mater prebuit fidem eos preclaram Martis sobolem extitisse. Sunt &
qui dicant illam ab Amulio cum se in armis obuiam virgini dedisset: impudenter
fuisse compressam: Verum obtecta atq; obscura ipsius nutricis appellatio que illos
educauit. Cũ latini huiusmodi feras ac feminas que prouulgato corpore minus pu
dice victitant lupas appellent: haud mediocrem huiusce rei dubitationem posteris
reliquit: Nam huiusmodi fuisse Faustuli mulierem ferunt. Laurẽtie quidem huic

nomen fuit. Ideoq; Romani festa quedam celebrant que ab ea Laurentia vocant.
Instituerunt q; vt ipse martis flamen Aprilis mense illius sacris libaret. Illa p̃terea
a Romanis Laurẽtia colitur: hac potissimum quam dicam ratione. Nam cũ coltor
Herculis fani forte vt sie opera liber ac cura solutus per templum incederet: com-
pellasse deum dicitur vt vna secum iaceret aleas atq; si ipse eius rei victor extiterit
spem daret futuri sibi cuiuspiam ab eo spectatissimi muneris quod Herculea digni-
tate dignum uideretur. Sin secus honoratam ac honustã illi dapibus mensã presti-
turum. Tum etiã egregiam forma virginẽ qua potiri cõmodissime poterit. Ve-
rũ cum Aleas in medium posuisset victum se illico ab Hercule cognouit. Itaq; vt
ipse victori deo satisfaceret Copiosissimam dapibus mẽsam instituit & Laurenciã
florentissime etatis virginem inter Sacelli penetralia mercede conduxit. Ibiq; tum
lectulum strauisset: post cenam abiens virginem intus cohibuit: tanq; cũ Hercule
esset cubitura. Hercules demum cũ venisset: imperasse Laurentie dicitur vt mane
orientẽ versus in forum p̃diret & qui primũ ei obuiam occurrisset: illum adhibita
salutatione amplexaretur sibiq; omni beniuolẽtia ac mansuetudine amicũ pareret
Tacutius foete huic primũ obuiam factus: vir eius ciuitatis primarius genere cla
rus ac amplissimis fortunis potens sine liberis ac vxore Laurentiam letus excepit
Qui cũ postea ad finem vite peruenisset nõ mediocri rerum copia superstitẽ illam
suam ascripsit heredem Ex quibus ipsa postremum plurima populo romano testa
mento reliquit. Reliquum vero ipsius vite tempus adeo fecunt cum laude & glo-
ria vixisse vt ab accolis Throphila nominarẽt. Itaq; a populo romano eos honores
eamq; dignitatem & ipsam fuisse consecutam Eoq; potissimũ in loco euanuisse vbi
alterius Laurentie superioris corpus iacebat quem ideo adhuc posteri bilaurum
vocant velaturam etiam appellant quia cum sepius inundat ripas Tiberis Romani
inde in forum a portitoribus conuehuntur. Alii tamen sic dictam ferunt q̃ ciuita-
tis principes cum inde ad spectaculum prodirent qua via ad equorum cursum ex
foro ferebãtur totam linteis velis operire consueuerint. Faustulus vero regius pa
stor cum interim vagiẽtes puerulos offendisset: singulati quadam admiratione ca
ptus: eos repente clam omnibus domum contulit: ac laurentie eius vxori impera-
uit vt summa cum fide & caritate educarentur. Sunt qui dicane & potissimũ qui
eas res familiarius pertractabant: ipsum Numitorem facti conscium: susceptis in-
fantibus alimenta quoq; clam suggessisse: & literis apud Gabios nõ instrenue eru
ditos cetera etiam virtutis ornamẽta que quisq; ingenuus adolescens summo loco
natus instituitur perdidicisse: vocatosq; esse ab ea ipsa educatione Rumulũ & Re
mum quoniam rumas id est lupe mammas emungere comperti sunt Erant autem
indole haud quaq; seruili & ea maxime que futuram quandam magnitudinem &
probitatem pre se ferret. Cum vero ambo adolenissent: viribus ac animo perditi q̃
queq; res factu difficilior erat eo audatius se conferebant Eminebat tamen in Ro
mulo natura facilior & ad consilium ciuilemq; prudentiam aptius ingenium. Inter
enĩ communia pecorum pabula & venationes ea maxime cuiq; de se prestabat que
potius imperatorio viro q̃ seruo aptiora esse videbantur. Preterea contribulos su
os & quemq; ex infimo loco virum ambo ad se contrahebant. Nec pluris regis pre
sides: regii quoq; pecoris magistros existimabant: ac si nemini virtuti cederẽt: nec
essent inferiores cuiq; prestantia & dignitate. Minas & aliorum in se furorem par
uiducebant: victu semper & consuetudine liberali pre ceteris vtebantur. Id in pri
mis haud quaq; ingenui hominis officium esse rati si ocio aut ignauia despiscere ani
mos sinerent: sed cursando venando predones quoq; profligando furesq; capiundo
& deniq; violentissimis quibusdã manus inferendo gloriã sibi parare posse putabãt
Quapropter euenit vt ad magnum dignitatis culmen euaderent. Orta deinde

contentione ob pecorum pabulationes inter Numitoris pastores & Amulii ambo bacchati armis aduersantes oppressere: multaq; deinde preda potiti ambo domum intacti redire. Ea res adeo Numitoris animum offendit. vt conuocata ad se non mediocri hominum multitudine quibus aliquod animi specimen & audatie inerat in Remum vnum impetum fecerit Romulus ipse tum forte aberat cum diuinis rebꝰ vacaret. Erat eñ augur & maximus diuinorum cultor Sed percussis vtrinq; plurimis Numitoris pastores superantes viuum Remum in Herilis manus coniecerunt. Numitor vero importunitatem regis veritus: se ab ira vlcioneq; continuit adiensq; confestim ad regem rogat vt in Remum quem deprehensum tenebat animaduerteret: nec pateretur ab huiusmodi seruis preter eius dignitatem graui sepenumero affici iniuria Moti huius rei indignitate Albani mouerunt regem q vt facilius incensum fratris animum extinguere posset captum Remum eius arbitro: libertatiq; donauit. Numitor itaq; cum domum cum Remo redusset: admiratus iuuenis magnitudinem & robur eamq; intuens de se confidentiam animumq; minime seruilem: qui nec ipsius presentia nec astantium multitudine mouebatur: audiensq; deniq; haud indecora facinora que nequaq̃ minus egregia ac magnifica erant: q̃ que vultu: fronte oculis videbantur: diuina quasi admonitione tactus in generis sui suspitionem incessit Sicq; cognitus Remus manifestissimam omnibꝫ fidem cũ singulari quadã vocis mansuetudine ac benignitate: tum etiam ipsius pueris indole de se pbuit liberioreq; animo fretus Omnia inquit de me tibi aperiã Numitor: cum mihi videaris apertior esse huius ciuitatis imperio q̃ amulius. Quippe qui anteq̃ manus in quempiam feras: audis ac respõdes equo animo: Ille vero priusq; quid iudicet sciat alienis manibus ac libertati: captos tradit. Primum quidẽ vulgatissima de nobis fama est Sumus enim gemini vno partu editi: Faustulum regii pecoris ministrum & Laurentiam vxorem nos peperisse fertur. Adducuntur etiam mira quedam atq; auditu minus probanda. Nam cum parẽtis iussu iuxta fluentem Tiberim expositi essemus: lupam aduenientem ferunt nobis blande prestitisse mammas atq; volucrem picam victum quoq; & alimenta contulisse. Extat adhuc scapha illa qua expositi parentis impietatem effugimus Eneis acinta vinculis ac litteris minime obscuris insculpta: que quidem cum sint salutis nostre quasi monumenta quedam cum ad posteritatis manus peruenerint: consumptis iam forsitã parentibus non parum nobis afferent vtilitatis. Quibus auditis Numitor eiꝰ etatem ac forme decus secũ reputans percussit eum illico animum nepotum memoria: cepitq; cogitare quo pacto filie que acciderant aperiret. Nam adhuc obsessa vinculis a rege detinebatur. Faustulus interim cum captum Remũ audisset grauiter & iniquo animo ferens: illico accito ad se Rumulo: qui pacto geniti: quoue educati essent indicat & quantum illi cognoscere necesse fuit: tumꝰ primum edocuit. Ipse vero sollicitudine ac timore anxius scapham illam arripiens ad Amulium contendit: qui cum ad regiam applicuisset: iniecta regis custodibus suspitione paululum a vestibulo repressit. Et demum quidnam venisset dicere coactus: Nõ latuit Faustulus & palliolum aperiens scapham ostendit: oratq; ad regem aditus patefaciant Erat tum forte inter eos quidam ex his qui antea principis imperio infantes exposuerant: Qui scapham aspitiens cum apparatu illo: lectisq; circum litteris confestim in suspitionem venit atq; abiens omnia regi indicauit. Accitus deinde Faustulus uĩa cur venerat. Amulio palam fecit infantes cõseruatos esse inqt seq; salutẽ eã sibi prestitisse & nõ longe ab alba habere domiciliũ: vnde sepenumero ad Iliã pueros deferebat vt mater filioꝝ aspectu spẽ capẽt future libertatis his igit̃ auditis exanĩatꝰ amulius virũ accersi iubet numitori forte sũma beĩuolẽtia deuictũ alioqn

fide & probitate preditum qui fratrem adiret sciscitaturus si quid & ipse de nepotibus presensisset cognosceretq; quid enim Numitori esset abiens itaq; Numitorem offendit qui nepotem Remum iam cognitum icredibili quadam animi alacritate inter amplexus tenebat. Cepit tum nuncius eos hortari vt ad ampliora erigerent animos atq; eadem ipsa regi rependerent que olim in se tam impie consuluerat polliciens se illis nunq; defuturum rebusq; omnibus suam opem atq; operam prestituq; ne vellent hanc rem diu tergiuersari esse nunc tempus & oportunitatem qua facile poterint crudelissimi tiranni crudelitatem vindicare Inflammato itaq; ad facinus Remo Nec ipse quidem Romulus longe tum exercitu aberat qui concitata ad se non mediocri ciuium multitudine que aut tiranni odio aut crudelitatis illius timore ad eum confluxerant in fratris subsidium properabat Consedere igitur eum exercitu in inferiori ciuitatis loco : cum iam intromissi essent & partem ipsius plurimam occupassent. Verutis longis armati fasciculo stipularum adiuncto quos latini manipulos vocant: vnde & nunc in exercitu pedites ab his manipulari appellantur. Amulius vero cum ea que approbantur intueri cepit ciuibus sibi vndiq; deficientibus: pre timoris magnitudine: nullam sibi proponens vite spem aut salutis consilium derelictus penitus vita decessit. Sed hec fortasse quispiam fabulosa quedam & minus vera esse existimabit. quod si respexerit quibus initiis ciuitas ceperit: quoue etiam magnitudinis postea creuerit & populo Romano res gestas ꝙ magnifice ac amplissime extiterint nimirum hec omnia diuina potius ꝙ humana opera euenisse iudicabit. Adsunt etiam probatissimi testes Fabius pictor & Diocles Peparethius quem constat prima illa vrbis incunabula memorie commendasse. Mortuo igitur Amulio cum adhuc viueret Numitor sese rebus Albanis superesse indignum duxerunt: Sicq; rem perstantissimam rati animo instituerunt: Numitore Albe relictos & adhibitis parentibus non mediocribus honoribus condere & se ciuitatem eisdem potentissimum in locis quibus ab initio educati erant. Hec enim precipua causa fuit: nam fortasse erat necesse: aut eos deserere quos ipsi ad se conciuerant ad facinus: cum antea eorum scelera ac flagitia expulerant patria aūt certe vna secum eosdem lares eandemq; ciuitatem incolere: quod maxime indignum videbatur: eos potissimum viros ciues patrie declarari ac commisceri: Albanis qui antea inter cedes furta rapinas omni studio conflagrassent. Quam q̄dem rem haud secus fuisse ea de raptu mulierum audatia que postea euenit testimonio fuit cum id ausi sint non vt iniuriam finitimis inferrent sed mulierum penuria & necessitate cū omnes benigne maximeq; accepte sint atq; ipsi antea a ceteris despicerentur. Post vero prima vrbis fundimenta templum quoddam constituerunt dei Asili appellantes quo omnes raptores ac patria profugi cuiusuis generis seruus an liber esset sine discrimine vndiq; libere confluebāt. Quod quidem vt statim ciuitas hominū multitudine repleri posset Appollinis oraculo constitutū esse predicabant fuere ab initio non plura vt aiunt ꝙ mile domicilia sed de his postea. Condita autem ciuitate structoq; Asili templo ad vrbis appellationem animum vertere. Romulus vero quadratam Romam ab se apellari contendebat. Erat enim ab initio quadrangularis atq; illum condite ciuitati imperare. Remus autem ab se cum insideret for iorem Auentini locum quem ex illo postea Remonium appellarunt nunc vero Rignarium vocant Compositis demum vtrinq; animis vrbis appellationem auium significatione portendi conuenerunt quibubus seperatim insidentibus sex aiunt vulteres Remo & duodecim Romulo occurrisse. Quidam vero rectissime Remum vidisse & mentitum Romulum predicant. Sed abeunte ex Auentino Remo tum eos apparuisse fratri. Preterea nunc quoq; Romani augures hoc genere auium inter augurandi studiū pre ceteris vtunt̄. Herodotus vero ponticus

refert Herculem quoq; eorum occursu inter res gerendas magnopere delectatum. Est enim animal minus ceteris pernitiosum. Nam eorum que homines arant que seminant queue edificant nihil vnq̃ ab his contactum collisumue reperitur. Vescuntur autem cadaueribus nullum vnq̃ viuens morte afficiunt nec vnq̃ inferunt iniuriam A ceteris quoq; auibus tametsi mortue sint quasi proprio sanguine mirifice abstinent. Aquile vero Milui & Accipitres & queq; eius generis sunt omnes suos quoq; & vulnerant & occidunt. Et vt Eschilus inquit alter alterum aucupari nititur. Preterea tanta est huius volucris dignitas vt non nisi raro humanis oculis versetur cum cetere aues continua quasi consuetudine conspiciuntur nec facile quispiam in eius fetus incidisse traditur. Preterea augures non sponte nec natura huiusmodi volucres apparere existimant. Sed ab diis missos vt presagium mortalibus nuncient. Verum vbi Remus dolum sibi a fratre iniectum esse sensit ea opera que passim statuebantur irridere cepit. Non nunq̃ etiam impedimento laborantibus esse cum ipse Romulus incenium loca aratro signarent quibus fundamenta alcius fabricarent. Et denique cum transsiluisset inceria iratus Romulus vt aiunt nonnulli fratrem confodit. Quidam vero ab alio occisum ferunt ex his qui cum eo erant: quem Celerem appellabãt. Concidit etiam in ea disceptatione Faustulus & Phlistinus Faustuli frater quem vna educasse Romulum ferunt. Celer vero in Thirreniam exulauit & ab illo Romani viros nequaq; Segnes Celeres appellarunt. Vnde Quintus Metellus Celer dictus q; parenti mortuo gladiatorios ludos paucissimis diebus absoluit. Cum omnes apparatus illius celeritatem obstupescerent admirarenturq; diligentiam. Romulus interim constituta ingenti scrobe in Remonio colle circa eum locum quem nunc comitium appellant fratrẽ sepeliuit. Cumq; obruisset vna cum illo quedam vite sarmenta Instituit vt omnium rerum primitie que que ad vsum hominis viteq; necessitatem lege aut natura tradite sunt eo deporterentur. Et denique ex qua quisq; ciuitate aut loco Romam adibat parum ex ea tellure secum ferens in scrobem illam ingerebat. Que quidem cũ in orbem deducta esset mundum vt celum appellant. Igitur vt ciuitatem denuo cõderet: Actis ex Tirrhenia viris qui sacris solennibusq; cerimoniis ac litteris quẽ liber erudirent: iterum incenia ĩ orbem descripsit Ipse enim cum feminam bouem & marem coniunxisset aratro menium loca designabat: sequentiũ vero opera erat vt quas glebas aratrum eruisset verterent in interiorem partem nec sinerent modicam quidem tellurem delabi. Nec siquidem aratri eruptione cũ quasi linea quadam menia designasset quod loci postbac circa erat per sincopam pomerium quasi post murum appellauit. vbi autem vrbis aditus aptius se offerebant oportuno loci spatio relicto intactam tellurem pretermittebat. Vnde menia sacra preter aditus vocabant: Quibus sacri nomen indicere iniquum ducebant. Cum omnia cuiusuis generis que humane vite necessaria sint per eas inferre ac referre opus erat: que sepenumero minus sancta ac pudica esse cõtingebat. Constat itaq; Vrbem Romam ad decem Maii Cal. conditam extitisse: quam diem Romani vnam inter sacratissimas habent Natalem patrie apellantes quaue nullũ antea viuens corpus in sacris mactare cõsueuisse traditur ne sanctissimum patrie natalicium aliquo impuro sanguine cruentarent Celebrant quoq; ante conditam vrbem eadem potissimum die pastoralia quedam festa solennia q̃ Palilia appellant Sed hec Romane Numenie longe a grecorum consuetudine defluxeruñt. Ceterum diem illã qua Romulus ciuitatẽ condidit trigesimã plane contigisse ferũt & eundẽ lune ad solem cursũ extitisse quẽ vidisse Teium Antimachum opinanť tertio sexte Olimpiadis anno Erat ea tempestate Rome qua Varro omni philosophie genere ac rerum gestarũ scientia maxime claruit. Tarutius philosophus eius familiaris qui cũ Mathematice

disciplie apprime eruditus esset ad ea potissimum que ad Methodi cognitioēm
circa tabulas pertinebāt sese doctissimum habunde prestabat Hunc rogauit Var
ro vt natalem Romuli diem vsq ad horam deduceret: faceretq silogismum ex his
que de eo viro predicabantur quemadmodum Geometricorum problematū re-
solutiones deducuntur esseq eiusdem generis speculationem dicebat . Si quis enī
tempus illius generationis animaduerteret vitam etiam hominis prediceret. Ta
rutius igitur postbabitis ceteris rebus rem ipsam aggressus queq feliciter Ro-
mulus gesserat queq etiā aduarsa pertulerat & vite tempus viteq modum recte
inspiciens primam ipsius in Matre conceptionem anno tercio secunde olimpiadis
asseruit extetisse: Mense vero secundum Egiptios quem Romani
Decembrem vocant & tercia ac vigesima tercie hore in quo solenniter defecit Et:
natum mense Septembri qui ab Egiptiis appellatur . Die prima post
vigesimam circa solis ortum: Et Romam ab eo conditam die nona inter secūdam
& tertiam horam mēsis Aprilis: quem Egiptii vocant Nam ciuitates
quoq suam quanq fortunam habere opināntur & propriū quoddā ipsius prime ori
ginis quemadmodū & mortales habēt quod spectat ad cursus influxusq stellaꝝ
Condita igitur ciuitate primū quidem Romulus eos quibus inerat etatis vigor
in militaris legiones distribuit quarum quelibet peditum tria milia & equitū ter
centum numero cōtinebat: quā ideo legionē appellauit ꝙ ex electis omniū militi-
bus cōstabat. Ceterā vero multitudinē populū vocauit. Centū deinde creat Sena
tores quos patres appellauit: & ordinē Senatū. Que quidem nominis appellatio
a senectute emanasse constat: Patres autem vocatos ferunt quod liberorū patres

essent aut vt quidam volunt ꝙ qui non habeāt eos possent suos tanq patres demō
strare quod multis contigerat & his potissimum qui primum ciuitatē tenuerāt
vel ꝙ ipsi relique multitudini patroni hoc est defensores esse debebant: Nam sic
Romani defensores appellant a patrono quodam vt existimant ex his qui cū Euā
dro olim ea loca tenuerant: Viro quippe elaborantis inopia plebis studiosissimo ac
opitulatori aut certe Romulus ipse quos videbat virtute aut dignitatis excellen-
tia prestare vt eos aliquo premio exornaret superiores fecit sic patres appellans
vt ea nominis mansuetudine ac benignitate & magistratus austeritatem & priua
torum formidinem ac inuidiam succidere posset . Que consuetudo huc vsq conser
uata est nisi ꝙ cum plures in dies huic ordini ascriberentur patres conscripti mo-
do appellentur: quod nomen etiam priscum illud dignitate excellit: & perigrini
non patres eos sed Romanos principes vocabant & ceteros defensione patronos.
Erat enim tum primum tanta inter eos iam parta omnium beniuolentia vt & si
omnes seuerissime iudicarent neq damnatis fugiendi supplitii locus esset Cū essēt
qui de omnibus animaduerterent qui virtutem tutarentur qui mores censerent
qui leges sancirent. Sanctitas quoq intra sua limina custodirent tamen omni stu-
dio ac caritate incredibiliq obseruantia a ceteris priuatis colerentur Ipsi enim ple
bis patroni ac omnium defensores erant Plebs vero intra obedientie septa se con-
tinebat Primates inferioribus filias in matrimonio dare Vbi aliquod virtutis spe
cimen intuebatur non recusabant Nulla lege cautum erat vt patronus clienti iure-
iurando astringeretur neq patrono cliens. Et deniq cum plurima alia preclara in-
stituta obseruarent vnum inprimis indignum ac inhumanum ducebant ab his pecu-
nias accipere qui paupertate & inopia laborabant Quarto deinde mense post con-
ditam vrbem vt Fabius scribit Noua quedam Romulo audacia incessit Nam cum
esset et & ingenio ferox vt materiam belli suscitaret oraculis quibusdam fretus qui
bus declarabatur futura Rome magnitudo si rem militarem colerent Romani in
agrum Sabinum irrupisse a nonnullis traditur atq inde triginta solum virgines

abduxisse. Verum alia longe laudabilior atq; uulgatior fama emanauit Romulus scilicet cum videret ciuitatem indies noua incolarum frequentia magnopere conualescere atq; ob mulierum inopiam minime duraturam magnitudinem cum a vicinorum connubio depellerentur sese eam rem noua arte atq; consilio iuuisse ratum animo si bene cessisset futuram sibi cum Sabinis perpetuam amicitiam & quandã sanguinis cõmunionem It primum ex se fama per Finitimas vrbes quod sacram cuiusdam dei aram in subterraneo specu abditam offenderit quem Consum Romani vocant & inde Consules dicti quos   greci appellant vel potius vt Proculo placet Neptunnum equestrem Est enim sita eius ara in maiori equorum cursu quam cum equestres ludos celebrabant omnibus adire fas erat. Reliquum vero tempus nec inspicere quidem cuiq; licebat Quod profecto haud quaq; fuit absonum significatione nam vt decet consilia nemini palam esse sed archana atq; ĩ ipsis hominis penetralibus abdita sic etiã haud temere qui consiliis preerant in abditissima a ceterorum cõspectu parte colebant. Hec igitur cum primo apparuisset Romulus illico clarissima sacra solennisq; ludos simulat se facturum Concitisq; ad spectaculum plurimis ex Finitimis ciuitatibus ipse toga purpurea redimitus inter primates assidebat Signum autem fuit vt cum e sella assurgeret & purpuream clamidem complicaret atq; implicitã denuo explicaret omnes pariter in Sabinas irruerent que quidem vt spectarẽt ad id ludicri cõuenerãt Erãt tum circũ illum armati plurimi qui cum primũ Romulus facto signo se ostendisset strictis ensibus elatoq; ingenti clamore in Sabinorum virgines irruerunt. Missisq; sine offensa patribus triginta solũ raptas fuisse a nonnullis traditur. Vnde postea curie ipse appellate sunt Sed Valerius Antias septem & viginti ac quingẽtas Iobas vero tres & octuaginta sexcẽtasq; extitisse tradidit A quarum contagine ipse Romulus penitus abstinuit postq; hersiliam vnam habuit quã pleriq; ignorabant Quod maxie illũ a culpa scelereq; vindicauit nõ profecto id fecisse vt iniuriam Sabinis inferret Sed potius vt firmam ac stabilem amicitiam & affinitatem cõnubio sanciret eaq; sanguinis cõiunctione quasi necessitate quadã inter se legittime deuinaret. Aiunt tamẽ nõnulli hersiliam hanc hostilio potius contigisse Viro sane tum e Romanis clarissimo Sed plurimi superiori sentẽtie conuenerũt atq; ex ea Romulum geminos procreasse ferunt vnam scilicet feminam Promam appellatã: cum prima ex ambobus genita sit. Alterũ uero marẽ quẽ Aolliũ appellauit ab ea ciuium multitudine conuocata sed postea mutatis litteris Abilliũ Quam opinonẽ secutus Xenodotus Trecenus plures sibi aduersarios cõcitauit Erat tum forte inter eas virgo quedã mira pulcritudine & forma que cũ a cetu infimorũ hominũ deduceretur moti eius indole quidam ingenui adolescẽtes vt raperent virginem ĩsecuti sunt verum cum Talasio puellam adduci sensissent qui tũ & sanguinis dignitate & etatis ac probitatis gloria plurimũ prestabat sese illico a virgine abstinuisse ferunt atq; laudasse eius viri fortunam Nonnullos etiam vsq; ad eius domicilium vna contendisse Talasium ipsum incredibili studio proclamantes quem adhuc Romani rum ipse singularem quandam ex ea virgine felicitatẽ postea consecutus sit in nuptiis vt greci himenea ita & ipsi proclamore consueuerunt. Sextius vero Sillas Carchedonius vir haud quaq; dicendi dignitate ineruditus sepenumero dicere solebat q; id nominis a Romulo pro signo rapiendarum virginum omnibus fuit Nam qui puellas deferebãt Talasii nomen proclamabant Vnde ea consuetudo ad pastores emanarit: Sed vt plurimi opinant ex quibus vnus est Iobas: hanc scilicet vocẽ primo in nuptiis habitam fuisse nõ nisi vt prouocaret ac lacesseret virgines ad opera & labores & potissimum ad lanificia Nam   greci lanificium vocant & tũ latini sermones nec dum satis plane a grecis desciuerant quod si verum est qui nõ

diceret ex eo bello potius hanc consuetudinē emanasse quod postea cum Romanis
Sabini gesserunt : Nam cum pacato iam bello sedatisq; vtrinq; animis ambo exerci
tum in parem concordiamq; redissent icto federe ac conditione inter se conuenisse
ferunt vt rapte mulieres nul'a alia opera maritis tererentur q̄ lanificio elaborare
Que consuetudo etiam ad posteros venit vt qui filias maritis tradebant aut certe
qui aderant Talasium adnupte disciplinam clamitarent testificantes ad nullam ali
am operam mulieres excitari q̄ ad vsum laneq; laborem. Mā̄sit adhuc alia Roma-
nis consuetudo vt sponse nul'o pacto maritalis domicilii limen pertingerēt sed sub
late illico a presentibus intromitterentur vt vim illam Sabinis a Romulo illatā
testificarentur . Aiunt preterea Romanas mulieres nulla alia ratione acuto stilo
in discernedis crinibus vti nisi vt esset perpetuum illius acerbissime pugne poste-
ris monumentuum . Constat igitur tantum facinus a Romanis perpetratum die
octaua ac decima mensis Sextilis quem nunc Augustum vocant. Qua quidem deo
Conso Consualia festa celebrabant. At Sabini cum vidissent tametsi plurimi essēt
nec ad bella segnes quippe qui ciuitatem sine menibus colerent vt priscam illam
Lacedemoniorum consuetudinem referrent vnde in ea loca coloniā deduxerant
tanq; nullum alium aduersum populum ob animi magnitudīe pertimescerēt pri9
tamen q̄ bellum inferrent Romam legatos miserunt qui adhibita mansuetudine
& modestia Romulum prouocarent ad reddendas patribus mulieres : Orarentq;
vellet tante illate iniurie culpam delere . Quod si fecerit sponderent se postea fir-
mam ac stabilem amicitiam & affinitatem legitime facturos . Romulus vero cū
direret eam iam sanguinis cōmunionem cū Sabinis accepisse nec velle vllo pacto
virgines remittere . Inani oratione legati Rome tempus terebant . Acron interī
Ceninensium rex vir acerrimi animi cum iampridem Romuli audatiam pertime-
sceret existimans ob eam rem quam in Sabinos gesserat metui ac terrori omnibꝰ
futuꝗ nec propterea desiturum Romulum . Illi ergo bellum inferre constituit :&
comparata plurima militum manu in agros Romanos irrumpit . Cui contra cum
exercitu ferociter fit obuiam Romulus. Tum vero cum aciem vterq; paruo inter-
uallo coniunxisset compositis in armis militibus ambo Duces inter se pugnam cō-
uenerunt. Romulus igitur Iouem deprecatus si ex ea pugna victoriam reporta-
rit se hostis spolia eius templo dedicaturum infesto telo irruens regem traiecit .
Exercitum quoq; cum fudisset ciuitatem cepit . Nec Atrocem tamen in ciues se
prestitit . Quinimo imparauit vt omnes vna secum cum eorum rebus Romam pro
ficiscerentur fieretq; ex duabus ciuitatibus vnum corpus & par voluntas Propte
rea euenit vt adiecta vndiq; multitudine ita Roma mira magnitudine breui cōcre
sceret Romulus vero Acrone deuicto vt votum iampridem animo susceptum per
ficeret & populo rem spectantissimam faceret , Ingentem quercum quasi trophe-
um infixit : Vbi Acronis illius spolia suspendens inter milites Laurea redimitus
astabat. Elatam deinde dextro humero quercum accinta clamide ad ciuitatem cū
exercitu armato deferebat canēs carmina Appollini victoriali . Cui ceteri Roma-
ni obuiam facti comiter ac benigne Romulum excipiebant . Que quidem pompa
triunphorum pricipium fuit nec mediocrem virtutis emulationem posteris reli-
quit. Dedicauit igitur ea spolia Ioui feretrio quem sic appellauit ob illata in hostē
uulnera Nam ferire uulnerari significat quod vnum fuerat Romulus deprecatus
Vocauit etiam ea spolia opima vel ab ope vt dicit Varro vel ab opere cū sit opus
egregium ac clarissimum ducem belli parem sibi ductorem superare Quod nemini
contigit Romanorum nisi duobus post Romulum Cornelio scilicet Cosso Cum
Tolumnum Tirrhenum obtruncasset & Claudio Marcello qui Britomartū Gal-
lorum regē superauit Sed Cossus & Marcellus quadrigis euecti hostium spolia

in triũpho detulerunt Quibus quidem Romulum haud quaq; vsum fuisse a Dio-
nisio traditur. Aiunt enim Tarquinum Demarati filium extitisse qui primus ob
incredibilem eius animi insolentiam hoc triumphandi genus adinuenit. Alii vero
Publicolam Sed Romuli imagines licet intueri neminem nisi peditem triumphũ
gessisse Post igitur captã Ceninensium ciuitatem recadl uc tamen irritati Sabi-
norum animi ob acceptã iniuriam quiescere poterãt donec fidenis Crustumeriũ
& Antennam vicinas vrbis sibi aduersum Romanos adsciuerĩt Sed deuicti ipsi pa
riter a Rumulo vastatis vndiq; eorum agris oppressisq; ciuitatibus vt sese Romam
traducerent iussi Quo facto ipse illico alia Romanis impartiri loca cepit & quantũ
raptarum parentes agri domi habebãt tantũ ibi vt possiderẽt dedit Reliqui vero
Sabini grauiter id ferentes Tatio sibi imperatore delecto aduersum Romãos cũ
exercitu irrumpunt Sed erat dificillimi accessus ciuitas cũ haberet obiectũ om-
nibus Capitolium in quo arcem Romanã constitutã Tarpeius custos obseruabat
Nec vt quidam opinantur Tarpeia virgo qui Romulum parũ prudentẽ extitisse
indicant Sed profecto illius custodis filia fuit Hec siquidẽ cũ aduentantibus Sa-
binis arcem prodere conuenisset si que in sinistro brachio gerebant Sabini premio
darent nocte aperiẽs Tacium cum exercitu tacite excepit Sed profecto illud ꝓ
batissimũ est quod Antigonus inquit Proditores quidẽ amare tirannos Sed odis
se cũ proderint Quod etiã Cesar ipse in primis testatus est cũ de Rimitalco illo
traicio dixisset Amare quidẽ proditionem sed ꝓditores magnopere abhorruisse
Hec est eni cõmunis omniũ nata & cõsuetudo vt huiusmodi viros vbi vsus esset
omnes ament vbi vero perit vsus nimirum odisse malunt Velutisi cui opus esset
felle ac veneno quisquis eni pro necessitate laudabit Sed cũ necessitas deserit ab-
horrebit Quod eque contingit Tarpeie. Nam Tatius ne quispiam. Sabinorũ viri
impudẽtissime femine inuideret ex his que in sinistra garebant erectum e leua cli
peũ vna cũ aureo anulo in virginem coniecit. Idq; vt ceteri facerent imperauit op-
pressaq; plurima auri mole proditionis penas etiã hostibus dedit Existimat quoq;
Tarpeium patrẽ eo crimine a Romulo captũ quod quidem Iobas Galbam Sulpi-
rium asserit tradidisse Additur etiã fabule eam virginẽ Tatii ipsius filiã extitisse
que cum Romulo inuito parenti cõiuncta esset ab eo necatum: Quam opinionẽ se
cutus est Antigonus: Sed poeta Simulus prorsus insanire creditur: Existimans
nõ Sabinis sed celtis Trapeiã Capitolium prodidisse: cũ eorum regẽ acriter dere
riret. Sic eni fere inquit Dum Capitoliũ coleret Tarpeia collem Gal-
lorum exardens Regem: tunc hostibus vrbẽ Prodidit & patrias euertit per-
fida sedes Hec multo post finẽ versus inquit hoc pacto Arboei Celteq;
simul populosa iuuentus Nanc fluuio ĩmersã spectata cede piarũt In-
sup horrẽtis clipeos atq; arma ruentes. Obruta ergo eo colle Tarpeia: Nomẽ quo
q; ab ea locus accepit: Nec prius id sibi nominis defuit ꝙ Tarquinus rex cũ ea lo-
ca Ioui dedicasset: reliquias omnes inde vna cũ ea prisca appellatione substulerit
nisi quod saxum in Capitolio constitutum vnde damnati precipitabantur hucusq;
Tarpeium appellatum est. Capta itaq; a Sabinis arce Tatius eorum dux vbi Ro-
mulus suos ad pugnam stimulabat fretus loci opportunitate cum videret aditũ
Romanis difficillimum parum illius impetum pertimescebat: Nam id loci quod
inter vtramq; aciem vacabat cum esset plurimis vallatus tumulis asperam atq; dif
ficilem pugnandi occasionem omnibus prebebat. Acciderat etiam ꝙ amnis cum
plurimis ante diebus ea loca inundasset: altissimum ibi lutum ac subtectam illuui-
em vbi nunc forum extat penitus reliquerit que cum Sabinis incognita essent peri
culo adeuntibus non mediocri erat. Versi ad hunc Locum temere Sabini regonis
desuetudine Romanis cõmoditatẽ prestabãt. Erat inter eos Curtius vir quidam

belli gloria clarus atq; animo par qui cum equum suum in Romanos per ceteris agitasset vsq; ad hunc locum peruenit. A quo cum diu detineretur dimisso demū intra illuuiem equo egre pedes euasit. Qui locus hucusq; ab eo lacus Curtius est appellatus. Viso itaq; periculo Sabini acrius in Romanos irruunt. Confossisq; ibi plurimis concidit & Hostilius qui auus posterioris hostilii fuit qui post Numam Pompilium regnū accepit Ex Hersilia illa superiori vt traditur genitus. Romulus etiam ipse cum inter consertissimas hostium manus acriter pugnaret ictu lapidis ī capite accepto egre se ī equo cōtinuit Quo uulnere perterriti Romani vsq; ad palatinum collem hostibus concessere: Sed rediens illico in bellum Romulus fugiētibus suis obuiam factus vt starent imperat iubet proclamat. Qui cum adhuc verterent terga nec auderent in pugnam reuerti. Ipse protendēs in celum manus Iouem maximum deprecatus est vt sisteret exercitum suum & res. Romanas iam cadentes erigeret. Moti plurimi regis precib; ac pudore fugientib; ceteris pugnādi animum & audatiam prestiterunt Steterunt primo eo ī loco Romani vbi Iouis statoris templum constitutum est. Superior deinceps res Romana fuit: Fuso quoq; exercitu vsq; ad regiam & ad Veste sacellum hostes insecuti sunt. Ibiq; cum ambe acies firmato impetu constituissent mira res quedam & spectatione digna stuporem omnibus attulit. Nam rapte Sabinorum virgines cum id vidissent raptis in ulnis infantibus passisq; per terga crinibus diuino quodam quasi spiritu instincte cum lacrimis ac gemitu per medias acies ac tela prouolāt: Exortantes modo patres modo viros vt fedatas iam acies dirimerent & parcerent sanguini. Cuius rei admiratione milites moti sistunt illico aciem tela comprimunt iras mittūt animos colligūt Flebat iam totus eo spectaculo exercitus omnesq; vt matres ī medium prodirent aditum apperiebāt. Tum vero ipse? Quid mali fecimus viris? Aut quid deliquimus patres? Nec dum satis de nobis sumptum supplicium est? cum in tantum dedecus ac ignominiam deuenimus vt amisso pudore & pudicitia alienis viris rapte premeremur nisi & hanc quoq; supremam omnium ac infelicissimam calamitatem vestro telo vestro sanguine perferamus Si vindicandum erat horum scelus si vlciscenda iniuria. Si redimēda tanto sanguine captiuitas nostra: Cur nō ab initio aduersum nequissimos hostes venistis: Cur cōtempsistis cum recēs erat scelus: & adhuc pudorem & virginitatem nostrā intra sua limina tuebamur: Sed expectastis scili cz vt cū his viris aliquo pignore deuinciremur: quo maiori postea merore ac molestia & maritis iam factis & vobis patribus aff ceremur. Quippe que tam nefando prelio tam infestissimo ferro: Cōmuni sanguini ac paricidio partus nostros maculari intueamur Heccine est paterna pietas? Heccine liberorum amor? Heccine connubiis fides? Si salutem nostram petitis: si libertatem queritis si pietatem colitis mittite hos animos mittite hec arma que non nisi in generos vestros quasi in proprium sanguinem contulistis? Ne ve sinite vt sine his viris viuamus ex quibus iam & liberos genuimus & beniuolentiam & caritatem comperauimus: ne ve in aliam seruitutem ac calamitatem concidamus. Hec Hersilia vnaq; cum ceteris locuta Ambo illico duces ad percuciendum fedus concessere. Mulieres interim depositis armis parētes & germanos obibant congratulabātur viros quoq; adducebant suos liberos ostentabāt domum res fortunas illis apperiebant Non deerant fessis vite fomenta: Neq; deerat Sauciis cura studium & diligētia Mirari Sabinos filie domi tantam paratam libertatem. Mirari etiam tantam cū viris beniuolentiam & dignitatem consecutam. Quare mitigati hostes hac conditione fedus intra se iunxisse ferunt: vt mulieres ab omni alia opera & seruitute preterq; a lanificio vt diximus libere essent atq; ambo vnam eandemq; ciuitatē colerent: regerentq; ac imperarent pariter Romamq; a Romulo Sed Romanos a

Curibus Tatii patria Quirites appellent. Quo veco loco ambo duces ad percuciẽ
dum fedus conuenere eum hucuſq; comitium vocant. Duplicata igitur ciuitate
centum illico ex Sabinis creant Senatores. Duplicatur etiam legionum numerus
vt quelibet ſit peditũ ſex milia & equitũ ſex centum centurie quoq; tres deſcripte
ſunt & appellate. Prima a Romulo Ramnenſis: Altera Tatienſis a Tatio. Et a
Luco Luceris vbi conſtitutũ erat Aſili templum. Nec plures his fuiſſe id teſtaẽ
quod hucuſq; Centurie tribꝰ dicte ſunt. Qui vero his preerãt tribuni vocati. Harũ
quelibet decem curias continebat quas nõnulli a mulieribus denominatas falſo ex-
iſtimant cum plurime a loco nomina conſecute ſint & alios ſibi haud uulgares ho-
nores Romani impartiti: Nam cum mulieres deambulabãt viri ſemper priorem
eius partẽ concedebãt. Statuerũtq; ne quid turpe ac impudicũ loqui liceret mu-
liere aſtante ne ve nudi ab vlla vnq; conſpicerẽtur eſſentq; ipſe audatius libere que
potiſſimum in ſanguinem humanum aduertunt. Earum quoq; nati bullam quod ẽ
antiquum ornamenti genus collo geſtarent que quidẽ ſic ab eius rei ſpecie appel-
labanẽ. Non conſultare tamen vna reges: Sed alter quidem ſecreto ac priuate cũ
ſuis centum Senatum inire habebantq; ſeperatim domicilia. Hic quidem Tatius
vbi nunc ſitum eſt monete templum. Romulus vero iuxta bone ripe gradus. Qui
locus circa deſcenſum ad equorum curſum ex palatino colle conſtitutus ẽ. Vbi ſa-
cram quandam cornum extitiſſe ferunt. Nam fabula eſt quod cum Romulus ia-
culum corneum hunc locum verſus ex Aduentino vibraſſet adeo in altum aciem
penetraſſe traditur vt a nemine vnq; poterit diuelli. Vigorem deinde a loco con-
ſecutam ampla magnitudine virentis ramos edidiſſe: quam poſtea inter ſacratiſſi-
mas Romuli res habitã ſũmo cultu ac ſtudio Romani circumſepſere. Tum ſi quis
forte hanc ſiti elaborare conſpexiſſet pretereuntis illico ad ferendas aquas accer-
ſibat. Qui quidem tanq; ad cõmune incendium extinguendum cum copioſiſſimis
aquis repente accurrebant. Sed cum. C. Ceſar quaſdam ad hunc locum ſemitas
conficeret qui circum confodiebant inconſulte radices incidiſſe traditur & cornũ
deinceps amiſiſſe germen & deſicatum penitus inpoſterum occidiſſe. Sabini igiẽ
menſes a Romanis accepere nec minus alia permulta que in Nume vita conſcrip-
ſimus. Sed Romulus ab his arma cum antea Argolico clipeo Romani vterentur
Feſta ſolenniaq; ſacra ambo pariter inibant: Nec ſubſtulerunt tamen quicq; ex his
que primo obſeruabant. Quinĩmo alia denuo addidere in matronarum dignitate
conſtituta que ab his matronalia appellabant: Cum ipſe belli illius liberatrices ex-
titerint. Carmentalium etiam feſtus additus eſt dies ob Carmentam quam qui-
dam cuiq; generationis ſortem eſſe exiſtimant. Ideo & matres potiſſimum eã co-
lebant. Nonnulli Archadis Euandri mulierem fuiſſe arbitrantur: rerum futurarũ
admonitricem que Phebo dedicata carminibus oracula ſignificabat: Vnde dicta ẽ
Carmenta. Nam Nicoſtrate ei nomen fuit. Quidam etiam id nominis alio pacto in-
terpretantur ꝙ quaſi careat mente Carmenta dicta: vt ſolet his euenire que Ap-
pollinis nomine debacbantur. De Palilus prediximus. Lupercalia vero conficie-
bant que ob temporis obſeruationem ad expiandos Manes conſtituta videbantur.
Fiebant enim ne feſtis diebus menſis febcuarii: Quem quaſi piacularem interpre-
tantur. Vnde priſci quoq; diem illam febratam vocabant: Quod cum hec ludicra
greci licea appellent ab archadus qui cum Euandro erant hoc ſolenne allatum fuiſ-
ſe pleriq; exiſtimant. Potuit tamen a lupa illa que Romulum educauit recte ema-
naſſe cum Lupercales inde ludicrum incoent. Vbi expoſitum Romulum fuiſſe fer-
runt tametſi que ad ſacra pertinent minus conueniant. Capellas enim mactãt de-
inde gemini aduleſcentes genere preclari ſanguinolenta gladio fedatam ſibi faciẽ
attingunt. Alii illico cum lana lacte madida accurrunt atq; abſtergũt ſanguinem

Tum vero opus est vt rideant adolescentes. Et demum ereptis caprarum tergori
bus nudi in subligatis per ciuitatem discurrunt. Quicumq; sibi obuiam fiunt ver-
berant coriis. Mulieres vero iam adulte vltro se his offerunt existimantes id sibi
felicem pareñdi facultatem prestare. Bucas vero quidam fabulosam super his attu
lit sententiam in illis elegiis de Romanorum rerum descriptionibus. Ait enī cum
Romulus Amulium superasset Vna cum fratre Remo ad eum vsq; locum In quo
lupe māmas expositi suxissent pre leticia cucurrisse: Et vt eterna eius rei mēoria
posteritati foret eos ludos īstituisse Ideoq; nobiles genere adolescentes currere ac
ferire eo pacto quicumq; obuiam fiebant. Vt significarent Romulum ac Remum
ipsum cum illim strictis ensib9 ex Alba profugissent. Atq; gladio illo sanguinolēto
faciem attingere vt cedis illius & periculi posteris monumentum esset & deniq;
eo lacte in sanguinis abstersione vti vt dicarent eorum mirificam ac pene diuinā
educationē. Cuius vero Acilius scribit Romulum cum ante conditam vrbem sua
pecora perdidisset supplicatum Fauno primo concessisse: deinde nudum ne sudo-
re impediretur omnes saltus currendo lustrasse. Ideo nudatus Lupercales hec lu-
dicra celebrare Canem etiam in his sacris īmolant Romani cum ad id sacrifici ge
nus plurimum pertineat. Nam & greci ipsi in huiusmodi piacularibus sacris que
vocant catulos mactare cōsueuerunt Vel potius vt Romulus ipse
lupe eius nutrici gratias referret: que atrocissimos hostes canes habeat vel forte
vt lacesseret ad cursum lupercales quemadmodum Canis succendi ad iracundiā
facile consueuit. Aiunt preterea Romulum primo sacrum feste ignem dedicasse
Cuius ministerio sacratas virgines constituisse quas vestales ab ea appellauit.
Quod quidem nonnulli transferēt ad Numam cumq; diuinarum rerum Imprimis
studiosissimus esset: Augurem quoq; extitisse ferunt: Litiusq; ad captanda augu-
ria vsum. Erat enim Litius baculus incuruus quo sedētes augures auibus templa
designabant Seruatusq; in palatino Colle vsq; ad celtarum tempora: quibus capta
vrbe incendio euanuisse ferunt. Postea vero expulsis a Camillo hostibus inter al-
tissimas fauillas illesum cum omnia ignis cōsumsisset inuentum. Edidit & leges
Quarum potissima hec fuit: Ne qua mulier amarito diuortiretur Neq; propelli pos
set. nisi aut veneficio in filios aut clauium adulteratiōe: aut stupro caperetur. Sin
secus viri fortune mulieri prouenirent: Statuit quoq; cereri templum quo mulie-
res sacrificarent manibus. Parricidiis vero nec unam tantūmodo penam in dixit
tanquam ea res esset antea romanis incognita: Et parracidium nemo posset audere
Quod longa post tempestate visum est Romulum haud temere excogitasse. cum
nullus exactis iam vere annis sexcentum tantum facinus Rome perpetrasse inuen
tus sit Aiunt Lucium hostium primum post tot secula extitisse qui perfecto secū
do bello punico paricidii accusaretur. Sed de his hactenus. Annu deinde quinto.
Tacii imperii quidam eius propinqui ac domestici laurentinorum legatos in vr-
bem proficiscētes facto impetu diripuerunt: Illi tutantes sua ab his demum cesi
Indignum quippe facinus Quod Romulus egre ferens existimauit illico damna-
tos afficere supplicio oportere. Tatius vero eam sententiam repellebat. Que res
potissima eius postea dissensionis fuit: tametsi ceteris in rebus concors imperium
esset laurentes interim iniquitate regis impulsi: cum ipse vna cum Romulo in La
uinio sacrificaret adorti Tatium obtruncāt: & Romulum illesum etiam cum lau-
dibus mittunt: quasi extitisset ipse equitatis semper & iusticie fautor. Funus de-
inde Romul9 cū dignitate executus est Sepeliuitq; Tatium in Armilustrio auē
tini loco. Sed cedis auctores penitus neglexit. Sunt qui dicant Laurentes Romu
li magnitudine perterriti auctores sceleris illico romam misisse: Romulum veru
cum diceret cedē cede expiari oportere libere remisisis Quo quidē sermōe quādā

& suspicionem iniecit id se non inuite vidisse quo sibi collegam alienaret. Sed tule
runt eam rem modestissime Sabini tum omnium in Romulum iam parta beniuo-
lentia tum etiam eius virtutis admiratione que iam tanta erat vt eum quasi deũ
intuerentur obstupescebant etiam Romulum nõnulli externorum populi. Ex qui
bus prisci latini ea tempestate de impetranda societate legatos Romam miserũt
Fidenas deinde cepit ciuitatem finitimam populo Romano cum repentino illuc
impetu milites ad succidendos portarum cardines vt aiunt nonnulli permisisset
Seqꝫ postea cum reliqua multitudine ex improuiso contulisset. Alii autem ferunt
fidenates cũ agrum Romanũ late defastassent ingenti preda potitos vsqꝫ in sub-
urbia penetrasse. Sed positum in insidiis Romulum eos a tergo adortum multa
clade fudisse: captaqꝫ primo ĩpetu ciuitate mitem atqꝫ comẽ se omĩbus prestitisse
deductaqꝫ eo colonia est idibus Aprilis duo milia & quingenta Romanorũ. Nec
multo tempore post grauissima quedam morbi labes oborta vrbem inuasit que re
pentina sine egritudine cede captis corporibus mortales opprimebat. Nec erant
ab hac peste libere fruges nec armenta. Peribat pecus fructus quoqꝫ desiccabant
pluit etiam tota ciuitas gutis sanguineis quasi ea labes deorum ira irepsisset id
quoqꝫ cũ laurentinis colonis euenisse cognitũ neglectam Tatii cedẽ extitisse & ob
perditos eorum legatos vtrumqꝫ populum deorum monitu ac pernitie fuisse affe
ctum. Traditis ergo vtriqꝫ cedis auctoribus vtrumqꝫ illico cessauit labes factisqꝫ
insuper quibusdam piacularibus sacris in ipsis ferentinorum portis quod hucusqꝫ
obseruatum est. Romulus vtramqꝫ ciuitatem expiauit. Nec dum satis cesserat la-
bes cum Camerii aduersum Romanos impetum faciunt regionem vastant. Rati
Romulum ob illatam ab diis cladem haud quãquam resipiscere posse Quibus illico
cum exercitu occurrit Romulus Hostes fudit Sex quoqꝫ milia eorum cesis ciuita-
tem cepit. Iussitqꝫ Cameriis vt dimidia pars eorum qui superessent Romam pro-
ficiscerentur. Ipse vero ex suis qui Cameriam colerent duplices reliquit. Quod
quidem Cal. Sextilibus fuit. Tot enim ciuium Romulo erat ex sexdecim fere an
nis quibus Romam condiderat Interea vero que eo prelio consecutus est Eneum
currum ex Cameria euexit: quem uulcani templo constituto. fecit se ibi a victoria
coronari. Sic igitur confirmatis rebus finitimi qui minus poterant congratulari
quedam quasi propugnacula aduersum ceteros & pacis munimen consecuti. Re-
liqui vero quibus erat potentia maior inuidere ac pertimescere tantam in medio
crescentem magnitudinem: existimareqꝫ haud quaquã esse post habendam Romu
li audaciam: Sed initio resistendum atqꝫ reprimendum imperium. Veientes itaqꝫ
quorum in Tirrenia res satis ample fuerant principium suscitandi belli inuenere
Missi legati qui fidenas tanquam ciuitatem sibi attinentem peterent. Quod non
modo iniquum visum est Romulo: Sed etiam ridiculum. Quippe qui dum bello fi
denates opprimerentur nec tantillum quidem intulissent modo. rem perditam ci
uitatem domos imperium deposcant condignum petitioni responsum retulere le-
gati. Indignati igitur Veientes vna parte copiarum Romanos qui Fidenis adcu-
stodiam relicti erant inuadunt omnesqꝫ ad vnum trucidant altera vero parte Ro-
mulo cum exercitu aduentãti occurrunt. Sed victi fugatiqꝫ Veientes supra octo
milia eo prelio amisere: Victores Romani iterum Fidenas expugnant Quod qui-
dem prestantissimum Romuli facinus fuisse existimant. Quippe qui non modo ĩ-
dustriam animiqꝫ magnitudinem pre se tulit. Verum etiam fortitudinem celeri-
tatemqꝫ nec minus humanitatem non mediocrem Verum illud haud quaquam cre
dibile est quod palam de eo predicatur vt quatuordecim milibus hostium hoc pre
lio cesis ipse Romulus supra septem milia proprio mucrone peremisset. Quod etiã
Messenii de Aristomeno iactitant quod tercentum ipse. Lacedemoniorum diti

litasset Fractis igitur Veientium rebus quiq; fugiebant dimissis ciuitatē Romu
lus repente inuadit Oppidani vero ob acceptam cladem perterriti pacem in cen-
tum annos a Romanis petiuere. Pace impetrata septima parte agrorum mulctati
quam septmagium appellant. Salinas quoq; que circa flumen erat amisere. Dati
sunt etiā ab his pacis obsides Nobilissimi ciuitatis quinquaginta. Triumphauitq;
de his Idibus octobris ducens secum in eum triumphum inter ceteros captiuos :
Veiētium ducem hominem sane decrepitum qui preter etatem stulte ac imperite
suos ductasse iussus est: Ideo hucusq; qui sacra victorialia gerūt carum senem pur-
pura indutum per forum in Capitolium ducunt puerilem bullam illam collo ge-
stantem : canit tum preco sardianos asinos esse . Nam tirrhenos ferunt Sardiano-
rum Coloniam extitisse. Verum hoc vltimum Romuli opus fuit Pace deinde sibi
vndiq; parta tot ac tantis rebus gestis elatus Romulus vt ceteris vere omnibus
solet euenire ob secundam rerum fortunam & nimiam felicitatem insolentia & tu
more animo superbire cepit . Cesserat iam vrbanitas illa popularis : quā de se mi-
rifice prestabat Vrsaq; in deficilem monarchiam ciuitas eo se iure destitutam esse
videbat eaq; ducis humāitate priuatam quo iam tantum ei accreuerat imperium
Ipse enim toga purpurea redimitus infocum prodibat reddebatq; ius sedens Sella
curuli . Astabāt iuuenes circū eū quos amistrādi p̄optitudīe celeres appellauit
Petibant etiam nonnulli vestibus succintis adcoercēdam cum virgis multitudinē
expediti : Vt etiam quos iussisset vinculis colligarent. Quos litores appellauit a li-
gandis hominibus : Nunc vero interposito c. lictores appellant hos enim
greci vocant quod sint quasi populi ministri : cum ipsi ad huc
populum & multitudinem dicant. Ceterum cum Albe obiisset. Nu-
mitor ipse imperio potitus facta contione regem ex sabinis declarauit : quin ānuū
tantum obtineret magistratum : docens primates priuatim viuere opportere &
ciuitatem liberam esse partim tamen superiores. Patres vero haud amplius ciui-
tatis partem capiebant . Sed pristina eorum dignitatem priuat consuetudine po-
tius quam ex sententia in senatum prodibant . Ipse enim omnia silentio statuens
patrum sententiam propellabat . Erant preterea alia his grauiora queq; enim bel-
lo aut armis comparauerant ipse omnia iniussu patrum militib; distribuebat. Vei
entibus quoq; inuito Senatu obsides restituens visus est rem admodum indignam
facere aduersum patres atq; omnium contemnere dignitatem Quapropter euenit
vt ipse breui post in contumeliosissimā inuidiam ac suspitionē prolabaretur Rap-
tusq; nec admodum post incredibile dictu e mediis ciuium oculis euanuit : Nonis
quintilibus: Nullum penitus sue mortis vestigium relinquens nisi quedam humāe
rationis expertia : Quaquidem die adhuc posteri quedam obseruant que de Ro-
muli cede merorem & egritudinem indicant . Nec id de Romulo admirandum
est : Cum etiam Scipio Affricanus domi post cenam quodam repentino casu peri-
erit. Cuius interitus tante ad mirationi omnibus fuit vt vix credere Romani po-
tuerint. Alii ferebāt Affricanum cum esset imbecilli a natura corpora sine alicui9
ministerio periisse . Alii veneno se ipsum occidisse . Alii ab inimicis necatum cum
noctu clam dormientem inuasissent . Qui quidem cum diu spectaculo omnibus
fuisset ingenite cuiusdam pestis suspectionem dedit . Mortuo igitur ita repente
Romulo nulloq; penitus ipsius vt dixi vestigio relicto creditum illum est cum in
Vulcani templo senatum coisset ab infensis patribus laceratum & suam quemq;
partem in sinu clam extulisse . Alii raptum a nimbis e media contione ferunt cum
ad recensendum exercitum adcapream paludem conuenisset . Vbi repente exorta
tempestas cum tonitribus ac ingenti ventorum fragore terram vndiq; grandine
operuisset Sol quoq; nocte intēpesta penitus defecisset Atq; eo spectaculo cōuersis

inter se patribus ceteram multitudinem perterritam aufugisse Sed postquam se
data est procella & ex tam turbido die serena rediit lux amissi regis desiderio
omnes in vnum confluebant · Patres vero anxie multitudini resistentes venerari
Romulum & colere iubebant tanquam in deorum numerum raptum atq; optimū
Romanis numen ex optimo futurum rege : Quare plurimi spe felicioris euentus
erecti animos conciliabant Quidam vero duriter atq; aspere factum increpabant
accusantes patres fuisse qui discreptum regem occiderint seq; aduersum Romu-
lum longe probatiores extitisse dicebant · Interea Iulius Proculus qui ex Alba ori
undus erat . Vir profecto inter patres & genere & dignitate primarius tum etiā
cum rege fide beniuolentia & affinitate coniunctus turbatam intuens regis desi-
derio multitudinem repente in contionem venit adhibitoq; ad id iure iurādo · Ro-
mulus inquit prima hodierna luce cum in forum venirem obuiam se mihi tulit for
ma longe augustior humana splendidissimis atq; ardētibus armis septus cuius ful
gore cum horruissem primo : Quid inquam rex hanc tuam infelicem ciuitatem
ac miseros ciues in tam grauissimo tui desiderio luctu & merore reliquisti : Ille cō
tra . Sic diis placitum est . Procule cum tot annos inter mortales extiterim modo
amplissima vrbe constituta inter deorum sim cetum inmortalium Sed letare atq;
anuntia . Romanis vt iusticiam & rem militarem colant cum nulle future sint tāte
opes que nostris armis resistere possint : Ego vero meam semper propitio numine
progeniem sospitabo. Mira huic viro tradita est fides ob coniunctam cū rege affi
nitatem tum etiam eius viri probitatem & acceptū iusiurandū · Tum vero plebs
deposita omni suspitione & contumelia Romulum quirinum appellantes vt deum
colere ceperunt . Greci hoc idem de Aristeo preconensi & de Cleomede Astipa-
lensi fabulantur . Qui quidem cum . Aristeus in fulonaria officina perisset ferunt
ex oculis ferentium funus euanuisse Postea vero Cortone incedentem visum ab
his qui ex perigrinatione proficiscebantur Sed Cleomedes cum incredibili cor
poris robore ac magnitudie pre ceteris prestaret vir sane indomiti atq; inuicti ani
mi & qui iam antea permulta violenta ac immanitate patrauerat in quendam de
mum studiosorum adolescentium ludum irrupisse traditur in quo ingens colūna
constituta totum fere tectum continebat : Quam cum inspexisset Cleomedes ma-
nu adortum vna cum tecto disiecisse : Contritisq; omnibus adolescentibus se libe
eripuisse fugam . Seq; cum insequerentur accole demum in quodam scrinio adeo
arcte conclusisse ferunt : vt a nemine vnquā poterit aperiri . Sed fractis deniq; ab
his vtrinq; talibus nusquam tantum inuentum Cleomedem Cuius rei admiratio
ne captos Accolas scisitatū Apollinem misisse . Oraculumq; respondisse hoc pacto
Vltimus heroum Cleomedes astipaleus id etiam de Alemena traditur cui i loco
inuentus lapis admiratione omnibus fuit plurima preterea ab his effingūtur pre-
ter consuetudinem legemq; nature : attribuenres diuinitatis īmortalitati corrup-
tibilia atq; caduca . Prorsus quidem virtuti diuinitatem desperare impium ac in
humanum est . Velle autem terrena ista ac momentanea celo admiscere nihil absur
dius Sed permittenda est hec opinio antiquitati cum optimū a Pindaro presidiū
consecuta est . Ait enim omnium mortalium corpus morte interire : Atq; omniū
animantium formas ab eternitate priuari : Quod vero solum ex deo nascitur inde
vt proficiscitur sic etiam vt eo redeat est necesse : non per corporis spetiem . Sed
si ab ea mole discesserit : fiatq; penitus purum inuiolatum atq; incorruptum quod
est proprium humane anime ac spiritus Que secundum Heraclitum : cum leuissi-
ma atq; incorruptibilis sit quasi uulgur e nebula ita euolat e corpore · Sed hac
mole infusa atq; inmersa hoc luto tanquam turbulentissima caligine opprimeretur
grauissima efficitur Nec potest ad celum vnde discesserat euolare Constat igitur

nullam esse tanta felicitate ornatū corpus: quod natura ac humane vite conditiõe assurgere in celum possit. Quod solum virtuti ac anime a diis concessum est. Que quidem diuina clementia homines diuos facit: & ex diuis demones & ex demonibus si emundentur atq; omnem absterserint labem non humana lege. Sed eorum iustitia ac benignitate in deos vertit: optimum illum atq; felicissimum beatitudinis finem adipiscentes: Sed vt ad historiam redeam Nonnulli existimant Romulum Quirinium appellatum esse quod semper belli ac pugne studiosissimus extiterit Alii rurũ etiam Romani Quirites appellarentur Alii ab eo genere teli quod Prisci Quirinum dicebant. Vnde Iunonis Quirinalis imago sit ab ea cuspide appellata Et in regia telum illud constitutum Martem vocant. Quiq; hostes eo feriebat ornare etiam laudibus consueuerunt. Ideo Romulum tanquam belli ac pugne deum Quirinum appellarunt. Templũ quoq; constituere in eo colle qui nunc ab eo Quirinalis appellatur diem etiam qua ipse e media vanuit contione turbe fugã vocant Et nonas capratinas eo quia sacra ad capream paludem ex ciuitate defferebãt proclamantes inter se alternis nominibus cum timore ac animi perturbatione eum fuge ac prouocationis morem seruti quem mortuo Romulo trepida plebs intẽ se concitauerant. Tametsi Alii aliunde hanc consuetudinem emanasse ferant. Nã postq; Celte vrbe capta a Camillo turpiter fugati essent. Latini illico duce Libio post Postumio bellum intulerunt rati haud facile resistere Romanos ob acceptam a Gallis proxime cladem Qui cum castra pro menibus locassent Iussit Postumius preconem Romanos adire qui diceret latinos iam perditam veterem illam amicitiam & affinitatem renouatum venisse & genus suum eamq; sãguinis cõmunionẽ nouis nuptiis sancitam Si ergo plurimas ad se miserint virgines quo possint amissam affinitatem recuperare polliceretur futuram cum his pacem ac stabilem amicitiam Quemadmodum etiam cum Sabinis antea fuit Romani vero primum per timescere tantum belli impetum nec minus huic deditioni dedignari. Dum hec agitarentur accessit in mediam contionem Philotis ancilla quam alii Tutulam vocant persuasitq; neutri cedere Romanos si sibi aduerterint posse facile & bellum a menibus propulsare & eam effugere deditionem Hortatur sese imprimis destinãdum hostibus esse & cum ea sui generis mulieres que essent liberali ac ingenuo apparatu perdite Nocte deinde ĩtempesta se signum Romanis incendio prestiturũ vt repente latinos cum armis inuadant & hostes semisepultos somno libere potiãtur Quo quidem facile persuaso cum primum oportuna cessit occasio Philotis ancilla illico indicat Romanis signum Caprifico quodam atergo circumsepta ne hostes incendii rutilationẽ presentirent & vt solis rem aperiret Romanis Vt ergo primum Romani signum acceperunt exciti repente latinos de improuiso inuadũt sese alternis nominibus circa ciuitatis aditus ob tetram noctis caliginem appellãtes Victis itaq; latinis victores Romãi in victorie monumẽtũ hec sacra celebrari decernunt Non eq; capratine ab ea caprifico dicte que ancille illos incendio ab hostium conspectu Romanos liberauit Vestiuntur enim in hac celebritate mulieres ramis ficulniis Ancille deinde circum se adeuntes colludunt pariter. postea vero inter se saxa collidentes priscam illã mutuam appellationẽ imitantur Sed huic opinioni haud plurimi sunt qui consentiant Nam & inter diu ea ludicra celebrare tum etiam mutuis appellationibus ad capream paludem mare versus discurrere potius superiori videndum conuenire opinioni aut forte in eadem die diuersis tamen temporibus contigit vtrumq; Romanis Euanuit igitur Romulus ãnos natus quatuor & quinquagintaocto & triginta Vrbis imperio potitus. Hec sunt deniq; que de Romulo digna memoria accepimus

f. T

ER PULCHRA profecto res & eximia virtus est sapientissime pater qua & viuos colimus & in mortuorum memoriam atq; desiderium mirabiliter & agimur & incendimur & cum omnis eius prestantia non minimi ducenda sit : tum ea maxime facienda quam animi ius vigorq; prestiterit . Nam cum animo constemus & corpore . ex illo certe quicquid vltro manat bonum id prorsus est .a primeq; diuinum . Est enim & ille diuinus ex deoq; profectus . Corporis autem imbecillitas : tam diu videtur excellere : quod ipsi rationi obtemperarit . At relicto consilio continuo titubat . labitur : deperit : Itaq; huius quamcunq; virtutem dicimus falso eam nomine appellamus . Nam vel ea corporis nulla sit vel si qua sit : vsurariam possidet . Etenim corpus moritur : illa vero eterna permanet . Inter animi autem virtutes que multiplices preclareq; omnes sunt ei primas laudis partes mea sententia dari decet : qua solam veritatem noscere : eamq; meditari ac sequi inducimur . Hec enim vna mortalibus felicitatem pollicetur . Hanc puto sapientiam vocant . huius qui expers fuerit omni enim virtute mundum iure fateri licet ? Quis enim stultus fortis ? Quis insipiens iustus ? Quis temperans ? Quis liberalis ? Quis magnanimis ? Qui verum norit : deum etiam norit Is enim vnicus est veritas : quam qui recte contemplatur recte beatus haberi debet . huiusce vero auguste virtutis nomen & vetus & celebre . Hanc qui sectari conplectiq; putarentur : sapientes primum : deinde quoniam id superbius dici videretur : sapientie studiosi cognominati sunt . Sic enim philosophos interpretari voluerunt . Inter hos vero licurgus lacedemonius antiquissimus habetur & laudatus inprimis : cuiuscumq; superiorem eam rem publicam : latinam reddissem quam summo ingenio : summa eloquentia : summa eruditione xenophon accuratissime scripserat . Operepretium visum est : vt vita etiam eius omnis moresq; innotescerent . Ita namq; non inutile fuerit : & qua prisci via sapientie sibi nomen vendicare molirentur : Intelligere & cum sapientia christiana que sola sanum sapit vna conferre . Quãobrem ipsius ligurgi vitam sum ex Plutarcho interpretatus . Is enim ad vnguem vnus illius res gestas omnes cõp exus est . Qui & si dicendi eloquentia xenophonte sit minor doctrina tamen & diligentia q; proxime accedit . Hunc autem ligurgum non dubito cum quicq; otii nactus fueris pater prestantissime : non animi causa modo : sed ea quoq; sciendi cupiditate que generosis quibusq; mentibus est ingenita non inuitus lectitabis . Quippe cui ex hac vita ani aduersurus liquido sis quandam vetustissime antiquitatis imaginem atq; disciplinam . Neq; miraberis scio q; imortalibus adeo laudibus superiorem . Agesilaum noster honestarit xenophõ intueberis enim eum ex lacedemoniorum illa re p . tum ex hac presente vita is militie preceptis & institutis prudentissimum & fortissimum regem illum semetipsum instruxisse & egregie confirmasse quibus florentissime respublice clarissimaq; imperia & lautissime augentur & pacatissime conseruantur pulcherrime exornantur . Vale

E LIGVRGO LEGVMlatore nihil ut ita dixerim
certe narrare licet cuius quidē & genus & peregrinatio
& obitus atq; apud omnes ipsius inferendis legibus con/
stituendaq; re p. studium varias historias sortitum ē At
ne tempora quidem constant Quibus vir ille fuerit . Alii
namq; hiphiti temporibus claruisse feriasq; olimpiacas una
secum confecisse tradunt ·Quorum est & Aristoteles phi
losophus coniecturam trahens ex eo disco quo in olimpia
cis ludis utebantur .In illo enim ligurgi nomen incisum conseruatur Alii vero ex
illorum successionibus qui sparte regnarunt :tempus supputantes veluti Ecatoste
nes atq; Appollodorus non pacis annis antiquorem prima olimpiade ligurgum
ostendūt. Thimeus autem sentire videtur duos apud sparsiatas ligurgos extitisse
haud eodem tempore Eorumq; utriusq; res gestas ob gloriam in alterum referri
& vetustiorem quidem non porro ab Humeri temporibus fuisse .Quidam etiam
Humerum illum vidisse ferunt Xenophon quoq; videtur antiquitatem viri illius
asserere in quibus ligurgum herachidarum temporibus fuisse commemorat . Nam
genere quidem nouissimos etiam sparte regnantium herachidas fuisse perspicuum
est .Hic autem videtur illos nominare herachidas voluisse: qui primi simulq; proxi
mi herculi extiterunt .Verumtamen quanq; tanto in errore versetur historia eni
temur eos sequentes vel qui probatissimis argumentis vel testibus celeberrimis
vtuntur que de hoc viro perscripta sunt in medium referre Cum & simonides poe
ta non eunomi sed prianidis filium ligurgum dicit atq; ligurgum & Eunomū plu/
rimi fere non hac generis origine perhibent sed ex Procle & aristodemo inquiunt
suum natum ex soo euritionem ex quo prianin ex hoc autem eunomum ex eunomo
vero polidectem ex priore vxore licurgum autem iuniorem ex dionassa . Vt vero
Eutichidas tradidit eum quidem sextum a procle ab hercule autem vndecimum
ex maioribus autem eius sous maxime illustris fuit . Quo imperante elotes spar /
tiate in seruitutem egere & agri non nihil ab archadibus absidentes sibi aduendi /
carunt . Fertur autem soum nuper difficili aridoq; loco a clitoriis obsessum in ea
venisse federa vt partam bello terram eis relinqueret si quidē ipsi atq; sui omnes
ex proximo fonte biberēt firmatis autem iureiurando federibus cōgrega isq; suis
omnibus illi qui non biberet regnum se traditurum pollicitum esse . Continente
vero se nemine sed cunctis potius bibentibus soum ipsum post omnes descendisse
& hostibus adhuc presentibus cum sese aqua aspersisset abscessisse locumq; tenuis/
se peride atq; non omnes bibissent sed tam & si has ob res soum admirentur nō ab
hoc tamen sed ab eius filio familiam euritiotidas cognominarunt . Videtur enim
primus Eurition nimirum regie potestatis fastum remisisse beneficiis alliciens po
pulum multitudinisq; gratificans Ex huiusmodi vero remissione populo ad auda /
tiam irritato posteris autem regibꝰ tum multitudinis exosis tum vel ad gratiam
vel propter infirmitatem dissimulando perferentibus sparta diutius leges atq; or
dinem desiderauit . Qua tempestate & licurgi patrem imperitam diem obire con/
tigit . Dirimens enim quandam tumultuantium pugnam popinario cultro ictus
occubuit . Polidecti filio qui erat natu grandior relicto imperio . Quoquidem &
ipso mortuo non multo post in regnum succedere licurgum oportebat veluti om /
nes opinabantur . Atq; priusq; manifestum foret fratris vxorem pregnantem esse
regnabat . Sed postea q̄ celerrime hac de re certior factus est regnum declarauit
pueri esse si quidē mas foret principatū vero ipse tāq; tutor gubernabat pupillorꝫ

autem regum tutores lacedemonii prodicos nominant . Sed vt mulier clanculum
eum acrerscere verbaq; de perdendo puero quo illi sparte imperãti nul eret facere
eius quidem ingenium ligurgus exosus ac detestatus est ad ea vero que dicebantur
contradixit nihil quin laudare & admittere simulans : Non opotere inquit per ab
ortiuum partum atq; medicamentum ipsa sibi corporis detrimentum afferat pe-
ricliteturq; sibi enim cure fore vt continuo q̃ nasceretur e medio tollatur Hoc igit̃
pacto ad tempus vsq; pariundi dedurens mulierem vbi illam parientem sensit mi-
sit qui parturienti assiderent eamq; asseruarent . His autem imperarat si femina
nasceretur eam mulieribus traderent . Si mas eum ad se deferrent qui quicquid
rerum tunc ipse gereret . Accidit autem vt mulier ipso cum principibus cenante
marem pareret . At ministri aderant qui ad eum infantem deportarunt . Quem
ille suscipiens traditur dixisse ad discumbentes. Rex natus ē nobis o spartiate ac
deinde cum in regio solo reclinauisset . Charilaum nominauisse quoniam qui ad-
erant hilares omnes essēt admirantes illi quidem tum eius animi magnitudinem
tum iustitiam . Regnauit autem totos menses octo . Ceterum erat spectatissi-
mus apud ciues pluresq; fuere qui sibi ob virtutem auscultarent & alacres impera
ta exequerentur quem qui vt regis curatori potestatemq; regiam habenti obtem-
perarent . Erat& quidam aduersus eum inuidia ac nonnulli quoniam iuuenis in
incrementis esset in eum insidias moliebantur presertim rognati & familiares ma
tris ipsius regis que contumelia affecta videbatur ruiusq; frater leonidas vbi au-
dacius aliquando atq; petulantius in ligurgum maledixisset subdidit se plane ac
certo scire ipsum neraturum suspitione is prebens ac ligurgum calumnia preoc-
cupans vt insidiis vsum siquid regem pati contigerit huiuscemodi autē verba que
dam etiam a muliere efferebantur que grauiter ligurgus & permoleste ferens ve
ritusq; occulta consilia statuit peregrinatione euitare suspitionem vagariq; quo ad
nepos per etatem ad successionem regni prolem consequeretur . Itaq; sic soluens
primum in cretam venit vbi res publica regionis discens congressusq; viris prima
riis gloria partim & legibus probauit acceptq; quasi domum trãslaturus atq; vsu
rus partim etiam contempsit preterea virum vnum qui sapiens illic ciuilisq; habe-
batur gratia & amicitia persuasũ Thaletē nomine spartã misit qui poeta versuũ
liricorum existimatus occasione quidem & pretextu hanc illic artem exerceret re
vero que optimi legum latores solent ea ipse perficeret . Illius enim hodie quedam
erant orationes que modis simul & numeris multum decoris grauitatisq; habenti-
bus ad obtemperandum concordiaq; vtendum reuocarent . Is autem auditorum ĩ
genia sensim demulcebantur & a maliuolentia que tunc illis inuicem inerat rerum
honestarum studio assuescebant. Quamobrē omnes ille quodãmodo honestissimis
Ligurgi institutis preparauit Excerta autem Licurgus in asiam nauigauit volēs
vt fertur cretensi victui abiecto quidē illi & seuero sumptus ionicos ac delicias cuē
admodum medici sanis corporibus sub egra & morbosa solent & conputare & ita
viuendi atq; rerum publicarum differentiam decernere Quo quidem in loco cum
Homeri poemata primum legisset que apud Creophili filios seruabantur & inuis
sent intuitus ciuile institutum ac eruditionem admixtam non minore sectandam
studio q̃ aurum voluptates intemperantiamq; libidinis ea queq; libenter scripsit
& congregauit vt in patriam deuecturus. Erat enim pertenuis fama quedam ver
suum apud grecos. Quasdam Poeseos partes sparsim vt acciderat diuulgare con-
secuti fuerant haud multi . Eam ligurgus vel primus illustrem fecit egiptii vero
etiam ad se venisse ligurgum putant & ab aliis nationibus pugnãdi discrimē maxi
me admiratum id ad spartiatas transtulisse diuisisq; fabris & uulgaribus opifici-
bus vrbanam verissime ciuitatem mundamq; reddidisse . Que ab egiptiis dicunt

hec eadem & grecorum aliqui & ipsi rerum gestarum scriptores testantur Quod autem ligurgus libiam hiberiamq̧ perierit & indiam peragrans . Gimnosophistis congressus sit preter Aristocratē spartiatam hipparchi filium neminem dixisse cō gnoscimus . At lacedemonii absentem ligurgum desiderabant accersebātq̧ sepenu mero quasi reges nomē dignitatemq̧ dumtaxat Aliud vero quo multitudini pre- starent nihil haberent at ī ligurgo imperatorium quoddam esset ingenium & vis que homines allicetur & prestantiores redderet . Verum neq̧ regibus illius viri presentia minus desiderabatur quin sperebant eo presente multitudinem minus se se ad iniuriam contumeliam latum ire . Cum ergo ligurgus ad hosce ita affectos reuertisset illico agressus est presentem mouere statum rempublicamq̧ mutare tanq̧ nullum neq̧ opus neq̧ vsus legum singularium esset nisi quis veluti corpori egro & morbis omnifariam pleno inherentem valitudinis temperiem resoluēs ac deiciens medicamentis purgationibusq̧ . Alterum nouum viuendi ordinem agre diatur . Cum hoc igitur secum cogitasset primum omnium Delphos pecit & ac- cepta sorte actisq̧ sacrificiis redit celebratum illum oraculum secum referens quo & dilectus diis & deus ipse potiusquam homo a phitia appellatus est . Preclaram enim legum institutionem efflagitanti inquit tandem deum & dare illam & annu ere que longe aliarum rarum publicarum optima foret . Itaq̧ his elatus optimates accersiuit ac simul rem aggredi hortatus est clanculum amicos antea allocutus Deinde sic paulatim cum plures tentasset & ad rem ipsam constituisset vbi adue- nit tempus triginta principes iussit q̧ primū illuxisset inforum armati procede- rent cū stuporis gratia tum & terroris siqui aduersarentur . Quorum viginti illu striores Hermippus perspicue scripsit Qui vero ligurgi facinoris vnus omniū par ticeps fuerit & sibi in ferendis legibus sociū arthemiadā nominant . Orto autem tumultu Charilaus rex metu perculsus veluti aduersum se totū negotium insur- geret in erarii domū defugit . Deinde suasionibus aceeptisq̧ iuramentis prodiit & que gerebantur particeps fuit . Quippe qui vsq̧adeo miti esset leniq̧ ingenio vt cū aliquando secum vna regnaret Archesilaus dixerit aduersus eos qui adolescētē laudibus efferebant Quo pacto Charilaus vir bonus non fuerit qui ne etiā impro- bis molestus est . Cum multa vero . Ligurgus innouasset primū fuit & maximū seniorū constitutio quam ait plato tumescenti regū imperio ad mixtam & ad max imas res adipiscendas salutem simul & continentiā equalem potestatē assecutam Suspensa enī respublica & declinans nunc ad reges intirannidē nunc ad plebem in Democratiam cū sicuti munimen seniorum principatū in medio statuisset ac neu- tram esset in partem pronior tutissimū ordinem & statum habuit. Semper enim octo & viginti seniores illis tum regibus assistebant vt populari pricipatu repug- naretur tum vero ne tirannis fieret rursum populi viribus fauebant . Tot autem eos seniores fuisse refert Aristoteles . Eorum enim qui primi xxx cū Ligurgo ex titissent duo id negotii pre metu reliquerunt . Sperus autē ait ab initio tot fuisse consilii participes. Quidam etiam esse posset quod ipse numerus per septenarium quater multiplicatur absoluitur Et quod suis partibus equalis post senarium per- fectus est . At mihi videtur tot maxime seniores constituisse vt omnes xxx . esset octo autem etiam viginti regibus duobus esse additos . Sic igitur circa hunc Pri cipatum Ligurgus studuerit vt ea de re vaticinum & . Delphis reportarit quod rhetiam vocant id ē huiuscemodi

In hisce omnibus philas . Philaxae & obas obaxae multitudinis impartas diuisio- nem distributionemq̧ significat quarum alias philas alias obas appellauit archage te vero reges dicuntur . Appellacem autē est concionari . Nā publice institut.ōis

principium ac causam in phitium oraculum retulit. Sed babicam & gnationem nunc oenutem vocant. At. Aristotiles gnationem fluuium babicam vero partem asserit. Inter hos autem contiones agebant cum neq; atria esset neq; alius ullus apparatus Quare & hec existimabat ad bene consulendum acredere quin potius ea obesse que nugaces & molles redder. ne mani elatione mentes coeuntium quando quidem ad statuas & picturas aut theatrorum proscēia aut curiarum tecta curiosius elaborata ipsi concionantes aspiciunt Ex reliqua vero coacta multitudine sen-tētia dicere nemini permittebatur. Quam autem seniores regesq; tulissent decernēdi populus ius habebat. Postero tamen tempore multis remouendo addendoq; peruertētibus violantibusq; sentētias Polidorus & Theponpus reges hec rhetre ascripsere. Que autem populus praue rogauerit. Ab is seniores & archageras segreges esse hoc est non roborare sed omnino & discedere & populum dimittere tā quam setentiam in deterius & vertentem & conmutantem Suaserant ipsi ciuitati sic esse faciundum quasi hec deo imperante veluti ferme hisce Tritius meminit. Phitius affatus quos est oracula phebi Discite veridici sanaq; verba dei. Consili imperium reges seruare superbos. Sparta quibus cura est vrbs capienda probis Grandeuosq; senes & qui respondeat almis Hinc reliquum rhetris recta simul populum Quamq; hoc pacto institutionem ciuilem Licurgus miscuisset tamen qui post eum secuti sunt cum effrenem adhuc & validam oligharhiam ea vero est in qua pauci dominantur ferocem ac feruidam viderent vt ait plato quasi frenum iniciunt ei Ephororum potestatem annis maxime a ligurgo centum & triginta primum elato constituto Theoponpo regnante quem aiunt cum ab vxore sibi probro obiiceretur quod esset humilius regnum filiis traditurus quem ipse accepisset eo igitur maius respondisse quo diuturnius. Enimuero cum insolentiam regum cū inuidia simul deposuisset periculum quoq; euitauit. Quo factum est ne ea paterētur que messenii argiuiq; aduersus reges suos qui nihil ex regia potestate ad popularem mansuetudinem neq; cedere neq; deponere voluissent fact tarūt Et id maxime licurgi sapientiam prouidentiamq; per spicuam ac manifestam reddidit quod ad messeniorum atq; arguiorum qui & cognati & vicini populi regesq; exsisterent seditiones & rerum. P.erumnas oculos conuerterent hi vbi nam q; ab initio paria consecuti essent & in sorte ante ire illos viderentur haud ad multum temporis secundis rebus vsi sunt. Sed regum iniuria potius q; quod turbe obedirent presen-tes status perturbantes demonstrarunt eum diuino profecto spartiatis successui fortuneq; extitisse qui rem publicam apud ipsos aptarit atq; temperarit. Sed de his postea. Secundum vero licurgi institutum ac generosissimum est agri diuisio Nam cum inequalitas nimia & grauis esset plurimiq; inopes & egeni vrbem per-turbarent diuitie autem in paucos prorsus confluxissent & contumeliam & inui-diam & malignitatem & delicias & qui hisce quoq; antiquiores maioresq; reipu. morbi sunt diuicias ac pauperiem electurus persuasit vt solum omne in medio positum a principio diuiderent e equali sortione pariq; substantia inuicem omnes viuerent primatū vero virtute arriperent quasi nihil prestaret alter alteri superior ne esset nisi quantum rerum turpium vituperatio & honestarū laus determinaret Volens autem simul ac dixerat facere distribuit reliquam quidem laconicam versus municipia ad sortes xxx milia que vero ad opidum sparte ipsi adiaceret ad nouem milia. Tot enim spartiatarum sortes extiterunt. Aliqui autem dicunt licurgum sex milia distribuisse sed tria milia postea pollidorum addidisse. Alii vero ex nouē millibus dimidium pollidoro & dimidium licurgo ascribunt. Sors autem cuiuslibet tanta fuit vt redditum ferret. Viro quidem frumenti lxx medimnos, femine vero xii & ex liquidis item fructibus pro rotione copiam redderet. Nam tantum

alimenti abunde is fore arbitratus est quod & ad bonam corporis valitudinem &
habitudinem satis esset alia vero re nulla indigerent. Narratur autem eum poste-
riori tempore cum ex peregrinatiōe per regionē ipsam nupertime demessam iter
aliqnando faciēs videret acervos similes & equales surrisisse dixisseq; ad astantes
ꝙ omnis laconica multorum fratrum videtor esse qui eam modo diuiserint. Ag-
gressus & res mobiles diuidere quo in equalitatem omnem & exrellentiam tolle-
ret quoniam intuebatur eos inique ferre manifestam oblatinem alia vsus via e me-
dio sustulit hanc plus habendi cupiditatem. Nam vbi primum nūmum omnem
aureum & argenteum irritum reddidisset ferreum solum vtendum imparauit.
Feritq; vt ex vasto pondere & magnitudine valeret parum ita vt .x. minarum in-
star & magno domi penu indigeret iumentisq; ad agendum hoc autem fuso pluri-
ma iniuriarum genera & lacedemone sunt eiecta. Quis enim aut furare voluisset
aut corrumpere muneribus aut alium priuare aut rapere quod neq; occultare pote-
rat neq; cum voluntate possidere neq; etiam vtiliter incidere. Aceto enim vt ferē
igniti ferri aciem extiguens abstulit ad alias res & vsum & vim quoniam infirmū
& inutile redderetur. Post hoc autē eas artes que inutiles superuacaneeq; essent
ex vrbe deiecit. Veruntamen deficiente etiam nemine plurime cū publico numero
excidissent cum res non haberentur in precio. Ferreus enim nūmus grecis aliis
cōmunis non erat neq; precium habebat quippe cui ridiculo esset. Itaq; expere-
grinis & preciosis mercibus nihil eis licebat emi. Neq; onus aliquod negociatores
in portus inuehebant. Neq; rethor in laconicam ad docendum ibat neq; mendicus
vates neq; scortorum enutritor neq; qui aurea neq; qui argentea ornamenta labo-
raret vti nūmus illic non esset sed sic paulatī deserte ab is a quibus exuscitarentur
alerenturq; delicie vltro defecere neq; his qui multa adepti essent plus quicq; cō-
modi aderat cum opibus locus in publico non esset sed domi occluse ociosęq; tene-
rentur. Quamobrem expedita necessariaq; vasa hec lectuli & selle & mense apud
eos optima fiebant Cothonq; laconicus milicie vt ait Critias maxime probabatur
Nam quas aquas bibere cogebantur visusq; abhorrebat illius poculi colore occulta-
bantur. Et cum turbide intus colliderentur ad horas que subsiderent puriores ori
admouebantur horum vero auctor fuerat legumlator Nam cum inutilium rerum
artifices expulsi essent in necessariis ipsis decorem artis ostēdebant. Preterea cū
magis animo volutasset & aduersus delicias bellum aggredi & diuitiarum desi-
derium auferre Institutum tertium pulcherrimum induxit conuiuiorum appara-
tum quo simul cenatum conuenientes ad cōmunia & ordinata obsonia ac cibos re-
quanq; domi discumberent aut super strata preciosa mensasq; magnifice īstructas
inter opificum & coquorum manus sub noctem veluti voraces animantes inping-
uescerent atq; vna corpora moresq; corrumperent ad omnem libidinem faciemq; re-
soluti. Ac per id & multo somno & calidis balneis prulixaq; quiete & quodamo-
do languore quotidiano indigerent. Permagna igitur ea res fuit sed longe maior
quod cōmuni illo cenandi institnto & facilitate victus id effecerit vt neq; furto pe-
tende diuitie neq; potius vt ait Theophastus honori habende neq; diuites haberēt
Nam neq; vsus neq; fructus neq; facies omnino aut ostentatio fuerat magni appa-
ratus cum vna cum paupere opulentus ad cenam iret. Itaq; celebratum illud ema-
nauit. In vna omniumq; sub sole sunt vrbium sparta seruari diuitiarum deum & ce-
cum & iacentem vt picturam inanimam ac īmobilem neq; enim antea cenatos do-
mi ad conuiuia ventre pleno licebat ire. Sed diligenter reliqui eum asseruantes
qui nimis serum aut biberet aut ederet obiurgabant tanq; intemperantem cōmu-
nemq; ad victum lacessentem. Quare vel ob hoc maxime institutum locupletes
dicitur aduersus licurgum exarsisse & in eum vniuersos clamoribus ac tumultu

insurrexisse. Demum vero pulsatus a multis e foro cursu elabitur & alios ante omnes in templum defugit. Sed vnus quidam adolescens alias non ignauus verũ & acer & feruidus alcander instans ac persequẽs eius oculum cũ retro verteretur baculo feriens eruit. At licurgus remissior eo dolore redditus est quin aduersa fronte sese constituens faciem ciuibus cruentam crutumq; oculum ostendit. Pudore maximo & merore intuentes affecti sunt adeo vt ei alcandrum traderent: & ad suam vsq; domum licurgum ipsum simul indignantes deducerent Licurgus autem illos quidem laudatos demisit. Alcandrum vero vbi domum introduxisset mali ei nihil neq; fecit neq; dixit sed dimissis cõsuetis ministris qui sibi famulabãt illum ministrare iussit Hic autem qui nequaq; esset obtusus silentio imperata exequebatur simulq; licurgo assistens ac simul viuens in prespicienda masuetudine et eius animi effectu & vite seueritate & in perferendis laboribus constantia & ipse mirifico in eum virum amore est redditus & ad familiares amicosq; dicebat licurgum neq; durum neq; elatum esse sed solum mansuetum atq; aduersus alios mitez Sic igitur ille cruciatus est & huiusmodi penã subiit vt ex improbo & temerario iuuene in virum exactissimum continentissimumq; euaderet In huius autem erũne monumentum minerue fanum ligurgus statuit quam optiletin appellauit. Nã oculi apud illius regionis doricos optili vocantur. Aliqui tamen quorum est dioscorides qui laconiam remp. conscripsit licurgum oculum percussum asserunt non autem luscum factum ac fanum ipsum dee statuisse in referendas recuperate valitudinis gratias. Baculum tamẽ ferre spartiate in concionibus post eam calamitatem destitere. Conuiuia vero cretenses andria aut viris lacedemonii phibitia appellant siue quod philias idest amicitias & humanitatis ea sint. D. pro. L. accipientes siue quod ad tenuitatem & pheidonem hoc est parsimoniam consuescerent. Nihil autem prohibent etiam primam extrinsecus e vocalem adicere vt aliqui dicunt edicia aut dieta que victum significat nomen trahere conueniebant autem quidem ac parum hisce vel pauciores vel plures. Ferebant singuli farine medimnum singulis conuiuiorum mensis vini choas octo casei quinq; minas ficuum quinq; semis minas. Preterea obsonii gratia per parum quidã nũmi alias vero cum aliquis sacrificasset primitias ac venatus esset partem in conuiuium mittebat licebat nãq; domi cenari quando vel sacrificiis quisquis esset vel venatione retardatus uerum alios adesse oportebat. Ac maiorem in modum ea conuiuia diligenter obseruabãt Itaq; agis rex cum debellatis atheniensibus ab exercitu reuertisset & apud vxorẽ cenare vellet porcionesq; postularet eas tribuni militum mittere noluere. Postridie vero cum sacrificium quod prebuerat pre ira haud soluisset ipsum multauere ad ea autem conuiuia ibant pueri veluti ad scolas pudicitie ducerentur. Et confabultiones ciuilis audiebant & liberales preceptores intuebantur. Iocariq; ipsi & comiter sine scurrilitate cauillari & huiusmodi cauilla non honeste pati asuescebant Admodum enim laconici moris videtur esse iocosas obiurgationes nihilipẽdere. Quod qui minus vellet licebat inbibere & ille ab huiusmodi loco desistebat Ingredientium vero vnicuiq; natu maximus portas ostendens ait per hasce verbũ non egreditur qui autem se conuiuii participem fieri velit sic probari. Deinde singuli apomagdaliam summentes in manum ministro vas super capite ferente silentio quasi calculum ĩmittebat qui reprobaret simpliciter qui vero approbaret mãu vehementer ĩprimens nam que apogmadalia pressa fuerit perforati calculi vim habent. Quod si quam ex is minus pressam offenderint non admittunt ingrediẽtem Quippe qui velint omnes inuicem iocunde congredi. Qui vero sic reprobatus fuerit caddicatum dicunt Caddicus namq; vas vocatur in quod apomagdalias immittũt ex obsoniis autem nigrum ius maxime apud eos probatũ est vt neq; carne

seniores indigerent sed eam adolescentibus cedentes. Ipsi iure perfuso vescerentur
fertur autem quidam ex ponti regibus emisse iuris gratia coquum laconicum de-
inde iure degustato moleste affectum. Ac tunc ei dixisse coquum o rex hoc certe
iure homines in eurota loci vtuntur obsonio qui vbi modice biberont domum ad-
eunt absq; facula. Non enim licet pergere preuio lumine neq; hanc neq; aliam viā
quo assuefiant etiam in tenebris atq; noctu audacter etiam intrepide proficisci Cō
uiuia igitur hunc habent ordinem leges vero scriptas nullus ligurgus tulit. Sed
vna ex his rhetre appellantur hec est. Que igitur absolutissima & maxima ad ci-
uilem felicitatem virtutemq; existerent ea tum demum durare imota existima-
uit si vicinum moribus & vite instituto inserta essent haberentq; tum firmam ele-
ctionem accerrimum scilicet necessitatis vinculum tum eam legumlatoris disposi-
tionem quam disciplina iunioribus faciebat rationem reddens circa ipsorū singu-
los: Paruas vero pecuniarias que tabellas que ad usus ac necessitates aliter pro
tempore contingerent satius fuit non comprehendere neq; inscriptis necessitatib3
neq; in motis consuetudinibus pro oportunitatib3 sinere & ierementa susciperent
& detrementa quecunq; eruditi conprobarint. Totum ac totius legittime insti-
tutionis munus in disciplinam reiecit. Rhetrarum igitur vna fuit vt dictum est
non vti scriptis legibus. Altera vero contra sumptus imodicos vt quelibet dom9
culmen quidem securi ianuas vero serra dumtaxat & nullo alio instrumento labora-
tas haberet. Quod etiam posteris temporibus. Epaminundam dixisse ferunt: in
mensa tale prandium haud esse proditioni obnoxium hoc ligurgus primum exco-
gitauit huiusmodi domum delicias sumtuososq; apparatus nō admittere neq; pro-
fecto quisquam est adeo incultus & rudis qui in facilem & plebeiam domum im-
portet fulcra argenteis instructa pedibus strata purpurea culignas aureas & reli-
quum hisce congruum luxum. Verum necesse fuerit equale congruere & consi-
mile esse domui quidem fulcrum fulcro autē vestem stragulam huic vero reliquā
magnificentiam ex qua quidem consuetudine aiunt lonticbidem illum seniorem
cum cenaret corinthi suspexissetq; tecti domus fabricam preciosam atq; laqueatā
hospitem rogasse an apud eos ligna cradrata nascerentur? Tertiam autē rhetrā
eam ligurgi fuisse predicant que i eosdem hostis militare perhiberet ne sepius re-
pugnando consuefacti bellicosi redderentur. Qua in re Agesilaum regem maxie
posteriori tempore accusant vtpote qui continuis & frequentibus in boetiam in-
cursibus ac bellis thebanos resistere lacedemoniis edocuerit. Quare fautium antal|
chidas eum intuens pulchram tue doctrine mercedem inquit a thebanis recipis q
nolentes ipsos neq; scientes pugnandi peritiam docuisti. Itaq; huiusmodi sanctiōes
rhetras nominauit quasi ex deo decrete & oracula quedam essent. Disciplinam
vero quod maximū legumlatoris & pulcherrimum opus esse censuit longiore ag-
gressus initio statim ea considerauit que ad cōnubia & sobolem procreandam atti-
neret. Non enim vt ait aristoteles aggressus mulieres pudicas efficere destitit ob
frequētem virorum militiam qua omnem illis relinquere potestatem cogebantur
ob id que magisquam par esset eis obsequebantur herasq; appellabant quo minus
multam licentiam illam ipsam muliebremq; insolentiam refrenaret quin & harum
idoneam statuit diligentiam. Enimuero virginum corpora cursibus & luctatio-
nibus iactibusq; discorum atq; iaculorum exercuit vt quemadmodum germinum
radix aere in acribus corporibus principium sūmens melius germinat ita & hec
partus robuste tolerātes honeste simul & facile aduersus dolores repugnarent Ita
q; delicias remouens & cibi subductionem & omnem femineum morem assuefecit
puellas non minus q̄ pueros & versari nudas & quibusdam in sacris & saltare &
canere presentibus simul spectantibusq; iuuenibus interdū etiam comiter i singulos

apteq; obiurgantes carpebant delinquentes ac rursus in eos qui digni essent pre-
conia cantu composita dictantes multa & ambitionem adolescentibus & probitatis
ardorem ingerebant. Nam qui laudatus probitatis extitisset & inter virgines
illustris habitus abibat exultans laudibus. Que vero cum ioco faceta obiurgatiōe
reprehensiones fierēt nihilo erant ipsis seriis castigationibusq; aut obtusiores aut
minus argute. Vtpote quod ad spectaculum cum aliis vna ciuibus tum senio-
res proficiscebantur. Nudatio illa virginum nihil habebat turpe verecundia enim
aderat petulantia aberat sed simplicem quandam consuetudinis & robustatis stu-
dium efficiebat. Atq; elationem animi quandam femineum ingenium nec igna-
uam degustabat perinde ac non minus sibi & virtutis & ambitionis consortium ad
esset. Vnde & dicere illis sentireq; licebat qualia & de gorgone vxore leonide nar
rantur. Nam peregrina quadam vt videtur ad eam dicente. Sole vos lacene viris
imperatis sole enim inquit viros parimus. Hec igitur ad nuptias alliciebant dico,
autem pompas virginum & emulationes & ludos in iuuenum conspectu qui non
geometricis agebantur sed cupidineis vt ait plato necessitatibus. Preterea igno
miniam quandam is qui nubere noluissent ligurgus addidit. Arcebantur enim in
gimnicis ludis a spectaculo per hiemem vero principes iubebant eos in vrbem nu-
dos forum circuire. Ita vero circum euntes canebant in semetipsos compositum
quoddam carmen quo significabatur eos iure pati quoniam Legibus non parerent
Honore autem & obsequio quo iuuenes prosecuntur seniores priuabantur. Quā-
obrem dictum illud in dercillidam clamauit nemo tam&si probatus ille dux exti-
tisset Superuenienti enim sibi quidam ex iuuentute subsellium haud cessit inqui-
ens. Neq; enim mihi tu qui cederet genuisti. nubebant aut raptu neq; paruas neq;
ad coiugium inmaturas sed adultas ac nubiles assumentes. Raptam vero ea que
pro nuba dicitur accipiens capitis quidem crines ad cutem amputabat. Virili aūt
amictu. Calciamentisq; instructam in torum solam declinabat sine lumine. At spō-
sus non ebrius neq; deliciis demollitus sed sobrius vt semper posteaq; in phidiciis
cenatus esset ingressus ac sponse cingulū soluens eam sublatā in lectum transfere
bat. Ibiq; secum moratus haud diu honeste abibat vbi cum aliis iunioribus consue
uerat dormiturus. Idemq; inposterum agebat cum equalibus quidem diem tra-
hens simulq; quiescens ad sponsam vero quadam cum religione clam pergens: &
verecundus & timidus ne quis ex intimis se intueretur. Simul enim & sponsa mo
liebatur agebatq; quo tempestiue & clam inuicem conuenirent. Et hoc non parum
temporis gerebant sed quo ad etiam aliquibus filii nascerentur priusquam inter-
diu suas vxores aspicerent huiusmodi vero congressio non temperantie modo atq;
pudicitie exercitatio quedam erat verum & verecundos corporibus & perpetuo
quodam amore nouos recentesq; ad concubitum ducebat. Neq; societate eos capi
neq; in verecundis congressibus a mutuo affectu refrigescere quin potius vt reli-
quias semper aliquas & fomentum cupidinis & gratie inuicem relinquere sine-
bat. Tantum autem & ordinis & pudoris iugalis copule cum adhibuisset nihilo
amen minus nouam inanemq; ac muliebrem de vxorum pudicicia suspitionē amo
uit. Id honestum decernens si contumeliam & in continentiam omnem a connubio
arceret. Filiorum autem & sobolis societatem dignis hominibus permisit. Eos
deridens qui hec veluti que admisceri cōsortium ve admittere nequirent cedibus
& bellis capescerent. Licebat enim seniori viro iunioris vxoris siquem ex iuniori-
bus honestum ac probum diligeret probaretq; illum ad vxorem adducere & vbi
eam generoso illius semine complesset suum ipsorum quod natum esset efficere. Li
cebat itidem probo viro qui fecundam aliquam pudicamq; mulierem alteri nuptā
admiraretur marito illius suadere vt cum ea ipse congrederetur tanq; i solo fertili

bonos filios faturus atq; facturus bonorum item germãos illos cognatosq; futuros Primum & enim non proprios patrum sed communes ciuitatis filios ligurgus existimabat. Quare non ex uulgaribus quibosdam natos sed ex optimis potius ciues esse volebat deinde plurimam & fatuitatem simul & fastum in aliorum institutis inroebaror qui hisce in rebus elaborassent. Illi namq; canes & equas vt gratia aut mercede dominis persuasis optimis & preclaris illius generis animalibus supponunt. Vxores autem tanq; presidio occlusas seruant ex ipsis dumtaxat eas parere volentes siue illi amentes sint siue confecti senio siue egroti quasi filii mali non nascantur esse is per pirim adepti sunt & nutriunt si ex improbis nascantur. Et contra probi si talem ortum sortiantur. Hec autem ita se habentia cum natura tum moribus tantum tunc aberant ab ea que postea seruata dicitur facilitate mulierũ vt omnino incredibile sit eos adulterio fuisse obnoxios. Celebraturq; cuiusdam gerade dictum hominis spatiate admodum vetustissimi. Qui ab hospite rogatus quid apud eos adulteri patiantur respondisse dicitur o hospes nemo apud nos fit adulter subdente autem illo sin vero fieret thaurom inquit geradas persoluit magnum qui taigeto superato bibit ex Eurota hospiti vero admirantem dicentemq; qui possit fieri tam vastus bos. Ridens geradas quo nam inquit pacto adulter queat sparte fieri: Hec igitur de nuptiis traduntur. Partus autem nutriendi ius genitori non erat sed eum quendam in locum deportabat quem leschen vocant. Vbi sedentes ii qui ex tribulibus maximi natu essent siquidem infantem animaduerterent effictum pulchre ac robustum educari iubebãt sortem illi ex nouem millibus distribuentes sin autem ignauum ac deformẽ ad potbetas appellatas exponendum demittebant locum secus traiggetem precipitem ac preruptum perinde quasi eius vita qui minus pulchre statim abinitio & ad bonam corporis compositionem & ad robustatem natura productus esset neq; sibi vtilis neq; rei vnde non aqua infantes sed vino mulieres abluebant. Experimentum quoddam ipsorum habitudinis facientes. Dicitur enim comitiali morbo infantes aut alii egrotationi obnoxios admoto mero debilitari ac resolui. Qui autem esset firme valitudinis magis acuere ac firmare habitum erat autem circa nutrices artificiosa quedam diligentia nullis adhibitis infantie pãnis infantes & nutrientes ipsos tum membris tũ specie liberales ac venustos facerent Item & faciles & nihil delicatioris cibi appetentes & tenebras minime formidantes & ad omnem solitudinem intrepidos & difficultatis illiberalis atq; vagituum expertes constituerent proinde quidam etiam ex exteris alumnas laconicas filiis emebant. Et Amidam que Alcibiadem atheniensem lactarat lacenam fuisse tradunt. Verum huic vt inquit Plato prefecit. Pericles pedagogum coppirum qui ab ceteris seruis differret nihil. At spartiatarum filiis ligurgus neq; emptitios neq; mercenarios preesse pedagogos voluit Neq; vt cuilibet liceret filium pro voluntate vel educare vel instituere sed omnes statim cum septimum annum exegissent ipse assumens distribuebat in greges eosq; vna socios atq; cõtubernales cõsuefaciebat inuicem simul ludere & simul exerceri Prĩcipem vero eis preficiebat eum qui & prudentia ceteris sociis prestaret & pugnando esset acerrimus. Ad hunc intuebantur huic imperanti obediebant hunc plectentem perferebant. Itaq; disciplina erat quedam obediendi exercitatio. Seniores autem eos ludentis obseruabant. Et frequentissime dimicationes quasdam a contentiones vsq; suggerentes non superuacanee discebant quale esset cuiusq; ingenium qui auderet neq; incertaminibus pugnam abnueret At qui litteas pro necessitate discebant. Reliqua omnis disciplina ad recte obtemperandum laboresq; tollerandos & prelio vincendum parabatur. Quare progressu etatis eam is exercitationem intendebant vt ad cutẽ vsq; ipsos contenderent & discalciatos ĩcedere

ac frequentius nudos ludere consuefacerent. Emenso autẽ duodecimo etatis ãno sine tunica iam degebãt pallium vnum in annũ capientes Erantq; corporibus squalidi & qui neq; balneos neq; vnguẽta scirent preter paucos quosdam anni dies quibus huius indulgentie participes fiebant cubabant autem secundum alas & turmas in thoris ex arundine constructis quam ipsi secus Eurotam nascentem conuehebãt summitates manibus non ferro confringentes per hiemis vero tempus eos qui Licophones appellantur sibi subiiciebant thorisq; imiscebant. Videbatur enim ea materia calidi habere quiddam. Iam vero cum huius etatis hominibus qui probos iuuenes adamarẽt seniores ipsi simul versabãtur mentẽq; adhibebant & proficiscebantur maxime ad Gingnasia illisq; tum pugnantibus tum iocosis obiurgationibus inter sese vtentibus non ab re intererant vtpote qui omnes quodamodo existimarentur esse omnium & patres & pedagogi & prefecti. Proindeq; neq; tempus neq; locum omittendum vacuum preceptoris institutis atq; studiis circa delinquẽtem preterea &. Pedonomus ex honestis & bonis viris constituebatur. Ac ipsis p turmas perficiebant ex is qui Irenes dicebantur. Continentissimum semper & bellacissimum Irenas vero vocant eos qui ĩ annũ iam secundum e pueris excessere Melirenas autem natu grandiores inter pueros. Hic igitur Iren vbi annum vigesimum attigerit & preest is qui in pugnis subiecti sunt & pro singulis familis eis ministris in cena vtitur. Prescribit autem firmioribus vt ligna ferant minoribus vero olera. Que illi per furtum afferunt alii ad ortos euntes alii ad virorum conuiuia clam ingressi callide & asseruantur siquis autem fuerit deprehensus multis verberibus flagro afficitur quasi negligẽter ineptoq; furari videatur Furãtur aũt ex cibariis quicquid valeãt. Sicq; apte discunt insidias dormientibus tendere aut negligẽtius obseruantibus At si fuerit deprehensus mulctatur tũ verberibus tum fame. Perquam suauis enim is est cena vt sua industria inedie occurrentes & audere callideq; rem gerere cogantur & hoc quidem castigati victus opus erat Corporum vero incremẽtum mirabile dicunt fertur enim in longum quandoquidem ipse spiritus non retardetur aut laborat per. Alimenti copia in profunditatem & latitudinem pressus. Corporis vero leuitate solute facileq; crescentis superiora petit. Idem autem pulchre videtur facere. Nam graciles habitus & macilenti magis artuum agilitati cedunt tumentes vero & pingnos onere suo reluctãtur quasi prorsus mulieres que cum grauide sunt debilitantur. Graciles quidem infantes fiũt ac venusti & aspectu grati ob leuitatem materie que ab eo n agis quod formã imprimit detinetur. Sed enim causam accidentis rei considerare in medio positũ sit. Adeo vero & diligenter & attente pueri furantur vt narretur quendam cum leonis catulum surripuisset palliologq; inuoluisset eius ventre vnguibusq; & dentibus a bestia discrepto omnia latendi gratia tollerantem obisse. Quod vel ex huius tempestatis puberibus credi licet quorum multos in ara augurii cesos verberibus mori vidimus. Cum autem Iren cenatus discumberet imperabat alii ex pueris ut caneret alii questionem aliquam proponebat accurata responsione indigentem. Vt qui sit optimus inter viros vel quenam sit huiusce actio. Quaquidem ex re corsue fiebãt statim ab initio & honesta iudicare & de ciuibus diligenter ĩquirere siquis enim quesitus quinã esset bonus ciuis aut qui minus probatus esset hesisset respõdendo animi signum esse arbitrabantur & mortis & qui nulla virtutis laude tangeretur. Oportebat autem responsionem & breuem esse & celerem causa & demonstratione concludentem quamobrem qui minus rite vel negligentius respondisset plectebatur morsum capiens ab irene in pollicem. Sepenumero quoq; senioribus principibusq; presentibus pueros Iren puniebat documentum prebens ad recte & ut decet puniret. Neq; dum eos puniret probibeatur. Cum vero pueri

abiſſent penas dabat ſi aſperiuſq̃ deceret in illos animaduertiſſet aut contra ſi re-
miſſe & leuiter. Fiebant autem amatores vna puerorum fame infamieq; partici
pes. Itaq; dicitur aliquando vocem minus ingenuam impugna puero emittente
eius amatorem a principib9 mulctatum eſſe. Cum autem amoris vis ita apud eos
vigeret vt & preclare probeq; mulieres ipſas etiam virgines amarẽt riuales tan ẽ
fieri non licebat qui eoſdem amaſſent qui potius eorum amatores mutue amicitie
inicium faciebant perſeuerabantq; pati ſtudio vt quem amarent optimum redde-
rent. Docebant etiam pueros ea vti oratione que grauitatem haberet iocundi-
tati admixtam ac ſententie plurimum breui ſermone complecteretur. Enimuero
ferreum nũmum ligurgus ſtatuit magno pondere minimam vim habere vt dictũ
eſt at orationis nũmũ contra ex inculta & breui dictione ſententiis afluere pluri-
mum effecit qui multo ſilentio pueros ſenſu eloqui & ſcire reſpondere molitus ſit
Quẽadmodum enim illorum ſemen qui ſe ad coitum intemperantes preſtant infe-
cundum vt plurimum & ſine fructu eſt ſic & loquendi intemperantia orationem ĩ-
anem & ſtolidam reddit Proinde Agis rex cum acticus quidam in laconicos enſes
cauillaretur quod parui eſſent diceretq; facile eos abſorberi ab circulatoribus in
theatris poſſe: Et tamen vix nos inquit attingimur hoſtium gladiis longioribus
Ego vero & laconicam orationem intueor que breuis videtur eſſe maxime res cõ-
plecti & auditorum mentem attingere & enim ligurgus ipſe & breuis oratione vi
detur eſſe & per dicterias locutus ſiquidẽ & ex comẽtariis coniectari licet. Veluti
reſponſum illud in eum eſt qui vt popularem in vrbe principatum faceret eũ roga
bat Tunc enim inquit primus tua in domo huiuſmodi principatum facito Et illud
de ſactificiis ad percontantem quid parua adeo ac vilia ſtatuiſſet ne vnq; ait deum
venerati deſiſtamus. Et item illud de athletarum certaminibus. Hec enim ſola
exercere ciues prohibebat in quibus manus haud intenderetur. Feruntur & eius
ex epiſtolis huiuſmodi ad ciues reſponſiones. Quo nam pacto hoſtium impetũ re-
pellere poſſimus ſi pauperes manſeritis & contempſiones mutuas amiſeritis. Et
rurſum de muris. Nequaq; ea vrbs minus circundata muro fuerit ſiquis eam viris
fortibus non lateribus cinxerit hiſce igitur huiuſmodiq; epiſtolis neq; fidem dero
gare neq; item adhibere facile eſt. Quante vero dicendi prolixitas calũnie foret
Talia ſunt dicteriarum indicia. Leonidas rex intempeſtiue quodam de rebus nõ
inutilibus verba faciente o hoſpes inquit non oportune quod oportet vteris. Chari
laus vero fratris Ligurgi filius rogatus de paucitate legum ipſius inquit eos qui
non multis vtuntur verbis neq; multis legibus indigere. Archidamidas autẽ qui-
buſdam Hecateum ſophiſtam accuſantibus quod in conuiuium ſuſceptus nihil dix
iſſet inquit qui rationem dicendi tenet etiam tempus tenet. Que vero ex comen
tariis dixi grauis ſententias gratie coniunctas huiuſmodi ſunt. Demaratus im-
probo quodam intempeſtiuis in eum interrogationibus cauillante ac idem ſepius
iam rogante quis optimus eſſet ſpartiatarũ inquit qui tibi diſſimilimus ſit. Agis
autem quodam helienſes laudibus efferente quod pulchre olimpia iuſteq; agerent
Et quid magni inquit helienſes faciunt Si ex annis quinq; diem vnum iuſticia vtũ
tur. Theopompus vero cum hoſpes quidam ſuam in eum beniuolentiam oſtenta-
ret diceretq; a ciuibus ſuis philolaconem hoc eſt laconum ſtudioſum appellari
pulchrum inquit fuerit philopolitem ideſt ciuitatis amatorem vocari. Pliſtonax
autem parſanie filius rhetore quodam athenienſi imperitos lacedemonios appellã-
te. Recte dicis inquit Soli enim grecorum nos nil a vobis mali didicimus: Archi
damidas vero roganti cuidam quot ſunt ſpartiate. Tot inquit o hoſpes qui malos
ſufficiant arcere. Licet etiam ex iis que iocoſe ab ipſis dicuntur morem ipſorum
coniectare. Conſueuere namq; oratione ſuperuacanea nunq̃ vti neq; pati vt vox

effluat que quoquo modo alicuius speculationis dignam sententiam minus habeat
Enimuero cum quidam ad eum audiendum exhortaretur qui lusciniam imitare-
tur ipsam inquit audiui illam. Alius vero cum titulum hunc legisset: Hosce sele
nuntis quicunq; tiramida mauors extinxere ferus perdidit in foribus Iure in quit
hi viri interiere. Oportuit enim sinere ipsam exuri omnem. Adolescens autem pol
licenti cuidam se gallos ei daturum qui pugnando interierent. Ne tu quidem in-
quit des istos mihi sed ex is potius qui dimicando occidant. Alius vero quidam ĩ
tuens homines in sellis cum ex hac luce decederent sedentes absit inquit vt hic se-
deam vnde seniori assurgere fas non est. Dicteriarum igitur species erat huius-
modi. Quare non absurde inquiunt aliqui facilius esse philosophari quam studere
laconum sermonem exacte imitari Disciplina autem & cantuum & morum nõ mi
nus in studio erat quam dicendi emulatio ac nitor. Verum & modulis stimulus
quidam inerat ad animum concitandum & ad impetum quasi furentem quendã
atq; strenuũ inducendum ac dicto erat facilis & virilis de rebus honestis seuerisq;
Nam laudationes eorum erant vt plurimum qui preclare & fauste pro sparta oc-
cubuissent. Et illorum vituperationes qui metu id agere decretassent quasi tristẽ
vitam miseramq; vixissent. Erat preterea exhortatio quedam & excitatio pro eta
tum dignitate ad virtutem horum autem vnum quidam exempli causa non ab re
fuerit in medium referre. Tribus enim choris pro tribus etatibus in celebritatibꝰ
constitutis Vnus quidem senectutis incipiens canebat. Nos olim fuimus robusti
iuuenes Adulte vero etatis alter subsequens inquiebat. Nos autem sumus q̃si
velis periculum facito. At pueritie tertius. Nos autem erimus multis profecto
meliores. Nempe siquis laconicis prematis animum intenderit quorum aliqua ad
nostram vsq; seruantur etatem & sensum progredientes numeros asseruauerit qui-
bus in congressu aduersus hostes ad tibiam vtebantur non absurde & terpandrũ
& pindarũ musice fortitudinẽ coniunxisse censuerit Ille namq; sic de lacedemoniis
cecinit. Hic iuuenum cuspis iuret & dulcissima musa Iudiciisq; patens: Pindarꝰ
vero ait: Hic & consiliis senes. Et oui prelia fortiter Concertant iuuenum chori
& cum cuspidibus pierides decus. Istos enim & musica simul eruditissimos & bel
licosissimos extitisse iudicant. Nam veluti Laconicus ille poeta inquit. Scripsit
& in ferrum. Citharesonos ipse canore. Etenim rex rum prelium initurus esset
sacra musis ante persoluebat vtpute qui disciplĩne vt videtur iudiciorũq; meminis
set quo & faciles ac prompte periculis adessent & facinora preliantium memoratu
digna redderent. Interdum vero remisso iuuenibus durissimo vite instituto mini
me prohibebant vt & coma sese & armis & palliis exornarent gaudentes his qui-
dem illi non secus atq; equis exultantibus & sese efferentibus ad certamina Quare
comam nutrientes continuo ex pubertate maxime in obeundis periculis operam
dabant vt & nitida coma & discriminata videretur quoddam ligurgi dictum de
coma celebrantes ea pulchros venustiores fieri deformes autem ferotiores prete-
rea milicie gimnasiis mollioribus vtebantur: Ac reliquum victum neq; seuerum
adeo neq; astrictum iunioribus prebebant. Itaq; solis illis in omni genere exerci-
tationis genere bellice bellum ipsum quies est. Iam vero instructa simul ipsorum
acie hostibus que presentibus. Rex simul & capram quam illi chimeram dicunt
iugulabat & omnes coronari mandabat & tibicenes castorio modulo ad tibias vti
iubebat simul etiam panem ad inuadendum incboabat: Itaq; illorum aspectus &
pulcher erat & formidabilis qui & numero ad tibiã incederet neq; phalãgis ordi-
nem miscerent neq; animis turbarentur sed mãsuete & hilariter a modulo indiscri
men ducerentur Videtur enim neq; metum ueq; furorem nimium in illis oriri pos
se qui ita se habuerint sed firmam potius & constantem animi magnitudinẽ spei

audientieq; admixtam Perinde atq; immortali deo presente simul ac fauente. Ibat
autem rex aduersus hostes coronatum hominẽ secum habens qui certamine victor
extitisset. Ac ferunt quendam cum grandis sibi pecunia in olimpie traderetur
eam accipere noluisse sed labore plurimo aduersarium luctando superasse. Quare
dixit ei. Quid tibi Olacon ex victoria lucri comparasti? Et illum arridẽtem respõ
disse. Ante regem constitutus prelibabor aduersus hostes. Cum autem vertissent
in fugam hostem vicissentq; adhuc insequebantur quo ad omnino victoria hostiũ
fuga confirmata esset. De in continuo redibant neq; generosum neq; grecanirum
esse ducentes illos cedere & necare qui declinarẽt cederent abirent eratq; nõ solũ
& honestum hoc & maximi opus verum etiam vtile. Illi nanq; qui aduesus eos di
micarent cum non essent ignari a Lacedemoniis illos qui pugnando resisterent ene
cari cedentibus vero parci fugere quam manere conducibilius putabant. Ligur
gum autem ipsum Hippias sophista narrat & bellicosissimũ extitisse ac multa mi-
licia expertum. Philostephanus vero equitum etiam distributiones in vlamos
ligurgo ascribit. Vlamum vero vt ille constituit complecti equites quinquaginta
instructum quadrato ordine. At Demetrius phalereus tradit nullam prorsus rẽ
bellicam Ligurgum attigisse sed in pace constituisset rem publicam. Videtur
autem olimpiacarum feriarum excogitatio miti ingenio viri mansuetiq; fuisse. At
q; dicunt quidam veluti Hermipus meminit. Ligurgũ neq; affuisse ab initio neq;
socium extitisse in is que sunt ab Iphito constituta sed interfuisse aliqua ex causa p
fectum atq; spectantem. Audisse autem vocem tanq; hominis alicuius a tergo illũ
increpantis admirantisq; quod ciues non exhortarẽtur simul cum aliis celebritatis
participes fieri. Conuersus autem Ligurgum cum qui locutus fuerat nusquam
appareret numem fuisse arbitratum sic ad Iphitum concessisse cõmuniq; studio fe
stiuitatem illustriorem & firmiorem constituisse. Disciplina vero quo ad puber-
tatis annos euasissent perdurabat. Nemini enim permittebatur pro arbitrio viue
re sed in vrbe veluti in castris perscriptum habebant victum & exercitationẽ circa
publica negotia Atq; omnino existimantes non sibi pueros natos esse sed patrie eos
sedulo inquit aliud facere imperatum foret inspectabant ac frugi aliquid edoce-
bant aut ipsi a senioribus discebant. Etenim hec vna ex omnibus quas suis ciuib
Ligurgus fabricauit & pulcherrima beatissimaq; res fuit copia & vbertas ocii qui
bus omnino prohibuit quicq; uulgatium artium attigere. Pecuniarum autem stu
dium quod laboriosam congeriem molestamq; cõtineret nulla in re necessariũ erat
Idq; ob eam gratiam quod diuitie prorsus abiecte essent ac nullo in percio haberẽt
Mancipia vero eorum colebant solum dictosq; redditus persoluebant. Cum athe
nis quidam interesset iudiciorum tempore audiretq; ocii multe quendam obnoxiũ
mestum incedere atq; ab amicis deduci qui & ipsi rem egere & inique ferrent ora
uit qui ei aderãt quis ille esset qui liberalem subisset mulctam Seruile adeo existi
mabant ineptam occupationem circa opificia pecuniasq; parandas. Quare cum ex
cessissent nũmi excesserunt & iudicia itidẽ neq; plus cuiq; minus ve aderat Equa
litas erat in abundantia & inuilitate facilitas. Tripudia & festiuitates epule atq;
studia circa venatiões circa gimnasia circa publicos consensus atq; colloquia modo
ni forte militie vacarent per omne id tempus agebantur. Atqui iuniores ante tri
gesimum etatis annum in forũ nullo modo descendebant sed per cognatus & ama
tores necessaria transigebant. Senioribus autem turpe erat si frequentius circa
huiusmodi studia viderentur, Sed maiorem diei partem in gimnasiis & in is que
Lesche nominantur versabantur. In hec enim loca decore & modeste conuenien-
tes sermones inter se conferebant nullius q; rei memoria tangebatur que vel ad rẽ
pecuniariam vel ad ignobilem vsum spectaret. Sed plurimũ illud erat huiusmodi

conuentus opus vt vel honesta laudarent vel turpia vituperarent Idq; cum ioco & risu qui comiter ad correptionem emendationemq; deduceret Neq; enim Ligurgus ipse seuerus imodice fuit quin & risus sigillum ab illo erectum Sosibius tradit: quippe qui iocum quasi laboris & asperioris victus condimentum aliquando iniiceret in conuiuiis & huiusmodi conuentibus. Ad id vero prorsus asuefecit ciues vt neq; vellent nec scirent priuatim viuere sed veluti apes ad rem comunem conferenrentur semper & vna omnes circum principem verterentur sicq; ab se ipsis ferme afflatu quodam diuino & honoris studio separati totus se patrie dederent Vt liceat etiam dictis quibusdam ipsorum mentes inspicere. Pedaretus enim nō electus in numerum trecentorum abibat serena fronte veluti gestiens quod meliores sese trecentos haberet ciuitas. Polistratidas autem legatione fungens vna cū reliquis ad regis pretores: illis interrogantibus vtrum priuatim adsint an publice missi. Inquit siquidem adipiscamur publice si minus adipiscamur priuati. Argileonis vero Brasiche mater cum ex Amphipoli quidam Lacedemonē petentes ad eam essent ingressi quesiuit honeste ne Brasidas ac pro sparte dignitate occubuisset: Illis autem virum efferentibus simul atq; dicentibus spartam talem alium non habere. Ne dicite inquit o hospites Honestus enim vir fuit & bonus Brasidas sed multos Lacedemon habet illo meliores. Seniores vt dictum est Ligurgus cōstituit: primum ex is qui consilii participes extitissent. Postea vero inde mortui locum statuit eum assumi qui virtute ceteris prestare iudicatus esset. Ex illis scilicet qui annū. lx. transegissent atq; ex omnibus humanis certaminibus hoc maximum visum est: & apprime expetendum non enī qui inter celeres celerrimus aut inter robustos robustissimus sed qui inter bonos & continentes & optimus & cōtinentissimus iudicatus esset vt haberet opportebat per omnem vitā virtutis palmam atq; insignia totum vt ita dicam principatum in rep. cui quidem ipsi potestas esset & mortis & ignominie & omnino eorum omnium que maxima dicūtur Iudicium vero fiebat hoc pacto. Contione coacta viri electi in proximam domum occludebantur neq; videntes quenq; ex contione neq; a quoq; visi sed clamorem dumtaxat audientes contionantium. Clamore vt cetera competitores iudicabāt. Nō vna omnib9 sed sigulis pro forte admissis ac siletio per cōtionem euntibus qui igitē occlusi essent habentes tabellas per singulos clamoris magnitudinem signabant: ignari cui iam is clamor suffragaretur preterq; vt primus vel secundus vel terti9 vel quotuscumq; maxime corū qui admissi essent. cui vero primus clamor ac maximus suffragaretur: hunc denuntiabant. Coronatus autem ille deos īmortales circuibat hunc iuuenes plurimi sequebantur virum admirantes sūmisq; laudibus efferentes Mulieres etiam nonnulle virtutis eius preconia concinebant vitamq; beatā esse predicabant Preterea singuli necessarii cenam ei apponentes inquiebant hac mensa honorari a ciuitate. Peracto autem circuitu in conuiuium abibat. Et reliqua pro consuetudine fiebant. Secunda vero portione sibi apposita eam tollebat seruabatq; Ac post cenam cum ad fores Phiditii domestice adessent mulieres quā ipse maxime honorari vellet: appellabat Cui portionem illam tradens aiebat: premium hoc: quod ipse accepisset ei dare. Quare & illa in honore habita: ab aliis mulieribus deducebatur. At qui humandi etiam munus optime Ligurgus ipse constituit: primum namq; omni superstitione sublata: haud prohibuit tum cadauera in vrbe sepelire: tum etiam secus templa monumenta habere iuniores huiusmodi conspectibus familiares & in nutritos statuens. Itaq; neq; turbabantur neq; horrescebant mortem: vti ea polluerentur qui vel cadauer tetigissent vel per sepulchra transissēt. Deinde nihil cū mortuo sepelire permittebant: sed condentes corpus puniceo amictu & oliue fronde circūdabant Neq; licebat mortui nomē inscribere

nisi aut viri aut femine qui pie in bello preclareq; perissent Lugendi vero tempꝰ
breue prefiniunt dies xi. duodecimo autem post celebratum cereri sacrificium sol
uere luctum oportebat. Nihil enim ociosum erat nihil remissum. Sed rebus om-
nibus necessariis aliquam virtutis emulationem atq; desiderium: aut vitii vitupe-
rationẽ admiscebat. Vrbemq; refarciebat exemplorum copia: quibus necesse erat
vt qui semper adessent: ea que cum lacte biberent: perpetuo profectũ agerentur
formarenturq; ad honestatem. Vnde neq; peregrinari volentibus vagariq; permit
tebant. Vtpote qui colligentes perigrinos mores & inepte viuentium peregrina
tiones ac reip. differentiam conueheret. Quin etiam eos qui nulli in vrbem vsui
conuenirent atq; confluerent depellebant. Non vt ait. Tucitides quod metueret
ne reip. gerende modum imitarentur & aliquid quod ad virtutem accederet edi
scerent ob eam rem potius ne mali cuiusquam doctores forent. Simul namq; ne-
cesse est cum peregrinis corporibus etiam sermões ingredi: noui autem sermones
iudicia noua afferunt. E quibus necesse est perturbationes oriri plurimas atq; vo-
lũtates ad presentem reip. statum veluti ad Harmoniam dissonantes. Quapropter
magis oportere arbitrabantur asseruare ne vrbs improbis moribus cõpleretur: q̃
morbidis corporibus extrinsecus aduenientibꝰ. Itaq; in his nullum est aut iustitie
aut cupide prerogatiue vestigium quam aliqui Ligurgi legibus crimini dant: tan
quam abunde instructe sint ad fortitudinem parum autem ad iustitiam. Crip-
tia vero quam ipsi vocant: ea vero a latendo dicitur: siquidem & hoc tandem vnũ
ex Ligurgi institutis est: vt Aristoteles tradidit: talem & huius viri famam moli
atur: qualem & Platonis de rep. erat autem huiusmodi. Ii qui iunioribus prefecti
erant: illos post temporis multum qui maxime prudentes viderentur: in regionẽ
alio emittebant: gladios secum alimentumq; necessarium aliud vero habẽtes nihil
Illi autẽ locis incognitis interdiu disseminati sese abdebant atq; quiescebãt Noctu
autem in vias descendentes quẽ hominem ex mancipiis cepissẽt obtruncabãt: sepe
etiam per agros proficiscentes robustissimos eorum ac fortissimos enecabant: quẽ
admodũ & Tucitides in peloponensiũ tradit historia: eos qui ab spartiatis forti
tudine ceteris prestare iudicati essẽt. Corona insignitos esse tanq̃ liberos factos
deorumq; imortalium templa circuisse. Paulo vero post omnes supra duo millia
periisse: vt neq; tunc neq; postea quisquam dicere potuerit, quonam pacto intere-
rint. Aristoteles autem maxime inquit & Ephores cum in magistratum consti-
tuit mancipiis primum bellum denũtiare: quo ea interficere fas sit: & in ceteris
quoq; aspere & dure illis vtebantur. Itaq; cogentes huiusmodi seruos permultum
potare merum agebant in conuiuia sic enim iunioribus demonstrabant cuiusmodi
esset ebrietas. Iubebantq; carmina canere: ac tripudiis exerceri: & ignobilibus &
ridiculi plenis. A liberis autem aliis abstinere. Aiuntq; ob id rei: posteriore tem
pore: cum Thebani in Laconicam duxissent exercitum: & que mancipia ceperant
canere iuberent. Terpandri alemanisq; & Spendontis Laconis poemata inficias
esse. Quippe que dicerent: id nolle Heriles filias. Quamobrem non male diffe-
rentiam illi inspexere: qui aiunt apud Lacedemonios: & liberum maxime liberum
esse. & seruum etiam seruum maxime. At qui huiusmodi atrocitatibus manus
dedisse maxime spartiatas existimo. post magnum illum motum. quo mancipia
cum messeniis conspirasse. & malis plurimis regionem affecisse. & maximum
in discrimen vrbem attulisse perhibent. Non & enim Ligurgo ipse quidem ascrip
serim execrabile adeo Criptie facinus ex reliqua eius mansuetudine & iusticia cõ
iectans. item ingenium, cui numen quoq; ipsum testimonium attulit. Cum autem
ea que maxime necessaria & optima Ligurgus cõstituisset in consuetudinem re-
cepta iam essent, abundeq; resp. mutata videretur: & que seipsam ferre, ac suis

se viribus conseruare posset vt ait plato deum leticiam cepisse ex mundo formato
pergentiq; primum motum, eodem & ille modo delectatus contentusq; decore ac
magnitudine institutiõis publice que & exerceretur suũq; cursum pergeret: cu
pit quoad humana prouidẽtia prestare posset: & ĩmortalem eam relinquere ĩmo
tamq; apud posteros. Itaq; omnibus ad contionem conuocatis. Cetera quidem in-
quit mediocriter se habere: & ad ciuitatis felicitatem virtutemq; abunde. Quod
autem & primarum esset & maximum: non id illis edere prius posse quam phoebi
oraculum adierit. Opus igitur esse eos constitutis legibus insistere: nihilq; ĩmu-
tare neq; mouere quoad ex delphis ipse reuerterit tunc enim sese quicquid deo vi-
sum fuerit facturum: cunctis vero consentientibus: & vt iret iubẽtibus: is iuramẽ
ta suscipiens ab regibus & senioribus primum deinde ab reliquis ciuibus insistẽdi
vtendiq; constitutis legibus ad ipsius vsq; reditum Delphos petiit. Cum vero ad
oraculum peruenisset & sacra deo persoluisset rogauit an & pie leges & satis ad
ciuitatis felicitatem virtutẽq; late sint. Respondente vero numine & leges pie la
tas esse: & ciuitatem clarissimam vsq; fore: vbi Ligurgi legibus vteretur: vatici-
num scripsit & spartam misit. Ipse autem facto iterum numini sacrificio amicos
natumq; complexus: statuit nequaq; amplius remittere ciuibus iusiurandũ: sed suã
illic vltro finire vitam: eam etatem natis qua & viuere iam & quiescere volentibus
tempestiuum est: Quandoquidem & res sue satis ad felicitatem habere viderent
ergo sese ipse in termens diem obiit. Ratus is quidem decere ciuiles viros operã
dare: quo neq; eorum mors virtute in ciuili vacet. neq; vite finis ociosus sit: sed in-
uirtutis parte potius actionisq; constituatur Sibi nanq; qui suo studio & industria
pulcherrima facinora confecisse obitum esse indubitato felicitas consumationem
& ciuibus suis earum rerum quas illustres in vita bonasq; pararat: mortem relictũ
ire: asseruatricem vtpote: qui ad illius vsq; reditam constitutis vti legigibus se iu
reiurando obnoxios fecissent. Neq; se sua fefellit opinio: vsq; adeo illa vrbs gretie
prestitit: & tranquillitate & gloria in quingentesimum vsq; annum vsa Ligurgi
legibus: quas nemo e quatuordecim post illum regibus qui ad Agim vsq; Archi-
dami filium extitissent: mouere ausus est. Nam Ephororum constituto: non re-
missio fuit sed ciuilis institutionis intentio Et que cum a populo instructa videret
effecit optimatum principatum acriorem. Agide vero regnante influxit spartam
nũmus primum. Post nũmum vero insaciabilis cupiditas diuiciarumq; desiderũ
per Alexandrum incessit. qui per Lisandrum potius. Qui cum ipse pecuniis esset
insuperabilis: infersit patriam & diuitiarum studiis & deliciis. Is enim & aurũ
& argentum ex bello intulit: & Ligurgi leges antiquauit. Quibus antea dominã
tibus non ciuitatis institutorem spatta: sed exercitati magis sapientisq; viri vitam
habebat Quin potius veluti poete fabulantur: Herculem cum pelle & claua terra
rum orbem peragrasse ad iniquos immanisq; tirannos puniendos atq; plectendos
Ita & ea vrbs vna scutica & pallio gretie libenti volentiq; imperitans dominatus
iniustos ac tirannos in rebus publicis perdidit. Bella diiudicauit: seditiones per se
perestrinxit ac sedauit. Ne vno quidem ad id peragendum clipeo moto sed vno le-
gato misso: cui extemplo omnes ad imperata obtemperabant: ceu apes apparente
duce: & concurrentes illi simulq; in structi. Vsq; adeo bonis institutis atq; iusticia
vrbs illa florebat. Quamobrem ipse quidem vehementer cos admiror: qui tum di
cere soliti sunt scisse Lacedemonios imperantibus parere Imperare autem ignora
sse: tum etiam regis Theoponpi dictum laudare. Qui dicente quodam eo seruari
spartam quod reges imparare didicerint. quin propterea inquit potius quod ciues
imperio parent. Non enim parere illis paciuntur: qui nesciunt imperare: sed sub-
iectorum obedientia disciplina est principis. Nam qui recte ducit vt recte sequatur

efficit. Atq; sicuti equestris artis effectus est mansuetum prestare & obsequentē equum: sic & regie discipline munus obedientes efficere. Lacedemonii vero non obedientes reliquos sed percupidos reddebant: vt ab se regi & sibi obaudire vellēt petebant enim qui ad eos mitterent non naues nō pecunias ab ipsis neq; milites sed spartiatam vnum ducem: quem accipientes & honorabant & verebantur. Veluti Silippum Siculi Brasidam Calcidētes Lisandrum vero & Calli Cratidam & Agesilaum omnes qui Asiam incolunt. Ac illos conciliatores vbiq; moderatoresq; populorum & principum nominabant. At totam vero spartiatarum vrbem tanq̃ ad pedagogum: aut doctorem honeste vite compositeq; discipline aspectabant At q̃d quidem Straconicus facete cauillari visus est statuens Athenienses iubētq; & misteria & pompas agere: Elienses vero ludos edere: tanq̃ hoc pulcherrime faciētes Lacedemonios vero si bi peccauerint cedere. Et hoc ridiculi gratia dictum est Socraticus vero anthistenes cum Thebanos & ex confecto in leuctris prelio permultum elatos intueretur Nil eos a pueris differre inquit: qui in eo exultent: si pedagogum conciderint. Neq; tamen hoc precipuum institutum tunc Ligurgo fuerat vt spartam plurimis imperantem relinqueret. Sed quemadmodum vnius viri vitam sic & totius ciuitatis felicitatem existimans & virtute effici & ad eam sectādam ciuium consensu: ad hoc ordinauit simul conciliauitq; vt & liberales & frugi & continentes plurimum tempus perseuerarēt: hoc etiam plato ipse reip. argumētum sumpsit: & Diogenes & ceno & omnes deniq;: quicūq; hisce de rebus quicq̃ dicere aggressi laudātur Quiquidem literas & libros solum reliquerunt hic autē non literas & libros sed eā tēp. quam re imitari nemo queat ī lucem attulit: & vbi is qui sapientis illam que dicit̄ dissolutiōem atq; affectum fictum esse arbitrantur totam ciuitatem intentam philosophie demonstrasset: plane omnes gloria superauit: qui vnq̃ inter grecos remp. constituerint. Quam quidem obrem & Aristoteles ait: minoribus Lacedemonem q̃ par esset prosequi Ligurgum honoribus: tametsi maximus eum prosequitur. Nam & templum ei condidere: & singulis ānis vt deo sacra faciunt. Dicitur autem cum eius reliquie domum veherentur. Flumine eius sepulchrum attactum esse: hoc vero non facile alteri cuiq; ex illustribus preterq̃ Euripidi accidisse & mortuo & condito in Macedonia secus Arethusam Itaq; argumentum ac testimoīum magnum is est: qui sunt Euripidis studiosi: illi soli post mortem contigisse: que prius aliis īmortalibus dilectissimo piissimoq; Ligurgo contigissent. Ligurgum autem obisse alii cirthe ferūt Sed Appollotenus Elin delatum dicit Thimeus vero & Aristoxenus in creta vita defunctum aiunt eiusq; sepulchrum Aristoxenus a Cretensibus ostendi apud pergamiam iuuiam xenam tradit. Filium quoq; vnicum reliquisse antiorum dicitur Quo sine sobole mortuo genus defecit. Amici vero ac familiares successionem quandam atq; conuentum qui in multa tempora perdurauit constituere. Et dies quibus conueniebant. Ligurgidas appellarunt Aristocrates autem Hipparchi filius inquit Ligurgi hospites: cū is increta diem obiisset corpus exussisse: & cinerem in mare dispersisse: hoc enim ipse precatus fuerat: quippe qui cauisset: nequādo fortasse reliquiis eius delatis Lacedemonem & ob id iuramentis ciues soluti quasi ipso reuerso temp. mutarent. Hec igitur de Ligurgo perhibentur

[illegible] Lapi poete laureati in vitam atque gesta Nume Pompilii Incipit feliciter

VOD AB INICIO totius huius interpretandi mune
ris animo constituissem religiosissime pater affatī vt extri
mo superioribus tribus opusculis absolueram. Nam cum
& nostra instituta ex gentiliū legibus clariora firmiora
sanctioraque demonstrare & sanctimoniam istam tuam pro
mea in te obseruantia multorumque desiderio ex celebrata
ipsa passim Ligurgi sapientia ad mirabiliorem decreuis
sem ostendere: iam cumulare satis proposito nostro fecerā
Sed cum tardius librarius que fuissem interpretatus referret in codicem: & ego
interea temporis nume. Pompilii vitā percurrissem digna & ipsa res visa est: quā
latinam redderem. Nam & regem hunc veluti ex eo iudicio plane cognosceris: qđ
in calce huiusce vite positum est Ligurgo ipsi Plutarchus comparās iungit: & vir
preterea cū prisca sapientia prestantissimus: tum vnus omnium ea tempestate re-
ligiosissimus fuit. Quique non ambitione non fraude non insidiis principatum ac-
quisierit: sed quesitus rogatusque vix admiserit. Que cum apud ipsum Plutarchum
legerem: mihi in mentem venit singularis animi tui inaudita modestia: qui omnē
dignitatis & honoris gradum ita pro summis tuis diuinisque virtutibus adeptus pre
dicaris: vt non ad illum inuitatus solum: sed precibus fatigatus ac plane coactus
fueris. Quid vita honesta pulchrius. Quid firma religione beatius? Que multi
aut grandi pecunia aut nouis artibus honorum insignia occuparunt: ea vt in te ne
que petētem neque volentem collata sunt Id pro animi magnitudine summaque sapiē
tia effecisti: vt magis abs te aucta quam te auxisse dignitate iudicarentur. Qui fa
mam sectatur ne attingit quidem: quippe que illum fugiat: vt vmbra corpus sub-
sequens. Qui autem famam fugit hunc ea tandem sectatur atque complectitur: nec
enim virtutē non hanc virtus insequitur. Itaque cū & ipse pater amplissime Nu-
me instar vrbes atque hominum consilia deserens: heremo abditus: deumque contem-
plans: famam fugeres atque contemneres: fama illustrior factus es. Sed que ad im
mortalis laudes tuas attinent alio tempore cōmodius differentur. Nunc que de
Numa illo perscripta sunt audiamus Vale

Plutarchi historiographi greci de vita atque gestis Nume Pompilii traducti in lati
num linguagium per Lapum Incipit feliciter

ST AVTEM DE MVNE regis temporibus quibus
extiterit: permagna dissentio: tametsi in hunc ab initio
scēmata delata plane videantur. Sed Clodius quidam in
temporum argumento: sic enim ferme liber inscriptus est
asseuerat priscas illas inscriptiōes in Celticis vrbis Cla
dibus periisse: que vero nunc videntur falso quosdam per
viros cōpositas quibusdam gratificatos: qui priores gen
tes illustrissimasque familias ex nihil ad se pertinentibus
occupasset. Cum igitur narretur Numam Pithagore auditorem fuisse. Alii qui-
dem omnino putant nihil grece discipline Numam attigisse: sed vel natura illum
voluisse: & satis suapte instructum ingenio ad virtutem fuisse: vel Pithagora me
liori barbaro cuipiam institutionem regis ad scribendam velint. Alii vero Pitha-
goram quidem post Nume tempora extitisse: & etate simul eius aliquāto minorē
inquiunt: sed pithagoram spartiatam: qui stadium in olimpia vicisset: olimpiade

sextadecima cuius anno tertio Numa in regnum constitutus est circa italiam er-
rabundum. Numeq; congressum ac simul regnum constituisse. Quare nonnulla ex
Laconibus romanis institutis doctore Pithagora admixta sunt. Preterea Numa
fuit Sabinus genere Sabini vero Lacedemoniorũ se Coloniam fuisse volunt. Tem
pora igit̃ diligentius exequi perdifficile est: & ea maxime que ex victoribus olim
pie ducuntur Quorum discriptionem aiunt sero Hippiam Eliensem edidisse: nullo
subnixum necessario ad fidem argumento. Que autem nos de Numa memoratu
digna accepimus in medium referemus: congruum summentes initium. Septimũ
iam & trigesimum annum rege Romulo roma incoebatur. Quinto vero ineuntis
mensis diẽ quem nonas capratinas nunc vocant: sacrificium quoddam publicum p
vrbẽ sacrificabat Romulus ad paludẽ que capre appellatur: aderatq; &. Senatus
& populus frequens. Repente vero magna coborta in aere tempestate ac nimbo
terram operiente fragore simul ac tonitribus reliqua multitudo perterrita in fu-
gãm passim vertitur. Romulus vero e medio euanuit: neq; ipse postea neq; mortui
corpus inuentũ. Grauis suspitio patritios attigit emanauitq; aduersus eos rumor
in ciuitatem: vt iam antea regnum grauiter molesteq; ferentes volentesq; princi-
patum in se transferre regẽ interemerit: etenim videbatur iam Romulus & Aspe
rius eis & imperiosius vti. Sed hanc suspitionem obsequiis sustulerũt: honoribus
diuinis Romulum perinde ac non mortuum: sed meliora sortitum fata prosequen-
tes: atq; proculus vir illustris iureiurando affirmauit vidisse. Romulum in celũ
cum armis sublimem ferri eiusq; vocem audisse qua se quirinum iuberet nominari
Alterum vero ciuitatem de rege creãdo certamen seditioq; versabat. Nondum
enim aduene veteribus ciuibus admodum admiscuerant Quin etiam ipsa plebs in
ter se fluctuabat Ac patritii ipsi ob eam contentionem suspecti erant: regnari tamẽ
omnes volebant. Contẽtio vero atq; certamen non erat pro viro solũ verũ etiam
pro genere: rex sũmendus esset. Etenim qui cum Romulo primi vrbem condide
re indignum ducebant. Sabinos qui ad vrbis agri que portionem admissi essent:
conari enitiq; vt eis imperarẽt: a quibus ea suscepissent Sabinis quoq; ratio que
dam erat haud absurda quoniam Tatio rege ipsorum mortuo nulla in Romulum
seditione sunt vsi: sed eum solum imperare permisere: cum dignum ducerent sui
rursum corporis principem creari. Neq; enim ex inferioribus ad eos excessisse &
de adiectione sua illos quoq; multitudine roborasse ac secum ad ciuitatis dignitatẽ
& amplitudinem promouisse. Has igitur ob res illi certabant. Sed ne aliqua per-
turbatio ob suspẽsam gubernationẽ imperii ex eo certamine oriretur: statuere pa-
tres cum ipsi centum & quinquaginta essent in parte quilibet cum regalibus in
signibus & legittima diis sacra persolueret: imperaretq; faciundo sex horas noctis
& sex diei quirino tantundem vero Tatio distribuentes. Etenim hec temporum
diuisio: eque in vtrumq; distributa potestatisq; permutatio ad amouendam popu-
li inuidiam qui eodem die ac nocte eundem ex rege priuatum intueretur: recte ha
beri patribus visa est. Hunc autem principatus modum interregnum Romani vo-
cant. Sed quanq; ita ciuiliter & quiete regnate viderẽtur contumelias tamẽ tur-
bulentosq; clamores effugere non poterant. Perinde atq; in paucorum dominatũ
res transferrent & in sese statum reip. traducerent regnari autem nollent Ex qua
quidem re dissidentes ee partes inuicem consensere: vt altera ex altera regẽ decla
raret Sic enim maxime quiescere contentionẽ posse & qui declaratus esset equalẽ
vtrisq; fore. Nam & alteros vt qui se elegissent amaturum alteris autem vt rogna
tis beniuolum futurum. Itaq; permittentibus Sabinis regis electionem prioribus
romanis visum is est Sabinum potius eligendum se ipsis auctoribus q̃ romanum
illis designantibus. Quamobrẽ inter se consultantes designant ex Sabinis regem

Numam Pompilium qui vir tāetsi non ex is fuisset qui in vrbem recepti sunt ita
tamē virtute omnibus probatus erat vt studiosius etiā Sabiniq eligentes ipsi au
dito nomine regem admitterent. Expositis igitur populo que decreta sunt com'
muni sententia legatos ex utraq parte primarios ad virū mittunt qui vt veniret ac
regnū acciperet precarentur. Erat Numa illustri inter sabinos vrbe turibus. Ex
qua se romani simul cū receptis sabinis quirites appellarunt Pōponii viri spectati
filius e quatuor fratribus natu minimus eo diuina forte quadā die natus quo Ro'
mulus vrbem condidit. Is vero est . xiii. Cal s. Maius. Cum autē esset ingenio ad
omnem virtutem accomodatus: seipsum magis & per disciplinam laborem philo'
sophiamq excoluit non animi detestandas perturbationes modo: sed laudatam quo
q inter barbaros vim & habēdi cupiditatem ab se amouens ac veram fortitudinē
libidines in seipso ratione superaturam existimans Hinc vero omnis domo delitias
simul atq magnificos sumptus pellens & omnibus se cum ciuibus tum peregrinis
ītegerrimum iudicem & consultorem vtendum prestans: per otium autem nō ad
voluptates ac delitias non ad questus sed ad deorum īmortalium cultum & ad ip'
sorum naturam ac vim quantum ratione poterat cognoscendam semetipso vtens
magnum adeo nomen atq gloriam adeptus est. vt & tacitus qui simul cum Romu
lo rome regnabat ex vnica filia quam habebat Tatia generum illum sibi asciue'
rit. Neq is tamen eo cōnubio elatus migrauit ad socerum Sed patrem iam seniorē
fouens & nutriens in Sabinis mansit simulq Tatia priuati viri quietem q̄ rome
honorem gloriāq patris gratia maluit . Itaq tertio decimo post nuptias anno ea
die obisse dicitur . Numa vero consilia vrbis deserens frequentius in agris mo'
rabatur . peragrabatq libenter solus: & ī deorum locis: & in sacris pratis ac in de'
sertis locis vitam degens. Vnde non minime quod de dea fertur initium sumpsit:
vt certe Numa ille nam absq solicitudine quadā animi & errore hominū societatē
reliquerit: sed eo magis quod honestius consortium degustarit · diuinūq cōiugiū
meruerit. Egerie enim dee amanti congressus ac vna degens & felix vir & diui'
narum rerum peritissimus factus est. Quod autem hec multis vetustissimisq simil
lima fabulis videntur quas Phriges de Aite & Bithinide herodoto & de Endimi
one. Archades ac de aliis multis: quis felices quidam extitisse diisq cari haberent
libentissime receperunt obscurum certe non est . Ac dicat ferme ratio īmortalem
deum non equos non aues sed homines amare per id que velle is qui bonitate pre'
stant congredi neq grauiter ferre neq aspernari mirabilis alicuius viri sapientisq
congressum . Sed quod illa deo demoniq sit cum humano corpore atq venustate
vel coniunctio vel gratia id iam per difficile est creditu . At qui videntur egiptii
non absurda vti partitiōe: qui aiunt Mulieri quidem spiritum dei appropinquare
posse: & quedam sobolis principia ingignere Viro autem nullam esse corporis cum
deo neq cōmixtionem neq congressum . Ignorant autem mixtum cui miscetur cō
munionē vicissim equalem reddere. At caritatem esse deo cum homine: & ex hac
amorem illam qui dicitur gigni ad mocum virtutisq diligētiam curam & studiū
decorum id certe fuerit. Neq erant hoc pacto qui Phorbantem Iacinthum ad me
tum ab Appolline amatos fabulātur. Quēadmodum item & Sicinonium Hippo'
litum fingunt Cui quotiens ex sicione Cirrham adnauigasset oraculum etiā nunc
memorant Phithiam reddidisse: veluti deo sentiente & edere gaudente huiusmo'
di Heroicum. Hippoliti rursus carū capud equora fudit Pindari vero & eius car'
minum amatorem fuisse pana fabulantur . Reddidit itē honorem quendam & Ar
chiloco & Hesiodo post mortem per musas numē. Sophodi vero adhuc viuo escu'
lapium hospitio susceptū fama est: multas in hanc vsq diem coniecturas seruans .
Cui etiā alius deus vt fertur sepulturā mortuo prebuit. Dignū ne igitur fuerit:

qui hec concesserint: hi dē derogare si & calegeo & minus & coroastri & Nume &
Ligurgo regna gubernātibus conponentibusq; resp. eodem modo. Numē congre-
deretur. At his quidem deos etiam studio congredi Consentaneum est vt que es-
sent optima & docerent & amonerent Poetis vero & Liricis querulis ioco vti: si-
quidem hisce tandem vterentur Quod siquis aliter dicat illud bachilidis iter equo-
ris amplum neq; enim aliter sermo quicq; habet ineptum quem de Ligurgo & Nu-
ma aliisq; similibus viris narrant: qui vt infrenes difficilesq; multitudines caperēt
magnasq; rebusp. nouitates afferrent dei opinionē cōmenti sunt: que ipsis illis q̄ꝫ
gratia fingebatur saluti esset. Sed enim cum annum iam Numa quadragesimum
etatis ageret: venere legati roma qui eum ad suscipiendum regnum hortabantur
Verba fecere proculus & Velesus. Quorum prius alterum regem a populo crean-
dum expectatio fuerat. Proculo quidem Romuli Veleso vero Tatii partibus fa-
uentibus. Ergo hi paucis Numam allocuti sunt Putabant enim huiusmodi nun-
tium gratissimum illi fore. At erat plane opus non mediocre: sed quod & verbis
multis & precibus indigeret: inducere atq; trāsferre viri sentētiam qui in quiete
paceq; vixisset ad eius principatum vrbis capessendum que quodāmodo & bello
nata & aucta esset Itaq; tum eius patre tum martio qui vnus ex cognatis esset pre-
sentibus aiebat vt omnis quidem humane vite mutatio periculosa est. Cui vero
neq; rerum necessarium quicq; deest neq; presentium aliquid querimonia dignū
sit: hunc aliud nihil nisi amentia a consuetis studiis & immutat & transfert quibus
& si nihil aliud insit eo tamen quod certa sunt incertis prestant. At ne regni res
obscure sunt quidem siquis ex Romuli cladibus coniecturam traxerit quod & ipse
ne quam opinionem ceperit: perinde quasi college. Tatio tetendit ne quam & pa-
tribus compararit tanq; ab eis interemptus. Atq; Romulum hi deorum sobolem
rumoribus celebrant: & diuinum quoddam eius alimentum & salutem incredibi-
lem ipsius adhuc infantis narrant. Mihi autem & genus mortale est: & educatio
eruditioq; ab hominibus: quos ipsi nostis. Que vero de illius viri moribus laudes
referuntur. quem porro regnantium petitis: sunt & multa quies & philosophie
studium. Hic autem amor pacis rerumq; a bello vacantium & hominum in deorū
veneratione ac mutuam beniuolentiam in vnum coeuntium aliasq; vel agriculture
vel pascuis indulgentiam & acerrimus est: & nobiscum vna connutritus. Vobis
autem Romani permultos Romulus fortassis inuictos reliquit hostes. Ad quos
arcendos & ardentis animi vrbs rege robusto que indiget. Multa preterea tum
bellandi consuetudo tum etiam alacritas populo ob secundas res inest. Neminiq;
obscurum est & incrementa illum & vt ceteris imperitet desiderare. Itaq; ridi-
culo ille futuros alias sit qui deos colere iudicium venerari vim autem ac bellum
odio insequi eā vrbem docere voluerit cui militari duce magisquam rege sit opus
Huiusmodi verbis iure Numa regnum abnuente tum Romani omni studio etiam
atq; etiam rogabant orabantq; ne rursum eos in seditionem ac ciuile bellum misce-
ret cum alter non esset in quem ambe factiones consenserint tum etiam & pater
Martius secedentibus illis priuatim instantes Nume persuadebant vt magnū atq;
diuinum munus susceperet. Quod si ipse neq; diuitiarm egeas quoniam tuo con-
tentus sis neq; imperii neq; ditiōis gloriam ambias quoniam eam meliorem ex vir-
tute possideas. At ipsum regnandi munus dei ministerium ducens qui profecto
erigit neq; iacere tantam in te iustitiam ociosamq; esse patitur ne fuge neq; euita
imperium: quod prudenti vico ad preclaras & magnas res obeundas prestiterit lo-
cum. Vbi & deocum īmortalium cultus magnifici sunt & ad religionem homines
mansuescunt facillime enim simulq; ii a principe ad honestiorem sententiam tradu-
cunt. Romani & Tatium qui aduena esset imperatorem amplexi sunt & romuli

memoriam diuinis honoribus prosequuntur. Quis autē scit si & victorē populum facietas belli ceperit. Et triumphis predaq; referti mitem ducem & iusti amicū in quiete paceq; desiderant. Quod si etiam nunc prorsus feruidi sunt furentesq; ad bellum nonne melius fuerit aliorsum eorū impetum vertere cū habenas manu tenueris ac patrie te omniq; sabinorum genti aduersus florentem & prepotentem vrbem beniuolentie & amicitie vinculū prestare. Accedebant ad hec vt fertur & secunda signa & ciuium studium atq; desiderium: qui audita legatione illum ire regnumq; capescere ad ciues beniuolentia caritateq; iūgendo precabantur. Vbi ergo rem probasset: diis īmortalibus sacra faciens se romam contulit. Cui aduenienti senatus obuiam plusq; fit mirifico illius viri & incredibili desiderio: dignis cū mulieres laudibus insequuntur: sacrificia in templis fiunt. Letitia & gaudio complentur omnes quasi non regem sed regnum potius vrbs susceperit. Sed postea quā eū in forum cōstituere. Spurius vectius qui per id temporis forte interfuit decretū ciuibus exhibuit & omnes suffragiū tulere. Cum autem insignia imperii sibi afferentur ea seruari vrbem inquit deum esse consulendū qui sibi regnū confirmaret Auguribus igitur sacerdotibusq; assumptis capitolium ascendit. Id Tarpeiū collem Tunc Romani appellabnt vbi qui auguribus preerat illū velato capite ad meridiem vertens. Ipse autem retromanens & eius caput dextra manū tenens precatus est & contra quam longissime prospectu oculi ferebant: que ab diis īmortalibꝫ auspitia signa ve mitterentur circumlustrabat. silentium sūmum tanta in multitudine forum tenebat. cunctis euentū obseruantibus & de futuro suspensis Ac mox cum bone aues dextreq; apparuissēt insignia ei tradiderunt. Sic autem regali assumpta veste descendit Numa ex arce in multitudinem. Tunc & voces & acclamationes omnium erant perinde vt piissimum diisq; carissimū regem suscepissent Itaq; assumpto imperio Numa omnium primum tercentorum illorum turmas quibus ad corporis tutelam Romulus vsq; vtens celeres eos appellauit dissoluit. Neq; enim dignum putabat aut credentibus minus credere aut non credētibus imperare Secundo autem loco Iouis martisq; sacerdotibus a Romulo constitutis tertiū ipse Romulo constituit quem flaminem quirinalem nominauit. Vocabant & sacerdotes antea constitutos flamines ab eis is qui circū caluaria sunt pileis quibus ad tegenda capita vtuntur quasi piliamines quidam essent. Vt tradunt. Tunc longe magisq; nunc grecis nominibꝫ latinis admixtis. Etenim lenas quibus reges induebantur Lobas Clenas esse ait. Et qui iouis templo ministrat pubescentem puerū camillum dici quomodo grecorum aliqui mercurium ab obsequio camillum appellarunt Cū hec Numa ad populi beniuolentiā gratiāq; constituisset: illico aggreditur vrbem ceu ferrum ex dura & bellicosa molliorē reddere atq; iustiorem. Quā enim plato exestuantem ciuitatem timentemq; appellat. Plane illa tunc erat: quippe que stati abinitio audenti elatione quadā proteruaq; audatia eorum constitisset audacissimi simul & bellicosissimi vndiq; confluentes illuc cōmigrassent. Frequenti preterea militia bellisq; cōtinuis ad alimentum potentie incrementūq; vsa esset. Ac veluti ex ea que altius sunt defixa magis ipsa agitatione firmantur ex periculis inualescere inroborariq; videretur sic autem elatum & asperum ingenio populū non minimi neq; ignobilis negotii esse ratus si ad pacem traducere atq; transferre posset diuinum auxilium implorauit sacrificiis Plurimis & ludis & tripudiis que simul cum grauitate gratam consuetudinem benignāq; voluptatem habentia Ipsemet celebrauit: constituitq; regens atq; deliniens animorum ferocitatem ac bellandi studium. Interdum etiam diuinis quosdam metris annūtiauit & visus numinum monstruosos atrocesq; clamores subigebat demissamq; eorū mentē religione reddebat. Quibus quidem ex rebus potissimum ille vir sapientie nomen

eruditionisq; tanq; Pithagore congressus adeptus est nam quemadmodum illi ad sapientiam ita & huic circa gubernandam rep. magna pars in numinis affinitate congressu & studio versabatur. Preterea dicitur fastum exteriorem & cultũ ab ea ipsa Pithagore sententia sũpsisse. Etenim ille videtur & aquilam quibusdã vocibus excantans superneq; volantem deducens mansuefacere solitũ & femur aureũ subostenderet dum in olĩpiis per celebritatem transitum faceret. Aliaq; monstrosa eius inuenta & res nuntiatur. Quibus in rebus scripsit Timõphliasius Pithagoramq; tuere magnum qui nomine flagrans pergeret eloquiis homines captare venustis. Sed Nume figmentum dee vel montane cuiusdã nimphe amor: secretusq; illius ad eum congressus vt dictum est & cõmunia cum musis consortia. Plurima ex vaticiniis in eas referebat quarum precipue vnam & insigniter romanus venerari docuit hanc tacitam appellauit. Quod viri videtur esse Pithagoream Echemithiam quam taciturnitatem & misterium dicunt cõminiscẽtis simul & honorãtis. Que de deorũ ĩmortalium simulacbris etiã. Numa statuit q̃ similia sunt prorsus Pithagore documentis. Nam primum principium illa neq; sensu neq; perturbationi subiectum sed mentem inuisibilẽ & increatam esse censuit. Hic autem romanos prohibuit existimare imaginem dei aut hominis speciem aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos neq; picta neq; ficta dei prius species. Sed in prioribus centum & septuaginta annis templa quidem edificabãt sacraq; tuguria erigebant simulacbrũ vero nullum corporeũ faciebant perinde atq; neq; fas esset deterioribus meliora assimilare neq; aliter atq; intelligentia percipi deus possit. Sacra quoq; ab Numa instituta ritum sanctimoniamq; pithagore vehementer attingunt. Erant enim sine sanguine eorumq; plurima ex farina & libo rebusq; vilissimis composita. Preterea exterioribus aliis coniecturis enituntur qui Numã pithagore familiarem fuisse volunt Quarum vna est romanos sue reip Pithagoram ascripsisse sicuti Epicarmus Comicus quadam in oratione ad antenorem tradidit vetustissimus quidem ille vir & Pithagorice particeps discipline. Alii vero dicũt cum quatuor Numa filios habuisset. Mamercum vnum ex pithagore filio appellauisse. Ab illo autem & emeliorum familiam admixtam patriciis nominatam ferunt sic rege blandiloquio illius viri quod Emiliam vocant & indicendo gratie arridente atq; amplexante. Ipsi etiam audiuimus rome e multis narrantibus vt romanis aliquando oraculo reddito de illius viri erigenda apud se statua qui prudentissimus grecorum & fortissimus extitisset duas in foro eneas imagines statuisse Alcibiadis alterã vero Pithagore: hec igitur concretatiõibus refectissima & prolixius exequi & vt vera admittere iuuenilis est pertinatie. Nume autem pontificũ ordinem constitutionemq; attribuunt aiuntq; eum horum vnum primum extitisse Vocatos autem pontifices alii dicunt quoniam deos colunt potẽtie illos ac omniũ dominos Alii vero inquiunt nomen effictum esse ad potentum ꝑligationem tãq; iubẽte legũlatore sacerdotes obire potẽtia sacra Si vero qd maioris ĩpedimẽti fuerit crimini illo haud apponente. Alii vero plurimi quod in nominibus rideri solet maxime autumant atq; confirmant vt nihil aliud põtificesq; a pontibus faciũdis esse vocitatos ab sanctissimis & vetustissimis sacrificiis que ad pontẽ fierent Esse autem eam obseruationem & structuram veluti aliud quicq; ex ĩmotis patriiq; sacris sacerdotibus delegatam. Nefas enim & execrabile apud romanos existimari lignei pontis dissolutionem. Connectabatur autẽ lignis vt aiunt pro diuino q̃dã dicto omni prorsus amoto ferro lapideus enim pons diu postea extructus est ab Emilio questore. Quĩ etiam ligneum post. Nume tempora factum & absolutum dicunt a Martoi rege qui Nume ex filia nepos fuit Maximus vero ex pontificibus veluti ĩterpretis & prenuntiaturos quin Hierophante potius ordinẽ & locũ tenet



qui quidem non solum res que publice fiunt curat sed & priuatim sacrificantes obseruat impedimētoq; est ne quis legittima transgrediatur docetq; qua quispiam re ad uenerationem deorum aut ad postulandam veniam indigeret. Erat & sacrarū virginum custos quas vestales appellant. Nam Nume etiā vestaliū virginū sacerdotium ac prorsus ignis perpetui quem ee tuētur & cultum & honorem ascribunt siue vt puram & incorruptam ignis substantiam inuiolatis item integrisq; corporibus illis cōmendarent siue quod sterile & infecundum esset scite virginitati adiūgerēt Nempe enim & ī gretia vbi perpetuus seruatur ignis vt Phitie & athenis non virgines sed mulieres solute cōiugio eiusce rei curam & diligentiam habent. Quod si forte quandoq; ignis deficiat veluti athenis aristone tirranno sacram lucernam extinctam aiunt. Et apud delphos templo ab medis incenso & rome tum mitridatici tum ciuilis belli temporibus simul cū ara & ignis perit dicunt nequaquam decere ex altero igne accipi sed nouum & peregrinum elici oportere accensa ex sole flāma pura & imaculata Accenduntq; maxime scaphis vasis que struunt quidem a latere Isoseeli triāguli recti eaq; cauata Respiciuntq; in vnum ex circumferentia centrum Cum igitur soli aduersa opponantur ita vt vndiq; accēsi radii cogantur cōnectanturq; ad centrum & ipsum discernunt aerem attenuatum & eorū que apposita fomenta sunt leuissimas aridissimasq; partes celeriter accendit ex obiecto corpus & ictum igneum radio assummēte. Itaq; nihil aliud a sacris virginibus quam inextinguibilem illum ignem asseruari quidam putāt. Aliqui vero quedam inquiunt sacra esse que aliis videre nō licet abdita de quibus quecumq; & audiri & dicere fas est in camilli vita perscripta sunt Primum igitur. Ceganiam & Bereniam a Numa sacratas aiunt deinde Camiliam & Tarpeiam postea vero seruio alias duas numero illis addente id in hec vsq; tempora multitudinem obseruasse His autem virginibus annorum triginta a rege castitas prescripta est Ac primū quidem decennium que facienda sunt discunt. Secundum vero que didicere faciunt. Reliquum autem decennium he alias edocent. Tum demum volenti permittitur post id tempus & nubere & ad aliam vitam verti solute iam sacerdotio. Dicunturq; haud multe hanc licentiam libēter amplexe neq; is que eam amplexe fuerint secundas res contigisse sed penitentia & merore reliquum vite tempus agentes perhibentur alias & iudeorum metum regionemq; in iecere vt ad senium & ad mortem vsq; pudicitiam virginitatēq; obseruent. Illis autem magnos honores reddidit quorum is est vt etiam viuo patre testamentū condere ac cetera gerere sine curatore queant queādmodum & trium filiorum matres. Cum fascibus cum prodeunt deducuntur Et si casu ī quenq; inciderint cum ad letum agitur necari eum non licet. Verum deierare virginem oportet se non vltro sed forte non autem dedita opera & de industria obuiam factam Qui autem occurrerit cum ipse feretro vehuntur moritur. Atq; aliorum criminum causa puniuntur virgines verberibus interdum & nudam pontifex maximus que deliquerit obtenso linteo in abditiore obscurioreq; loco eam plectit Sed que virginitatem prodiderit viua ad portā quā collinam vocant defoditur. Quoquidem in loco supercilium est intra vrbem terrestre porro se ī tendens quod latinorum ideomate vocatur tumulus. Hic structa est subterranea domus haud magna in quam e loco superiore descenditur. Iacet in ea stratus lectulus & lucerna ardens primitiaq; rerum earum que necessarie sunt ad victum breues quedā panis aqua in vase lac & oleum quasi caueat ipsa demus ne fame eius corpus intereat que maximis expiationibus dedicata sit. Ipsam vero pene obnoxiam feretro impositam & exterius obtectam lorisq; ligatam quo neq; vox queat etiam audiri per forum vehunt. Silentio adscedunt omnes eamq; sine voce graui cum merore quodam deducunt Neq; aliud spectaculum horribilius est

Numa Pontif. ur

Neq; alium diem ciuitas mestiorem agitur . Cum vero ad locum feretrom dela-
tũ fuerit solutis a ministris vinculis sacerdotũ priceps precatus archana quedã sub
latisq; ad deos manibus ante supplitium educit eam capite opertam constituitq; in
scalis in domicilium deferentibus . Deinde ipse cum aliis sacerdotibus auertitur·
Cum autem illa descenderit & scale tolluntur & multa desuper iniecta humo do-
micilium operitur adeo vt is locus reliquo tumulo equalis fiat . Siquidẽ que sacrã
virginitatem prodidere puniuntur . Verum dicitur Numa veste templum rotun-
dum condidisse vbi perpetuus ignis seruaretẽ . Imitatus vero terre figuram quasi
lar focusq; sit sed totius mundi potius cuius medium Pithagorici putant ignis se
dem & id larem vocant & monadem · Terram vero neq; imobilem neq; in medio
globi positam sed esse circum ignem in girum suspensam . Hee autem & platonẽ
iam cum senior esset de terra sensisse aiunt vt in altera regione consisteret sed ip-
sum medium & ab solutissimum terre meliori elemẽto cuidam alteri adiacere Põ
tifices autem & patrios humandi ritus querentibus declarant ab . Numa edocti:
nihil huiusmodi piaculum ducere quin etiam deos manes legittimis ritibus vene-
rari vt qui ea que maxime nostra sunt suscipiant . Et eam precipue quam libitinã
appellant huiusmodi veneratione coli que dea sit eorum que mortuis iusta pre-
stantur inspectrix siue proserpinam illam siue vt . Romanorum disertissimi arbi
trantur Venerem crediderimus. Illi quidem in vnam dei vim que adortum obitũ
ꝙ pertinent haud inepte referentes Numa quoq; & lugendi modum pro etatibus
temporibusq; statuit in puerum nõ lugeri triẽnio minorem neq; etiam natu grandi
orem plures mensis ꝙ vixisset annos ad decem vsq; Et prolixiore fletu etatatem lu
gere nullam . Sed longissimũ luctus tempus esse mensium decem quamdiu & mor
tuorum vxores viduitatem seruant. Que vero intra id temporis nupserit vaccam
pregnantem ex Nume legibus imolat . Sed cum alia plurima sacerdotis ab . Nu-
ma instituta sunt duo adhuc inmedium referam alterum saliorum & fecialium al
terum que viri pietatem maxime ostendunt . Enimuero feciales quidam pacis cu-
stodes & vt mea fert opinio ab re ipsa nomen capientes controuersias verbo sede-
bant . Cũ non permitterent prius militare quam omnis spes iudicii abcissa esset
Etenim pacem greci vocant quando verbo noui inter se vtentes controuersias sol-
uunt . At romanorum feciales sepe ad eos ibant qui iniuriam inferrent illisq; sua-
debant vt se beniuole & amici gererent . Is autem inimice sese & pro voluntate ge
rentibus deos testati & multa grauia in eos eorumq; patriam imprecati nisi iuste
rem agrediantur sic eis bellum indicebant. Fecialibus vero prohibentibus aut mi
nus comprobantibus neq; militi fas erat neq; regi romanorum arma mouere . Sed
ab his necesse erat initium belli pro iure princeps acciperet & tum demum com-
muni cõmodo prospiceret Fertur etiam celticam illam calamitatem vrbi cõtigisse
ob hec sacra violata . Barbari enim clusinos obsedebant. Ad quos cum Fabius am
bustus in castra missus legatus esset quo pro obsessis federa iniret & ei ferotius
respõsum fuisset ratus se legationis munere iam defunctum iuueniliter ac temere
ausus est pro clusinis armis sumptis barbarorum bellacissimum ad singulare certa
mẽ prouocare . Secunda igitur pugna visus & prostrauit virũ & spoliauit · Qua-
quidem re cognita mittunt . Romam preconem celte fabium accusantes quod pre
ter federa preter fidem preter indicendi ordinem bellum eis intulerit . Tunc vero
feciales Senatui hominem illum celtis dandũ suaderent refugit ad plebem Fabius
Vsusq; populi fauore iudicium & repulit & euasit . Paulo autem post adorsi celte
totam vrbem preter Capitolium in predam verterunt atq; vastarunt· Verum hec
in Camilli vita diligẽtius tractata sunt . Salios autẽ sacerdotes ex huiusmodi cau
sa cõstitutos dicitur annum iam octauum regnante Numa morbos pestifer italiã

occupans. Romam quoq; inuaserat. Merentibus vero cunctis traditur. Pletam
eneam e celo delapsam in Nume manus decidisse In eam autem mirabilia quedam
dixisse regem se ex Egeria musisq; audisse Pletam enim in vrbis salutem missam
oportereq; eā asseruare aliis vndecim ad illius figuram magnitudineq; & formā
effectis quo dubium ob similitudinem sit celestis illius adipiscende Perterea opus
esse camēis locum eum & que circum locum prata sunt sacrare quo frequenter ad
suum congressum veniāt. Fontem vero qui locum rigat sacris virginibus vestalibꝰ
constituere quo inde aquam quottidie summentes mundent atq; aspergant templi
aditum his igitur testimonium attulisse dicunt pestem ipsam que continuo cessa-
uerit. Pletam autem ex eius autoritate atq; imperio effingere artifices cum cer-
tassent diffidentibus ac desperantibus ceteris Veturium Mamurium ex summis
vnum opificibus vsq; adeo similitudinem effinxisse struxisseq; omnis similes vt ne-
q; Numa iam ipse dignosceret Harum autem custodes ac ministros constituisse
dicitur salios sacerdotes. Salii vero vocati sunt non vt quidam fabulantur a viro.
Samotbrace seu. Mantineo salio nomine q saltationē que in armis dicitur edocu-
erit: sed ab ipso potius tripudio saltatorio: quod vehementius robustiusq; per vrbē
euntes subsaltaut: cum ad mensem Martium sacras Pletas suscipiant induti puni-
ceis tunicis: eneis balteis latisq; succinti eneas capitum galeas portātes: paruis gla-
diis arma pulsantes. Reliquum vero saltationis pedum est opus. Mouentur enim
suauiter conuersiones ac mutationes in celeri & crebro numero robuste & leuiter
reddentes Eas autem. Pletas ancilia propter figuram vocant Circulus enim non
est. neq; veluti Pleta circumferentiam reddit: sed excissuram habet linee. Helitoi-
dis cuius apices curuaturam habentes & densitate in se conuerse figuram anciliis
faciunt Aut propter ācona idest cubitum. ad quem circumferuntur. Hec enim Io-
bas inquit cupiens nomen a greco deducere. Posset etiam primum hoc cognomen
a beo vel motu vel impetu descendere qui anechatein idest superne factus sit: siue
ab egrotantium curatione. que a cesis dicitur aut ab Auchimon liseos hoc est sicci-
tatum solutione Preterea a tristium amotione quam. Anaschesin vocant: Ex quo
castorum & pollucem. Anacas athenienses appellant siquidem in grecum eloquiū
deducendum sit. Mamurio autem artis illius sue mercedem fuisse perhibent me-
moriam quādam per saliorum carmen simul cum pirrichii modulo absolutum. Alii
Veturium Mamurium qui canebatur fuisse aiunt. Alii vero veterem memoriam
Sed postea quam sacerdotia instituisset regiam iuxta tēplum veste condidit Vbi
maiorē temporis partem morabatur: aut sacris indulgens: aut sacerdotes docens
aut alicui rerum diuinarum speculationi apud eos vacans Domum habuit alteram
ad collem quirinalem cuius etiam nunc locum ostendunt. In profectis autem &
omnino in sacerdotum festis: per vrbem precones precedebāt. qui vt quiescerent
& ab operibus desisterent iubebāt. Quemadmodum enim Pithagoricos dicunt nō
sinere homines per transitum adorare deos in mortales illosq; orare sed cōtinuo ex
ipsa domo mēte ad id paratos pergere. Ita & Numa decere ciues existimauit neq;
audire quicq; rerum diuinarum neq; aspicere per desidiam atq; negligentiam. sed
vacare a ceteris oportere: menteriq; adhibere. Perinde vt rei ad pietatem maxie
ac deniq; crepitibus strepitibus gemitibusq; & queq; huiusmodi necessarios vulga-
riumq; artium labores consequuntur vias vacuas cerimoniis prestare. Quorum ve-
stigium quoddam in hanc vsq; diem seruantes cum imperator circa auguria sacri-
ficia ve versetur clamant hoc age Que vox quot quot rei interfuerint & conuertit
& parat Erāt autem multa illius precepta Pithagoricis documentis q; simillima
Quemadmodum enim monebant illi super. Choenice sedendum non esse: neq; ignē
gladio fodiendum neq; peregre proficiscētibus retrouertendū: & superis imparia

litare: inferis vero paria Quorum sensum per singula multitudini occultabant. Ita quedam Nume patria instituta archanam rationem habent. Veluti diis libandum non esse ex vitibus non putatis: neq; sacrificandum sine farina. Et cum adorant in orbem sese vertere oportere: deinde vero sedere. Ac prima quidem duo videntur mansuetudinem edocere, quasi ea pietatis pars sit. Adorantium vero illa vertigo ad mundani circuitus similitudinem sit. Videri autem magis posset is qui adorat quoniam aspectantibus templis adorientem aduersatur ortus hic mutare seipsum & ad deum conuertere orbem faciens & absolutam precem vtrinq; coniungens. Ni si medius fidius egiptus rotis mutatio habitus & significat huiusmodi aliqd do- cetq; rem similem quasi nihil ex humanis rebus stabile & firmum sit. Sed vt cūq; verrat deus reuoluatq; vitam nostram id iocunde ac libenter admitti conueniat. Sedere autem com adorarit auspicium esse dicunt quo & ratas preces & in bonis perseuerantiam fore significatur Aiunt & actionum diuisionem quietē esse Quasi igitur priori actioni sine imposito sedendum sit apud eos quo alterius rursum incē de ab illis summatur initium. Potest & hoc quoq; cum his que diximus congrue re assuefaciente nos legumlatore non esse deum interpellandum in occupatione & negligentia sed cum tempus est nobis & ociosi sumus. Ex huiusmodi vero institu- tione in rem diuinam adeo vrbs ad mansuetudinem & quietē redacta est & ita Nu me vi admirata vt & absurdos ac per id fabulis q̄ simillimos rumores admitteret existimaretq; nihil esse neq; ab ratione alienum neq; quod vbi ille vellet minus fie ri posset. Itaq; vt aiunt cum nonnullos ciuis Numa ad conuiuium inuitasset vasaq; abiecta & cenam admodum vilem ac plebeiam apposuisset iam illis cenare incipiē- tibus vbi sermonem iniecisset vt ea dea cui ipse congrederetur ad se venerit subito domum preciosis refercītam poculis & mensas omnifariam obsoniis apparatuq; magnifico plenas ostendisse. Verum omnem id ad surditatem excedit quod de cō gressu cum Ioue tradunt. Fabulantur enim in Auentinum collem cum neq; adhuc vrbis pars esset neq; habitaretē sed largos fontes opacaq; arbusta in se haberet duos demones picum faunumq; incedere quos alias quidem Satirorum titanumue gene- ris quis assimilet Medicaminum autem vi & diuinis ī rebus magice acrimonie di cuntur eodem modo italiam metientes peragrare· Vt ii quos grece Ideos dactilos appellant. Hos inquiunt ab Numa captos qui vino & melle fontem ex quo bibere consueuerant temporarat. Captos vero in multas verti species suamq; naturam ex uere & monstruosas formas visuq; terribiles pretendere. Sed postea quam tenaci in euitabiliq; uise comprehensos sensere cum alia futura multa predixisse tum eam fulminum lustrationē edocuisse que in hanc vsq; tempestatem per cepas fit & cri- ues & menides pisticulos quidam autem dicunt non eos demones lustrationē edo cuisse sed ab illis arte magica Iouem accersitum. Quare iratum deum Nume impe rasse oportere lustrationem capitibus fieri. Cum vero Numa subdidisset ceparum Iouem dixisse hominum Cum Numa rursus inuertens precepti acerbitatem inter rogaret capillis Respondisse Ionem animatis. Et tunc Numam pisticulis menidi bus intulisse. Et hec dicere ab Egeria edoctum atq; deum quidem postea q̄ Ileos sibi factus esset hoc est propitius abisse & locum ab illo Elitium appellatum & sic expiationem esse consummatam. Hec igitur fabulosa plenaq; ridiculis ostendunt qua illius tempestatis homines menteq; quaq; veneratione quam scilicet consue- tudo eis indiderat diuinitatem prosequerentur. Ipsum vero Numam adeo diuina in re spes suas collocasse perhibent vt cum aliquando sibi de hostium aduentu atq; incursu nuntiatum esset surrideret diceretq;. At ego sacrifico primum autem fe- runt & fidei & termini templum cōdidisse. Ac fidem iusiurandum demonstrasse romanis maximum quo etiam nunc vtuntur. Termino vero qui meta quedam est

& publice & priuatim ad agrorũ confinia sacrificant animantia Et id nunc quidã
Nam apud veteres incrumentum fuerat Nume sacrificium quippe qui sapientissi
me docuisset decere terminalem deum nece purum esse vtpote qui pacis custos &
iusticie testis sit. Videtur & omnino hic rex romanum solum terminauisse cũ Ro-
mulus noluisset mensuram proprii agri fateri alieni ablationem Suas enim vincit
vires si terminum obseruasset. Sin minus obseruasset se iniurie argui. At neq̃ latũ
soli vrbi fuerat ab initio maioremq̃ eius partem armis sibi Romulus compararat
Et id omne Numa iis ciuibus qui pauperie premerentur distribuit quo & egesta-
tem que inferende iniurie causa sit tolleret ac populum ipsum ad agriculturã ver-
teret. Sic enim is vna cum solo mansuefieret. Nam nihil ex omnibus studiis acré
adeo pacis celeremq̃ amorem effecit vt vita rustica. Vbi & bellice audentie ad de
fendẽdã tuendamq̃ rem propriam robur perdurat & adest & per iniusticiam cupi
ditatemq̃ pluris assequendi resolutio excissa est. Quamobrem cum & agriculturã
Numa sicuti pacis Philtrum immiscuisset ciuibus magisq̃ vt morum quam vt diui
tiarum effectricem eam artem adamasset: in partes agrũ omnem diuisit: quas Pa-
gos apppellauit Et sigillatim qui obseruarent. quiq̃ circumirent statuit interdum
quoq̃ & ipse inspectans & ex operibus ciuium mores coniectans alios ad honores
& secreta consilia promouebat. Inertes vero & negligentes vituperans & abiiciens
castigabat: atq̃ instituebat. Ex aliis autẽ eius institutis multitudinis pro opificiis
distributio maxime in admiratione habetur Nã cum ciuitas duobus ex populis vt
dictum est constare videretur: quin diuisa potius foret ac nullo pacto vna esse vel-
let neq̃ fieri posset vt factio simultasq̃ deleretur. sed offensiones assiduas & partiũ
contentiones pateretur cum animo secum. Numa versasset solere homines ea cor-
pora que & diuersa natura & dura sunt perfringendo & diuidendo commiscere:
quippe que ex paruitate conueniãt. illa inter se magis statuit in partes plures cun-
ctam multitudinem rescindere vt ex iis in alias contentiones cum iniecisset priorẽ
& magnam illam i minores disseminatam penitus tolleret. Fuit autem partibus
ea distributio Tibicinum aurificum. Architectorum Tinctorum Cerdonum Cori
ariorum Fabrorum Figulorum. Reliquas vero artes simul colligens vnum ipsum
ex omnibus corpus reddidit. societates & conuẽtus ac deorum honores cuilibet ge
neri pro dignitate impartiens: tum primũ illud amouit ex vrbe dici haberiq̃ alios
Sabinos alios Romanos & illos tacii. hos ce Romuli ciues. Itaq̃ ea diuisio fuit ppul
chra quedam omnium inter sese compositio atq̃ cõmixtio laudatur etiam ex eius i
stitutis emendatio eius legis qua patribus filios vendere permittebatur: illos exci
piens qui vxores duxissent si patre approbante iubenteq̃ nuptie facte essent. Gra-
ue nanq̃ & iniquum existimauit eam mulierẽ seruo congredi: que vt libero nup-
ta esset. Preterea celestium rerum studiũ Numa attigit neq̃ acriter: neq̃ omnino
imperite Nam Romulo regnante preter & rationem & ordinem mensibus vteban
tur. alios quidem neq̃ dierum viginti alios quinq̃ & triginta alios vero plurimũ sup
putantes. Lune autem solisq̃ inequalitatis conditionem habebant nullam sed vnũ
dumtaxat obseruabant: vt dies tercentos ac sexaginta annus cõtineret Numa vero
inequalitatis vicissitudinem dierum vndecim fieri colligens: vt lunaris tercentos
quinquagintaquatuor haberet dies Solaris vero tercentos sexagintaquinq̃ vnde-
cim hosce dies duplicans adiecit ad annum in mẽse Februario Embolimum hoc est
inter Calarem quem Mercedinum Romani vocant Eratq̃ dierum duorum ac vi
ginti. Atq̃ quidem quam is adhibuit inequalitatis medela ea tunc fuit que maio-
ribus olim curationibus indigeret. Mutauit & mensium ordinem. Martius enim
qui primus erat tertium fecit: primum autem Ianuarium qui erat vndecimus sub
Romulo duodecimus vero & vltimus Februarius quo nunc secũdo vtũtur Multi

etiam sunt qui,duos hosce menses additos a Numa inquiūt Ianuarium atq; Febru
arium. Ab initio enim decem mensium in vsu annum extitisse. Veluti quidam ex
barbaris trium. Ex grecis autem quatuor Archades seu acannanes mensium anno
sunt vsi. Egiptus menstruus annus fuit deinde mensiū quatuor vt aiunt quare qui
vel nuperrime eam regionem incoluerint vetustissimi videntur esse annorumq; in-
credibili multitudine in familiarum deductionibus differunt quippe qui menses in
numerum annorum collocent. Quod autem romam menses decem in annum ordi-
narint & non duodecim coniecturam affert vltimi appellatio. Eum enim Decem-
brem etiam nunc vocant. Quod autem Martius primus in ordine vocabatur obscu
rum non est. Nam quintum ab illo quintilem sextum sextilem nominabant ac reli-
quos deinceps singulos eodem modo. Nam Ianuario Februarioq; ante Martium po
sitis contingebat ante dictum mensem quintilem nominari & septimum numerati
Preterea vero non erat a ratione alienum Martium qui marti Romulo sacratus sit
primum nominari Secundū vero Aprilem quod a Phroditis idest Veneris habeat
cognomentum Quo mense & dee sacrificant Et ad Calendas mulieres Mirto co
ronate lauant. Quidam vero non ex Appbordite nominatum Aprilem dicunt :sed
quemadmodum simplex se nomen habet Aprilem mēsem vocatum quoniam verna
temperie arridente plantarum apetiantur germina Maium quidem a maia vocant
Est enim Mercurio sacer Iunium vero ab anni tēpore Sunt etiam qui hosce ab eta-
te maiore & iuniore cognominatos dicant. Reliquos autem sigillatim ab ordine q̄si
numerātes nominauere. Quintilem Sextilem Septembrē Octobrē Nouembrē
Decembrē. Postea quintilis a cesare qui Pompeiū superauit Iulius. Sextilis vero
ab eo qui Augustus cognominatus secundus imperauit nomīatus est Reliquis aūt
deinceps duos. Domitianus suis sibi cognomentis asciuit neq; id diu sed qui rursū
illo iugulato sua resūpserunt nomina Itaq; alter September alter October appel-
lantur Soli postremi duo appellationem ab ordine sicuti ab initio habuere seruaue-
runt. Qui vero a Numa additi mutati ve sunt Februarius quidem veluti lustratio
nis expiationisq; mensis quidā sit Etenim ipsa dictio hoc proprie significat. Ac no-
uo tunc sacrificāt germine & Lupercaliorum celebritate que plurimum lustratiōi
est proxima peragant. Ianuarius autem qui primus est ab iano dicitur. Martium
vero quasi a marte cognominatus sit eo e prima sede mutauit Numa vt arbitror q̄
niam in omnibus vellet rem vrbanam bellice in honore preferri. Ianus enim apud
vetustissimos illos siue genius siue rex fuerit dicitur ferum & siluestrem cultum in
vrbanum ciuilemq; mutasse proindeq; ipsum bifrontē fingunt tanq; alteram ex al-
tera & formā dispositionemq; reddiderit. Est & eius templum Rome duabus por
tis quod belli ianuam vocāt. Legitimum enim est ipsum aperiri cum bellum sit ·In
pace autem claudi Quod certe difficile aut etiam raro factum cum aliquo bello sem
per imperium suspēsum teneatur Nam cum propter eius magnitudinem barbaris
nationibus vndiq; circumfusum ac septum esset is repugnare cogebatur verūtamē
Augusto cesare imperante post Antonii profligationē clausū est & ante. M Atti-
lio &. L. Malio consulibus haud multum temporis. Deinde continuo ingruente ir-
rumpenteq; bello apertum est. At Numa rege neq; illum diem apertum visum sed
tris & quadraginta annos continuos clausum mansit: vsq; adeo bellicas res vndiq;
prorsus abstulit amouit perdidit. Non enim romanorum populus modo regis iusti-
cia & modestia ad mansuetudinem ac pacis amorem traductus est. Verum etiā vr
bes vicinas quasi aliqua inde se aura salubriue spiritu ferente mutationis principiū
cepit & in omnes desiderium influxit tranquille paeateq; viuendi & colende terre
& nutriēdorum in quiete pignorum venerandorumq; deorum. Festiuitates autem
& conuiuia & eorū qui secure se inuicē adirent mixtiq; versarentur hospitalitates

ac benigne exceptiores italiam tenebant. Perinde atq; e fonte Nume sapientie in omnes honesta iustaq; influerent & illius animi serenitas i vniuersos diffunderetur Quapropter & superlationes poeticas ad eius statum temporis cessisse dicunt Hic callentis opus humorq; domantis Arachnes Enses ancipites hastaq; longior erea iam nusquam superest tuba ducere somnos. Non ipsi placidos palpebra tollitur. Nam neq; bellum neq; seditio neq; tumultus rege. Numa in rep· fuisse traditur at neq;. Aduersus eũ vlle vel inimicitie vel inuidia seu ob regnãdi cupiditatem insidie virorum ve conspiratio. Sed siue deorum metus qui viri curam habere viderentur siue virtutis verecundia siue diuina fotuna quedã omni vicio illibatãq; puramq; homines vitam sub illo seruans perspicuum exemplum edidit atq; coniecturam platonice illius vocis quã ille non paruo temporis curriculo iunior de rep emittere ausus est. Vnam malorum quietemq; esse solutionemq; hominibus si ex diuina quadã sorte philosopho animo regia potestas coniungatur: que virtutem vitii victricẽ superioremq; constituat Sapiens enim ipse profecto beatus est: beati etiam illi sunt qui verba ex ore sapientis profluentia audiunt. Fere enim neq; vlla vi sibi neq; minus aduersus multitudinem opus est. Ipsi etiam manifesto ĩ exemplo & in clara vita principis virtutem intuentes & vltro continentie ac sapientie student: & cũ iustitia & moderatione ad probatam ac beatam vitam amice inter sese ac cõcorditer conformantur. Vbi totius pugne auxiliq; pulcherrimus finis est: atq; is omniũ augustissimus est: qui hanc vitam & hunc effectum subditis inserere quiuerit Hec igitur Numa longe melius quam alius quisq; videtur conspexisse. Quos autem filios is habuerit: quasq; vxores duxerit dissentiunt rerum gestarum scriptores. Alii nanq; neq; aliam eum vxorem q̃ Tatiam accepisse neq; alterum filium preter vnam filiam Pompiliam habuisse dicunt. Alii preter hanc filios quatuor ei ascribunt. Põponem pinum Calpum Marrercum. Quorum quemlibet successionem familie honestiq; generis reliquisse Fluxisse nãq; a Pompone pomponios a pino vero pinarios a Calpo vero Calphurnios a Mamerco autem mamertios quos ob hanc rem & reges cognominatos esse. Tertii autem sunt qui hos reprehendant vtpote quos familiis gratificatos inquiunt & his nõ nata successionis ab Numa insignia addidisse põpiliam vero nõ ex Tatia natam sed ex altera vxore Lucretia quam nõ priuatus sed iam rex duxerat. Omnes autem consentiunt Popiliam Martio nuptam Martius vero ex illo Martio natus est qui Numam ad regnum suscipiendum induxit Etenĩ secum vna migrauit Romam & ordine senatorio ornatus est. Ac post obitum Nume cum ĩ regni disceptationem cũ hostilio venisset superatus se vita priuauit Eius vero filius Martius cui pompilia nupta erat Rome commoratus Martium Ancũ genuit qui post Tullum Hostilium regnauit. Hoc vt fertur quinquennium relicto diem obiit Numa non celeri neq; repentino obitu sed sensim senis ac leni deficiens morbo vt scripsit Piso obiit autem non longe octogenario maior. Ostenderunt & sepultura vite eius desiderium nam tum socii & amici. Pl. populi publicis simul cõcursibus & coronis ad inferias conuenere tum patritii lectum sustulerunt tum deorum immortalium sacerdotes & presentes fuere & deduxerunt tum deniq; reliq̃ turba mixtis feminis ac pueris non vt regis senioris exequiis asistentes veluti ex carissimis aliquem quem ĩ etatis flore desiderarint singuli sepelissent cum eiulatu & fletibus sunt secuti. At qui cadauer igni haud dedere quoniam is cauisset vt dicitur. Sed duabus arcis lapideis factis eum sub ianiculo condidere quacum altera habebat corpus altera libros sacros quos ipse scripserat quemadmodũ tabulas greci legum conditores consuerunt. Cum autem adhuc viuus sacerdotes que scripserat edocuisset & eis habitum omnium mentemq; impressisset iussit sacros libros cum corpore sepeliri quasi nõ recte in animis litteris arbana ferrent. Quaquidẽ sentẽtia

aiunt neq; Pithagoricos litteris commentaria preceptaq; mandare sed ipsorum me
moriã atq; disciplinam siue scriptis dignis viris ĩserere Cumq; eorum traditio prẽ
ceptorum que in geometria ambigua secretaq; dicuntur cuipiã indigno edita esset
portendere significareq; dicebant vt magno quodam & communi malo ac pernitie
numen admissum scelus atq; impietatem vlcisceretur. Itaq; magna is venia danda
est qui eodem tempore. Pithagore Numam in tanta rerũ similitudine congestum
esse contemnunt Antias autem tradit duodecim libros de iure pontificio duodecĩ
vero alios grecos de disciplina sapientie in arcam repositos esse Cum autem quadrĩ
genti fere anni preterissent P. Cornelio & M. Bebio consulibus magno imbrium
facto impetu tumuloq; diruto arcas vi inundationis excussas decidentibusq; oper
culis alteram quidem visam inanem prorsus: neq; partem vllam neq; reliquias cor
poris habuisse In altera vero cum libri inuẽti essent eos legisse dicitur Petilius qui
per id temporis pretor erat. Ad senatumq; retulisse nõ videri sibi neq; fas neq; piũ
vt que in libris scripta essent audirentur a multitudine. Proindeq; delatos illos in
comitium igni tradidisse. Nempe iustos omnis ac probos viros maior inde post obi
tum laus sequitur. Inuidia nanq; non diu superstes est. Ante plerosq; etiam ea inte
rit. Preterea illius gloriam regum posteriorũ calamitates clariorẽ illustrioremq;
fecere. Nam cum quinq; post illum regnauerint postremus ex imperio excidens in
exilio consenuit. E reliquis vero quatuor nemo naturali morte defunctus est. Sed
tres insidiis circumuenti necati sunt: Hostilius vero Tullus qui Nume successit in
regnum & plurima ex illius honestis facinoribus inprimisq; ac potissimum pieta
tem in deos irrisionibus & contumeliis insectatus vti rem inertem & muliebrem ci
ues ad bellum vertit. Neq; ipse igitur audacibus hisce ac stultis facinoribus institit
sed graui & vario morbo mutata mente in deorum metum atq; religionem conuer
sus est que nulla tamen similitudine ad Nume pietatem accederet. Quin etiam
eo magis alios huiusmodi morbo inficit quod fulmine ictus conflagrauit vt fertur

SED POSTEA q̃ nume & ligurgi vitam exposuimus
hisce in medio positis & si difficile opus sit non tamẽ pigu
erit ipsorum differẽtias colligere. Nam que is communia
pariaq; sunt ex ipsis rebus apparent. Veluti virorum con
tinẽtia pietas ciuilitas disciplĩa vt vterq; ĩitium vrũ legũ
condendarum a diis sumpserit. Quibus autem priuatim
bonis vterq; prestiterit primũ Numa quidem accepit im
perium Ligurgus vero tradidit. Et alter cepit id haud
petens Alter cum possideret restituit. Ac Numam quidem ex priuato & peregri
no dominum alii sibi constituere. At Ligurgus ex rege sese priuatum fecit. Pulch
rum est certe regnum sibi iusticia comparasse pulchrum est etiam iusticiam regno
pretulisse Virtus enim illustrem adeo illum reddidit vt dignus imperio habitus sit
Hunc vero ita magnum effecit vt imperium contemserit Quod autem secudum est
quoniam quemadmodum armonici Liras solent Ligurgus dissolutum & deliciis
deditam spartam intendit Numa vero Rome vehementiam intentionemq; re
misit difficultas quidem operis Ligurgo additur Nõ enim thoraces exuere ensesq;
deponere ciuibus suadebat sed aurum argentumq; dimittere Et strata preciosa
ac mensas eiicere. Neq; a bellis celebritatum sacrificiorumq; causa desistere sed ce
nis compotationibusq; omissis in armis & palestris laborari & exerceri. Quapropter
gratia & veneratione quadam alter omnia suadendo perfecit Alter autem inter pe
ricula atq; ictus vix obtinuit. Atq; mansueta benignaq; musa Nume qui ad pacem
& iusticiã ciues ex intẽperãtib; & feruidis traduxit ac leniuit. Si vero de mãcipiis

dicitur inter Ligurgi instituta quis ponere nos coegit seuissimum illud quidem &
iniquissimum facinus longe Numam prudentiorem & humaniorem legumlatorē
extitisse dicemus qui dum etiam manifeste seruos cum heris simul in saturnalibus
epulari consuefecisset liberis honoris is gustum prebuit Etenim vnum hoc ex Nu
me institutis esse dicunt qui ad annuas fruges perfruendas eos quibus vna opera-
tiis esset vsus assumeret. Quidam autem monumentum id seruari fabulantur. Sa-
turnalis illius equalitatis q̄ſi nemo seruus nemo herus sed cognati omnes & eque
digni putarentur. Omnino autem videtur ad furgalitatem vterq; & continentiā
multitudinem eque egisse. Ex aliis autem virtutibus Ligurgus fortitudinem ma
gis Numa vero iustitiam videtur coluisse non ob aliam causam nisi quod ob proposi
tarum vtriq; rerump. dissimilem vel naturam vel consuetudinem dissimili studio
opus fuit Nam neq; Numa rem bellicam pre metu dissouit sed ne sui iniuriam in-
ferrent. Neq; Ligurgus ad iniustitiam suos bellicosos struxit. Sed ne iniuriam pa-
terentur Ambo apud suos ciues & quod nimis esset auferendo & quod parum sup
plendo magnis vti mutatiōibus coacti sunt. At qui distributionis in ordines diuisi
onisq; rerūp. & popularis admodum Nume mutatio & plurimum multitudini gra
ta qui ex Aurificibus & Tibicinibus ac cerdonibus promiscuum quēdam & variū
admodum populum reddiderit. At Ligurgi austera & senatoria que in seruorum
& accolarum manus conuerterit vulgares artes ciues autem ipsos in clipeum & ha
stam coegerit belli opifices martisq; ministros Aliud vero neq; scientes neq; medi-
tantes q̄ parere principibus ex hostibus victoriam reportare. Nam neq; rei pecuni
arie studere liberis hominibus licebat quo liberi prorsus p omnia essent. Sed quod
ad res parandas pertineret seruis ac mancipiis datum erat veluti cene & obsonii mi
nisterium Numa vero nihil huiusmodi discreuit Sed militares auiditatis abstulit
Alium vero questum haud vetuit Neq; huiusmodi amouit inequalitatem. Sed ad
summum vsq; diuitiis progredi permisit Et pauperum curam quorum magna mul
titudo conflaretur & in vrbem influeret nullam habuit Cum statim ab initio de-
cuisset quadoquidem neq; multa neq; magna imparitas esset sed pares substantia
& similes ciues inter se forent eos sicuti Ligurgus & instruere aduersus immodicū
appetitum & ea cauere detrimenta que non minima secuta sunt sed que plurimoꝝ
maximorumq; malorum quecumq; inuecta sunt semen principiumq; prebuerit. So
li autem distributio neq; facta Ligurgo vituperationem affert. Neq; Nume non fa
cta. Alteri enim ipsa equalitas sedem fundamentumq; reip. prestabat hec autem
quoniam fortitio recens esset nullam aliam diuisionem inducere cogebat neq; moue
re primam distributionem que vti consentaneum est suis locis maneret. Cumq; con-
nubiorum educandorumq; liberorum illa communio vtriq; viro vxore pudicitie su
spitionem rite ac ciuiliter amouisset non per omnia ī eandem rem consenserunt Sed
romanus quidem vir cum satis sibi filii educati essent alterius suasoribus qui filiis
indigeret vxorem cuius dedende recipiendeq; ius haberet cedebat. At Lacon que
domi apud se esset manente etiam connubio in antiquo iure vxorem ei impartiebat
qui ad sobolem suscipiendam suasisset Multi quoq; vt dictum est vel exhortando
rogandoq; eos vltro accersebāt e quibus putassent maxime formosos pueros ac pro
bos nasci. Que igitur alia discretio institutionum huiusmodi nisi fortis in hisce ac
vehemens erga nuptam equanimitas que profecto & perturbant plurimos atq; ad
viuendum inter dolores ac zelotipias admodum incendunt & stimulant In illis aūt
Nume tanq; erubescens & pudibunda humilitas quedam veluti velamen desponsi-
onem coniugii obtendit & eam communionem intolerabilem fatetur. Preterea &
custodia virginum Nume magis ad muliebre ingenium atq; verecundiam cohibi-
ta est. At Ligurgi virgo omnino etiā aperta & femina de se poetis dicendū p̄stitit

Nam & Phenomerides a petentibus femoribus eas appellant vt Ibicus & Andromanes quod viros furere faciãt vt Euripides inquiens. Domus aperto cum iuuẽta femore Peplis solute destruunt ec funditus. Nempe enim tunice virginalis cõsute pinne non erant ab inferiori parte sed aperiebantur simulq; vndabant totum femur in incessu. Quamquidem perspicue dixit Sophocles hisce versibus Quapropter & audatiores dicuntur esse & in ipsos viros in primis viriles vtpote que tum negotiis domesticis prorsus dominentur tum ĩ publicis & sententiam dicãt de maximis rebus & auctoritatem habeãt Numa vero eam nuptiis apud viros dignitatem honoremq; seruauit quem a Romulo habuissent Cum rapte delenirentur obsequiis Sed pudoris is plurimum adiecit: curiositatem remouit sobrietatem docuit. Tacere & abstemias prorsus esse neq; de necessariis rebus absente viro quicq; loqui eas assuefecit Fertur igitur cum mulier aliquandu propriam causam in foro dixisset misisse senatum deos consultum: quid nam ciuitati ea res portenderet. Atq; reliquarum obedientie ac mansuetudinis permagna est cõiectura deteriorum memoria Nam sicut apud nos historici primos scribunt: qui vel ciuilem necem perpetrarint vel bellum fratribus intulerint vel patrem matrem ve necarint. Ita Romani memorie tradiderunt Spurium curuinum primum extitisse qui post vrbem conditã ducentesimo trigesimo anno cum vxore diuortium fecerit cum nihil prius huiusmodi factum esset. Prima quoq; pinarii vxor Thalea nomine Tarquino superbo regnante aduersus Citaniam eius socrum Iurgium fecit vsq; adeo honeste ac decore q̃ ad nuptias pertinerent ab legumlatore constituta fuerant. Que autem de etate nobili ambo tradiderunt relique virginum institutioni congruunt Nã & Ligurgus maturas illas & virorum appetentes despõsat quo tum congressus expetente iam natura gratie sit beniuolẽtieq; principium magisquam odii ac metus aduersus illos si ante tempus violenter tum etiam corporibus robur insit ad cõceptus partusq; dolores perferendos Perinde atq; ob aliud nihil illis nubentibus q̃ ad sobolem procreandam. Et romani duodenis & iuniores etiam illos nuptui tradunt sic enim maxime & corpus & ĩdolem puram & illibatam viro prestari posse. Itaq; liquidum atq; perspectum est illa quidem ad procreationem prolis magis sequi naturam Sed hec ad vite contubernium moribus formandis accomodatiora esse. At qui de liberorũ gubernationibus & cõciliis & institutionibus & societatibus. Preterea & circa cenas & Gimnasia & ipsorum iocos diligẽtioribus tum studiis tum ordinibus Ligurgus prestantiorem legem quouis alio legumlatore tulit nihil parentum aut desideriis aut necessitatibus indulgens vt pro voto liberos instituerent siue quis filiũ vellet agricolari siue fabricare nauim aut fabrum docere aut Tibicinem ceu non ad aliquem vnum finem agi ab initio iuuenes deberent ac moribus iisdem vti Sed veluti vectores nauim alius abo ex vsu atq; sententia venientes in periculis solum priuati metus causa in commune consulunt. Alias vero quilibet rem suam attendit Ac plurimis quidem legumlatoribus indignum est crimini dare: siquid aut ignoratione aut inbecillitate omiserint. Viro autem sapienti qui populi nuper constituti & ad nihil reluctantis imperium suscepisset cui regi prius studendum fuit quam filiis educandis exercendisq; iuuenibus quo neq; diuersi neq; turbulenti moribus fierent. Sed ad vnum aliquod commune virtutis vestigium statim ab initio compositi formatiq; inuicem congruerent. Quod certe cum in aliis rebus plurimis tum in conseruandis legibus Ligurgo profuit. Minimus enĩ iurisiurandi metus extitisset nisi disciplina & institutione ingeniis puerorum leges veluti infudisset & cum alimẽto vna affectum reip. conciliasset. Quo factum est vt supra quingentesimum annũ validissima illius constitutionis & maxima perdurarint quippe cũ veluti color vehemens & acer iniustus esset Qui vero ciuilis constitutionis finis fuerit vt in pace

& amicitia Roma existeret extemplo cum Numa vna defecit. Ac post illius obitũ vbi iam templo quod ipse clausum vsq; tenuerat ad bellũ quasi illic detrusum esset sedandum placandumq; vtrinq; patefecissent ianuas sanguine atq; cadaueribus Italiam compleuere Et ne parum quidem temporis pulcherrimus status iustissimusq; permansit vtpote qui disciplina careret qua mutuo beniuolentie federe deuincirẽtur. Quid igitur per quispiam dixerit nonne ad summum vsq; in melius Roma rebus bellicis processit ĩterrogationem is faciens prolixa responsione indigentem ad eos presertim homines qui summum bonũ in diuitiis & delitiis & imperio magis quam in salute & mansuetudine: & ĩ ea que cum iustitia sit frugalitate & ponãt & locent. Quin etiam & id Ligurgo opitulari videatur quod Romani vbi statũ quẽ sub Numa habuerant ĩmutassent mirifice rebus excreuerunt Lacedemonii vero q̃ primum Ligurgi sanctionẽ excessere e maximis humillimi sunt effecti grecorumq; amisso imperio periclitati sunt proprium quoq; solum amittere. Sed illud ĩ Numa magnum est & diuinum profecto quod perigrinus accersitus in regnum fuerit & omnia suadendo ĩmutarit & vrbi que nondum conspirarat dominatus sit. Neq; aut armis aut vlla eum vi vti oportuerit vt Ligurgus aduersus populũ optimates egit sed sapientia tantum & iustitia cunctos coegerit atq; composuerit

Epistola Lapi Oratoris In vitam atq; gestam Solonis Incipit foeliciter

SEPENVMERO VETERES sapiẽtissimos philosophos mecum repetens admirari soleo beatissime pater nec parum dubitare que causa illos tanta impulerit vt in suis ciuitatibus cum & honoribus maximis & copiis amplissimis abundarẽt a rep. & a negociis animi quodam iudicio abhorrentes is omnibus exagitatis atq; contemptis: tanq̃ in tutissimum & tranquillissimum vite portum in otium solitudinemq; confugerent. Sed cum diligentius cogito quantum ii suis studiis laboribusq; profecissent magna mihi ac multo maxima pars admirationis preciditur nec eos solum diuina aliqua sapientia verumetiã precipua quadam in nos beniuolentia fuisse arbitror Nam & ipsi dum viuerent sese consilio prudentiaq; sua nonnunq̃ in dubiis casibus & amicis & patrie profuere & ceteros quo prodesse possent suis doctrinis atq; artibus instruxerunt Vt Clacomenius ille Anaxagoras Perinde Atheniensem Siracusanum Dionem Plato Pithagoreus Lisias Thebanum Epaminundam Aliiq; complures alios qui omnes vel principes ciuitatum vel summi belli duces extiterunt Nec viui solum verum etiam post mortem hoc idem suis scriptis & monumentis consequuti sunt vt facile appareat illos non ob inertiam & desidiam se a laboribus amouisse sed suum omne studiũ & laborem ad nostrum commodum vtilitatemq; contulisse. Que quidem cum hanc inanem admirationem & dubitationem meam nec homine erudito dignam magna iã ex parte minuissent tu sustulisti funditus qui cum his rebus omnibus quibus illi in primis affluerers eorum ne dicam imitatione nõ enim contempsisti vt ii fecerũt nec profudisti afflatu quodam impulsuq; diuino amplissimum patrimonium subleuãdis in opibus in liberalitate totum & beneficentia posuisti vt solutus & liber ab omnibus pietate ac religione veram illam & perfectam felicitatẽ quam superiores philosophi decepti opinionibus & inanis glorie cupiditate adducti cum quererent nec nouerunt nec reperire quidem potuerunt & tu ĩuenires & fruerere Quibus tantũ

Solon

de te expectationem sanctitatis integritatisq; concitasti vt non modo ea quã seque-
baris beatitudĩe dignus omnibus viderere verũetiam inde vel inuitus ad amplissi-
mum dignitatis gradum omnium gentium & populorum consensu & volunta-
te reuocatus apertissime declarasti nec inane nec stultum eorum studium esse qui s
ocio & solitudine viuendum sibi statuissent. Nam simul ac creatus es pontifex sta-
tim romanam ecclesiam prostratam & afflictã superioris morte pontificis te scele-
ratissimorum latronum armis vndiq; circumuentum cõsilio sapientia animi magni-
tudine eripuisti & in pristinum statum dignitatemq; vendicasti asperrimos & im-
manissimos hostis partim cõciliasti tibi partim sui similibus oppressisti christianos
populos non solum dissidentes armis sed etiam male sentientes & presens & per le-
gatos tuos edocere & ad veram religiõem reducere conatus es. A te etiam tenues
atq; ĩopes & pserti eruditi viri tuis opibus & copiis assidue sustẽtati sunt a te eodẽ
te religiones & cerimonie multis locis sanctissime instaurate pax cum in pluribus
oris italie tum in aliis remotissimis regionibus firmissima constituta. Itaq; meritis-
simo tibi Christiani omnes vt suo & vero pontifici parent te existimant ad pacem
& ad concordiam suam amplificationemq; ecclesie non humano consilio sed diuino
beneficio & munere ĩ ista sede sanctissima collocatum te deniq; non vt hominem ex
hominum genere natum sed de celo dimissum colunt obseruant venerantur. Qua-
propter cum cuperem & ipse non priuato aliquo abs te officio: Sed communi bene-
ficio affectus tibi quantum mea fert facultas gratias agere & in alicuius excellen-
tissimi philosophi vita tuas virtutes diuinas atq; admirabiles collaudare & si nemi-
nẽ ex omni antiquitatis memoria reperire possem qui tecũ ulla ex parte cõparãdus
foret attamen Solonis Atheniensis res geste mihi ex omnibus maxime cum tuis
conuenire vise sunt qui & sapiens fuit vnus ex septem & legumlator solus ex septẽ.
At qui hũc tu non virtute solum sed fortuna etiam antecellis. Nam ille croesi opu-
lentissimi regis Lidorum thesauros contempsit quod sepe superbia & insolentia fit-
tu proprios effudisti. Ille vnam vrbem suis legibus non potuit continere tuis vero
populi pene infiniti obtemperant. Ille patriam quam liberam & magne parti gre-
cie imperantem acceperat tiranno oppressam & seruientem reliquit. Tu romane
ecclesie spoliate & sub iugum pene misse libertatem suam imperiumq; reddidisti
Quare quod pridem tibi polliciti sumus beatissime pater Solonem ipsum ad sancti-
tatem tuam attulimus non vt ĩmersit nec enim tibi opus est sed vt quam longe su-
perasse letere cuius instituta vite si tibi probabilia inlegendo videbuntur debebunt
te admouere vt eos homines qui spe tue humanitatis erecti ad eius doctrinam &
sapientiam quoad possunt suis studiis peruenire cõtendunt vt cõsueti & confirmes
& adiuues. Vt & ipsi quod cupiunt tua ope assequi possint & ceteri ad paria stu-
dia excitentur Vale feliciter

Plutarchi Historigraphi greci de Vita atq; gestis Solonis Historia In latinum per Lapum Oratorem traducta Incipit feliciter



INDIMVS GRAMATICVS in cõmẽtatio tabularũ Solonis ad Solepiadem Philoclis cuiusdam sententiam posuit In qua Solonem preter aliorum opinionem quicunq; Solonis meminerunt: Euforione patre natum affirmare videtur ex Ecestide enim ipsum genitum omnes vno ore consentiunt qui vir quidem medium ciuium ordinem obtinuit generis vero nobilitate ciuitatis facile princeps. A Codro enim originem sanguinis habuit. Matrem autem Solonis tradidit Heraclides põtius cõsobrinã pisistrati matris fuisse. Fuit aũt inter eos amicitia cum propinquitate tum maxime ex vite consuetudine quibus ferunt quidam Solonem vehementer Pisistratum adamasse. Qua ex re factum est vt cum posteriori tempore de rep. in dissentionem venissent nihil durum nihil immite eorum inimicitie importarent sed eadem amicitie iura in eorum semper animis inuiolata manerent. Tantumq; apud eos prioris amicitie recordatio & gratia valuit vt incensam adluto & corroborato igni facem perpetuo seruarent. Solon igitur cum eius pater vt tradit Hermippus ad humanitatem ac beneficentiam propensus patrimonium minuisset nec vnq; tamen deessent qui eum suis copiis sustentare vellẽt sed ne ab aliis acciperet pudor quidã deterreret vt qui ex ea familia natus esset q̃ subuenire aliis consuerat adhuc admodum iuuenis ad mercaturam se contulit. Sũt tamen nonnulli qui. Solonem dicant errorem eiusmodi suscepisse periclitandi atq; videndi magis quam lucri cupiditate impulsum sapientie enim fertur apprime studiosus fuisse quippe qui cum grandior iã natu foret dicere solitus est se multa quotidie discentem senescere. Diuicias autem minime mirabatur Solon sed aiebat nihil differre eum qui vim magnam auri atq; argenti multos item equos & iumenta possideret ab eo cui hec sola essent ventris aut lineis & pedum morbo languent & alio in loco pecunias quidem habere desiderio per iniuriam autem parere nolim omnino in posterum pena consequitur probibet autem nihil bonum virum egregiumq; ciuem nec affluentie rerum nimie luxuriosecq; studere nec oportunitatem necessitatemq; contemnere. Temporibus autem illis Vt inquit Hesiodus nullum opus ignominie erat nec vllus artium delectus atq; discrimen Mercatura vero ad Barbaroz necessitudines regumq; amicitias comparandas plurimum valere putabatur ex eadem quoq; homines multarom & maximarum rerum vsum experientiamq; percipere. E quibus non nullos conditores maximarum vrbium extitisse. Vt Massalias primus qui a celtis iuxta Hiradanum maxime obseruatur. Thaletem quoq; & mathemathicum Hipocratem exercuisse mercaturam ferunt Platoni etiã olei in egipto exportationem peregrinationis viaticum suppetisse. Solõ igitur vt profusior & sumptuosior & mollior esset in victu vtq; liberius ac licẽtius in suis poematis de voluptatibus loqueretur q̃ philosophum deceret ex illa mercatoria vite rationem excepisse dicitur. Cum enim ex multis ac magnis periculis ferre cepisset ad omnem animi quietem remissionemq; ferebat. Quod autem tenuum magis animum quam locupletum adamarit ex his perspicuũ est permulti quidem ditantur improbi probi autem pauperes fiunt. Verum nos minime permutabimus virtutem pro diuiciis qnoniam hoc stabile est ac perpetuum. Diuitie vero mutantur tempore & alias aliter se habent Eius vero poesis ab initio nihil graue aut seriũ habuit. Sed iocis potius vt videtur referta fuit Vt facile circũfluere atq; abũdare ocio viderẽ

Posteriori autem tempore sententiis eam philosophicis respersit suis quoq; poemaτis ciuilium rerum permultas complexus est ne id tam historie & memorie gratia fecit quam vt hortationes quasdam admonitiones obiurgationesq; Atheniensibus adhiberet pleriq; autem affirmant Solonem tentasse leges edere versibus harum etiam principium huiusmodi proferunt. Legibus his oro primum rex iupiter assit Fortunamq; ferat felix nomenq; secundet. Eam autem moralis philosophie partem qua ciuilis ratio ac disciplina continetur vt plurimi tunc philosophorum potissimũ secutus est. Sed vt in phisicis vehementer simplex fuit atq; vetustus quantum ex ipsis eius scriptis facile percipi potest. Nube niues tenues & grando gignitur atra: Et tonitrus alto fulgur ab axe eoi. Flatibus assiduis miscentur & equora si quis. Non moueat quicq; iustus esse nequit. Atq; omnino talis sapiẽtia tantum eo tẽpore visa est contemplatione terminos necessitatis excedere. Ceteri autem philosophi ex ciuili virtute sapientie nomen traxerunt. Dicuntur autem in Delphis vna fuisse ac iterum Corinthi Cum eo fere omnes cõmuni Periandri accitu cõuenissent cõuiuio q; ab eo excepti forent. Maxime autem eorum gloriam & auctoritatem. Tripodis circumdatio auxit qui quasi circuitu mãsuetudine & quadam contentione submissione per singulos iuit Dicitur enĩ cois piscatorium rethe trahentibus milesios hospites iactum emisse sic in manifestum. Itaq; aureum tripodem rethi tractum apparuisse quem ferunt Helenam cum e Troia nauigaret quodam oraculo admonitam ĩ is locis deposuisse. Primum igitur inter hospites & piscatores de Tripode controuersia exorta est deinde suscipientibus ciuitatibus causam que vsq; ad bellum processerat vtrinsq; a Pitia responsum est. Sapientissimo Tripodem dari oportere primum ad Thaletem Milesium missus est permittentibus cois illi vni ac largientibus id cuius gratia cum vniuersis Milesiis antea bellum gesserant cum vero tales se sapientiorem Biantem esse affirmasset: ad eum est delatus: ab eoq; rursus ad alium: vt ad prestantiori sapientia virum venisse dicitur. Postea circuens atq; ita per manus reuocatus ad Taletem secondo peruenit. Ad postremũ ex Milete exportatus Thebasq; aduectus Ismenio Appollini consecratus est. Verum Theopharstus aliter sentit ait enim primũ in Prienam Bianti esse delatum secũdo ĩ Miletum tali iussu Biantis esse missum: sicq; per omnes vadens: ad Biantem iterum reuertisse. Tandem in Delphos esse aduectum. Hec sunt igitur omnium fere sermone celebrata. In hoc tantũ dissentiunt q; alii minus pro Tripode: it quidem Phialam a Croeso missam Bathidis poculum relictum fuisse asseuerant: priuatim vero Anacharsis Solonisq; ac rursus Thaletis congressus quidam & colloquia huiusmodi fuisse memorantur Anacharsis enim Athenas Solonis domum accessisse fertur hostiũq; pulsasse: nunciasseq; se peregrinum esse: cõiungendeq; cum eo amicitie atq; hospitalitatis gratia aduenisse. Respondente Solone domi cõmodiorem esse amicitie firmande locum Tu igitur Anacharsis dixisse domi amicitiam nobiscum & hospitalitatẽ in eas. Sic Solon eius ingenium admiratus humaniter ac benigne hominẽ accepisse: eũq; apud se postea quoddam tempus habuisse: cum iam publica negotia tractare & leges describere aggressus esset. Que res cum apud Anacharsem percrebruisset impensam Solonis operam & studium vehementer irrisisse quippe qui existimaret se iniurias ciuium ac cupiditates litteris cohercere posse: que nihil ab aranearũ telis differrẽt Sed quemadmodũ ille sic he ex captis debilis atq; imbecillos detinent A potentibus autem atq; locupletibus rumpuntur. Ad hec Solonem respondisse dicunt: conuentiones tamen & pacta homines seruare solere que transgredi ex contrahentibus nemini conducat. Eodem modo se ita ciuibus leges accomodare vt eas seruare q; non vtilius & salutarius omnibus esse videatur Verum hec non eum Solon quem sperarat sed quem Anacharsis cõiecerat exitũ habuerunt. Illud etiam ĩquit Anacharsis

se maxime admirari cum contioni interesset quod apud grecos homines sapientes
dicerent. Stulti vero iudicarent Ad Thaletem vero in Miletum Solonem cum ve
nisset admiratum esse quod ille nuptias & filiorum procreationem penitus contẽp
sisset Thaletum autem tunc quidem tacuisse sed paucis dieb9 interpositis peregri-
num quẽdã subornasse qui se Athenis nuper decimo post discessum die aduenisse
diceret qui rogatus a Solone nũ quid noui Athẽis esset vt doctus erat nihil aliud
respondisse nisi quod adolescentis cuiusdam afferretur funus Ac ciuitas tota con-
secuta esset quod eius pater virtute atq; existimatione inter ciues primus obtĩeret
quem tunc minime affuisse sed iamdiu ab vrbe aufuisse dicerent. Ve illi misero So
lonem dixisse Sed quomodo ille vocabatur audiui respondisse nomen sed memoria
excidit nisi quod ob eius iustitiam ac sapientiam omnibus esset in ore. Sic singulis
respõsis Solonem in metum magis coniecisse. Postremo iam turbato animo ac soli-
cito ipsum peregrino nomen subiecisse cõtendisseq; ab eo num illi ciui Soloni nomẽ
esset annuente autẽ homine cepisse Solonem caput cedere atq; alia facere & dicere
que ab hominibus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri solent. Tum Tale
tem ridentem his hominem aggressum ferunt. Hec me o Solon a nuptiis & a pro-
creandis liberis dehortantur que te hominem fortissimum & constantissimum in-
frigũt Sed bono animo spe optima confirmato sis nec huiusmodi te verba commo-
ueant non enim vera sunt. Hec Ermippus memorie mandata affirmat a Patreco
quodam quem Esopi animum habuisse dicitur Demisso igitur animo atq; obiecto
est qui amittendi metu rerum possessiõem refugit. Sic enim nec diuicus vllus nec
gloria nec sapiẽtia parta perfruatur Si ea quottidie aufferri posse pertimescat Et
enim virtutem ipsam qua nulla possessio maior nulla iocũdior videmus morbis qui-
busdam ac medicamẽtis interdum aufferri solere. Ipse autem tales nihil magis ob
hoc metu liberatus est ni fortasse nulla neq; amicorũ neq; familiarium neq; patrie
caritate tangebatur Verum cibistum vt aiunt ex sorore natum sibi in filium adop-
tauit. Nec enim erat eius animus õnino ab humanitate remotus Sed vt ad sentiẽ
dum contemplandum ac memorandũ optime a natura institutus erat Ita in amore
facilis & perhumanus Infunditur enim semper aliquod externum & naturali qua
dam ratione ingeritur is quibus priuatum ante domesticum nihil est. Sed veluti in
domum atq; agrum vacuum legittimis heredibus serui alieni atq; inquilini inuadũt
& possidẽt atq; vna cum amore curam quoq; & metum earum rerum grato animo
induuntur. Ex quo intueri licet homines natura duriores de coniugibus ac liberis
differentes eosdem tamen in ancillarum filiis ac pellicibus ita animo esse fracto: vt
q; desiderium eorum ferre nõ queant in morbum sepissime incidant moriãturq; &
voces humiles & effeminatas emittant Alii ex cam m atq; equorum interitu tur
piter & fede ad dolorem se habuerunt. Alii cũ filios grauos & probos amisissent
suum casum moderate tulere. Nec sunt obid in aliquam turpitudinem deformita-
temq; prolapsi sed reliquam vitam constanter sapienterq; vixerunt. Infirmitas enĩ
ac debilitas non amor & caritas infinitos atq; immensos dolores & metus affert ho
minibus qui minus exercitati ratione fortune impetum ferre didicerunt. Quibus
nec re optata etiam si assit perfrui licet. Quod amittendi imposterum metu animo
semper solicito sint atq; suspenso Decet autem nec paupertati sibi ad pecuniarũ amis
sionem remedium querere nec amicorum contemptione presidium contra priuati
onem parare nec filiorum inopia orbitati prospicere. Sed omnia ratione consilioq;
moderari. Sed hec ad presens satis superq; esse videntur Cum vero Atheniensib9
ex graui diuturnoq; bello quod cum Megarensibus ꝓ salaminorum insula gesserãt
fatigatis capitale apud eos esse cepisset si quis legem de vindicanda insula ferre
auderet. Eam labem atq; ignominiam grauissime tulit Solon Cumq; intueretur

plurimam iuuentutem maxime ad bellum spectare. Sed ducem ei & auctorem de
esse. Nam ipsam per ne aggrederetur legis metu deterreri fureri se simulauit ea
que fama ex eius domo tota vrbe vehemēter inualuit Solōem desipere Ipse interī
cū elegiā elā edidisset exercuissetq; quo memoriter recitare posset Cero fedat⁹ repē
te domo prosiliens magno vulgi concursu & frequētia in forum descendit & preco
nis lapidem conscendens elegiam adhibitis modis & numeris recitauit cuius īitiū
huiusmodi est. Ipse quidem preco cara salamine relicta Aduenio & cantus contio
nostra tulit. Hoc carmen Salamis inscriptum est cuius sunt singuli versus multo le-
pore venustate vrbanitateq; referti. Cumq; iam cantui finem imposuisset Solon ap-
probantibus eius amicis ac collaudātibus. Imprimisq; Pisistrato ciues īpellēte atq;
abhorrēte Solonis auctoritati parere legem abrogari rursus ad bellum incubuerūt
eiq; Solonē ducem prefecerūt Ex iis igitur que maxime popularia sunt huiusmodi
fuisse ferunt Solonem cum Pisistrato ī Coladiem nauigasse vbi cum mulieres om-
nes offendisset sacra cereri patrio ritu persoluētes hominem fidum transfugā se si-
mulātem Salamiem misisse iubentēq; megarenses si primarias Atheniēsium femi
nas vellent capere in Coliadem secum q̄ celeriter nauigare. Cum vero hec Mega-
rensibus placerent eo viros classe emiserunt quos vbi conspexit Solon ab insulā eo
contēdere mulieres longe abire ex iuuenibus impuberes deligēs eorum vestitu mi
tris & calciamentis iussit ornari gladiosq; paruos quibus e manu vti possent accipi
entes occultos habere atq; ita instructos ludere ī littore & choreas ducere impera-
uit quoad hostes descenderēt & capiendi nauigii facultatem preberent. Quibus
ita dispositis aspectu decepti Mergarēses cum se propius admouissent exilientes
illi veluti in mulieres subito inuaserunt certatī inter se ne quis effugeret. Sed om-
nes caperētur cōtendentes. Quare ipsi postea instructa classe inuadentes Insulam in
ditiōem Atheniēsium redigerent. Alii vero dicūt hec nō eo pacto quo diximus esse
gesta. Sed ex Delphis huiusmodi oraculū allatū esse. Cultores supplex horas ve-
nerabere sacris Quos ager asopi gremio complexus ameno Condit & occidui pro
spectant lumina solis Solonem vero noctu salaminem nauigio adductum heroibus
Periphemo & Cichri hostias mactasse deinde quingentos ab Atheniensibus sequi
volentes accepisse facto ante decreto vt si insulam caperent reipub. munera obire
possent. Sic compluribus piscatoriis nauiculis vna triginta remorum consequuta
post promontoriū quoddam ad Euboiam versum in insidiis se collocauit Quod cum
Megarenses qui salamine erāt ex quodam rumore hominum accepissent rem nihil
firmamenti aut roboris habere ipsos tumultu & trepidatione ad arma currisse na-
uem etiam instructam ad speculandum misisse qua appropinquante Solonē esse po-
titum Megarensibusq; in vincula cōiectis delectos Atheniensium in eam imposuis
se Iussisseq; vt quam occultissime possent ad vrbem cursum arriperent Ipsum vero
cum reliquis copiis aggressum cū Megarēsibus pedestri certamine manus cōseru-
isse quibus ad huc pungnantibus eos qui naui aduecti erant oblata occasione ad-
ortos vrbem cepisse his ita gestis ea que obseruantur attestari videntur nauis que
dam attica primum silentio nauigauit deinde vbi vocibus & bellico clamore se in-
tulerunt. Vir quidam armatus maximo clamore ad Sciradium tumultum a terra
ingruentibus citato cursu se obuium tulit Extat autem fanum. Solonis iuxta li-
tus positum fudit enim eo in loco Megarenses & quos reliquos fecit pugne calami
tas inito federe missos fecit. Verum Megarēsibus etiam acrius incumbentibus:
multis illatis acceptisq; in bello cladibus cōpositores & iudices Lacedemonios fece
runt qua in causa multi aiunt Homeri opinionem vehementer Soloni suffragatam
esse. Nam cum in nautum catalogum versum quendam ipse coniecisset in iudicio
recitasse. Bis senis Salamine aiax cum nauibus ibat. Cecropidum quo castra loco

posuere phalanges. Ipsi autem Athenienses hec pro vanis ac fictis ducunt. Verum
aiunt Solonem ipsum ostendisse iudicibus Phileũ & Erisatẽ Aiacis filios ab Athe
niensibus ciuitate donatos insulam ipsis tradidisse habitasseq; hos quidem Brauno
nem hos autem Miletam attice regionis locus curia quoq; Philaidarũ Athenis esse
Philei nomine appellatam ex qua Pisistratus fuit magis etiam Megarẽses arguere
volentem de corporibus defunctorum defensioni sue fidem sumpsisse quod in sepel
liendis corporibus Salaminii non Megarensium sed Atheniẽsium morem seruarẽt
In sepelliendo enim Megarenses mortuos ad oriẽtem conuertunt Atheniẽses autẽ
versus occidentem. Instabant contra hereas Megarensis aiebatq; Megarẽses etiã
mortuorum corpora ad occidentem versa humi mandare. Illud preterea maius ad-
iungebat Atheniensium singulos singula sepuchra habere Megarẽses cum tria &
quatuor singulis essent in vno tãtum sepelliri At Soloni dicitur Phitica quedã ora
cula permagno adiumẽto fuisse. In quibus Ionia Salamis vocitata est. Hanc causã
delecti iudices iudicarunt quinq; viri spartiate Critolidas Amonpharetus Hisechi
das Anaxilias Eleomenes. Ex his igitur Solonis gloria & magnitudo magis illu-
strata est. Quin & iam permaximum inter grecos nomen & admirationem conse-
cutus est ex illa oratione quam pro Delphis habuit qua suasit occurendum esse
Nec Cirreos contemnẽdum qui templum Phatidicum violassent sed eius dei gra
tia Delphos subleuãdos esse. Ab eo enim impulsi Amphictiones bellum susceperũt
quod cum alii permulti tum Aristoteles in Pithie victorum descriptione sentire
videtur qui hoc Solonis sententia & auctoritate factũ dicit haud tamen est ei bel-
lo Solon imperator prepositus vt Hermippus ex euantis Samii testimonio affir-
mat. Neq; enim hoc Eschines orator approbat & in Delphicis monumentis Alche
meonis ducis est non Solonis nomen inscriptum. Cilonis autem piaculum solicitã
iam diu ciuitatem tenuerat. Ex quo socii Cilonie coniurationis Megadis oratione
adducti iudicio se commiserunt. Quos cum simulacri vestes secum adduxissent ea-
q; se inuoluissent vbi ad ipsas erines ventum est Megades vna cum collegis lacera
ta dee veste comprehendere aggressus est quasi dea supplices renuente. Quorum
partim foris lapidibus obruerunt partim cum ad aras confugissent ibi iugulati sũt
illi tantum dimissi sunt qui ab eorum vxoribus suplices opem implorarunt. Ex hoc
Piaculosorum nomẽ subeuntes odio atq; inuidie fuerunt. Ex illa autem Cilonis fa
ctione qui reliqui fuerant cum rursus eorum corroborare essent opes a Megadis
successoribus capitali semper odio dissiderunt. Eo autem tempore plurimum inua-
luerat ea seditio & ad vltimum pene discrimen perducta erat. Itaq; dissidente etiã
plebe Solon cum iam permultum auctoritate valeret ad eos motus sedãdos vna cũ
principibus Atheniensium processit in medium & partim obsecrando partim com-
monefaciendo iis qui Piaculosi dicebantur persuasit vt de ea re iudicio decemi vel-
lent Trecentis igitur optimatibus delectis iudicantibus accusatore Mirone Phiei
filio damnati sunt secesseruntq; qui vita supererãt. Defũctorum autem corpora ef
fossa extra fines exportata sunt Hos motus atq; perturbationes obseruantibus Me
garensibus Niseam & Salaminem rursus amisertunt Athenienses & metus quidã
ex superstitione & ostenta solicitam ciuitatem habebãt. Vatesq; in sacris pollutiões
& piacula apparere & expianda nuntiabãt sic Epimenides Pestius ex Creta Athe
nas venit accersitus ab Atheniensibus quem septimum quidam ex iis qui Perian-
deum reiiciunt inter sapientes annumerant. Existimabatur autem hic circa res di-
uinas permultum religionem sapientiaq; ea prestare que fflatu numini misteriisq;
concipiũt idcirco Balthe nimphe filiũ & Curetam nouum per id temporis homines
vocitabatur. Cum igitur se cõtulisset Athenas in Solonis amicitiã receptus multo
rum illi adiutor fuit ad legum condendarum rationẽ Nam & expeditiora sacrificia

fecit & circa luctum mitiora tum sacra quedam ad exequias adiunxisset omnē aūt
borridum ac barbaricum morem quo prius mulieres vtebantur sustulisset & quod
permaximum fuit placationibus expiationibusq; ac statuarum conlocationibus ad
misteria ac religionem vrbem instituens iustitieq; obnoxiam & ad concordiam pro-
niorem propensioremq; reddidit. Dicitur etiam cum Munichiam vidisset ac diu lo
cum ipsum contemplatus esset dixisse quanta cecitate sunt homines rerum futura-
rum. Athenienses enim suis dentibus esuros esse locum :si quot ex eo impenderent
mala ciuitati prospicerent: simile autem quidam & Thaletem coniectasse ferunt se
enim ipsum quodam in loco Milesii agri vili ac eōtempto mortuum sepelliri iussisse
Cum prediceret in eo forum aliquando milesiorum futurū Epimenides igit̄ magna
in admiratione habitus opes multas: & honores largientibus Atheniēsibus in hec
aliud quam ex sacra olea ramum poscens atq; accipiens discessit. Athene autem Ci
lonia turbatione residerunt submotisq; piaculosis in antiquam rursus de rep. seditio
nem ac discordiam reciderunt quotq; discrimina regio habebat tot in partes diuisa
ciuitas est. Erat enim Diacriorum genus maxime populare. Pedieorum autē pau
corum administrationi vehementer studebat. Tertii vero parali medium quendam
ac mixtum regendi modum cōplexi vt vtrisq; impedimento erant & ne altera pars
in rep. vinceret prohibebat. Eodem tempore exorta vehementi pauperū aduersus
diuites concertatione ciuitas vndiq; laborabat his tot ciuitatis incommodis ac flu-
ctibus sola tirannis remedium petebatur. Omnis enim plebs premebatur a diuiti
bus magnitudine eris alieni. Aut enim illis agrum colebant sextam fructuum par-
tem soluentes & Hectemorii ac mercenarii nuncupabantur aut debito conflato cre
ditoribus corpora ad portanda honera debebant. Atq; horum alii seruiebant alii ad
exteras regiones emittendi vendebantur. Permulti autem proprios liberos coge-
bantur vendere nulla enim prohibebat lex & exilio creditorum crudelitatem effu-
gere. Sed plurimi eorum ac robustissimi & ipsi rem innouare aggressi sunt & ce-
teros solicitabāt rem non contemnere Sed vnum principem hominem fidum creare
illos autem tardos nec oportunitati se offerentes abdicare agrum diuidere atq; om
nino rempublicam abdicare immutare hic ex Atheniensibus ii qui altius perspicie
bant intuentes Solonem solum ab omni errati suspitione remotum nec diuitibus in
iurie socium nec pauperum necessitati obnoxium Hortati eum sunt vt remp. capes
seret & eas tantas dissensiones comprimeret. Phanias lesbius Solonem scribit in
vtrosq; fraude esse vsum pro salute communi. Egenis clam enim diuisionem agrorū
locupletibus vero tabularum stabilitatem pollicitum esse At Solō ipse a t ab initio
remp. attigisse & si horum cupiditatem & illorum insolentiam nosset. Creatus est
autem pretor post philombrotum eiq; componendarum discordiarum & legum fe
rendarum commissa potestas est. Diuitibus eum summo studio vt locupletem ho-
minem pauperibus vt probum virum acceptantibus. Fertur autē eius quedam ce-
lebrata vox equalitatem minime bellū efficere idq; opulentis in opibusq; placere :cū
hi quidē mensura ac numero illi virtute & dignitate equum se habituros esse opi-
nentur. Vnde cum vtriq; in spem permagnā adducti essent qui factionibus preerāt
Soloni plurimum instabant tirannidem vltro offerentes suadentesq; vt audentius
ciuitatem in ditionem acciperet oblata potiundi facultate. Multi autem e medio or
dine ciues honestam ac legitimam ciuitatis mutationem intuētes difficultatis plu-
rimum ac laboris esse habituram nō recusabant vnum iustissimum ac sapientissimū
virum summe rei preficere Nonnulli etiam tradunt Pitium oraculum huiusmodi
oraculi fuisse Puppe gubernator media stans dirige rursus. Plerique tamen Atheni-
ensium auxiliari maxime non eius necessitati obiurgabant si ob nomen tirannidem
perhorrescat qui non dominantis virtute ad imperii dignitatē statum sit peruētura .

necq id primum Euboie vsu venerit qui Timonidem & nunc mitu leneis qui Piti
co tirannidem permiserunt horum nihil Solonem de sententia dimouere potuit sed
amicis ita respondisse dicitur pulchrum esse tirannidem locum verum exitum non
habere Ad Phocum autem in carmine quodã ita scribit Si fuit hoc animo patrieq;
& legibus olim Parcere viq; simul diraq; tirannide cessi. Nominis infamiã metuẽs
nunc nulla remorderent Facta animum cunctosq; reor sic vincere posse. Ex quo ma-
nifestum est ante conditas leges permagnam illi gloriam accessisse ea vero que in
eum multi irridentes dixerant ita cõscripsit ipse Nec vir consilii Solon nec ea lidus
astu Que deus obstulerat respuit ille bona. Nec quõdam parte contentus munere
prede. Recia desposuit spesq; fefellit eum Namq; auri incessit mentem male sana cu
pido. Atq; vnum patrie tradere iura diem. Optauitq; modo victori tergore pellẽ
Dirripi & extingui post genus omne suum Hec de se ipso loquente multitudinem
imperitam introduxit At qui tam&si tirannidem respuisset haud tamen ĩ gerẽdis
negociis & administranda rep. dissolutum se prebuit nec potentibus & factiosis ob
ignauiam ac mollitiem sibi concedendum putauit Nec in ferendis legibus eoꝝ qui
eum diligerant voluptati est obsecutus sed vt optimum sibi factu videbatur medici
nam & innouationem rerum omnium minime probauit metuens ne si omnia penit9
irrita fecisset turbata ciuitate imbecillior fieret quam vt ea rursus constituere &
in optimum statum vendicare posset. Quibus autẽ dictis existimabat ciues sibi ob-
temperantes & ad subeundam necessitatem paratos efficere ea ipse quoq; faciebat
vt ipse affirmat Vim simul iustitiamq; coaptans. Quare cum posteriori tẽpore que-
situm esset ab eo si optimas leges Athemensibus descripsisset quibus ipsi obtempe-
rant Inquit optimas. Quod autem iuniores dicere soliti sunt Athenienses mitibus
nominibus & mansuetis rerum tristitiam obtexisse vrbaneq; minuendo vim atq; a-
trocitatem mitigasse prostibula meretrices tributum coordinationem ciuitatis cu
stodes autem presidia ciuitatum domum vero carcerẽ nuncupantes Solonis aucto-
ritate primũ constitutum est. Qui remissionẽ eris alieni sĩ Sachthiam idest oneris
leuationem appellauit hoc enim primum ab eo in rep. constitutum est cum debita
decreto rescidisset nec in posterum cuipiam licere corpore obligato pecuniam foe-
nerari permisisset. Et si quidam prodiderint litteris in quibus est Androcion non
debitorum remissione sed foenoris mediocritate leuatos pauperes satis sibi factum
putasse & hanc humanitatem ac benignitatẽ sĩ Sathiam Solonẽ vocasse ad id quod
hoc consecratum est declarat quod mensuris ac nummi pretio accessio facta est cẽ-
tum enim dragmarum minam cõstituit cũ ante septingenta & trium foret Quare
cum numero quidem equum solueretur pretio vero minus soluẽtibus vtilitatis vl'
plurimum attulit detrimenti autem accipientibus nihil. Plurimi item sunt qui di-
cant abolitionem omnium tabularum sĩ Sachthiam fuisse. Atq; rũ his poemata ma-
gis conuenire videtur. Gloriatur enĩ in illis Solon se prioris agri n ultis locis fixos
terminos sustulisse & quod primum seruiens esset nunc liberum Constitutis autẽ
ciuibus ad exportãdas pecunias ab eo munere peregrinos reiecit qui Attice loqui
nescirent quippe qui sepissime aberrarent qui autem seruitute indigna premebãt
ait se libertate donasse. Ex hac re plurimum turbationis ac molestie Solon cepisse
dicitur. Vt enim aggressus est es alienũ rescindere. Cũ & verba idonea & honestũ
principium quereret cum amicis communicasse quorum fidei putabat tuto se posse
committere ferunt autem ii quorum consilio vsus est Coron clinia & Hipponicus
inquiens se agrum minime mouere sed debita rescindere statuisse. Illi autem preue
nientes statim preoccupantesq; multas pecunias a diuitibus foenori acceperunt a-
grumq; ex illis permaximum emerunt sic postea cognito decreto cum illi furerent
possessionibus pecunias autem minus dissoluerent maximam Soloni infamiam ac

calumniam vinxerunt quasi nõ ipse iniuria affectus sed particeps iniurie extitisset Verum eo crimine statim quinq; talentis se liberauit. Tantum enim sibi deberi in-uentum est quod debitum statim per legem remisit. Quidam vero quindecim fuis-se dicũt quorum vnus Polizelus est Rodius. At eius amici Creocopides ex debiti retentione perpetuo nuncupati sunt. Fuit autem eius ratio cum gratia nemini tum diuitibus permolestia q tabulas irritas fecisset in opibus etiam molestiar quod spe-rantibus agrum non diuisisset neq; omnino vt Licurgus equales inter se atq; similes viuere coegisset. Verum ille cum xi ab Hercule foret multosq; Lacedemoniis impe-rasset annos. Amplissimis amicitiis plurimum opibus & auctoritate valeret. His munitus que sibi reip. causa optime suppetere esset opinatus. Vi tamen magis quã suasionibus vsus: vt oculus sibi effoderetur. rem omnium maximam & efficacissimã ad salutem & concordiam ciuitatis peregit neminem ex ciuibus pauperem nec di-uitem esse. Hoc Solõ qui & ordine medius erat & reip. popularis minime expleuit nihil autem est ausus quod munus dignum suis viribus putaretur cum ex sola volũ-tate ciuiũ qui illi se commiserant ad rem gerendam esset aggressus. Quod autẽ mul-tos offendisset spe & opinione deceptos: ipse ostẽdit his versibus. Quã segnes fue-rant olim nunc estuat ira. Omnibus atq; hostem veluti me torua tuentur. Ast alius siquis tali sit munere functus Imperii: haud vulgum potuit cohibere furẽtem Antea turbato quam lac detraxerat illi. Veruntamen cognita statim vtilitate: omissa priuata calumnia supplicationes publice statuerunt id sacrificiũ si Sacthiã vocitantes. Solonem vero moderatorem reip. & legumlatorem designarunt nec illis alia quidem alia minime: sed omnia magistratus contionem forum Senatumq; permi-serunt: eorumdemq; singulis pretium & numerum & tempus preficiendi: tum q̃d sibi visum fuerit arrogandi probandiq; potestatem. Primum igitur omnium draco-nis leges preterq; que de cede erãt omnes propter asperitatem magnitudinẽq; poe-narum abrogandas curauit. Vna enim fere omnibus mors pena diffinita erat. Vt & iam qui ocii damnati essent capite mulctarentur: & eis qui olera aut fructus sur-ripuissent idem supplicium quod speculatoribus aut homicidiis constitutum esset. Ob quam causam illud de Madis laudatur in primis: qui draconem non atramento sed sanguine legea descripsisse dixit. Ipse autem Dracon rogatus quamobrem pluri-mas: iniuriarum capite plectandas statuisset: respondisse dicitur se parua quidẽ de-licta morte digna censere: magnis autem maiorem penam inuenire non posse. Secũ-do Solon cum magistratus omnes vt erant locupletibus relinquere vellet reliquam autem reip. gubernande partem permiscere: ad quã ante plebs aspirare non poterat ad ciuium census se contulit: & qui in siccis atq; humidis quingentis cẽsi essent in pri-mo ordine locauit: & Pentacosiomedimnos vocauit idest quingentorum Medimno-rum. In secundo autem eos qui equos alere possẽt. aut trecentis censi forent: & hos Hippodem soluentes equis nuncupauit. zeugite vero tertii census homines vocitati sunt qui tricentorum numerũ censu explerent: Reliqui Thetes idest debitores aut mercennarii sunt appellati quibus nullum magistratum adire fas erat sed contionis habende & iudicandi manus in reip. tãtum obibant: quod ab initio nihil: imposterũ autem maximum visum. Plurime enim controuersiarũ deferebantur ad iudices. Et quecunq; iudiciis magistratum subiecit de eorundem in forum adeundi volentibus potestatem fecit. Dicitur etiam quod cum leges obscuriores tulisset & que mul-tos contrarios sensus reciperent: vim iudiciorum auxisse. Cum enim nõ possent ius suum legibus obtinere ad iudicea necesse erat semper confugere & omnem contro-uersiam ad eos deferre qui quodãmodo interpretandis legibus preesse viderentur Portendit autem ipse sibi hoc pacto adequationem futuram Quantaq; sat fuerat po-pulo permissa potestas. Nec detractus enim nec datus ullus honos. Ast si diutius

magnis opibusq̃ superbi Quis equũ pter munera nulla dedi Sed valida amborũ numini pectora parma. Vicere at neutrũ vicere ne ve tuli. Magis etiã cũ puta- ret subueniendũ esse imbecille multitudini omnibus licere statuit de iniuria alteri illata suppliciũ sũmere Nã siue quis verberib9 cesus siue lesus aliter siue ei vis esset illata Licebat alteri cuicũq; cui facultas & volũtas foret rei nomẽ deferre.& iudi- tio iniuriã psequi. Assuefaciebat enĩ recte ciues legislator veluti vnius corporis in comoda eque sentire.eisq; pariter angi. huic legi cõsonare eius verba mẽorant Ro gatus enim que ciuitas optime habitaretur. Illa inquit in qua nulla affecti iniuria non minus quam iniuria prouocati prese ferũt iniuriam & eos qui intulerunt vlci- scuntur Cum autem in Ariopago Senatum constituisset ex annuaduersariis magi- stratibus ipse quoq; quod cum magistratu tunc esset in eo concilio fuit. At cum plebem ob debitorum abolitionem inflatam sibiq; presidentem videret secundum Senatum adiunxit ex singula tribu que quatuor erant centum deligens viros quos preuenire consulto multitudinem statuit nec permittere sine consulto de aliqua re ad populũ ferri Superiorem autem Senatum speculatorem rerum omnium ac le- gum custodem voluit esse. Ratus fore vt duobus Senatibus veluti. Anchoris fir mata ciuitas minus salo ac fluctibus iactaretur: magisq; se ob eam causam sedatam & quietam plebem habiturum Vulgatior igitur fama est Ariopagitarum consi- lium vt diximus a Solone esse constitutum. Que opinio ea re maxime comprobari videtur quod de Ariopagitis a Dracone nulla vsq; mentio facta est. Quin appa- ret eum de rebus capitalibus cum Ephetis semper communicasse. In tertiadecima autem Solonis tabula octaua lege ita ipsis nominibus perscriptum est. Quicunq; honorum immunes erant ante Solonis magistratũ: eis honores capere licere pre- terq; qui ab Ariopago aut ab Ephetis aut in Pritaneo homicidii aut iugulationis aut appetende tirannidis damnati a regibus essent Cum ea lex lata est. Ex his igi tur rursus videtur & iam ante Solonis magistratum Ariopagitis extitisse. Qui enim fuissent ante Solonem in Ariopagito damnati. Si Solon primus ad Ariopa- gitas iuditia detulisset. nisi iam fortasse ex scriptorum defectu obscuritas quedam existit Vt qui eis criminibus damnati fuissent: de quibus Ariopagite & Ephete et pretores iudicarent: quo tempore hec lex lata est probitati essent honoribus reli- quis omnibus honore danatis. his igitur ita Solon prospexit. Ex aliis autem eius legibus illa precipue incredibilis atq; inprimis admiranda est: que honoribus abdicat eum qui orta seditione: neutram factionem secutus sit. Volunt quidem: vt videtur: neminem cum priuatas ratiões in tuto locasset. nulla communi cura: e so- licitudine contineri: gloriantem quod aliorum incommodis difficultatibusq; mini- me angerentur. Verum optimis ac iustissimis viris esse proponi tum cum aliis pa- riter periculis se offerre: atq; opem afflictis rebus ferre magis quam absq; pericu- lo quietum exitum victorie expectare. Illa vero absurda atq; ridiculosa videtur: que permittebat vxori si eius vir minus ad rem veneream esset idoneus: mariti propinquos admittere: At qui hanc recte si habere quidam putauit: ad eos qui co ire is si nequeunt pecuniarum autem gratia vxoris accipiunt: & lege naturam co- ire nituntur. Intuentes enim illam qui cum libitum ei fuerit concumbere: aut mis- sam facient: aut cum dedecore & ignominia retinebant cupiditatisq; pecuniarum & contumelie penas dabunt. Illud & iam probatur: vt non cum omnibus coiret vxor. sed ex mariti necessariis vnum sibi diligeret. nec alienum esset quod nascere- tur. & generis necessitatem attingeret. Ad hoc idem illud spectat: vt sponsa cum viro occluderetur: vnaq; contonio malo pro bellariis vesceretur. vtq; ter in mense omnino congrederetur vir cum vxore. Nam si minus liberi nascerentur fore putabat: vt huiusmodi honor ac benignitas viri aduersus pudicam mulierem

permultas frequenter collectas indignationes tolleret nec fineret penitus odio ab-
alienari animos. Ex ceteris autem matrimoniis dotes sustulit: tres tātum vestes &
quedam parua empta vasa: aliud pterea nihil nuptam secum īportare iubens. Vo-
luit enim viri vxorisq; consortium non pretio ac mercede: sed liberorum caritate gra
tia beniuolentiaq; cōiungi. Dionisium enim tirannum cū rogaretur a matre: vt quā-
dam ex ciuibus in matrimonium acciperet: Respondisse ferunt ciuitatis quidem
leges abrogari a tiranno: nature autē leges cogi nullomodo posse: si preter etatē vxo
ri se iunxerit hanc autem absurditatem ac deformitatem sibi in ciuitatem numen in
ducendam videri: nec permittēdum vt affinitates alieno tempore fierent: & q̄ neq;
gratie quippiam nec officii nuptiarum nec finem essent habiture. Verum in senem
puellam ducentem a diligente principe aut legumlatore id iure optimo dici queat
quod in Philoctetem dictum memoratur: Quam bene igitur nubere potes miser ac
habitans in thalamo diuitis vetule vt perdices ex concubitu pinguem te comperiens
transibis ad virginem sponsam viri indigentē. Hec igitur satis ad presens. Illa vero
Solonis lex laudatur precipue que prohibet in defunctos maledicta cōiicere. Nam
& pium est eos sacros ducere qui a vita discesserint: & iustum his qui esse desierūt
abstinere & ciuile inimicitiarum aliquando modū statuere: nec in infinitum progre-
di sinere. In viuum autē si quis sacris in locis vel in iuditio vel apud magistratus aut
eum certaminum spectaculum instaret maledictus esset inuectus is priuati illi tres
dragmas Erario duas alias soluere cogebatur nusquam enim iram continere impe-
riti est hominis atq; intemperantis vbiq; vero difficilimum quibusdam etiam impos
sibile esse videtur. Decet autem in ferendis legibus possibilitatis & facultatis ratio
nem habere si quis velit vtiliter in paucos q̄ sine vtilitate in multos animaduertere
Illa etiam lex qua testamentis prospexit auctoritatis plurimum habuit ī ciuitate &
summo in honore fuit. Antea enim non licebat alio deriuare hereditates verum pe-
cunias simul & domum in defuncti familia manere oportebat. Solō autem eum per-
misisset pro voluntate cuiusq; in superessent filii: heredem cōstitui visus est amicitiā
propinquitati & gratiam necessitati preferre. Pecuniasq; possessionem esse habētiū
statuisse. Non tamen temere ac nullo habito respectu huiusmodi licentiam permisit
At si non morbo ingrauescente aut medicamentorum vi impellente aut vinculis &
cruciatu coactus aut coniugis suasionib9 ac blanditiis esset adductus. Existimabat
enim & quidem recte & sapienter preter decus aliquid honestatemq; suaderi nihil
a vi ac necessitate differe. In eodem vero cum necessitate fraudem in quo dolorē cū
voluptate in comparatione iungebat. Que omnia pariter hominē a mente ac ratione
distraherent. Egressionibus quoq; mulierum ac fletibus & celebritatibus lege p-
spexit: quod omnem inmodestiam intemperantiāq; sustulisset. Exire cum tribus tā
tum vestibus iubens: nec cibum aut potum plusquam oboli asportare nec
cubito maiorem habere: nec noctu iter suscipere nisi preelato lumine in vehiculo de-
ferretur. Lacerationes vero se cedentium & que luctum prouocare solent: ploratus
quoq; & lamentationes flebiles in alieno funere penitus sustulit nec immolari bouē
permisit: nec pluribus quam tribus vestibus vti. nec ad aliena monumenta accedere
nisi quo tempore efferretur funus quorum plurima fieri nostris quoq; legibus pro-
hibentur. Est enim illis optime cōparatum vt molles atq; effeminati homines: & his
perturbationibus ac delictis que circa hec genera sūt obnoxii & mulierum more hec
facientes supplicium luerent. Cum autem intuerentur Vrbem refertam hominibus
qui in Atticam quotidie licētie atq; impunitatis gratia confluebant. Maximā vero
agri partem incultam infructuosamq; esse & qui nauigationi rebusq; maritimis in-
tenti essent nihil iis importare consuesse qui nihil contra afferre possent: ad artes ci
ues traduxit lege etiam sanxit filium haud parti necessaria vite subsidia debere: a

quo nullam artem accepisset. Licurgo enim datum laudi merito est: vt cum Vr-
bem vacuam haberet ab omni peregrinorum & commeantium cetu ac cõmertio am-
plam etiam regionem ac his totidem supperentem vt Euripedes inquit: seruoꝝ
preterea multitudinem Lacedemonii circũfusam quam optimũ factu erat haud
ociosam dimittere: sed opere fatigare & labore assiduo humiliorẽ efficere: ciues
ab omnibus illiberalibus artificiis & questibus remoueret cõtineretq; in armis &
eam vnam illis artem discendam atq; exercendam proponere. At Solon leges reb9
magis quam res legibus accomodauit. Regionis ꝑ situm & naturam cõtemplatus
que vix laborantibus ac agrum cõlentibus ad victum sufficeret: ociosam autẽ mul-
titudinem alere non posset: artibus honorem habẽdum statuit. Ariopagitis quoq;
negotium dedit: vt vndecumq; necessaria forent prospicerent de inertibus ac desi-
diosis supplicium sumerent. In eo autem vehemẽtiorẽ se prebuit ut qui e mere-
tricibus nati essent parentes alere non tenerentꝰ ut Heraclides ponticus scriptũ re-
liquit. Qui enim in congressione & cõmercio mulieris decorẽ non seruat: is facile
declarat se non liberoꝝ gracia ad eam rem impelli: sed uoluptati potius indulgere.
Itaq; mercede se priuat: nec sibi ius parentis in liberos reliquũ facit. Quibus ipsa ꝓ
creatione dedecus & ignominiã attulit. Omnino tamẽ Solonis legis de rebus ue-
nereis deformitatis plurimũ continere uidentur. Moechũ enim interimere fas eẽ
deprebendẽti uoluit. Si autẽ rapte libere mulieri uim attulisset: cum decẽ drag-
mis mulctauit. Sin suasione in sentenciã suã traxisset uiginti dragmaꝝ penam sta-
tuit teneri. preterq; eas que palam sibi indixissent questũ. Dico autẽ meretrices.
Namq; ille manifeste se permittunt iis qui pretium afferunt. Sustulit enim ius vẽ-
dendi filias & sorores: nisi qui cum viro coeuntẽ virginem deprehendisset. In ea-
dem autem re punienda: nunc se seuerũ & immitem nunc clementẽ & facilem pre-
bere: eiq; quãcunq; sors attulit penam definere a ratione profecto admodum disso-
nare videtur. Nisi iam quod nummi penuria in ciuitatem tum foret pecuniarias
penas reddebat penuria ipsa grauiores: ad pretia quidẽ existimationesq; sacrorũ
pecus computabat: & pro Medimno dragmam habebat. Ei qui Isthmia deuicisset
centum dragmas dari placuit. Olimpiam vero: quingentas. Qui vero attulisset lu-
pum: quinq; dragmas iussit accipere: lupam autem tantũmodo vnam: vt Phalerius
Demetrius tradit. hoc boui pretium: illud pecudis esse statuens. Quas enim in sex-
tadecima tabula extimationes eximiis victimis prefiniuit: consentaneum est mul-
tiplices extitisse. attamen ee quoq; pre illis quibus nunc vtimur: exiles parceq; sũt.
Vetusta est autem consuetudo Atheniensib9 bellum cum lupis gerere: pascuo vero
agro indulgere quam agriculture satius esse ducunt. est etiam opinio quorundam
Vnde nomina tribuum non ab Iouis filiis tribus Sed a generibus in que diuise vite
ab initio sunt nomina accepisse. Bellicum quidem oblitas ab armis operis intentum
Ergodes ab operibus que Greci & Epsa vocant esse appellatos. Duarum autem
reliquarum hos quidem qui agrum colebãt ab agricultura Gedeodes alios qui rei
pecuniarie operam dabant. Egicores a Capris cognomenta traxisse. Sed cum nec
perennibus fluuiis nec lacubus quibusdam nec vberibus fontibus regio abundaret
sed plerique Atticorũ puteis vterentur manu factis. Lege statuit vt vbicũq; puteus
publicus esset eo intra Hippicum homines vterentur. est autẽ Hippicum quatuor
stadiorum distantia qui autem abessent longius propriam sibi aquam exquirerent
Sin autem effodientes decem palmorum profunditate haud inuenissent aquã tunc
accipere a vicino liceret sex hydrias bis diebus singulis. Indigentie enim ac necessi-
tati subueniendum. Inertie vero ac desidie minime concedendum putabat. Defini-
uit etiam plantationis prudentissime mensuras. Cũ qui in agro quid vis aliud plã-
taret: quinq; pedibus a vicino abesse iussisset: qui vero ficũ vel oleam nouẽ Lõgius

enim hec arbores protendunt radicem nec sine detrimento ceteris plantis propius
admoueri possunt. Verum nutrimentum auferũt: & quibusdam humorem nocuũ
transmittunt: Scrobes autem & fossas effodiendi volentibus potestatem fecit: mo
do quantum fosse fastigium foret: tanto abesset: ab alieno. Quicunq; autem apium
aluearia conderet: hunc ab alterius ante conditis trecentis passibus abire Solonis
lege videbatur. Ex fructibus autem eum solum ad peregrinos exportari licebat:
aliorum nullum ius erat asportãdi & in eum qui exportaret sanxit etiam magistra
tum execrationes facere, aut ipsum Erario centum dragmas dissoluere. Ac prima
quidem tabula ea est in qua lex huiusmodi continetur nec illis vllam omnino fidẽ
habendam quis dixerit: qui aiunt superiorum etate ficos etiam exportare nõ licuis
se: idq; ex eo maxime perspicuum esse. q̃ ii qui ficus exportantes indicassent Sico-
phante apud veteres dicerentur. In offensionem etiam quadrupedum legem tulit
qua canem qui quippiam morsu affecisset capistro quatuor pedum alligatum dedi
iussit. In ea autem lege maxime visus est securitati cõsulere: sed penurie minus cõ
suluit: cum ex peregrinis nisi qui perpetuo exilio patria pulsus esset: aut qui ad ar-
tem aliquam exercendam cum tota domo dusq; penatibus Athenas inigrasset: ne-
minem ciuitate donaret. hoc autem se fecisse dicit non vt ceteros deterreret sed vt
eos reip. promissa Athenas alliceret & simul Existimantem eos ciuitati fidos &
futuros & qui necessitate patriam amisissent & qui sua sponte & voluntate reli-
quissent. Illud etiam proprium Solonis institutum putatur quo in erario epulum
prebuit quod ipse quasi accubare vocauit. Non enim eundem permit-
tebat cibaris eo loco sepius si is autem cui sorte obuenetat recusabat: plectabatur:
quod illud plus equo appetentis esse. hoc superbi & fastidiosi nimis & communia
contemnentis putaret: Statuit autem in centum annos leges omnes ratas haberi:
& in ligneis tabulis descripte sunt quos Axonas appellauit: quorum parue quidẽ
reliquie in Pritaneo ad nostram vsq; memoriam peruenerũt eos vt Aristoteles tra-
dit Cirbes nuncupabant. Et Cratinus comicus quodam in loco de Solone & Dra-
cone ait quibus non iam legumina & ficus cirbibus siccant. Quidam vero opinãtur
in quibus sacra tantum solemniaq; continentur cirbes Axones autem reliquos ap-
pellari. Communi igitur iure iurando astrinxit se Senatus Solonis leges ratas ha-
biturum: priuatim etiam singuli in foro ad lapidem adito iuramento se si quid con-
tra eas constitutiones commissum fuerit auream statuã sui equali pondere in Del-
phis posituros esse dixerunt. His igitur peractis cum animaduertisset Solon dispro
portionem mensium: & commutationẽ varietatemq; Lune: que neq; in occasu neq;
in ortu cum Sole conueniret sed eadem plerumq; die & assequeretur solem & pre-
teriret eam statuit veterem & nouam appellari eiusq; partem ante congressum eius
cum sole finito mensi: & que superesset venienti atq; instanti mensi deberi arbitra
tus est vt qui antea id quod apparet Homerum audisset dicentem desinentis men-
sis atq; instantis. Que vero deinceps sequeretur dies: eam Calendas appellauit nec
vigesimo die mensem finiuit reliquumq; sequenti adiunxit sed auferens atq; dissol
uens vsq; ad trigesimum quatenus luna lucem retineret annumerauit. Latis igitur
legibus cum se quotidie quidam adirent qui laudarent vel improbarent aut etiam
consulerent scriptis adicere aliquod aut detrahere: permulti autem aderant qui
peterent responderentq; iubentes vt quo pacto singula se haberent: eorumq; sentẽ-
tiam edoceret atq; declararet. Perspiciens hec & negare absurdum esse & facere ĩ
uidiosum futurum: statuit his se difficultatibus liberare offensionemq; ciuium &
calumniam effugere. In magnis enim rebus administrãdis difficilimum est vt ipse
inquit omnibus posse placere: Itaq; quo erroris sui causam tegeret sortitus nauis ad
ministrationem Athenis nauigauit cum impetrasset ab Atheniensibus vt ab vrbe

sibi decem annos abesse liceret. Sperabat enim eo tempore leges vsu & consuetu-
dine ciuibus gratiores fieri primum igitur in Egiptum applicuit ibiq; aliquandiu
morã traxit vt ipse primũ affirmat: Hostia qua Nili resonant vicina Canopi. Quod
dam &iam tempus apud Psenophem Heliopolitam & Sonchem Saitam eloquẽ-
tissimos & sapientissimos sacerdotum philosophie operam dedit & presens Atlan
tico sermoni interfuit vt a Platone scribitur eumq; est carminibus grecis conatus
exprimere. Deinde in Ciprum delatus a Philocipro quodam ex eius loci regibus
honorificentissime exceptus est: qui paruam ciuitatẽ a Demophonte Thesei filio
conditam habitatamq; tenebat: in locis munitis quidem verum difficilibus & incul
tis positam. Suasit igitur illi Solon vt nactus amentorem locum ciuitatem eo tra-
duceret: eãq; iocundiorem & maiorem pararet & ipse ad eã rem adiutorem se pre-
buit & vnã ciuitatem optime & ad discip linam & ad securitatem instituit que res
habitatores complures Philocipro comparauit & ceteros reges ad emulationẽ con
citauit. Quare cum Soloni gratiam referre vellet: vrbem ante id tempus Epenã
appellatam ab eo solos nuncupauit. Et ipse Solon huius condite vrbis mentionem
fecit In elegiis enim Philociprum vocans ita alloquitur. Tu nunc sceptra tenens
Soliis per secula felix Regens hancq; vrbem post genus omne cola. Me cipris
antiquo celeri cum puppe remittat: Littore q; violis frondea serta gerit. Et
mihi post tanto nomen pro munere grates Soluat & in patriam diua secundet
iter Eius autem cum Croeso congressum & colloquium videntur quidam vt
ficta temporibus arguere Ego autem famam adeo celebratam & tot grauissimis
testibus comprobatam & que ĩ primis Solonis moribus cõuenire & eius anni mag
nitudine & sapientia digna esse videtur: annalibus quibusdam canonibus nuncupa
tis permittendã non arbitror: quos infiniti pene vsq; in hanc diem emẽdare conati
repugnantias eorum tollere vllo modo nequierunt Soloni igitur cũ rogatu Croesi
in Sardos se contulisset idem quod terestri homini cum ad mare primum descen-
dit: euenisse fecont. Ille enim mare aspaciens fluuios alium ex alio fluẽtes putat se
intueri. Ita Soloni per aulam transeunti multosq; ornatu luxu que regio ĩstructos
intuenti & cum magnificentia quadam & maiestate magnaq; stipatos turba seruo
rum & comitum incedentes singuli Croesus videbãtur quoad ad eum perductus
esset. vt quicquid esset in lapidibus preciosum quicquid coloris in vestibus quic-
quid ex auro artificiose laboratum: quicquid ornatus aut magnificẽtie aliquid pre
se ferret: quicquid deniq; optãdum foret: id omnem regem circumstare visum est
Vt spectaculum splendidissimum summa varietate ornatissimum Soloni ostẽdere
tur. Postea vero quam Solon harum aspectu rerum nihil cõmotus est: neq; inquit
aliquid eorum que Croesus expectabat vt facile appareret prudentibus cum illa
omnia vt vilia abiectaq; cõtemnere iussit ei Croesus suos thesauros apperiri & ce
terarum suppellectilem & magnificentiam regiam nihil roganti ostendi neq; appe
tenti Ceperat enim ipse secum ingenium Solonis agnoscere. Ad postremum: rur-
sus cum perfectis omnibus ad eum reuertisset rogassetq; illum Croesus num quẽ
alium hominem se beatiorem vidisset tum Solon Tellum se suum ciuem vidisse re-
spondit. Vt vero exposuit illi Tellum optimũ virum fuisse filiosq; probatissimos
habuisse & cũ integerrime sanctissimeq; vixisset strenue pugnãtẽ pro patria parta
pugne gloria ĩterisse putauit Croesus vrbãitatis penitus illũ & humãitatis exper
tem si nõ magna vi auri atq; argẽti felicitatẽ metiretur Sed Plebei hominis & pri
uati vitã vel interitum potius tantis opibus imperii anteponendam putaret. Verũ
tamen ab eo rursus rontendit num post Tellum alium beatiorem nosset iterũ Cleo
bem & Bitonem dixit viros cum mirifico interse amore tum in matrem summa
obseruantia qui tardantibus bobus ipsi iugum currus subeuntes ad Iunonis tẽplũ

matrem traxerunt lectam & ab omnibus ciuibus felicem habitam. Deinde cum p̄
actis sacrificiis epulati accubuissent. post diem nunq̃ assurrexerũt amplius sed de-
functi vita visi sunt in tanta gloria & expectatione mortem omnium dolorũ & mo-
lestiarum expertem & vacuam oppetisse. At nos inquit Croesus ira incensus nullũ
in numerum beatorum reponis. Et Solon cum nec blandiciis & affectatiōibus de
linire hominem vellet: nec vlterius prouocare O rex inquit Lydorum nos quidem
grecos homines ad alia que nobis deus ipse mediocria concessit bona & sapientie
cuiusdam fiducia. vt videtur optima cōfirmare. & popularis magnaq; regie: nec ad
modum ob mediocritatem splendide particeps fecit: que cum perspiciat vitam ho-
minum variis fortune motibus assidue agitari: presentibus bonis efferri non sinit:
nec felicitatem cuiusq; admirari que temporum mutationi subiecta sit. Consequen
tis enim temporis varietas ex inecto singula infert. Qui autem felicitatem suam ad
finem perduxerit: eum nos felicem opinamur. Viuentis vero adhuc felicitas ac pe-
riclitantis in vita: vt decertantis denuntiatio victorie & corona īstabilis incertaq;
est. Post hec Solon statim cofecto sermone discessit: cum turbasset magna eius ora
tio Croesum: quam admonuisset per id temporis Esopus historicus forte Sardis
aderat eo accersitus a Croeseo magnisq; honoribus affectus Solonis causa vehemē-
ter indoluit qui ita humane a rege esset acceptus: eūq; solaretur illum diceretq; re-
gum consuetudine aut q̃ minime. aut q̃ maxime vti oporter e. Immo respondit
me Hercule aut quam minime aut q̃ optime. Sic igitur tunc Croesus Solonem de
spexit. Postea vero q̃ cū Cyra collata acie prelio superatus est & amissa vrbe cap-
tiuus incendioq; destinatus Pyram instructam alligatus conscēdisset spectantibus
Persis ac Ciro quantum maxima potuit voce ter o Solon exclamauit. Admiratus
igitur Cirus misit qui rogarent: quisnam hominum aut deorum is esset Solon quē
in dubiis casibus solum imploraret. At Croesus nihil dissimulans vnus est inquit
ex grecie sapientibus quem ego accersiui non audiendi aliquid discēdi ne studio eo
rum quibus maxime indigebam sed vt mihi spectator adesset testisq; eius felicita
tis abiret: in qua amittenda plus calamitatis erat: q̃ in consequēda boni Verbo enī
& opinione bonum erat re autem vera ea commutata omnes eius iocunditates ad
intollerabiles dolores & calamitosas erumnas reciderunt. At qui is vir ex illis fe-
cundissimis rebus hec omnia miserrima futura coniciens cōsiderari vite exitum iu
bebat: nec inflatū opinionibus incertis petulanter & temere exultare. Que vbi
ad Cirum perlata sunt vt qui & sapientior esset quam Croesus & Solonis monitū
ex presentibus exemplis comprobatum esse perspiceret non solum Croesum missū
fecit sed sūmo etiam honore quoad vixit apud se habuit. Ex quo visus est Solon
eadem oratione alterum seruasse regibus cautiorem & prudentiorem alterum red
didisse. At post Solonis discessum Athenis inter ciues grauissime seditiones exci-
tate sunt. At paediorum factioni Ligurgus parolorum autem Megadis Alcmeo-
nis filius prefuit. Diacriorum autem Pisistratus in qua debitorum turba contine
batur que vehementer diuitibus inimica infestaq; erat. Quare stabat quidem ad-
huc ciuitas seruandis institutis Solonis & legibus sed rerum nonarū immutādeq;
ciuitatis statum rupido incesserat suis rationibus melius cōsultum iri ea mutatiōe
singulis opinantibus & aduerse factionis superande spe optima confirmatis. His
igitur malis difficultatibusq; turbata ciuitate Solon reuersus Athenas ad honorē
sui factorumq; verecundiam cōuertit omnes Sed ne in reip. eo quo solitus erat stu
dio & assiduitate versaretur infirme vires affectaq; iam etas prohibebat sed priua
ti principes factionum adiens a seditione adducere ac pacare nitebatur quam ad
rem Pisistratus videbatur apprime Solon assentiri. Etenim in sermonibus collocu
tionibusq; affabilitatis & humanitatis plurimum habebat eius oratio apparebatq;

cum pauperum cause impense fauere ad inimicitias autem clementē ac moderatū esse & que illi a natura minus inerant iis assimulatis facile putabatur eis quibus illa insita atq; innata erant virtute ac probitate superare. Itaq; ostendebat se equitatis amantissimum studiosissimumq; & presentis status mutationē grauissime esse laturum obuiamq; iterum si quis studio nouarum rerum eum mouere esset aggressus. Hic igitur timoribus decipiebat ciues. Solonem tamen simulatum eius ingenium diu latere non potuit eiq; insidie Pisistratum primum patuere haud tamē odio eum prosecutus est: sed leniendo admonendoq; conabatur hominem ex ea mēte depellere ipsoq; Pisistrato sepe dixit & aliis multis audientibus si quis ex eius animo expelleret amorem principatus & dominandi cupiditatem sanaret neminē esse eo melius ad virtutem natura institutum neq; probiorem ciuem. Cum autem cepisset Thespis Tragediam edere ea res ob nouitatem multitudinis studia in se conuertit. Non dum enim in emulationem certamenq; ciuium venerat: tum Solon innata quadam audiendi discendiq; cupiditate quotidie magna etate ingrauescēte liberali ocio & discipline & me Hercule disputationibus & inuice indulgens Thespice spectatorem se prebuit eum is Tragediam vt iros erat veteribus ipse ageret post id autem spectaculum cum Thespiam appellasset rogauit num puderet eum tot presentibus atq; audientibus talia ementiri cumq; ille diceret haud absurdum esse eiusmodi res per iocum dicere ac facere baculo vehementer terram percuciēs At inquit talem iocum si ei laus & honor habebitur a nobis in tabellis propediem sumus habituri. Cum autem Pisistratus illatis sibi ipsi vulneribus curru delatus descendit in forum multitudinisq; animos cōcitauit: cum diceret ea se ab inimicis per insidias accepisse multosq; sibi rei indignitatem egre ferētes clamitantesq; comparauit. Ad eum profectus Solon assistensq; non recte inquit o fili Hypocratis Homericum Vlixem assimulas. Eis enim ad ciues decipiendos a Buteris quibus seipsum cedens hostes deceperat. Iamq; erat Pisistrati gratia in prelium descēsura multitudo & populus in contionem conuenerat Aristone decernente vt quinquaginta armati: qui ab armis quibus vtebantur Corinephores dicebantur Pisistrato darentur ad custodiam corporis Assurgens Solon contradixit permulta his similia in medium referens que post carminibus edidit. Aspicite in linguam & blandi falentia cunctos Verba viri: qui nos vulpinis passibus ambit. Frigidus at nobis pectora sanguis agit. Sed cum animaduertisset pauperes ad gratiam Pisistrati propensos rem aggredi tumultu & trepidatione: diuites contra metu perculsos diffugere abiit inbuens se his prudentiorem his fortiorem esse prudentiorem quidem is qui rem hanc haud prospicerent: forciorem vero illis qui cum prospicerent ne tirannidi obstarent metu prohibebantur Comprobato autem in plebe decreto haud vltra solicita fuit multitudo de paucis Corinephoris Pisistrato decernēdis sed cū quot vellet nutriet secumq; palam haberet paruifecit quoad arce potitus est. Quare turbata ciuitate Megacles statim cum Alcmeonides fugit. At Solon: Iam enī diutissime senex erat: nec adiutores habebat: attamen in forum procedens: sua oratione partim ciuium amētiam & segniciem obiurgauit: partim incitare atq; adhortari conatus est: ne libertatem abicerent. Illud etiam celebratum addidit facilius certe illis ante fuisse tirannidem surgentem opprimere: nunc autem maius gloriosiusq; futurum: confirmatam iam ac corroboratam euertere ac delere: vbi vero sibi ob metum nemo mentem adhibuit digressus e loco domum se contulit accipiensq; arma in Angiporto ante fores deposuit. Ego inquiens quoad a me fieri potuit patrie ac legibus opem tuli: ex eoq; in posterum quieuit. Adhortantibusq; ad fugam amicis nunq; parē in animum induxit: sed carminibus editis vehementer in Atheniensibus inuectus est. Tristia cōmisse luitis pre in anoxe. Ne vos in superos cōciter-

ita deos   Nāq; viros anxit vestri custodia quondam: Subdita qui nobis sub iuga collo premunt.   Post hec multis comonofaciētibus mortem   Sibi a tiranno impendere querentibusq; quare fretus ita pro salute desidio suis esset senectute respōdit. Verum Pisistratus rerum potius: ita Solonem obseruauit: ita in honore habuit adeo benignum in eum & mansuetum se prebuit vt & accersiret & sibi etiam in consilium adhiberet permultaq; ex eius auctoritate gereret. Etenim plurimas Solonis leges seruauit atq; ipse ante alios parens amicos parere cogebat. Nam cedis in Ariopagum accersitus modeste & tēporate ī ius venit se defensurus sed causam accusator destituit: leges etiā ipse tulit e quibus est illa que iubet: vt qui oculos in bello amisissent publice alerentur. At qui hoc antea quo tempore Tresiput eccatus est decretum a Solone Pisistratum imitatum esse tradit Heraclides: Scribit etiam Theophrastus ocu legem Pisistrati non Solonis fuisse qua & regionem cultiorem & pacatiorem ciuitatem reddidit. At Solon cum Atlanticum multiq; sermonem quē ex Saidos sapientibus in Egipto cū esset acceperat: rē nulle opere laboris. Athemensibus maxime conducibilem ab incepto destitit: non occupationibus vt inquit Plato sed senectute potius impeditus & voluminis magnitudinem reformidans. Ocio enim illum tunc abundasse declarant huiusmodi voces. Dum propero ad senium discere multa libet.   Grataq; sunt nobis veneris & dulcia bachi.   Queq; uiris muse munera leta ferunt.   Vt autem amene & fertilis regionis solum desertum quodammodo & incultum: Plato qui Soloni erat propinquitati coniunctus. Atlanticam illam materiam excolere atq; exornare cupiens magnis quibusdam quasi vestibulis & circuitibus & aulis circundedit eius initium quibus nec oratio aut sermo aliquis neq; fabula neq; poesis reperitur sed cū sero admodum cepisset opus id mors viri anteuertit. Quanto igitur plus scripta attulerant voluptatis plus iis que supererant desiderii reliquisti vt enim Athenensium ciuitas Olympicum sic Platonis sapientia inter multa preclara & eximia hoc tantum opus imperfectum reliquit. Vixit Solon post initium Pisistrati tirannidis Vt Ponticus Heraclides prodidit multum temporis vt autem Phanias Ephesius scribit minus duobus annis. Comu enim temporibus Pisistratus inuasit tirannidē Hegestrati autem etate qui post comicum regnauit affirmat Phanias diem Solonem obiisse: eius autem cineris circa Salaminem dissipatio ac dispersio absurditate rei incredibilis admodumq; fabulosa esse videtur. Id autem cum alii homies auctoritate dignissim litteris prodiderant tum Aristoteles philosophus in primis scriptis suis comprobauit.

Epistola Lapi Poete eximii De vita atq; gestis Publicole Incipit feliciter

PROPERANTI MIHI humanissime pater promissũ tibi munus persoluere & te meis studiis impartiri: recens recordatio tui veterem temporum querelam reuocauit. Etenim sepissime cum perspicio eloquentie studia que deserta & inculta iam diu iacuerunt: longo interuallo repetita & ad nos relata esse: nostros vero homines ita dicendi cupiditate flagrãtes ita ad eam rem nature muneribus instructos: vt non desperarem nos p breui omnium laude cumulatum oratorem esse habituros: queri vehementer soleo hanc nostram etatem in ea tempora incidisse: quibus eis facultas erepta sit ne ad pristinam illam eloquentie gloriam peruenire possint vt mihi aliquod infestũ numen huiusmodi laudem inuidisse nobis videtur. Nam illi litterarum: thesauri: illa doctrine monumenta illa vberrima librorum copia quos maiores nostri scriptos nobis reliquerunt deleta est & interrut egestas & inopia cõsequuta est. Vt enĩ omittã de singulis cogitãdo: recordari vbi tot latini poete Tragici Satirici Lirici Elegi quos vna ciuitas tua tulit: q̃ nam abierunt a quibus oratori granditas verborũ & sententiarum vbertas numerorum preterea ac pedum concentus & harmonia quedam petenda est. Vbi illa historicorum turba que nobis monumenta rerum gestarum & vetustatis exempla suppediret que nisi orator percursa animo & decantata habeat ignarus quidem & hebes videatur vbi tot & tam amplissima volumina in quibus ius legum & iuris ciuilis scientia continebatur que adeo temeritas & inconsulta imperitorum licentia lacerauit vt nerui quidem & ossa vt ita dixerim tã tum supersint spiritum vero & sanguinem amisisse videantur. Ad hec actiones defensiones laudationesq; vbi nam terrarum requiremus? Quis casus: que calamitas que clades nobis illas eripuit in quibus tanta iactura facta est vt ex infinito pene oratorum numero vnum tantum nec eum quidem integrum habeamus. adde philosophorum libros e quibus omnis doctrina oratoris depromenda est. Hos enĩ qui orator non legerit peruolutarit audierit intelligimus eum non eloquentiam sed garrulitatem & verborum volubilitatem inanem atq; irridendam esse habiturum In quibus illud etiam egrius ferendum puto quod in hoc non tam nobis fortuna q̃ eorum qui ante non fuerant extitissent nunq̃ profecto hoc tantum detrimentum pateremur. o Iniquam temporum conditionem miseramq; fortunam. O inanes & repudiatos ac frustra susceptos labores nostros qui cum in altum processerint quĩ tempestate reiecti in mediis fluctibus obruuntur nec cursum suum conficere possunt. Sed me in hac tanta molestia mea illa res maxime consulatur quod spero immortalem deum his nostris incommodis difficultatibusq; aliquãdo tandem prospicere voluisse cum te nobis pater clementissime tradidit: qui mihi non forte natus sed precipuo quodam fato huius etatis genitus & procreatus esse videris: qui studiosis hominibus inopia laborantibus tuo studio labore diligentia tuis deniq; facultatibus subuenires. Siquidem vnus tot iam seculis extitisti qui latinam linguam attollere iacentem amplificare ornare conatus es: neq; comparandorum librorum gratia conatus es solum: sed magna iam ex pte perfecisti. Tu enim affecta etate lõgissima itinera & difficillima ad remotissimas regiones magnis sumptibus labore periculo suscepisti Tu veteres permultos doctissimos viros inuentis eorũ operibus que ante ignorabantur ab obliuione hominum & silentio vendicasti. nam vt notos & uulgatos p̃tereã qui permulti sunt abs te latinis hominibus restituti cõplurios

in lucem protulisti nobis: quorum ne nomina quidē noueramus. Itaq; tot iā solus libros: vt audio in omni genere doctrine: in tuam vrbem vndiq; contulisti: qui pluribus ciuitatibus ad legendum sufficerent vt illis homines discendi cupidi sine labore sine sumptu sine molestia vterentur. Quis igitur unq̄ vir doctus tam insignite impudens erit: quam si minus referre tibi gratias possit non maximas se tamē debere fateatur que tam immemor posteritas: que tam ingrate litteret que nō tuum nomen immortalitas memoria prosequantur. Itaq; ne quod in aliis si contingat reprehensuros videor in eo ipse deprehendar statui referendam tibi gratiam quoad mea facultas ferret: hoc me crimine non ingratitudinis solum sed etiam arrogātie in posterum liberare. Vt & tibi si non digno grato tamen munere quod a me deberetur persoluerē. & reliquos ad simile factum prouocarem. Itaq; publicole ciuis tui clarissimi viri vitam tibi ex Plutarcho interpretatus sum non tam quod intelligerem te Plutarchi opera studiose querere quam quod hanc tibi preceteris iocūdam fore existimaui quod ab eo viro tua ciuitas exactis regibus: libertatis initiū habuisset & simul quod dum hec legeres maiorum tuorum res geste tibi ac virtutes legende forent qui mihi quidē videntur pulcherrimi illius facti gloria excitati non minori studio & ardore in defendenda retinendaq; patre & Romane ecclesie libertate quā in vendicanda Publicola extitisse. Erat etiam in hoc aliqua mea pars virilis vt in qua ciuitate clarissimus vir auus & gentilis meus summis functus honoribus senator diem obiisset & in qua sepultus esset eius ciuitatis liberatoris res gestas latius litteris illustrarem. His omnibus de causis tuum est nunc humanissime pater quod facturum spero hunc libellum libenter accipere nec munus quod paruum sit despicere. sed in eo dantis animum qui est certe optimus & voluntatē agnoscere Quod si abs te fieri intelligam haud hoc tantum tecum contētus ero sed nactus ocium tuo nomine statim maiora aggrediar. Vt & tue quantum in me est voluntati satisfaciam & mihi aliquam ex tuo iudicio gloriam comparem. Vale

Plutarchi Historiographi greci de Vita atq; gestis Publicole per Lapum oratorē in latinum traducta Incipit feliciter

CVM IGITVR HIS moribus preditus fuisset Solon non immerito vt mihi videor cum eo Publicolam comparamus: cui hoc posterius nomen honoris gratia po. R. inuenit: Antea enim Publio Valerio ei nomen fuerat: quod a progenitore Valerio videtur inditum qui vir vnus ex veteribus illis maxime auctor fuit vt Romani ac Sabini cum ante hostes fuissent in vnum populum coiret. Ille enim in primis suadendo regum sedauit discordias [illegible] odi federis pactionem induxit huius igitur vt accepimus Valerius ex genere necessarius cum adhuc Roma esset sub regibus diuiciis & eloquentia claruit quarum cū altera recte semper & libere pro equitate iusticiaq; vteretur quippe qua liberaliter humane q̄ supplicibus opem ferret haud dubie videbatur si res traduceretur ad popularem principatum primas in reip. partes habiturus Cum autem Tarquinius superbus regno non virtute sed īpietate & scelere parto non regio more sed tiranni contumelioseq; vteretur: eiq; infensus odio popularis atq; egre ferens ad defectionem spectaret: cui rei Lucretie que sibi vi acceptam mortē conciuisset: contumelia occasionē attulerat. Lucius Brutus cū in nouādis

rebus adiecisset animum ad hunc primum rē detulit: eoq; adiutore acerrimo fre-
tus reges exegit. Et quādiu opinio fuit populum unum pro rege consulem esse
creaturum quietus fuit Valerius cum Bruto magis deberi cōsulatum existimaret
qui auctor & pri̅ceps recuperāde libertatis fuerat: cum vero in unius dominio of-
fenderetur animi multitudinis viderentq; omnes diuisum imperium libentius
laturi & duos consules poscerent sperantem Valerium post Brutum creatum iri
se collegamq; illi in cōsulatu futurum fefellit opinio Creatus est enim pro Valerio
iniuito Bruto Lucretie vir collatinus Tarquinius haud quidem Valerio virtute
superior sed patricii metu regum qui multa extra moliebantur quotidie: ciuitatē
q; blandiciis deliniebant. statueruntq; infestissimo illis hosti ut in hoc unq; cōcessu-
ro consulatum mandare. hac re Valerius vehementer permotus si quod nulla pri-
uata iniuria a regibus esset affectus non putaretur omnia patrie causa facturos:
Senatu se abdicauit patrocinia renunciauit: & a negociis publicis penitus se remo-
uit ut rumor & cura solicitos multos haberet metuentes ne ob iram additus regi-
bus res omnes & ciuitatem simul immitantem euerteret. Postea vero quā Bru-
tus aliorum quoq; suspitione offensus: statuit cesis hostiis iure iurando Senatum a-
stringere diemq; prefiniuit Valerius leta admodum fronte descendit in forum ubi
cum iurasset primus: se animo semper infracto in Tarquinios propugnatoremq; li-
bertatis acerrimum futurum voluptatem Senatui & spem optimam consulibus
attulit. statimq; iusiurandum opera consequuta sunt Legati enim venerant a Tar-
quinio cum litteris mandatisq; mitibus & ad demulcendos multitudinis animos
accommodatis quibus sperabat multos cum ex regis verbis ducerentur posse cor-
rumpi si videretur moderate rogando spiritus illos regios & contumaciam posu-
isse. Consentibus autem consulibus legatos in populum producendos esse: non per-
misit Valerius sed instituit vehementer prohibuitq; hominibus pauperibus & bellū
magisq; tirannidem formidantibus nouitatis initium & occasionem dari post hec
legati iterum a rege aderant illum regnum remittere a bello discedere: bona tātū
amicisq; suis ac familiaribus repetere quibus exilium sustentare possent. inclinanti-
bus iam multis & Colatino maxime suadente Brutus vir acer & vehemens ad irā
in forum excurrit: proditorem collegam materiam & adiumētum tirannidis per
gratiam largiri clamitans: quibus indignissimum esset viaticum fuge decernere.
Conuenientibus ad hoc ciuibus Caius Minutius homo priuatus in contione orati-
onem habuit: Brutum admonuit romanosq; adhortatus est prouidendū esse ut bo-
na pro se magis contra tirannos q̄ pro illis contra se pugnarent. Visum est tamen
Romanis parta libertate pro qua dimicarent bonorum gratia pacem abiiciendam
non esse sed eam una cum tirannis exigendam: Erat autem Tarquinius de bonis
recuperandis minime solicitus sed ea petitiōe experiri populi animos volebat & si-
mul proditioni occasionem parare: quam legati clam struebant bonorum pretextu
moram trahentes hec se vendere illa asseruare mittere alia affirmātes quoad duas
patriciorum domos corrumperunt: Vitelliorum duos: Aquiliorum tres. qui omnes
ex matre fratres erant & Colbatini consules nepotes his primis commissa res est.
priuatim etiam Vitellis alia cum Bruto necessitudo fuit. Eorum enī sororem Bru-
tus in matrimonio habebat. Iamq; sibi ex ea filii plures erant adolescentes duo Ti-
tus Tiberiusq; quos cum Vitelli haberent necessitudinem in familiaritatem cōiun-
ctos in societatem quoq; consilii assumpserunt suadentibus ut se in genus magnum
Tarquiniorum & spes regias darent dementiam & duriciam patris effugerent se-
ueritatem eius & acrimoniam in improbis duritiam appellantes amentiam vero si-
mulationem amentie quādiu metu tirannorum cetus latuerat neq; in posterum ei9
rei cognomentum fugit. compulsus autem in suam sententiam adolescentibus & i-

colloquium adductis. Placuit cōmuni sentētia iureiurando magno & horrēdo omnes adigere: Iugulato homīe sanguinē libare exta eius attingētes horum gratia in Aquiliorum domum conuenerūt. Fuit autem domus in qua hec transigenda erāt deserta & sub obscura. Latuit igitur eos seruus quidā cui Vindicio nomē fuit qui ibi se occultarat non ex industria nec vt ea tractari sensisset; sed cum intus foret illis ingredi festinantibus timens se ostendere substitit & capsa quadā que forte aderat se protexit. Quare prospexit res omnes & consilia eorū excepit. Decreuerūt autē consules obtruncare reges nocte in vrbem arripere: & hec per litteras legatis traditis Tarquinio significabant. Etenī legati rum ad Tarquinios proficiscerentur & apud Aquilios cenatum esset tunc coniurationi aderant. Quibus confectis abeūtibus illis clam domo profectus quod consilii in iis rebus caperet non satis sciebat. Dubitabat enī nec fas esse ducebat: apud Brutū partem filios accusare: aut apud Collatinum auunculū sororis filios. Priuatum preterea neminē Romanū existimatam dubiis in rebus satis fidei habiturū: Rem omnē quoad potuit clausam habuit: Impulsus autem cōscientia rem ad Valeriū detulit adductus maxime facilitate & humanitate viri Quod ad eum indigentibus facilis esset aditus: eiusq; quottidie domus aperta aures omniū sermonibus & querimoniis paterent. Vt nec vnq; tenuis cuiusquam colloquiū aut necessitatē repudiarit Vt igitur ad eum Vindicius venit atq; omnia patefecit: Marco eius fratre & vxore presentibus stupore affectus ac metu Valerius non vltra hominem dimisit: sed cum domi occlusisset: custodiēdi fores negotiū vxori dedit. fratrem domū regiam circumsedentē epistularum curam ne intercideret: iussit habere & seruos si fieri posset obseruare: Ipse autē cum magno clientum atq; amicorū seruorūq; comitatu qui illi assidue presto erant ad Aquiliorū domum contendit ipsis absentibus. Quare ex improuiso īpulsis foribus domū ingressus in litteras incidit ibi a legatis relictas Dum his Valerius intentus erat Aquilii citato cursu fecerūt impetum foribus: consertis manibus nitebantur: litteras auferre contra repugnabant: iactisq; ad collum vestibus vi ac magno cū labore impulsi impellentesq; per vicos in forum traxerūt. Eadem ferme circum regiam gesta sunt. Nam Marcus alius deprehensis litteris que ad legatos delate erant: & ex regia familia quot potuit comprehensos pertraxit in forū vbi compresso a consulibus tumultu: Vindicius domo productus: constitutaq; accusatione littere aperte & recitate sunt nec illi contradicere quicquam ausi sunt mesticia vero & silentiū omnes habebat: pauci tamen studentes Bruto gratificari exilii apud eū mentionē habebant: Collatinusq; ipse spem illis clementie suis lacrimis afferebat: quas Valerius cōfirmare taciturnitate sua videbatur Tum Brutus nomine filios singillatim appellans. Age inquit Tite age Tiberii cur nō accusatiōi respōderis: vt aūt ter rogati silentiū egerunt: ad littores cōuersus vestrū iam inquit reliquū est opus. Illi statim cōprehensos iuuenes nudantes actisq; in tergum manibus virgis ceciderūt cum alii oculos euerterēt nec atrocitatē tantā aspicere aut tollerare possent: pater immotus oculos tenuisse dicitur: nec misericordia quicq; de tristitia vultus & seueritate remisisse: sed filiorū supplicii spectatorē se prebuisse quoad littores securi caput a ceruicibus abstulerūt. Inde reliquis in potestatē college traditis assurgens de loco abiit re eiusmodi a se gesta: qui nec volētibus laudandi pro dignitate nec vituperandi cuiquam locum reliquisset: Aut enim eius virtutis celsitudo se datū animum prebuit aut calamitatis magnitudo sensum doloris eripuit quorum neutrum neq; parum neq; humani est ingenii: sed aut diuinitatis cuiusdā aut immanitatis. Equius est aūt pro viri gloria probare iuditiū eius: q; virtuti diffidere: Romani enim haud tantā rem gessisse in condēda vrbe Romulū oppinātur: quantā Brutū i recuperāda libertate constituēdaq; rep. At post eius e foro discessum diu ex rebo

ab eo peractis stupor simul & horror inter omnes ac silentiũ fuit Et Aquilii mossi'
ere Collatini cõfirmati: pecierũt ad respõdendũ tempus. Vindicium seruũ sibi red'
di iubẽtes nec apud accusatores adseruari. Inclinãte ad hec cõsule dimittẽteq; hac
cõditione concionem: Valerius turbe permixtũ hominẽ nõ poterat dimittere: neq;
populum dimissis proditoribus abire sinebat. Ad postremum cum iniecisset in hos'
manus Brutum implorabat: Collatinũ clamitans rẽ indignam facere. si imposita
collegę necessitate occidẽdi liberos: equum ipse duceret: feminis per gratiã prodi
tores patrie & hostes cõcedere. his permoto vehemẽter consule: & cõprehendi vi'
dicium iubente. littores repulsa turba ceperunt hominẽ conantibusq; eripere incus'
serunt verbera At amici Valerii repugnãtes aderant populusq; Brutũ adesse iu'
bebat qui cũ iterum reduisset in contionẽ omnibus audire iussis: iudicẽ se ĩquit ido
neum de nece liberorũ fuisse. De ceteris autẽ liberis iam ciuibus suffragium per'
mittere: dicat igitur si quis velit & populo persuadeat. Nihil vltra verbis opus fu'
it quin omniũ suffragiis condẽnati securi percussi sunt Collatinus autẽ iam ante
& ob necessitudinẽ: & ob inuidiã Tarquinii nominis in suspitionẽ venerat. A Tar'
quinio enim vehemẽter animi omniũ abhorrebãt vbi vero hec ita inciderũt omni'
bus omni odio atq; acerbitati fuit. Ita consulatu se abdicãs ciuitate excessit: sic rur'
sus de subrogãdo cõsule comicus habitis Valerius in Collatini locum suffectus est
prõptitudinis in remp. gratia cuius cum dignũ putaret vinditiũ gratiam aliquam
reportare: eum suo decreto libertate & ciuitate donauit & ferẽdi suffragii in qua'
cunq; vellet tribu potestate. Aliis autẽ libertis obeundi suffragii munus ad popu
larẽ gratiam cõcessit Appius Manumissioni autẽ ob eum vindiciũ vsq; ad nostrã
etatem vindicte nomẽ mansit. Post hec bona regũ diripienda plebi sunt data do'
mus autẽ & atrium dirutum. Ager Tarquiniorũ consecratus Marti Martius de'
inde campus est habitus: forte ibi tũ seges farris dicitur fuisse mature messi quẽ
campi fructũ quod ob cõsecrationẽ religiosum putarẽt consumere: concursu facto
defectam cũ stramento segetẽ additis eodẽ cesis arboribus in Tiberim coniecerũt
incultũq; penitus infecundũq; deo locum dimiserũt Frumẽti autem aceruum in uadis
hesitantis fluminis sederunt: ceteris deinde consequentibus exituq; prohibitis &
circum applicãtibus se virũ permultum & firmamẽti cõgeries cepit quotidie au'
cta a flumine. Materiem enĩ multam deferebat que nutrimentũ & impedimentũ
afferebat. ipse vero illisiones solum minime mouebãt sed leuiter premẽtes eo omnia
comportabãt. Ex magnitudine autẽ & firmitate alia superaddita moles est que
ex superuenientibus incremẽtum accipiens nunc insula sacra intra vrbẽ est templaq;
deorum in ea & porticus sunt hoc tamẽ aiunt quidã non tunc euenisse: quo tempo
re Tarquinii ager consecratus est: sed posterioribus temporibus cũ Tarquinia fini
timum ei loco agrum reliquit. Fuit autẽ Tarquinia sacra virgo vna ex vestalibus
que hoc facto maximos honores cõsequuta est. In quibus ille fuit honos quod ex'
omnibus feminis eius tãtum testimoniũ acceptum esset permissam vero sibi nubẽ'
di licẽtiam repudiauit. Verum hec ita se habuisse fabulose dicuntur. Tarquinium
igitur frustratũ spe recuperandi produtione regni Etrurii pro parte exceperunt
& magna vi & copiis reducere aggressi sunt Contra Romanos copias eduxerũt cõ
sules sacrisq; in locis consederũt quorum hunc Arsium lucum alterũ Esuium appel
lant. Ibiq; manus conferre incipientibus Arunx Tarquinii filius & Brutus Roma
nus consulu non temere aut fortuitu in se incidentes sed odio & ira incẽsi hic vt in
patrie hostem ille in auctorẽ exilii sui citatis equis furore magnaq; ratione & cõsi'
lio concurrerũt sic vterq; vt hostem vulneraret sui protegendi immemor alterius
ictibus trãsfixi moribũdi ad terrã ceciderunt. Tam crudele autem pugne initium
non mitior exitus cõsecutus est sed paribus affecto cladibus vtroq; exercitu imbri'

pugna dirempta est. Dubius igitur animi erat Valerius cũ finis sibi prelii esset i-
cognitus videretq; animos militũ suis cedibus concidisse inimicorum autem detri
mentis elatos esse sic cõfusa & permixta ex multitudine strages erat. Ad hec vtri-
usq; sua que in cõspectu erat angorum magis afferrebant q̃ opinate res hostiũ vi-
ctoriã confirmabant. Cum ita igitur pugnatum esset superuenerũt tenebre. Quie-
scentibusq; exercitibus cõmotum esse lucum voceq; ex eo maximã editam ferunt:
hoc dicto vno plures cecidisse Etruscorũ ĩ acie q̃ Romãorum diuina certe illa fuit
vox statim namq; Romanis animi creuerunt: Etruscos autẽ tantus terror incessit:
vt egressi castris dissiparẽtur: qui vero relicti sunt non multis pauciores q̃ quinq;
milia hominũ inuadẽtibus Romanis capti sunt & cetera omnia direpta. Cũ vero
cadauera enumerassent quindecim milia & tricenta ex hostium acie: ex Romanis
autem vno pauciora sunt inuenta. ferunt hoc prelium pridie Calendas Marcias
fuisse. Triumphauit vero ex eo Valerius primus ex cõsulibus curru quadriiugo in
uectus: que res pulcherrimũ & magnificẽtissimũ spectaculũ plebi sine vlla inuidia
prebuit. Et sine offensione intuẽtium. Non enĩ erat eius rei tãta emulatio: nec glo
ria eius rei in multos annos permanebat: honores a Valerio college habiti sunt: fu-
nusq; eius quãto cũ potuit apparatu fecit funebrẽq; oratiõem de eius laudibꝫ dixit
que adeo grata iocũdaq; Romanis fuit: vt ex eo cõsuetudo manserit vt qui strenue
pugnãdo obiisset ab optimatibus laudaretur: dicitur & iã funebribus grecorũ ora
tionibus illam vetustiorẽ fuisse: nisi iam Solon huius rei auctor extitit: vt Anaxi-
menes orator tradit. Verum ob eam rẽ maior inuidia Valerio cõflata est: si quidẽ
Brutus quem patrem libertatis existimarat populus: haud dignum putasset se so
lum regnare: sed sotium sibi imperii adiũxisset: hic autẽ aiebat cum ad se omnia trã
stulerit: non Bruti cõsulatum nihil ad eum pertinẽtem: sed Tarquinii tirannidem
sortitus est Quid opus est igitur Brutũ quidem verbis extollere: ce autẽ Tarqui-
nium emulari: & ex tam magna domo cũ fascibus solum descẽdere: quanta illa re-
gis nõ erat: quam demolitus fuerat. Etenim re vera Valerius habitabat: sub domũ
Vitelliam nũcupatam imminentẽ foro: & desuper omnia despectãtem difficili ac-
cessu atq; arduo. vt eo descendẽte: Ipse aspectus pompe magnificus ex loco edito ap
parens: regiam dignitatẽ & fastum pre se ferret. Quãtum igitur valeat hominẽ
in magistratu & in maximis amplissimisq; muneribus locatũ aures habere: loquen
di licẽtiam verosq; semones pro assentatiõe admittẽtes: perspicue in Valerio licet
intueri. Cũ enĩ e sermonibus amicorum accepisset se improbari iuditio multitudi
nis: neq; pertinax ĩ eo fuit: neq; se admoneri egre tulit: sed statĩ noctu adhibitis fa-
bris: domũ demolitus est: ac funditus totã euertit: Quare cũ primũ illuxisset con
surgẽtes Romani aspicientesq; viri animi magnitudinẽ diligere: admirariq; & do-
mus demolitionẽ indigne ferre: eius speciem & magnitudinẽ desiderare que q̃si
humana quadã sorte iniuste ob inuidiã interisset: Augebat rei indignitatẽ consul:
qui velut eiectus domo apud alios habitabat: exceperãt enim Valerium eius ami-
ci quoad populus sibi locũ edificande domus dedit: domũq; multo illa priore celsi-
orem edificauit vbi nũc fanum quod Vicas poscas vocãt situm est: sed cum statuis
set cõsulatũ ex formidoloso iocũdum & mãsuetum reddere: & gratum multitudini
secures a baculis se iunxit: submississq; populo fascibus in cõcionem processit: eaq; re
popularem dignitatẽ: reducere atq; augere visus est. Idq; a cõsulibus postea obser-
uatum vsq; ad nostrã peruenit memoriam. Verũ non vt multitudini visum est. se-
ipsũ depressit Valerius: sed ea moderatiõe inuidia se & offensione populi liberauit
sibi autẽ post ex illa re tantum opum comparauit quantũ sibi licentie abstulisse vi-
debatur. Incendit enĩ ĩ se studia vulgi & sibi obsequẽtiora effecit: vt eũ voluptate
esse obmitterẽt eius dicto imperioq; parerent: Publicola etiã idest publica edens

ex eo est appellatus: quod nomē in posterum dimisso priore vsurpatū est. Quo &
nos deinceps in hominis vita describēda vtemur: Permisit enim volētibus surro-
gādi ei collegę potestatē. Ante vero surregationē: cum futuri incertus esset: metu
eretq̄ ne inuidia aliqua aut temeritate aduersarii in se excitarentur: potestatē cō-
sulis quam solus obtinebat in optimis & maximis rebus administrādis locandā sta-
tuit: primum enim patrū numerum diminutū expleuit. Alii enim prius regis ce-
dibus sublati erant: alii in prelio nuper interierant. Qui vero ab eo ascripti sunt sexa
ginta quatuor & centū fuisse tradunt: late deinde ab eo leges: quarū plurimum ro
boris plebi adiecit: ea qua permisit reis a cōsulib⁹ ꝓuocationē ad populum Setūdo
qua statuit capitale esse: si quis in iussu populi magistratū adiret Tertio qua pau-
peribus prospexit: & ciuiū vectigalia sustulit Hac enī eos multo ꝓmptiores reddi
dit ad artificia questusq̄ obeūdos. Qua vero in eos animaduertit qui minus cōsuli
bus paruissent adeo popularis fuit vt pro plebe magisq̄ pro patriciis lata videre-
tur: quandoq̄ enī boum & duarū pecudum precium multa fuit: erat vero precium
pecudis oboli decem bouis autē centum. Cum enim nōdum nummorū vsus apud
Romanos per id tēporis frequens esset: pecudibus & iumētis plectabātur fontes
Ex quo inualuit vt patrimonia a pecudibus vsq̄ in hanc diē peculia dicerētur. In
vetustissimis quoq̄ nūmis bouis aut pecudis aut suis signū incisū apparet. Ipsis q̄
Romanorū filiis Suillus & Bubulcus Caprarius item & portius cognomēta fue-
rāt. Sic cum in his legūlator popularis moderatusq̄ fuisset: in ea modestia suppli-
cia etiā auxit. Statuit enim lege fas esse tirannidē appetētem indēnatum opprime
re: percussorem autē crimine cedis expiatū voluit si probationes iniurie attulisset
Cum enī fieri non posset vt qui rem eiusmodi aggrederetur: lateret omnes possibi
le autē factu videretur: patentem & vim iudiciorū supergressum preuenire: quod
iniuria iudiciū tolleret: precipere atq̄ ante opprimere valenti contra iniuriā infere
tem permisit. In questoria etiā lege ferenda maximā est laudem consequutus. Vbi
enim opus erat ad bellū pecunias pro facultatibus ciues cōferre: cū neq̄ ipse vt mu
nus obire vellet: & ab eo obeundo amicos deterreret: nec omnio publicas pecunias
priuatā domum inferri equum duceret. Erariū Saturni edem cōstituit itaq̄ hodie
manet: cōcessit autem populo vt questores duos creare posset: creatiq̄ sunt primi
P. Veturius & Marcus Minucius & pecunie permulte coacte: centum enī & tri
ginta milia ī erariū redacta sunt: orphanis ac viduis remisso tributo. His ita dispo
sitis comiciis deinde habitis collegā sibi Lucretium Lucretie patrem subrogauit:
cui quod senior esset primo loco cedens fasces tradidit qui honor ab eo primū ob-
seruatus semper postea hodieq̄ senibus habetur. Sed intra paucos dies Lucretius
moritur Itaq̄ habitis iterū comiciis suffectus ī eius locum est M Oratius. Isq̄ re
liquum cōsulatus tēpus Valerius collega fuit. Tarquinio in Etruria secundo Ro
manis bellum moliente magnū signum extitisse dicitur. Cum enī regnaret adhuc
Rome Tarquinius templūq̄ Iouis capitolini fere iā ad finē perduxisset siue vatici-
nio admonitus siue sibi aliter visum est. Currū ab initio fictile Tuscis quibusdā ex
vehiorū gēte figulis fingendū mādarat. Nec ita multo post regno exactus est. Cū
aūt Tusci currū illū confectū in fornacē intulissent aliud lōge euenit q̄ Luto in ig
nem īmisso accidere cōsentaneū est. Cōdensari enī atq̄ coire expressa humiditate
solet tūc aūt relaxatū est & intumuit eoq̄ magnitudinis cōcepto robore duritiaq̄
īcreuit vt vix sublato fornacis culmīe deiectisq̄ parietib⁹ vllo modo efferri poss3 Cū
vero cecinissēt vates eiusmodi currū iis apud q̄s asseruaret̄ felicitatē & īperiū ꝓ
tēdere statuerūt Vehi Romāis flagitātib⁹ haud remittēdū esse respōderūtq̄ cur-
rū ad Tarquinium non ad eos qui Tarquineum eiecissent pertinere. Paucis post
diebus equestres apud illos ludi agebātur. Hic cum alia spectacula & studio digna

ex more affuerunt: tũ quod triiugum currum victorẽ cum extra hyppodromũ au-
riga impelleret coronatus: perterriti equi nulla manifesta causa: sed diuina quadã
sorte aut fortuna cũ auriga insidente citato omni celeritate cursu Romam versus
ferebantur. Vbi vero nulla eius amittẽtis vi retineri aut retardari potuerũt: im-
petu raptum atq; asportatũ vsq; ad Capitolium ibi hominẽ iuxta vrbem deiecerũt
quam Rhatumenã nunc vocant. Hoc facto Vehi stupore ac metu perculsi figulis
currum restituendũ curarunt. Templũ quidem capitolini Iouis Tarquinius De-
marati filius Sabino bello edificaturũ se vouerat Tarquini9 aũt superb9 edificauit
filius vel nepos eius qui vouerat: consecrationẽ vero nõ obiit. Parum enim adhuc
ad absolutionẽ deerat: quo tempore tirannide excidit. Cum vero templũ omnibus
partibus absolutũ esset: decoraq; omnia & ornamẽta ei adiuncta: consecrandi eius
Publicolam maxima libido incessit sed plerosq; ex patriciis cũ ob alios eius honores
minimos quos ex legibus ferendis quos imperiis militaribus cõsequutus fuerat: in
uidia atq; emulatio infestabat: tũ hunc presertim alienũ minime illi addendum ex
istimabant. Itaq; oratio college eius suaserũt: vt Publicole de consecratiõe non ce-
deret eũq; in Capitolium duxerunt: vt qui presente Valerio eius opibus obstare
nõ potuissent. Opinio tamẽ plerosq; obtinet: cũ essent Valerius Oratiusq; sortiti: vt
dedicaret imperium Valerio inuito sorte Oratio vero consecrationẽ euenisse Verũ
quo pacto se habuerit res ex iis que in ipsa cõsecratione euenerũt coniectari licet:
Idibus igitur septẽbribus: quo tempore luna plena est cõgregatis in Capitolio Ro-
mani maxima frequẽtia ĩ dicto silentio postem iam ex more tenenti oratio Frater
Publicole Marcus cũ iam pridem iuxta portas mãsissent: obseruato tempore fedũ
nuntiũ incussit o consul inquiens filius tuus ex morbo in castris interiit. Ea res om-
nibus molestia fuit. At Oratius nihil cõmotus. Cadauer igitur inquit quo vultis.
proicite Ego enĩ minime fletus admitto. sic postem tenens consecrationẽ peragit
& dedicat templũ. Fuerat autem id nuntiũ haud rerum: sed id Marcus ementitus
quo Oratium ab eo munere deterreret. Mirifice igitur cõstantẽ se prebuit: siue nõ
crediderit factum cõfictamq; rem breui cognouerit siue tãtum roboris animo fuit
vt credita re nõ moueretur. Videtur autẽ secundum quoq; templum simili fortũa
fuisse. Primũ enim vt diximus a Tarquinio exedificatũ: dedicauit Oratius: bellis
autẽ ciuilibus igni consumptũ est. At secundum instaurauit quidem Silla dedi-
cationi autẽ est Catulus inscriptus: Silla morte intercepto. Hoc autẽ rursus in Vi-
tellii seditionibus euersũ ac diruptum: Tertio Vespasianus ea qua in ceteris felici-
tate vsus: de integro reficere aggressus opus perfecit. Sed instructi deinde a se tẽ-
pli euersionẽ non vidit: sed tanto Sille fortuna prestitit quod illum mors ante con-
secrationẽ eripuit. Hic ante desolationem decessit. Vna enĩ cum Vespasiani interi-
tu inflammatũ Capitolium incensumq; est. Hoc autem quartũ a Domitiano per-
fectum & consecratũ est. Dicitur aũt Tarquinius in fundamẽta templi quadragĩ-
ta milia argenti librarũ impendisse. Huius vero quod nostris tẽporibus Rome est
priuate diuitie omnes si quis ratiocinetur: ne ad deaurationẽ quidem sufficerent cũ
duodecim milia talentorũ impensa excesserit. Colũne eius templi ex Pendelesio la-
pide excise sunt: crassitudineq; habent optime longitudini cõgruentes. Vidimus
quidem ipsas olim Athenis sed rursus Rome extenuate atq; expolite nõ tãtum ex
sculptura ornatus acceperũt quantum mensurarũ conuenientie amiserũt: rum suo
decore & specie vacue atq; exinanite appareant. Quod si quis Capitolii sumptuo-
sitatem miratur iis si vnam in Domitiani domo porticum aut basilicã nec balneum
aut cõcubinarum dietam vidisset profecto quale est illud Epicharmi contra pro-
fusum dictum non beneficiis tu quidem morbo afficeris edificare gaudes tale ali-
quid in Dometianũ vsurpet non religiosus tu quidem aut honoris cupidus morbo

afficeris edificare gaudes & vt nuda Sille aurea tibi omnia esse cupis sed de his satis. Tarquinius igitur post magnū illud prelium in quo filium cū Bruto pugnantem amiserat Clusium supplex ad Laertem Prosennā confugit qui per id temporis & viribus & virtute ceteris Italie regibus longissime prestare putabat. Hic se illi pro ictis est opem laturū. Ac primum Romā de recipiēdo Tarquinio legatos misit: quod vbi denegatū est a Romanis in dicto ante bello denunciatoq; tempore ac loco in quem inuasurus esset: Romam magno cū exercitu venit: Publicola secūdo & Tito Lucretio cōsulibus designatis: Romā autem rediens cum primū Prosennam animi magnitudine ac elatione vellet superare: cū iam diuiens valeret plurimū Sigliuriam vrbē exedificauit maximis sumptibus: eoq; septingētos deduxit Colonos vt ostēderet se nulla belli cura aut metu contineri. Attamen ab hostibus impetu acerrimo facto reiecti sunt a Prosenna presidia Romanorū: quibus in fugam conuersis parum abfuit quin in sequentē hostem ac permixtū vna in vrbē susciperent: sed Publicola cū subsidio pro portis occurrit: & iuxta fluuiū commissa pugna diu hostium impetū sustinuit: quoad multis acceptis vulneribus in vrbem reportatus est: quare animi Romanorū vehemēter conciderunt: fugaq; ad vrbem facta salutem quesierūt. Impellantibus iā per ligneum pontem hostibus magnum periculū vrbi impendebat Itaq; primus Cocles Oratius cumq; eo duo quos pudor tenuit Herminius & Lucretius: ambo clari genere ad aditū pontis se offerentes impetū hostium suo corpore exceperūt Oratio vero quod alterum oculū in bello amisisset cognomentū Cocles est inditum: Quidam tamē id ex similitudine nasi tratum aucturmant ... ipsa fronte ita depressis demissusq; erat: vt nullū fere inter oculos discrimen ... et: ipsaq; supercilia commixta inuicem confusaq; forent. Idcirco volētibus cū multis Ciclopem appellare: delapsa loquēdi consuetudo obtinuit vt iā Cocles a plurimis diceretur. Hic igitur stāns pro ponte acriter arcebat hostē quoad socii post se pontē interrumpūt sic armatus in Tiberī desiliēs Tireno telo ... inate iaculum ... ad alterā fluminis partem transiuit. Eius virtutē Publicola admiratus statim Romanis persuasit vt pro domesticis copiis quantū sibi in die satis esset adducerent: tantum ei quisq; conferret: deinde agri quantū vno die circumararit datum: statuaq; eius erea ī ede Vulcani posita sic detrimentū corporis acceptum a vulnere: ex quo cladus postea fuit. His rebus solabatur. Imminēte igitur vrbi Prosenna infesta obsidione frumēti cū summa caritate inopia Romanos inuasit. At hec alius Tuscorum exercitus sepratim in agrum Romanorū impetum fecit Interī Publicola tertio consul dum Prosenna sedendo spem haberet: expugnaturū se esse vrbem intentus ī occasiōe repēte egressus vrbem repentino tumultu hostē adortus est. factaq; fuga quinq; milia hominū Tusci amiserunt. De mutie autē multe sunt varieq; sententie. quarū eā nos sequimur que probabilior nobis videtur. Erat Rome adolescens nobilis omni virtute preditus clarus maxime in rebus bellicis: Hic cum statuisset Prosennam occidere: Tosco habitu indutus: Tuscoq; sermone fretus penetrauit in hostiū castra: ac prope regis tunc sedētis tribunal cōstitit. Sed cum regem haud plane nosset: & sciscitari timens: quis Prosenna esset: vnum ex iis qui iuxta sedebant: quē maxime regem esse putauit: pro rege obtruncat: deinde comprehensus a Satellitibus ad prosennā ductus: petitur ab eo facti causa. Hic incensa ad futurum sacrificiū facula dextram inicit. quam cum torreret truci & horrido ore atq; vultu Prosennam intuebatur: quoad Rex attonitus miraculo ab altaribus iuuenem amoueri iussit. cumq; a sede sua ensem illi redderet. Ille leuem intendens manum ob hoc dicitur Sceuole cognomentū traxisse: nam Sceuum grece lcuum & sinistram significat: se tūc inquit: Prosennam ante vicisset q; in metū coniicerat ab ea nunc virtute superari eaq; se illi per gratiam indicare velle que necessitate aut

supplitio quidē vllo indicasset. Tricenti enim inquit Romani in tuis castris erant qui hos in te animos gerūt occasionē temporis obseruantes mihi autem forte euenit vt ad rem primis aggrederer nec fortune tamē successio quod meo errore vir probus seruatus sit & dignus qui amicus magis. P. R. habeatur q̄ hostis. His verbis Prosenna fidē adhibuit & ad pacem vehementer cepit spectare: pacis cōditionibus vltro Romanis oblatis nō tamen vt mihi quidem videtur metu tricentorum permotus q̄ virtute Romanorū & animi magnitudine adductus hunc virum Mutium Sceuolam nūcupatum ab omnibus Athenodotus sando in iis que ad Octauiā scripsit Cesaris sororem tradit: Opsigonum etiā esse nuncupat. At Publicola non magis grauem hostem Prosennā fore opinatus q̄ quod dignū Romanorū amicitia iudicaret nō refugit apud ipsū inter Tarquiniū & Romanos iudiciū fieri: sed spe optima fretus sepe in colloquiū hortatus est vt Tarquinium nequiciosissimū hominē & iure pulsum regno argueret. Respondente autē Tarquinio asperius nullius iudicio se minieq̄ oim Prosenne omissurū si quidē facta societate īmutari id respōsū Prosenna egre ferens: & simul filio Arunce studio Romanorū obsecrante bellū cōposuit agro a Romanis quantū Tuscis abstulerāt captiuisq̄ restitutis receptis ac transfugis. Horum gratia decē ꝑtestati totidēq̄ virgines ex patricio genere obsides dati. In quibus Valeria Publicole filia fuit. His cōditionibus composita pace: sublatoq̄ a Prosenna omni bellico apparatu per fidem virgines Romanorū lauādi gratia descendūt: qua ripa fluminis equalitate sua placidū amnem & quiete fluētem reddebat: vbi cū intuerentur custodem neminē adesse: nec aliter se nisi nauigio euadere posse: aggressi sunt natando magnos fluctus & profundos vertices superare. Quidam dicunt ex iis vnam Cocliam equo fluuiū tranasse: aliasq̄ ad id facinꝰ adhortatam esse. Cum autē ad Publicolam incolumes venissent haud admiratus ē neq̄ factum probauit sed vehemēter indoluit si deterior q̄ Prosenna in seruanda fide appareret & Romanorū fraudem virginum audatia tueretur. Quare illas cōprehendi & ad Prosennā iterum reduci iussit. Hec cum ante agi sensissent Tarquinii familiares insidias ducentibus locarunt & in ip̄o transitu eos adorti sunt cōtra stantibus autē illis & se acriter defendētibus Publicole filia Valeria per medios pugnantes effugit. Quam tres seruuli consequuti ex eo periculo seruarūt: alie permixte militibus nō sine magno periculo fuerūt. Que cum apud Aruncem Prosenne filium percrebruissent: summa celeritate eo cum auxilio decurrit: atq̄ hostibus fusis: Romanos tutatus est. Ast vbi virgines ad Prosennam perducte sunt: quenā fuge auctor & hortatrix extitisset contendit: audito autem Coclie nomine in eā mitti atq̄ alacri fronte cōuersus ē: tū iubens vnū ex regiis equis pulcherrime ornatum ad se duci eū dono virgini dedit hoc testimonio vtuntur ii qui Cocliam tantū asseuerant equo fluuium traiecisse: quod alii tamen nō probant. Sed aiunt regem virile eius facinus premio decorare voluisse. Posita est autē eius equestris statua: qua sacra statua ad Palentinū itur: quam quidem nō Coclie sed Valerie esse aiunt Deinde Prosenna redeūte grata pace in amicitiā Romanorū susceptus alio opere sui animi magnitudinē Romanis ostendit. Iussis enim Tuscis arma tantū accipere aliud preterea nihil secum exportare: castra opulenta multo & vario cōmeatu Romanis reliquit: Itaq̄ mos vsq̄ ad nostram memoriam manet: vt cū publice auctionantur. Prima queq̄ Prosenne bona per preconem denuntiāt: honoremq̄ viri celebrant: beneficii memoria sempiterna: statua etiam Prosenne iuxta curiam posita ē Post hec Sabinis discursionibus agrum vastātibus. M. Valerius Publicole frater & Postumius Tubertus cōsules creati sunt cumq̄ res maxime gererētur sententia & auctoritate Publicole duobus preliis a Marco bene pugnatū cū Sabinis est: q̄ꝝ secundo nemo Romanus cecidit tredecimq̄ milibus hostium captis triūphauit eiq̄

in honorem virtutis domus publicis impensis edificata est cumq; ceterarũ ediũ fores intro aperiendo impellerẽtur. Huius domus tãtum extra fores aperiẽdi vsus erat. Vt ex hac honoris concessione appareret quotidie domus ea publice aliquid admissura. Grecas vero domos eo pacto auctoritate comicorũ: superiori etate eiusmodi ferunt: quod intus fores suas pulsare sint soliti: vt eo sonitu ante fores stantibus aut accedentibus significẽt illas aperiri: ne illis impulsis in augustum deprehenderẽtur imprudenter: atq; incurrerẽt. In posteriori anno Publicola quarto consul designatus est expectatioq; belli erat Sabinis Latinisq; insurgẽtibus. & simul pestis quedam vrbẽ inuaserat Omnes neq; grauide mulieres perfectos pueros edebant: nec vllus partus ad finẽ exactis mẽsibus perduci poterat. Vnde Publicola cũ ex libris Sibillinis orcum placasset: renocatisq; Pithiis quibusdã certaminibus spes ciuitatis ad rem diuinã erexisset: toto animo se ad sedãdos metus qui ab hominibus impendebat se conuertit Magna enĩ belli moles magniq; motus ab hostibus parari efferebantur Erat igitur in Sabinis Appius Claudius vir quidẽ diuitiis & viribus clarus: sed probitatis existimatione & eloquẽtia regionis illius facile prĩceps: qui quidem quod ceteris magnis viris euenire est solitum: ne in inuidiã vocaretur euitare nõ potuit. Caput autem eius inuidie atq; atrocitatis erat: quod pacis auctor fuisse: remq; Romanam viribus auxisse diceretur: quo sibi aditum ad occupandũ patriam muniret. Hic cũ accepisset eam famam haud inuita multitudine efferri: vehementerq; a turbatoribus belli premeretur nec par factioni esset formidans iudicium collecta magna & clientũ & amicorum manu ad tutelam sui corporis seditionem concitauit: que res mora ac dilatio belli Sabinis fuit Hec Publicola nõ solum cognoscere studebat verum eos magis magisq; incẽdere: factiõi adiutor esse: certos viros &iam ad Claudium mittere qui hec ex se illi nuntiarẽt: Publicolam illum virum probum & iustum ducere: nec decere suos ciues & si iure possit iniuria prouocatum aliquo malo afficere. Quod si saluti sue cõsulere in animo esset Romam migrare & inimicorum se inuidia liberare: ab eo publice honore pro illius virtute & populi romani dignitate acceptum iri. Hec Claudio sepius cogitanti ex instantibus necessitatibus optimũ factu visum est. Sic hortatus amicos illis q; alios sibi adiungentibus quinq; milia domorum vna cum coniugibus ac liberis inde abducens quod genus in Sabinis minime turbulẽtum: sed mite quieteq; vite studiosum Romam traduxit quibus Publicola humanissime acceptis ad omnia iura ciuitatis & munera cõsequenda adiutorem se prõptissimũ prebuit. His omnibus eius opera ciuitas data: agerq; transanienẽ singulis duo iugera Claudio vero quinq; & viginti tradita. Idem quoq; inter patres lectus. Hoc illi reip. administrãde initium fuit in eaq; vir prudens cognitus haud multo post in principum dignitatẽ peruenit plurimũq; opibus & potentia valuit genus etiam Claudiorũ Rome nulla re deterius reliquit. Ad rem Sabinorum ita diuisam eorũ secessione non sinebat populares sediciosiq; ciues in ocio & pace quiescere: verum angebantur indies magis: si Claudius que presens obtinere nequisset ea exul & hostis transigeret nec Romani eorum que per sũmam iniuriam cõtumeliamq; pararãt supplicium luerent. Magno igitur exercitu ex Sabinis profecti iuxta Fidenas consederant & in conspectu vrbis in insidiis locarunt in locis circũclausis & concauis quiq; milia militũ qui cũ primum illuxit palam cum paucis equitibus predam acturi erant iis erat mandatũ vt impetu ad vrbem facto retrocederẽt terga dantes: quoad intra insidias Romanum adduxisset. Quibus eodem die ad Publicolam pertransfugas delatis: statim cõtra illorum fallacias suas ipse vires opposuit Copias distribuit Gener ipsius Balbus Postumius quinq; milia peditum agẽs ante lucem occupatis tumulis sub quibus subsiderant Sabini: eos presidio obtinuit. Collega autem Lucretius relictus i

vrbe eum copiarū parte leuissima & fortissima: vt a nobis equites auertentes predam adorirētur. Ipse cū reliquo exercitu inimicos vndiq; circūdedit. Ac forte in aurora abortis nebulis Postumius eos qui in insidiis erant ab ipsis tumulis infestare cocleis cepit aduersus vero equites qui perierāt Lucrecius suos emisit: Publicolas hostium castra aggressus est. Sabinorū igitur res summa clade & exitio vndiq; petebatur: qui autem cedēdo pugnabat: statim Romani obtruncauerūt cum res multo aliter ac rati fuerant cecidisset. Nam cum aliis alii saluti se futuros putarent: manendi pugnādiq; curam abiecerūt. Atq; hi quidem dū effusse e castris ad eos qui in insidiis erant illi rursus ad castra cursu ferebātur in eos ad quos confugebant inciderunt eosq; ope egētes inuenere a quibus ipsi auxilium expectabāt. Verum ne interirent omnes quibusdā fidenatum ciuitas que prope aderat saluti fuit atq; iis imprimis qui captis castris effugerant: qui vero errore alio lapsi fidenis aberrarunt interempti omnes. captiui adducti: hanc rem fauste feliciterq; gestam: & si Romani omnes magnas in deum auctorem referre sint soliti: eam solius consulis virtute gestam predicabant. Atq; etiam ex iis qui ante conseruerant manus erat audire: Publicolam claudos cecos suis ensibus hostes abiecisse vt illis pro arbitrio vterentur. At populus Ro. ex hostium spoliis & captiuis maximis opibus & copiis locupletatus est. Sic Publicola designatis post se consulibus vrbem tradens: vt statutum est hominibus: paulo post discessit e vita cum in omnibus eius vite partibus integerrime sanctissimeq; vixisset: populus vero Romanus velut si nihil in eum pro dignitate cōtulisset: dum viueret sed omnem ei gratiā deberet publicum honorem funeri decreuit: ac quartā quisq; substantiarum partē in id funus ornandū contribuit: mulieres quoq; suo priuati iuditio permote annum summo honore & desiderio virū luxerunt. Sepultus est autem & hic decernentibus ciuibus intra oppidū Velina nuncupatum: eiusq; sepulchri tota familia particeps est facta Nostra autē etate: nullius sepultura in genus descendit. Cum autē eo detulissent cadauer deposuerūt: hic incensam quidā facem accipiens: q̄ maxime alte potuit extulit: re testatus licere quidē: sed honori parcēdum. Hoc igitur pacto cadauer exportarūt. Num igitur in his viris cōparandis priuatim aliquid supest: nec ad vnguem in his q̄ memorie mādata sunt alter forte alterū est imitatus: alter est testis alterius. Intuere enī eam Solonis ad Croesum de felicitate legē magis quam Tello Publicole cōuenire. Telli enim quem ipse mortis oportunitate virtuteq; & filiorum probitate felicē dicit fuisse: neq; filii vsq; inter claros viros & poetis memorantur neq; eiusdem magistratus vllus aut imperiū gloriosum fuit. At Publicola & vnius opibus & gloria ob virtutem Romanorum princeps est habitus. Et post mortem inter clarissimas familias & genera Publicole messale ac Valerii: sexcētos iam per annos preclare originis gloria reponūtur Tellus rursus ab hostibus vt vir strenuus in acie manendo pugnādoq; mortem occubuit. Contra Publicola interēptis hostibus quod profecto felicius est q̄ mori: patriā sua virtute uictricē aspiciens cōsul atq; imperator triumpho honoribusq; auctus optabilē ac beatum Solonis opinione exitum consecutus est. Ac etiā iis que de vite tempore in mimnermo refutando tradit. Ne mihi supremo desint in funere flectus Lāgueat: & lacrimis quisq; sodalis agat. Publicolam felicem testatur: moriens enim non modo amicis & necessarius luctus & lacrimas sed & iam triste desiderium sui ciuitati reliquit. Nam eum Romane mulieres non aliter gemitu prosecute sunt. ac filiū vel fratrē vel cōmunem parentem omniū amisissent. Diuitias quidem habere inquit cupio Solon per iniuriam consequi possidereq; nolim: consequitur enim supplicium. Publicola vero non modo in parandis diuiciis ab iniuria abfuit verū etiam eas in pauperibus iuuandis subleuandisq; consumpsit. Vt si sapientissimus omniū Solon est habitus

felicissimus Publicola iure existimari possit. Que enim bona ille pro maximis opta-
ret: ea & cōsequi & conseruare vsq; ad finem Publicole cōtingit. Sic Solon Publi-
colam: Ille rursus Solonem illustrauit & exemplū bonum remp. moderāti precla-
rissimum admirandum exposuit: cum cōsulatum detracto fastu mitem & mansue-
tum constituens ab inuidia atq; offensione hominū vendicasset. Legibus autē So-
lonis permultas Publicola ad vsum suum traduxit. Nam in cōstituendis magistra-
tibus plurima sibi ex illius legibus sumpsit & crimen deprecātibus prouocationē
ad populum vt Solon ad iudices dedit. Quod senatum nō constituit vt Solon: at
Senatorum numerū auxit ac ferme duplicauit. Questorū quoq; in pecuniis cōstitu-
tio inde accersita ē. Ne pretor si vir acer & strenuus esset iis occupatiōibus a cura
rerum maiorem abduceretur nec si improbus rebus omnibus pecuniisq; premissis oc-
casionē sibi ad inferendā iniuriam oblatam esse existimaret. Quod autem ad odiū
tirannorum spectat vehemētior nempe Publicola. Siquidem deprehensor in tirā-
nide affectanda penam cōstituit. Solon autem de indamnato permisit suppliciū su-
mi. In quo vero Solon recte ac iure gloriari solitus est: tirannidē sibi omnium ciui-
um consensu & voluntate delatā respuisse. Haud est id quidem cū Publicole facto
vllo modo cōparandum qui nactus tirannicū principatum moderatiorē effecit ac
populariorē nec iis quibus iure poterat vsus est. At qui id quidem sensisse Solō vi-
detur cū dixit ita populum optime imperia principis obire si nec solutus nimis &
liber esset nec seruilē in modū depressus. Propria autē Solonis remissio eris alie-
ni fuit qua nihil ad retinēdam confirmandāq; ciuium libertatem presentius ac effi-
cacius esse potuit. Nihil enī legum equabilitas proderat: ad quā pauperes prohi-
bebat es alienum accedere: sed in quo maxime liberi esse videbantur in eo maxime
seruiebāt diuitibusq; in rebus iudicandis in gerēdis magistratibus in sentētiis di-
cendis eorum nupta ac libidine niterētur. At illud certe preclarius: quod re[illegible]ssio-
nem eris alieni seditio semper consecuta sit. Illa tantum vt oculto quodā: sed valido
veneno freto instantem seditionē sopiuit: conceptāq; in rebus labē atq; ignominiā
virtute & auctoritate viri superauit. Verum illa maxima reip. potestate permissa
facile Publicola vincitur a Solone. Parebatur enim sibi ab omnibus ipse vero pare-
bat nemini ac per se ipsum nullis adhibitis pluria & maxīa in rep. gessit. Ipso tamē
fine alter felicior ac beatior: Suam enim ipse remp. Solon sublatam & euersam vi-
uus aspexit: Publicole autem res publica vsq; ad ciuilis belli tempora [illegible]um decus
& speciē seruauit. Hic enī latis statī legibus eisq; in lignis ac litteris sine interpre-
te aut ministro derelictis: Athenis discessit. Ille manēs cū potestate ī gerēda rep.
eā firmauit & tutissimū locū constituit. Ille Pisistratū cū puidisset nō potuit ꝓhi-
bere sed ab ipsa est tirannide insurgēte victus. Hic regnū tot iā annos opib; & po-
tētia presidēs eiecit: atq; sustulit: virtute quidē Soloni & volūtate par fortūa vero
& viribus ad perficendū superior. Quod vero ad rōnē bellicā spectat nec que ad-
uersus Megarēses gesta sunt: Daimachus Plateēsis Soloni adscribit vt a nobis
superius dictū est. At Publicola & ipse manu dimicās & rū īperie pluria & maxi-
ma bella cōfecit. Quinetiā & in rebus ciuilibus ille per iocū quodā modo simulatio-
ne īsanie de Salamine sentētiā dixit. Hic aūt maximaꝝ rerū suscepto periculo nō du-
bitauit ī Tarquiniū ī surgere. Idem cū cōiurationē detexisset summēdi suppliciū &
ne euaderēt im̄pbi prohibēdi imprimis auctor extitit. Nec corpa solū tirānoꝝ de
ciuitate eiecit verūetiā spes omnis tirānidis ī posteꝝ sustulit. Sic reb; certamē at-
q; īpetū quēdā āimi & ꝯcitationē ad resistēdū flagitātib; acri ꝑsetiq; se āimo offer-
rēs haud deterior vis9 ē q̄ī iermis ī colloqo & ꝯgressu cedēdo & suadēdo qb; reb;

Prosennam virum metuendū & inuictum placatū reddidit: atq; amicum. At enī
dixerit fortasse aliquis a Solone salaminē Atheniensibus amissam restitutam esse.
At Publicolam Romanos parto iam ante agro cedere coegisse. Verum decet sem-
per presentium temporū rationem habere. Qui enī remp. gerit dubius quo pacto
cuncta transigi queant sepe parte remissa vniuersa cōseruauit paruaq; iactura fa-
cta maiora cōsequutus est. Quod Publicole tunc vsu venit. Cum enī cessisset alieō
agro: salutem & incolumitatē peperit ciuitati & quibus magnum fuerat vebē re-
tinere: in eorom potestatem sua opera obsidentium castra venerunt permissoq; ho-
stis iuditio: victor ea quoq; victorie addidit: quibꝰ amissis optabilis fuisset victoriā
Nam existimatiōe virtutis & probitatis quam sibi preter ceteros in ɔsulatu para
rat presens bellum deleuit & belli aparatum Romanis submisit

Epistola Donati Acciaioli Oratoris eximii In vitam atq; gesta Alcibiadis Incipit

PIENTEM VIRVM architam tarentinum dice
solitum scripsit Cicero nullum capitaliorem pestem
minibus datam voluptate atq; libidine. Nos vero &
nc sententiā preclaram esse assentimus & illud quoq;
diungendū putamus Nullum cōtra manus humane so
etate bonū nec salutarius posse cōferei eruditiōe atq;
doctrina: qua discunt homines domitas habere libidi-
nes cohercere in modicas cupiditates pietatē colere fi
dem seruare iusticiam officiūq; tueri. Itaq; deinde fit vt hee res publice omniū alia
rum beatissime iudicētur: quas bene instituti homines moderātur & regunt. Nā
tamdiu videntur in quiete & trāquillitate ciuitates consistere: q̄diu earū guberna-
tores rectam viuendi disciplinam sequūtur: At vero q̄ primū ab ea decisunt: sic
agitari seditiōibus solent vt bella ciuilia cedes incendia sepe etiā rerum publicarū i
teritus cōsequantur. veluti multarū ciuitatum exemplis possumus iudicare. In qui
bus excellenti etiā ingenio viri Cum omissis rectissimis atq; honestissimis studiis
rationis & officii magis cupiditatibus suis q̄ cōmodis patrie cōsulendum putarēt
funditus alii res suas pu. euerterūt. Alii ipsi occiderunt. Ex hoc genere fuisse ar-
bitror Cesares. Marios. Catelinas. Et in grecia Leonciadem Thebanū Pausaniā
Lacedemoniū & hunc quem in manibus habemus Alcibiadem Atheniensem Nam
inter multos preclaros viros: qui Athenis & fama & rerū gestarum gloria floru-
ere neminem tempestate Alcibiadis fuisse arbitror: quem ego cum eo aut consilio
aut eloquentia aut rei militaris peritia aut vlla ingenii laude comparandū putem
hec enim omnia aliaq; permulta sic abunde in eo homine viguerūt vt natura egre-
gium virum & muneribus multis ornatum ea de causa finxisse videretur: vt esset
qui florentissimā remp. sua virtute prudentiaq; seruaret nō vt ei sicuti postea acci
dit Calamitati atq; exitio esset: q̄ si ille Socraticam disciplinā: qua apprime fuerat
imbutus sequi assidue voluisset melius profecto ac sanctius sibi sueq; reip. foret cō
sultum. Verum acre adolescentis ingenium postea q̄ cepi immodicis cupiditatibꝰ
agitari: Nunq̄ quieuit donec ad funestum ac perniciosum bellum ciuitatem ar-
mauit hinc tantarum calamitatum initium sumptum vt nihil sequutum sit postea
ciuitati mali quod non ex eo fonte emanasse videretur. Nam cum ille per inuidiā
pulsus Athenis nō solum externa bella in patriam cōmonuisset sed etiam ciuiles di
scordias excitasset in vrbe: nō prius statutus est cōtētiōibus modus q̄ florētissima

ciuitas que olim a Persarum seruitute greciam liberauerat: Ipsa libertate amissa
imperio alieno succumberet. Hec cum ita sint quicu͂q3 hanc historiam legerint alie
nis malis admoniti meminisse debent sic instituere liberos suos vt post habita vo-
luptate atq3 libidine nihil in vita expetendum putent nisi quod sit cu͂ virtute & ho
nestate co͂iunctum Tu vero clarissime Petre Qui hec omnia nosti cum multa pre
clara officia in patriam tuam co͂tuleris tum hoc precipue detulisse videris: q̄ bo-
norum artium disciplinas que post no͂nullorum doctissimorum hominu͂ i͂teritum
in hac ciuitate conseruisse videbantur tua diligentia excitasti: operamq3 dedisti vt
Argiropilus Bicantius vir prestans ingenio ac disciplina i͂ hanc vrbem veniret . a
quo ciuis tui antiquorum more non solum grecis litteris erudiri Sed etiam iis ar-
tibus institui possent : que ad bene beateq3 viuendu͂ pertinere videntur . Quare om
niu͂ q̄ hec studia profite͂tur lucubratio͂es vigilie atq3 tibi veluti parenti optimo iu
re debentur. Ego vero non solum pro hoc co͂muni litterarum officio Sed etia͂ pro
mea perpetua cupiditate & colende & ornande dignitatis tue omnes exercitatio-
nes ingenii mei ad te deferre potissimum debeo: Vt igitur antea Demetrii vitam
ita nunc Alcibiadem athenie͂sem tuo nomine latinum feci . Quem ad te mitto vt
virum cognoscas presta͂ti ingenio atq3 natura. Tum multis egregiis factus & mi-
litarii gloria illustrem dignumq3 vt intersit grauissimis sermonibus tuis quos tu
de his viris habere soles. qui magnitudine rerum gestarum. Tum nostris tum etia͂
priscis temporibus claruere

Plutarchi Historiographi greci De Vita atq3 gestis Alcibiadis Historia per Do-
natum Acciaiolum in Latinum linguaiam traducta Incipit feliciter

A LCIBIADIS GENVS si maiorum suorum memo-
ria repetatur paternum quidem ab Aiace Maternum
vero ab Almeo͂ide quem ex Dinomacha genitum aiu͂t
originem traxisse videtur. Ferunt ante͂ patrem ipsius
Cliniam trireme suis sumptibus stipendiisq3 parata cu͂
aliquando athenienses prope Arthemisium cu͂ hostib9
decertassent: ingentem ex eo prelio gloriam reportas-
se. Deinde in ea pugna que apud Coroniam cu͂ Boeciis
co͂missa est: dum strenui militis & optimi imperatoris operam nauaret dignam
virtute sua morte͂ oppetiisse: atq3 post eius interitum Pericle͂ & Ariphrone͂ Alci
biadis tutores fuisse relictos. viros ea tempestate preclaros & magna cu͂ Clinia p̱
pinquitate co͂iunctos. Tradunt insuper: quod mea sententia verissimu͂ est: amici-
tiam Socratis ad claritate͂ & gloriam conseque͂dam non mediocrem occasio͂e͂ Al-
cibiadi prebuisse. Nam Demosthenis mater tum Lamchi Theramenis aliorumq3
multoru͂ qui ea tempestate honoribus & rerum gestarum gloria floruerunt neq3
cognita nobis est: neq3 cuiusq3 litteris celebrata: Alcibiadis vero nutrice͂ quoq3 ge-
nere Lacenam nominis Amiclam: & copiru͂ pedagogu͂ fuisse accepimus quia eo-
rum nomina grauissimi auctores Antisthenes atq3 Plato litteraru͂ memoria prodi
deru͂t. Verum de pulchritudine Alcibiadis qua͂ta aut qualis a probatissimis scrip
toribus qui ei equales fuerunt predice͂tur: nemo vt ego arbitror mediocriter do-
ctus ignorat itaq3 aliis omissis illud tantum dicere ausim sua tempestate omnibus
athenie͂sibus & dignitate oris & totius corporis forma vnum Alcibiadem presti
tisse: ac q̄q̄ illa͂ Euripides sente͂tiam non satis probanda͂ putem qua asserit adulta͂

hominis etatem omniũ pulchrorum esse pulcherrimũ Hoc tamen Alcibiadi preci-
pue est largita natura: sibiq; cũ paucis fuit cõmune: quod nõ modo in puericia aut
adolescentia Sed etiã in omni etatis gradu maximũ semp decorem ac formosam
hominis speciẽ prestulit. addit preterea quandam ei in dicendo adfuisse balbutiem
que voci illius splendorem & sermoni gratiam afferre videbatur. aristophanes au-
tem in his in quibus mordet Theorum sic Alcibiadem balbuciẽtem inducit Cel-
nis Theolum caput adulatoris haberem & Archippus filium Alcibiadis mordens
ambulans ĩquit dispari gradu suisq; deliciis effecit: vt vestem trahẽdo & blandas
emittendo voces quam maxime patri similis esset videatur: naturã vero Alcibiadis
ferocem ac audacem fuisse. Tum maximis cupiditatibus affectibusq; subiectã ex
varietate & dissimilitudine rerũ quas postea gessit facile ĩtelligi licet Vir enĩ quie-
ti ocioq; infestus cõtentionisq; supra modum amator nihil sibi in vita expetendum
aut magnopere laborandum putabat: nisi vt dominatu famaq; & rerum gestarum
gloria ceteris mortalibus antecelleret. Quod sane ei a primis incunabilis vt ex cõ-
mentariolis sue puerilis institutionis percepi potest: insitum fuisse videtur Etenĩ
eum aliquando in palestro cũ puero quodam luctaretur: iamq; aduersarius eum ad
terram deprimeret: volens Alcibiades quocũq; pacto hanc ignomiã euitare manũ
illius cepit dentibusq; admouit. Dimittente autem puero Alcibiadem atq; clamã-
te tanquam mulieres eum mordere. an inquit ille mulierum & nõ leonum potius
morsus Alcibiadis sunt Preterea cũ aliquãdo more puerorũ Astragalis cum suis
equalibus luderet. seq; ad iactum pararet q̃ sors ad eum iacendi peruenerat: forte
currus per eam viam vbi illi ludebãt onustus agebatur. Conuersus ad aurigã Al-
cibiades primũ rogare cepit vt quousq; ipse lusisset currum cohiberet. Deinde cũ
homo agrestis puerũ aspernaretur: currumq; permitteret ob rusticitatem suo mo-
re labi cedentibus aliis pueris solus Alcibiades hac vt sibi videbatur iniuria lacessi-
tus sese ante currũ extensum supinumq; proiecit aurigam iubens eo pacto si vellet
vlterius pertrãsire ac ille pueri audatia multorũq; clamore conterritus: qui tollere
Alcibiadem properabãt currum extemplo cohibuit iumentaq; retraxit Verũ post
hec Alcibiades tum emissis puerilibus ludis ad liberales disciplinas animũ cõuer-
tisset. nihil sibi erat potius q̃ vt magistrorum preceptis monitisq; pareret eorũ do-
ctrina imbueretur: ac in ea omnia diligẽter incumbere q̃ videbantur ad assequen-
dam eruditionem & extollendum ingenium pertinere: artem modulandi tantum
illiberalem & ingenio adolescẽte indignam fugiebat magisq; tibiarum cantũ quẽ
alium sonum aspernari videbatur. Liram enim neq; sermonẽ eius auferre dicebat:
cui illa vteretur. neq; vultum deturpare Tibias vero & sodaliũ colloquia tollere
& tãtam homini deformitatẽ afferre vt tibicem quandocunq; os canendo buccasq;
inflaret vix ab his etiam dignosceretur qui intima ei essent familiaritate cõiuncti:
filii igitur Tebanorum cum disputare nesciant egregie inquit Tibia canant. No-
bis autẽ vt patres nostri dicere solent Palladem que fistulam fregit & Apollinem
qui & modulatorem fistule suffocauit adesse sine inuidia sinant: hos Alcibiadis
sermones nunc ioco: nunc serio habitos vbi inter omnes adolescẽtes fama vulgauit
cunctis eius sentẽtiam vt generosam & egregiam cõprobantibus tante turpitudi-
ni tibicines haberi sunt cepti vt q̃ primũ ex omni ingeniorum cetu cõmuni consen-
su fuse ac fugate tibie sint. Repertũ est aũt in accusatiõibꝰ Antiphõtis Alcibiadẽ
aliquando cum esset adolescens: clam domo egressum se ad amatorem Democratẽ
cõtulisse: confestimq; Ariphronem voluisse eum quia non reperiretur publico pre-
conio indagare prohibuisse Periclem. Si enim inquit o Ariphron ignorãtibus no-
bis Alcibiades mortem oppecit: vna saltem die eius interitum diuulgari oportet
Sin vero saluus atq; incolumis est. Cur adolescentis vitam infami preconio notãdã

censes addit etiam ipse Antiphon in palestra Siurtii ab alcibiade quēdam amato
rem qui eum persequebatur fustibus cesum interemptūq̄ fuisse. Verum hic cum
ab inimicissimo homini qui potius infame alcibiadis q̄ veritatē historie perquire
bat mandata memorie sint neq̄ persuaderi nobis neq̄ credi facile possunt: iā vero
cum plerīq̄ homines quorū opes & diuicie ea tempestate īsignes erant alcibiades
amore turpiter deperirēt. Socrates philosophus vir doctus imprimis huius ado-
lescentis misericordia motus statuit egregiā illius indolem que tanq̄ preclara ar
bos amplissimos fructus paritura videbatur Quantū in se esset a malis moribus a
uocare: & ad optimā disciplinam rectamq̄ viuendi rationem traducere. Atq̄ eo
magis id sibi faciēdum putauit: quod alcibiadem nō alienū ab hac sententia vt su
spicabatur inuenit : Nam & si opulētia voluntates multorū adulationes & alia ma
la pene inuicta alcibiadi aduersarētur. ingenium tamen adolescentis quod in eo ve
hementer vigebat breui singularem modestiam Socratis virtutemq̄ cognouit Ita
q̄ discendi studio & sapiētie amore pellectus extemplo cunctis amatoribus adula
toribusq̄ repulsis ad Socraticam disciplinā animum vertit atq̄ omnibus post ha-
bitis rebus cepit illius familiaritatē mire sermonibus interesse neq̄ latere sapien-
tissimi viri vnq̄ discederet: cernebat enī Socratem non gratiam puerorum vt alii
amatores aut illecebres blāde voluptatis cōsectari. sed modestiam & virtutē que
rere atq̄ in eo precipue laborare vt ii qui erudiri aut vellent aut possent omni cor
ruptela insolētiaq̄ depulsa bonis moribus imbuerentur. Demissa est igitur super-
bia Galli vt ille poeta inquit & ale adterrā depresse alcibiades enī putās Socratis
disciplinam quasi munus esse deorū ad instruendos erudiendosq̄ iuuenes missum
se ipsum despiciebat illum admirabatur: virtutem amabat vel imaginē potius vt i
quit Plato gerebat amoris: Verum plerīq̄ atheniēsium illud admirari precipue
videbantur: quod cum alcibiades nunc cum Socrate simul cenaret nunc ī palestra
luctaretur nunc in eodē tentorio moraretur reliquos amatores qui quotidie eius
vestigia sequebantur negligeret atq̄ cōtemneret & erga nōnullos supra modū in-
solentia vteretur: veluti aduersus Anitum euenisse aiunt iis quibusdam hospitibus
ad cenam inuitatis alcibiadem quoq̄ cuius amore non mediocriter deperibat pre
cibus multis rogauit vt interesse huic cōuiuio vellet. Aspernatus hominē alcibia-
des domū discessit ibiq̄ ebrius factus post cenam cū ad anitū reuertisset per aule
hostium: in eo enim constiterat: Abarus conspicatus poculis aureis argenteisq̄ re-
fertus capta oportunitate seruos celeriter iussit vt eorum dimidiā partem subri-
perent domūq̄ perferrent quo facto alcibiades cōuestim eos subsecutus fugā ar-
ripuit. accusantibus vero cunctis qui in conuiuio aderant impudentiā ac insolen-
tiam alcibiadis solus Anitus non modo nō impudētem inquit sed humanū etiā at-
q̄ liberalem alcibiadem esse asseuero: qui cū sibi liceret omnem hanc suppellectilē
suo arbitratu capere dimidiā nobis partem reliquit. Sic se grauem alcibiades om-
nibus amatoribus difficilēq̄ prebebat. Preterq̄ cuidam aduene & inquilinio homi
ni. qui vt gratiā alcibiadis beniuolentiāq̄ iniret: omne suum patrimoniū vendidit
centum ex eo collectas stateras ad alcibiadem detulit multis precibus rogans vt
acciperet Ridens alcibiades ne amatoris munificentiā aspernari videretur accepta
pecunia cum hunc hominē domū perduxisset post cenam aurum sibi restituit Ius
sitq̄ vt sequenti die in forum accedens publicanorū precium qui vectigalia ciuita-
tis emptum a presidibus erant in auctione suo pretio superaret: renuentem homi
nem ac tergiuersantē ob magnitudinem rei que vires suas longe videbatur exce-
dere alcibiades nunc minis nunc adhortationibus compulit vt huic sue cupiditati
obsequeretur. Nam cum publicanis iam diu alcibiadi priuatim simultates interce
debant Aduena igitur summo mane in forum profectus publicanorū precio vnum

adiecit talentum hanc peregrini hominis audaciam veluti nouam & inopinaram
admirantes publicani grauiterq; ferentes clamitare ceperunt vt Vaderus aduena
iste preberet quasi eum inuenire non posse arbitrarentur. Horum clamore aduena
qui suas vires non ignorabat supra modum absterritus fugam iam videbatur Cũ
alcibiades ad magistratum cõuersus. Meus inquit est amicus me si vobis libet p
familiari meo vadẽ accipite. Publicani qui nouis emptionibus soliti erant veteres
semper dissoluere alcibiadis fallatia cognita que in sũmum discrimen fidem fortu
nasq; eorum conciebat nõ mediocriter animo deserere. Nullum igitur remedium
nisi hunc hominem de medio sũmouerent suis rebus esse cernentes eũ orare horta
riq; ceperunt vt pecunia accepta illinc abirent. Prohibẽte vero alcibiade minus q̃
talẽtũ accipere nõ prius discessit q̃ publicans vt alcibiades voluit ĩtegrũ talẽtũ de
derunt Atq; eo pacto alcibiades sine vllo suo incõmodo peregrino & familiari ho
mini profuit. Verũ ea tempestate Socrates in erudiẽdo alcibiade studiũ adhibẽs
& diligentiam multis etiã nobilibus aduersantibus viris adolescentẽ sic ad mode
stiam & temperãtiam cõcitabat: sic ab omni turpitudine deterrebat: vt ille plerũ
q; multis cum lacrimis se salutemq; suamq; Socrati cõmendaret: nihilq; in vita
expetendum arbitraretur: nisi quod esset cũ virtute & honestate cõiunctũ. Inter
dum vero & si erga Socratem solum reuerẽtiam quãdam seruare videretur tamẽ
superantibus cupiditatibus rationem contineri nõ poterat quin a sapientissimo di
grediens viro ad varias illecebras & omnis generis voluptates dilaberetur. Vnde
illud Cleantis memorie proditũ aiunt: alcibiadem inquit ex auribus tantũ a So
crate ab aliis vero amatoribus ex multis corporis locis que honeste nominari pos
sunt solitum esse deprehendi. Erat enim ei ingenium vt Tucidides indicare vide
tur ad incõtinentiam & luxuriã atq; ea omnia que voluptatem pariunt vehemen
ter procliue. Sed inter multos alcibiadis amatores reperiebãtur nõnulli qui vanis
adulationibus ante tempus aures adolescentis implentes asserebant ipsum esse vi
rum ad omnia sũma natũ: neminẽq; atheniensium aut animi magnitudine aut elo
quentia aut ingenio cũ alcibiade conferẽdum. Itaq; si ad rẽp. gerendam accessisset
non modo alios oratores & duces sed ipsum etiã illum de quo tanta fama apud om
nes gentes haberetur gloria atq; potentia superaturum esse Periclem verũ vt fer
rum antea mollitum igne densari deinde frigere solet sic ĩgenium alcibiadis variis
blandimentis in voluptates diliciasq; prolapsum cohiberi sapientia Socratis & ad
frugalitatem reuocari videbatur. Nam & hortari adulescentem & monere etiam
liberius accusare non desistebat multis verbis ostendens nullam in eo prudentiam
nullam modestiam nullum deniq; vestigium esse virtutis Itaq; eum qui omnem sue
vite cursum in mollicie corporis atq; ĩ animi libidine collocaret non esse hominem
sed monstrum potius & immane quoddam animal appellandum His vtebatur So
crates ad immoderatam adolescentis audaciam ac insolentiam comprimendã: que
ea etate quanta in alcibiade esset ex his que superius exposita sunt & aliis que ad
duci in medium possunt facile intelligi licet. Ferunt enim hunc adolescentem cũ
statuisset grãmatice operam dare nactum esse magistrum quendam non satis eru
ditum ab hoc primum Homeri poemata petens cum ille negasset se Homeri quic
q̃ habere non tulit ignorantiam hominis alcibiadis: Sed pugno eum percuciens
fugam arripuit. Ad alterum deinde profectus: Cum ille Homeri librum habere a
sẽ emendatum dixisset. & tu inquit grãmaticam doces: cum sis aptus ad poetam
tam egregium corrigendum. Tradunt insuper alcibiadem aliquãdo cum Periclẽ
alloqui vellet domum illius profectum anteq̃ aulã ingrederetur respõsum tulisse
eum esse magnopere occupatum Secum enim agitare quonam pacto rationẽ athe
niensibus redderet. Discedens alcibiades num ĩquit satius esset Periclẽ cogitare

atq; perquirere quomodo rationes non reddat. Post hec alcibiades ad bellicas lau-
des animum vertens vna cum Socrate in q̄ maximā semper spem sue vite colloca-
ret ad Potideam vrbem in exercitum atheniensium venit: pauloq; deinde acerri-
ma conserta pugna & si ambo egregie feliciterq; certassent tamen parū abfuit quī
alcibiades extremam sue vite perniciem eo die inuenerit. Vulneratus enim in pre
lio se vlterius tutari non poterat. Cum Socrates extemplo accurrens hostes summo-
uit alcibiademq; seruauit. Quapropter duces exercitus premiū Socrati iusta rati
one debeāt sed cū glorie & dignitati alcibiadis plurimū fauere videretur cupiens
Socrates potius honestam illius ambicionē in rebus generosis atq; preclaris auge
ri q̄ sibi honorē tribui ante omnes egregium testimoniū de alcibiadis fortitudine
tulit: atq; eos duces multis est verbis hortatus vt corona eū integrisq; armis dona
rent. Nec multo tempore postea cū athenienses in ea pugna que apud Delium com
missa est re male gesta citato gradu arripuissent fugam Socratē in magno pericu
lo constitutū quod a tergo multa edita cede urgebant hostes alcibiades solus pro-
texit Sed ante hoc tempus nōnulla sunt ab alcibiade perpetrata. Que ad hāc histo
riam nostrā pertinere videntur. Hipponicum enī Callie patrē: cuius magna Athe-
nis ob diuitias & nobilitatē generis auctoritas atq; potētia erat alcibiades nō odio
non iniuria aut iusta vlla causa lacessitus sed cōcordia quadam cū sodalibus obscu-
rilitatem mitā pugno percussit: quod vbi editum in populū est & multorum ser-
mōibus diuulgatū. grauiter ferētibus cūctis clarissimi ac prestātissimi ciuis iniu-
riam: alcibiades pauore cōfectus postridie sūmo mane domū Hipponici proficisci
tur. hostiūq; ingressus vbi in cōspectum illius venit: deposita raptim veste corpus
nudum verberandū homini obtulit multis precibus rogans vt debitis verberibus
cederet. Hic autē iniurie cōfestim oblitus non modo veniā alcibiadi prebuit: sed vt
pleriq; etiā asserunt in vxorem illi Hipparetā filiam dedit. Quanq; nōnulli Hippa
retam non Hipponici sed Callie filiā fuisse tradunt: addūtq; eam alcibiadi cū decē
talentis in coniugium esse locatam. Ipsumq; deinde cum Hippareta liberos pe-
perisset alio decem quasi hec antea pepigissent a Callia patre extorsisse talenta Cal
liam vero post hec ad alias huiusmodi fallacias euitādas patrimonii fortunarumq;
suarum: si forte sibi sine prole mori contingeret: populum Atheniensem instituisse
heredem. Verum cum Hippareta que & virtutibus & bonis moribus fuerat a pri
mis incunabulis instituta multas cōtumelias quotidie ab alcibiade pateretur Erat
enim ille Socratis tū peregrinis tum vrbanis palam manifesteq; deditus: non po-
tuit egregia mulier hanc viuendi rationem a sua natura alienā vlterius tollerare.
Itaq; alcibiadis domo excedens ad fratrem quem vnicū suis rebus putabat esse re
fugium primū se contulit. Deinde cū alcibiades hūc suum discessum & omnia alia
que ad illā pertinebant aspernari videretur: atq; ideo eam rogaret vt ipsa met quē-
admodū leges iubebant apud magistratum repudii libellum deponeret mulier dis
soluendi coniugii cupida sine vlla mora ad presides proficiscitur vixq; ad eum locū
vbi magistratus cogebatur peruenerat cū superueniēs Alcibiades spectātibus cun
ctis coniugē rapuit eamq; nemine repugnāte medio foro domū pduxit Hec deīde
mulier vsq; ad extremū vite diē cū alcibiade viro permāsit. Defuncta est autē sub
idē prope tēpus quo alcibiades cū sua classe ephesū nauigauit. Verū ea alcibiadis
violētia qua in cōiuge rapiēda vsus fuisse videt: neq; iniusta a populo atheniēsi habi
ta est neq; ab hūanitate aliēa. Tradūt enī hūc magistratū ea ratiōe institutū fuisse
athenis vt essent q cōtentiōibus discordiisq; sublatis vxorē viro publica auctoritate
adhibita virūq; vxori cōciliari niterētur: Illud vero ab his q̄ sunt a nobis superius
enarrata nō admodū alienū fuisse videt Dicūt enī alcibiadē inusitata magnitudine

canem quem minus septuagītā emerat abscisa cauda per vrbem dimisisse. Hoc cū multis stultum atq̃ ineptum visum negocium esset: monentibus eū amicis ac sermones qui de eo circūferebantur enarrantibus ridens alcibiades: sic iquit. Res vt ego intenderam ex voto successit: hanc enim atheniensibus prebere volui loquendi materiam vt eos a peioribus que de me dicere audireq̃ soliti sunt nouis his rebꝰ auerterem. Primum vero aditum ad remp. gubernandam vt alia omittamus ex nūmorum largitione non consilio aut arte sed forte casuq̃ facta assecutum alcibiadē aiunt. Volunt enim hunc transeuntem prope lacum quendam vbi ingens atheniēsium multitudo magno cum strepitu clamitabat cū precepisset quasdam ibi erogatas esse pecunias indeq̃ huius tumultus causam prouenire eo celeriter esse profectum atq̃ nūmos magna cum libertate populo atheniensi fuisse largitum. Exceptum deinde plausu populari Coturnicem quam habebat sub pallio inconsiderate ob immoderatā leticiam dimisisse. Ad cuius volatum cuncti qui ibi aderāt magis q̃ antea cōclamantibus mentibusq̃ certatum auiculam gratia alcibiadis capere. Tandem ab Antiocho captam dicunt ac alcibiadi restitutam sūmamq̃ inde familiaritatem inter eos fuisse exortam. Ceterum cum opulētia genus amicorum copia aliaq̃ permulta que sine vllo labore fautores ei q̃ plurimos comparabāt ad dignitatem in rep. acquirendam alcibiadi vehementer cōferrent tamen nihil erat quo ipse mallet apud po. Atheniensem q̃ eloquentia & dicendi ratione valere nec videbatur hec in eo vna esse cupiditas. Quanta enim dicendi vis in alcibiade fuerit & comici ipsi testantur & Demosthenes ac Theofrastus locupletissimi sunt auctores quorum alter in ea ratione: quam contra Midiam habuit vehemētissimū oratorem alcibiadem vocat. Alter vero cum in multis aliis tū inueniēdi facultate eū magnopere extollit tantūq̃ ei tribuit in hoc genere laudis vt cunctis atheniensibus ante ponendū censeat. Erat autem alcibiades optimus non modo rerū inuentor que cause sue cōferrēt: sed eorū etiam verborum fabricator atq̃ magister que cum ipsis sentētiis conuenirent & ad persuadendū accomodata viderentur. Interdum vero nō succedente verborum copia vt res exigere videbātur resūere ea que antea dixerat consueuit vt sine vlla intermissione integra oratio sequeretur. Sed inter alia que de alcibiade referuntur & illud quoq̃ cōpertum habemus eū in alēdis equis quibus postea in Olimpia vteretur tantum curam operamq̃ posuisse vt temporibus suis vel regum vel priuatorū fuerit nemo qui maxima illa quinquennali celebritate ludorū ad Olimpium septem vt alcibiades quadrigas perduxerit. Tucitides vero qui & atheniensis fuit & rerū gestarū scriptor egregius secundū & quartum in certaminibus illis victorem fuisse alcibiadem refert. Erupides quoq̃ carminibus suis eū extollens hec de illius victoria protulit. Formosa proles Cliniē te nunc canam quam illo superbam premiis vidit die Graiorum Olimpia chorus cum viceras & mox pararas tres quadrigarū tibi victorias labentium cursu rotis. Iam voce preco tunc ad astra te tulit. Bis cinctū oliue fronde pellentis caput O gloriam tantam efferrentem: quod tibi profecto soli nemini certantium eueniret graiorum Olimpia rotis. Huic victorie alcibiadis magnum decus attulisse videntur honores sibi ab Atheniensiū hostibus magnifice liberaliterq̃ tributi. Ephesii enim tentorium ad eum suscipiendum Chii victimas sacrificiis ac pabulū equis Lesbii vinum & ea omnia que ad celebrandum cōuiuium pertinebant grato animo obtulerunt. Verum paulo postea hanc gloriam ex victoria Olimpica partam labefactauit aliquantulum calumnia quedam ī infamiam alcibiadis liuore & maliuolentia diuulgata. Ferunt enim ea tempestate fuisse athenis Diomedem quendā alcibiadi familiarem qui cupidus Olimpice victorie consequende eum rogauit: vt publicum currum quē agris esse perceperat sui causa emeret. Sciebāt eū alcibiadē

factione gratiaq; apud argiuos vehementer pollere His auditis alcibiadē aiunt cur
rum ab argiuis emptum sibi postea adiudicasse nulla Diomadis ratiōe habita. Sed
eo neglecto atq; repulso querēte clamāteq; hoc improbi hominis dolum nō familia
ris viri officium esse. Dicunt preterea vt ex oratione Isocrates pro alcibaide scrip
ta inteligi licet. de hac re quoddam fuisse iudiciū cōstitutum: in quo Tisias nō vt
pleriq; putant: Diomedes aduersarius extitit. Postea vero quam alcibiades exacta
iam prope adolescētia se ad gubernādā remp. contulit Extemplo cursum aliorum
oratorum ac ducum qui sūmum in ciuitate gradum occupare properabāt sic inge
nio audatiaq; sua repressit: vt nemo ea tēpestate athenis esset quē illi eque ac alci
biadeē formidarēt Ausus est enim nunc aduersus Pheacum Erasistrati filiū nunc
contra Niciam virū opulentum & preclarum in milicia ducem acerrimas conten
tiones certaminaq; suscipere. Erat autē Nicias maior natu q̄ alcibiades. Pheacus
vero prope equalis ac tum primū vt ille dignitatis fundamēta iacere videbatur: ei
q; nobilitas generis aliaq; permulta vt alcibiadi adiumento & presidio erant. In co
ronis autē ciuium & familiari quotidianoq; sermone elegans ad modū Pheacus ha
bebantur & perpollitus: In dicendo vero Orator parū vehemens. Vnde Eupolis
optimum in loquendo debilem in dicendo Pheacum ipsum appellat. Fuerunt aūt
nōnullo qui cum multa de alcibiade & Pheaco scripta reliquissent. Illud quoq; me
morie prodiderunt alcibiadem aliquādo vasa aurea atq; argentea que athenienses
in pompis supplicacionibusq; ferebant retinuisse quedam his que deinde in quoti
dianis cōuiuiis sic vti solutum esse ac si propria suppellecti vteretur. Erat autē ea
tempestate Hiperbolus cuius vt improbi & flagitiosi hominis Thucitides memi
nit. Is cum studiose colligeret ea que in alterius infamiam dicerētur Comicis qui
audacissime temporibus illis mores hominū increpabant magnam subministrabat
vituperandi materiam. In eo preterea gloriari plurimum videbatur quod gloriam
negligeret atq; contemneret quam quidem rem nonnulli audaciam & fortitudinē
ego vero impudentiam & secordiam appellandam cēseo. Hoc igitur ministro po
pulo athenīēsis sepenumero vtebatur ad eos diuulgādos sermoens qui principum
reip. & potentissimorum ciuium crimina vituperationes ac infamiam cōtinerent.
Eo igitur tempore Hiperbolum a multitudīe persuasum rursum principum reip.
Ostracum parare fama vulgauerat Illud vero est exilii genus quo po. athenienses
potentes ac prestantes gloria viros de ciuitate expellere consueuit In iudie magis
solacium q̄ timori remedium querēs alcibiadem he insidie quas vni illorum trium
machinabatur Hiperpolus minime latuerūt Itaq; periculo cognito Niciam uel ut
nonnulli alii uolunt Pheacum allocutus omni simultate post posita in eius amici
am rediit Illiusq; potencia suis iuribus addita tantum valuit ut Ostraci nota ī au
torem conuersa Hiperbolum athenis expulerit nihilominus eo tempore quam tale
exilium formidātem. Nemo etiā sordidus neq; ignobilis aut insigni īfamia vir vt
Plato comicus inquit cum Hiperboli meminisset cōsueuit huiuscemodi penam sub
ire. Digna est igitur ille suis moribus: indigna vero ignobilitate sua & seruili con
ditione perpessus. Cum Ostraca nobilissimorū ciuium non sordidorum hominum
causa instituta videantur. Sed hec in aliis locis sunt a nobis latius pertractata alci
biadem vero ea tempestate glorie Nicie ac potentie inuidentem: quā cernabat non
sine magna hostium admiratione & suorum ciuium beniuolentia supra modum au
geri die noctuq; assidue augebant cure atq; animū ambitione ardentem variis sem
per consiliis incitabant. Ad ea omnia machinādi quibus & auctoritatē auferre Ni
cie & dignitatē suam amplificare posset. Contraxerat autem sūmam cum Lacede
moniis familiaritatē quia de sparciatis quos athenienses in insula ceperāt pilo be
ne ac preclare pauloante meruerat. Verum cum postea auctore Nicia pax data

Alcibiades

Lacedemoniis esse: & captiui libertate restituti obscurato quodãmodo alcibiadis
nomine magnam est Nicis apud Lacedemonos auctoritatẽ omnesq; grecos beniuo
lentia cõsecutus itaq; crebri afferebãtur sermones quibus Periclem excitasse Ni
ciam subtulisse bellũ dicebant addirebatq; esse in grecia permultos qui hoc fedus
inter athenienses Lacedemoniosq; initũ Niciam pacem vocitarent. Hec igitur al-
cibiadem emulatione & glorie cupiditate inrensum adeo vehementer vrebant vt
nihil aliud agitare moliriq; videretur: q̃ vt hãc pacem que tantã famam Nicie pe-
perat perturbaret & Nitiam ipsum a Lacedemoniorũ gratia beniuolẽtiaq; auerte
ret. Ad hoc autẽ agendum argiuorum res & animi a Lacedemoniis alienati occasi
onem ei & quasi ansas prebebãt. Percipiens enĩ argiuos non satis Lacedemoniorũ
fidei credere atq; ideo alias spectare resp. quas arbitrarẽtur sine vlla exceptione
suis rebus presidio fore: Occulte principes argiuorũ hortari cepit vt relictis lace-
demoniis ad atheniẽses se vertant sibiq; persuadeant athenienses quos iam pacis cũ
lacedemoniis facte peniteret: illis post habitis nõ modo argiuos in amicitiã s. d m
societatem etiã si velint recepturos: & forte Lacedemonii per id tempus icto cum
Boetus federe & Panacto: quẽ antea locũ integrum florentẽq; acceperant: deleto
pene ac deserto atheniensibus restituto: sic eorum animos irritauerãt vt iam in
uisum Lacedemoniorũ nomen suspectumq; athenis esset. Alcibiades hanc nouan
darum rerum occasionẽ nactus quotidie alia atq; alia discordiarũ semina per ciuita
tem serebat Niciam iã aperte palamq; accusans quod hostium partem quam dele-
re sine vllo discrimine potuerat sponte sua intactam dimisisset. patrẽ vero captam
iu po. Atheniensis manibus constitutã non reip. causa sed vt Lacedemoniorũ beni
uolentiã iniret: reddendam liberaliter censuisset. Addiciabat preterea in dicendis
cõditionibus pacis Lacedemoniorum gratia dignitatis atheniensiũ adeo oblitum
fuisse Niciam vt non modo equo sed etiã libenti animo passes sit Lacedemonios in-
sciis atheniensibus cum Boetiis vel Corinthiis societatẽ posse contrahere. Atheni-
enses inuitis Laredemoniis non posse. Dum hec Alcibiades apud po. ira ac indig
natione accensum cõtra Niciam machinabatur Forte Lacedemoniorũ legati athe
nas venerunt gratos vt ipsi dicebant ac beniuolos afferentes sermones. Vulgaue-
rant enim se non modo confirmandi nuperrime ictum fedus sed societatẽ etiã fa-
ciendi si athenienses velint plenam potestate habere Primũ igitur ii oratores ad-
euntes senatum: cũ gratissimi verbis exposuissent mandata: sic benigna cũctis au
dientibus visa sunt vt magnam gratiam apud senatores qui frequentes eo die con
uenerant sue reip. cõparauerit. Sequenti die cum alloqui populum vellent metuẽs
Alcibiades ne eadem oratione auribus multitudinis blandientes omnia sua cõsi'ia
multo tempore agitata vno momento peruerterẽt argutam fallatiam machinatus
clam ad eos accessit: commemoratisq; primũ multis amicitie causis que sibi cum la
demoniis intercedebant Deinde quid inquit viri Sparciate huius ciuitatis no-
strorumq; hominũ mores vestras aures latent. An ignoratis quantũ inter Senatũ
po. que atheniensem intersit: Hesterno die cum frequenti senatu tam grata tamq;
benigna exposuisti mandata. Extemplo prudentissimorum hominum mentes que
modestia oratione persuaderi facile solent vt vestris sermonibus acquiescerent cõ
pulistis nunc si apud po. temeritate & insolentia quadam loquentium verba meti-
tur eundem dicendi modum seruabitis in tantam superbiam eorum animos effer-
retis: vt frustra deinde a vobis & ab iis omnibus. qui vestre cause fauent laborãdũ
esse videatur. Iam enim percrebuit vos sic supplices sic demissos ad hanc vrbem cõ
fugere vt iam imperite multitudini persuasum sit lacedemoniorũ remp. nisi athe-
niensium societate fu'ciatur saluam esse non posse. Agite igitur sapientia vestra &
cõsilio amicissimi hominis qui minimi huius populi naturã ignorat credite populũ

adeuntes non sic alloquimini ac si mandata liberate cũ omni potestate permissa ve
stro arbitrio sint: vt coram senatu pridie egestis. Sed hanc amplissimã auctoritatẽ
prudenti consilio regite vt senatus deinde populum minime vestris verbis elatum
in hanc societatem quam vterq; nostrũ intendit· perducere sine labore conatu pos-
sit. Hec cum dixisset iureiurando adactos vt ea omnia silentio cõprimerẽt. Dimisit
multa de Nicia adiciens quibus & fidẽ eripuit illi & sibi apud eos gratiã cõpara-
uit. Admirantes eximiam quandam ac prope singularẽ eloquentiã alcibiadis Po-
stero die cõgergata contione venientes Lacedemoniorũ legati amicissime ab alci-
biade humanissimeq; rogantur vt ea que vellent dicerẽt Extemplo illi exposuerũt
mandata remissa sane ac frigida longeq; ab expectatione populi & ea fama que vul
gata erat aliẽa sumam auctoritatẽ quam habebant regentes vt alcibiadis cõsilium
sequerẽtur At vero alcibiades postq; illi finem dicendi fecerunt non is qui legatos
fefellisset sed tanq; dolo fallatiaq; deceptus increpare eos cepit duplices infidos
mutabiles appellans neq; sancti quicq; ĩ verbis suis integriq; habẽtes hinc populus
illinc senatus indignabatur atq; hãc legatorum varietatem quasi derisionem quan-
dam esse putabãt. Niciam vero stupor simul atq; mestitia occupauerat admirãtem
hanc ĩopinatam legatorum pmutationẽ ignorantemq; dolum & fallatiam alcibia
dis. Reiectis igitur ob hec Lacedemoniorũ legatis·bellum subito magnũ exarsit
Nam post legatorũ discessum extẽplo alcibiades dux milicie frequẽti senatu popu
loq; electus primum sagaci cõsilio intendũ putauit vt Peloponessum variis factio
nibus laborãtem aduersus Lacedemonios quoad per eũ fieri posset cõcitaret. Erãt
enim argiui Elii Mantinenses aliiq; populi Lacedemoniis finitimi ad spem nouarũ
rerum erecti: quos si in huius belli societatẽ traxisset magnum momẽtum rebus ĩ
Pelopenesso gerendis allaturum se esse cernebat· Hos igitur multis modis ratio-
nibusq; agressus tãdem compulit vt armis arreptis simul cũ atheniensibus eãdem
belli fortunam experiri vellent sibiq; persuaderent hanc expeditionẽ ad versos La
cedemonios susceptam nõ minus ad se quam ad atheniensiũ remp. pertinere. Qui-
bus rebus effectum est vt bellum deinde comuni cõsilio exritatum sic prope spartã
& longe ab atheniensiũ finibus gereretur vt periculosum Lacedemoniis foret eoĩ
loco cum hostibus decertaret magisq; eis extremũ patrie malum formidandum in
aduerso prelio q̃ mediocre cõmodum spernandum in victoria esset. Verũ inter hec
mille viri ex nobilitate Argiua rep occupata & populari statu deiecto Cũ aduer
sus Lacedemõios prelium cõmisissent fusi fugatiq; magna accepta clade in vrbem
pelluntur: ibiq; iterum aduersus armatam multitudinẽ cui ad capienda arma ani
mum fecerat Lacedemoniorũ victoria decertandum fore videbatur Cum super-
uenies alcibides suscepta multitudinis patrocinio statum popularẽ in ciuitatem re
stituit. Post hec alcibiades populum Argiuum de quo tam bene paulo ante meru
erat extemplo suis adhortationibus compulit vt ab argis nouis menibus ductis q̃
si duobus brachiis iungerent mari vrbem quo facilius & ciuitatẽ tueri ab lacede-
moniis & tutius ipsi iuuari ab atheniensibus possent. Cum vero idem Patrensibus
suaderet dixisse quendam ferunt: sibi deinde si hoc egerint caueant Patre Illa enĩ
menia ansas fore predico quibus atheniẽses pro suo arbitratu nostram capient vr-
bem. Ad hec alcibiades forte inquit o amice euenire potest quod dicis sed tamẽ se-
ro & ex pedibus patee a nobis confestim vero & ex capite a Lacedemoniis occu-
pari posse videntur Verum si minus hoc presidii genus illis placeret hortabatur sal
tem vt amicitia atheniensium quasi vallo quodam moniti statum suum firmarent
remp. tuerentur atq; pro maiori amoris indicio cõmunem viuendi rationem susci-
perent quibus adhortationibus persuasi Patrenses ne aspernari liberalitatem athe
niensium viderentur: alcibiadis voto cõsilioq; parentes pro more patrie iureiurãdo

promittunt frumenta vineta, olineta agros deinde Atticos sic se in posterum habi-
turos: ac si ea omnia sibi sueq; reip. essent cōmunia Sed dum hec summa cura ac di-
ligentia gerebantur. Interim tamen alcibiadem aiunt nimium cedentem cupidi-
tatibus suis solitum esse nunc veneri & Bacho frequentius indulgere. Nunc egre-
gie stratis lectis in triremibus pernoctare nunc purpureis ac preciosis vestibus
vti mulea deniq; que luxum & pompam immodicam pre se ferebant ingenti am-
bitione studioq; peequirere Quinetiam dicūt inter alia que de illo referuntur cli-
peum aureum nō patrium vllum insigne sed cupidinē cum pharetra ac sagiptis ba-
bentem solitum esse gestare. Quibus facile apparebat animū viri multis corrup-
telis a primis incunabulis depriuatū ad varias deinde illecebras & omnia oblecta-
menta que turpem voluptatē pariunt fuisse proclive. Verum nōnulli prestantes vi-
ri & ciues in rep. principes hāc licētiam alcibiadis supra morem & consuetudinē
vrbis elatam non hominis in libera ciuitate viuentis sed tirannidem affectātis iu-
dicium esse putabant. At populi animus qualis erga eum esset probe Aristopha-
nes iis verbis ostendit: cum de alcibiade loqueretur. Desiderat inquit populus at
q; odit: videretq; rursus hominē cupit: pauloq; vlterius leonem in rep nutrire non
decet aut si nutriatur eius deinde libidini seruiendū est. Sed ex altera parte largi-
tiones ludorum sumptus & ingens erga remp. magnificentia qua maiorū suorum
gloriam superabat eloquentia insuper rei militaris disciplina genus forma aliaq; p
multa quibus alcibiadem mirifice natura instruxerat eam sibi gratiam apud popu-
lum vendicabant: vt multi impura illius facinora & liberū viuendi modo equo ani-
mo tollerarent hec nou flagitia sed adolescentie ludos atq; feruentis etatis lasciuiā
nūcupantes. veluti ea que de pictore Agatharco & Taurea illo aduerse Choree
principe referuntur quorum alterum alcibiades vi domi detentū donec suas pin-
geret edes: postea cum donis dimisit. Alterū vero cum in chorea illum superasset
victoria leticiaq; elatus pugno percussit Illud autem permultos offendit q; athenien-
sibus de interficien dis melius qui capti in prelio fuerant consultantibus preter opi-
nionem omnium alcibiades censuit vt de illis supplicium sumeretur Sed hos alci-
biadis mores & impuram viuendi rationem imperiti homines modestis nominibus
excusantes equius fortasse quā decuit tolerabāt. Prudētes vero ac insignes nobili-
tate viri & incōtinentiam eius iniquo ferebāt animo & insuetam libere ciuitati au-
daciam veluti spetiem quādam tirādis perhorrebant: Vnde illud Archistrati me-
morie proditum est duos inquie alcibiades quasi vnum designans tirannū neq; At-
tica neq; gretia tulit: & Timon ille quem antiqui scriptores ob nature asperitatē
in humanum ac inhospitalem appellant alcibiade aliquando a contione redeunti ob
uiam factus Macte inquit virtute adolescens auctoritatem tuam potenciam auge
magnam enim huic reip. perniciem augebis Hec Timonis verba q uibusdam velu-
ti insania deridentibus prudents viros qui audacissimi adolescentis & ingenium
& animum formidabant perturbarūt Sic igitur ob nature varietatem alia atq; ali-
a de alcibiade habebatur opinio verum cum athenienses viuēte adhuc Pericle ma-
gis eciam post eius interitum amplificandam imperii cupidi de subigenda Sicilia
cogitarent primū ex alienis discordiis vt plerumq; fit occasionem nacti defensionē
eorum suscipiendam putauie: qui Siracusanorū vim tolerare non poterāt. Itaq; pe-
tentim missis antea auxliis amicitia deinde ac societate cum illis inita eum iam adi-
tum sibi in Sicilia patefecerant vt appareret populū atheniensem fundamēta ma-
ioris milicie iacere maiusq; moliri in animo bellum Hanc populi cupiditatem alci-
biades sue quoq; libidini & ambitioni congruentem quo per eum fieri poterat acce-
debat: rationibus multis ostendens hanc expeditiōem ingens imperium perpetuā
gloriam atheniensium reip. parituram Audendū aliquando vlterius progredi nec

pedetentim vt antea sed totis viribus agrediendam Siciliam esse Ipse vero longe
etiam maiora ꝙ verbis proferebat mente concipiens nõ Siliciam vt plerisq; finem
belli sed alterius expeditionis initium fore putabat: Iamq; ea occupata prouĩcia car
thaginem deinde ac Libiam tum italiã Peloponessumq; animo destinabat. At Ni
cias longe aliter sentiens magno conatu iis consiliis aduersabantur huius expediti
onis difficultatem Siracusanorũ potentiam vicina bella in medium afferens. Sed
equiori animo verba alcibiadis audiebantur a cuncta pena ciuitate que tãta huius
belli cupiditate flagrabat vt eam in manibus exploratam victoriam habere videre
tur. Sedebant enim in theatris ac palestris sermones viri & alii iuuentutem adhãc
expeditionem multis abhortationibus cõcitabant Alii Sicilie formam situmq; car
taginis describebant: alii narrabant exempla maiorum: qui rebus preclare ac mag
nifice gestis amplissimam gloriam suis posteris reliquisset. Fuere tamen duo pre-
stantes viri Socrates philosophus & Metheon astrologus qui lõge a superiori sen
tentia alieni. Ille quidẽ solito fortasse demone genioq; admonitus. Hic vero aut ra-
tiõe aut vaticinio quodam compulsus ciues terrebant mouebantq; vt ab hoc tanꝙ
funesto ac pernicioso abstinerent bello. Quinetiam Metheonem dicunt solicitũ de
periculo filii proficiscentis ad bellum quasi presagiẽtem calamitatem futurã ꝙdã
noctẽ domum propriam combussisse atq; deinde sua fortuna in contione deplotata
sic populum ad misericordiam commouisse vt preter cõsuetudinem filium suũ re
ceperit beneficio populi ab omni milicia ac expeditione exemptum. Ceterũ omniũ
animis in bellum Siracusanum: cõuersus athenienses nihil vltra differendum rati
duces milicie Niciam Alcibiadem ac Lamachum elegerunt Renuentem vero Ni-
ciam ac tergiuersantem propter rollegarum societatem: populus Atheniensis pu-
blica auctoritare adhibita coegit imperium vt acciperet. Estimans Lamachi ac al
cibiadis ferocitatẽ cohiberi tarditate Nicie ac tẽperari modestia posset. Lamachꝰ
enĩ & si iam ad senectutẽ vergebat erat tamẽ in periculis adeundis longe audatior
ꝙ etas sua postulare videret In medio deinde apparatu belli tẽtantẽ rursus Niciã
hãc expeditionẽ turbare alcibiades cõtra enitẽs superauit ꝑ.ncit ꝙ vt ꝑ athenienses
totius admĩstrationẽ futuri belli ad duces q̃s nuper elegẽrat magna cũ auctoritate
deferret. Deĩde pꝰ paucos dies satis iã oĩbꝫ cõparatis ad bellũ cũ soluere a Pireo;
ꝑ suo arbitru posset noua repẽte religio ciuitatẽ ĩuasit nũtiãtibꝫ cũctis festa Cere
ris que appellãt Adonia eo enĩ tempore celebrabãtur multa feda horrẽdaq; ꝓten-
deret & matronas passim ꝑ vrbẽ similis cadaueribꝫ q̃ ducũtur ad rogũ ĩmagines
collocare & ante sepulturas ꝓcũbere magno cum gemitu easimitãtes q̃ mortuoꝝ
celebrare funera solẽt adiiciebãt ꝑterea Mercurii statuas q̃ꝝ athenis magna copia
erat ex oĩbꝫ locis ciuitatis vna nocte fuisse diectas capitibusq; ꝑ fractis ad terrã ꝑ
stratas iacere Perturbata igiẽ ciuitate atq; ĩ id solũ intẽta vt auctores huiꝰ facino
ris reperiret incerti rumores famã vulgarũt hoc Siracusanorũ gratie fuisse a Cho
rintiis ꝑpetratum ꝙ sperarẽt a ꝑsenti bello po. atheniẽsem aut retardare aliꝙ diu
cura religiõis ĩiecta aut auertere penitus posse quibꝫ nec assentiri athenienses vi-
debãtur nec vlla ratiõe adduci vt crederẽt Corĩtheorũ fraude violatos esse Mercu
rios sed potius exflagitiosoꝝ iuuenũ corcuptela qui cõsueſſent cõiuratiõe inita in
ludis & conuiuiis conuenire hoc impiũ facinus prodire arbitrabantur & forte eos
dies capti sũt aduene ac serui nõnulli q corã senatu populoq; adducti huius facino-
ris culpã ĩ alcibiadẽ cõferebãt asserẽtes eũ habere sodaliũ cetũ q domi cõggarẽt
veluti ĩ scena histriones ad sacra cereris imitanda & ea referenda misteria que ma
gna cũ reuerentia celebrari ab atheniẽsibus solẽ. Addebãt preterea eos inter se ce-
remonioꝝ munera esse partitos Politionẽ quẽdã esse eũ q sacras tenebat tedas &
theodoꝝ preconem vocitari & alcibiadẽ veluti sacrorum antistitẽ reliquos sodales

Alcibiades

Archana misteriaq; docere. Hec sunt que precipue a Thessalo accusatore in Alci-
biadem veluti impium & execrandũ hominem scripta esse cõperimus. At vero al-
cibiadis inimici hanc nocẽdi occasionem nacti cum vbiq; & veteres illius mores &
ante actam vitam nõ contentam mediocritate ciuili ad fidem presantium criminũ
retulisset sic populum ad iram ac odium cõcitarunt: vt fautores illius substinentes
aduersariorũ vim primum de omittenda alcibiadis causa cogitarent. Deinde cer-
nentes nautas remiges omnes deniq; milites tum domesticos tum peregrinos ad
uersus alcibiadis inimicos palam manifesteq; insurgere: animũ rursus quem prope
abiecerẽt receperunt: omnes enim auxiliares sed precipue milites Argiui & mille
pedites mantinẽtes se ad hanc militiam venisse dicebant alcibiadem terra mariq;
aut nullum alium ducem sequeretur. Hec cũ viderent alcibiadis aduersarii veriti
ne multitudo in expectatione belli erecta horum vocibus quorum opera nisi bello
posthabito carere non poterant ad collẽdam iudiciũ flecteretur nouis cõsilius virũ
aggrediuntur. Instruunt oratores nõnullos qui & si aduersus alcibeadem occultas
inimicitias exercerent nõ tamẽ minori odio q̃ aperti inimici eum habebant. Ii po-
pulum adeuntes veluti ciues quibus cure esset reip. salus militis verbis ostendũt q̃
indignum athenensiũ prudentia sit simul & classem ingentẽ parere & multitudi-
nem pene ĩmensã cum ex vrbanis tum ex sociorum copiis collectam ad bellum ar-
mare grauissimum fortasse omnium que vnq; ea resp. gesserit: & eodem tempore
tanti exercitus ducem reum constitui: iudicio distineri ac populum athenensem q̃
animo Europam Affricamq; concipiat: in audientibus accusationibus frustra tem-
pus terere: nauigandum igitur esse quod bene ac feliciter eueniat & in aliud tem-
pus iudicium differendum. Confecto enim bello cum alcibiades per ocium adesse
sue cause poterit iudicium constituãt rem causamq; cognoscant & opportuno reip.
tempore secũdum leges sentẽtiã ferant nõ latuerunt ingeniũ alcibiadis hee ĩsidie
quas inimici sub amoris spetie apud imperitam multitudinem in suum caput ma-
chinabantur. Itaq; precibus querelis omni deniq; contentionis genere eniti ad po-
pulum cepit: vt de hac accusatione ante profectionẽ suam decerneretur: indignũ esse
clamitans subreditum suum intergam causam relecu re & in magnam expeditio-
nem ducem mittere: quem omnes greci accusatorum criminibus obnoxium putẽt
quam auctoritatem in exercitu habiturum eum credant quem milites ignorẽt an
vt imperatorem an vt reum sequantur: Hanc igitur causam inimicorum odio atq;
inuidia excitatam ante omnia cognoscant: ac si alcibiadem vt inimici volunt nocen-
tem inuenerint sibi secundum leges penas constituant. Sin vero manifeste cogno-
uerint se longe ab hoc scelere esse alienum: tum in lucem perferant innocentiam suã
vt fidenti animo proficiscat ad bellum. Non enim decere populum atheniẽsem ne-
q; reip. expedire neq; maximis rebus quas gerere tantis conatibus parẽt vtile esse
Sic ducem athenensem ĩ expeditiõe accedere vt magis domesticos hostes qui post
tergum reliquantur q̃ externos qui aduersa frõte dimicaturi sint formidãdos pu-
tet. Post longam contentiõem re integra in aliud tempus reseruata. quia presenti
bello moram allatura videbatur: triumuiri iubente senatu populoq; atheniensi clas-
sem cõscendunt: nec multo postea tempus idoneum ad traiciendum in Siciliam na-
cti dato profectionis signo: cum magna spectantium voluptate a Pireo soluũt ducẽ-
tes secum supra centum & xl. triremes centum & quinq; milia peditum tum sagit-
tarios ac funditores mille & tricentos tormentorum preterea ac machinarum ex-
pugnandis vrbibus copiam ingentem. Secundo vento ad Italiam delati regium
quod ex propinquo Siciliam spectat primo aduentu occuparunt. Deinde consul-
tantibus inter se de administratione ĩminentis belli alcibiades suadente Lamacho
repugnante vero Nicia ingenti celeritate in Siciliam traiecit ac nulla interposita

mora Cathinam id est oppidum non ad modum longe a Siracusis situm prius occu
pauit ꝙ oppidani aut suis presidiis vrbē tueri aut accersire aliūde subsidia possint
Hoc initio prospere feliciterq; secuto iam ad reliqua peragenda milites Alcibiades
sese parabant existimantes omnia quecunq; forent illo nō alio duce superare & con
sequi posse cum tristi nūtio allatum est: cum athenas ad iuditium reuocari. Nam
post discessum illius maiori parte vt plerūq; fit meliorem vincente inimici omni cō
tentione adhibita populum cōcitarunt ad eam conspirationē prius inueniendā de
inde extirpandam quam auctore pricipeq; alcibiade factam esse dicebat. Itaq; cep
tum est de coniuratis qui in simulabantur modice primū agitari: deinde crescente
odio atq; inuidia tāta extemplo rabies ciuitatem inuasit: vt in quoscūq; amicos ac
sodales alcibiadis sine vllo discrimine seuitum sit. Nulla enim seruata iudicii for
ma alii necabātur alii trudebātur in carcerē nec quisq; erat tam innocens: qui si tē
nuem suspitionem huius criminis incidisset furentis populi manus posset effugere
Eos vero qui primam hanc culpam in alcibiadē contulerunt: nō Tucitides qui hu
ius facinoris ī historia meminit sed Phrinicus aliiq; nōnulli Dioclidem ac Teucrū
fuisse testantur vt ex Phrinici scriptis intelligi licet. Te inquit amicissime Mer
curii integrum atq; incolumē serua: ne si cecideris & amico infamie sis & dioclidi
prebeas facultatem nocendi. Cauebo inquit ne Teucer aduena possit abesse colono
sed iam satis cōpertum habemus neminē fuisse inter eos qui alcibiadem oppugna
bāt sic sibi ipsi constantem vt aliquid vnq; stabile aduersus eum firmūq; protulerit
Quin Potius omnia facta pro arbitrio crimina & cōmētitia videbantur. Rogatus
quidam accusatorū quonam pacto eum: qui Mercurii statuā percusserat cōspexis
set respondidit se benefitio lune percussoris vultum sacrilegiq; nouisse. Verum cū
crimini noctis redeuntis lune qui tenebre vigere precipue solēt id facinus perpetra
tum esse constaret: satis preceptum fuit a prudentissimis viris cum & pugnātia se
cum loqui: & maliuolentia ad accusandū alcibiadem nō veritate cōpolli: populus ta
men sic alcibiadi erat infestus vt non argumēta non testes nō deniq; hominē vllum
qui illius salutem ac innocentiā tueretur audire eque animo posset: accusatores econ
tra atq; eorum crimina in absentis perniciē fabricata & libenter admitteret & suis
sententiis comprobaret Quibus rebus affectum est vt amici alcibiadis leui etiā su
spitione notati furentis populi Rabiem metuentes alii occultis in locis se abderent
alii salutem adipiscerēcur fuga nōnulli priusq; opinabantur opressi in carcerē tra
derentur. Inter quos fuisse aiunt Andocidem quēdam virum genere ac maiorum
gloria clarum cuius originem ī Vlixem auctorē Hellanicus historicus refert Hūc
populus atheniensis quia ipse econtra multitudinem aspernabatur vt inimicū iam
multo antea oderat Creditum vero facile est eum in hac causa esse nocentem quia
Mercurii statua quedā ampla atq; magnifica domui sue propinq̄ ceteris disiectis
atq; perfractis sola pene intacta permanserat. Huic statue Andocidem ad euitan
dum suspitionem pepercisse decebant Vnde nomē deinde quod hodie quoq; seruat
sortita esse videtur & a posterioribus titulo indicante Andocidis Mercurius voci
tata. Huic igitur Andocidi iussu populi in carcerem truso timens quidam nobilita
te impar prudentia vero audatiaq; superior in eodem carcere cōstrictus persuasit
vt ipse vna secum aliiq; nōnulli nocentes se esse confiterētur Manifestanti enim se
ipsum dicebat secundum legem impunitatem cōstitui. Itaq; saucius esse paucos op
timos ac prestantes viros quibus precipue formidandum erat mentiendo saluti
sue consulere ꝙ cum plerisq; hominibus sordidis per inuidiā fede turpiterq; necari
Hoc suadente timeo cum assentiretur Andocides in medium prodiens confessione
sua ipse aliiq; nōnulli a populo liberantur. Fuerunt autem ab eo & proprii serui vt
maiorē fidē suis verbis acquireret & plerisq; alii socii facinoris nominati de quibu

omnibus preter eos qui fugā arripuere sumptum suppliciū est. Post hec populus atheniensis in alcibiadem ira ac indignatione conuersa quosdam elegit: qui vna triremē salaminam primo deinde Siciliam peterent: alcibiadem cōuenirent modeste alloquerētur multis rationibus suadentes vt ad dissoluēdum iudicium & diluēda crimina que sibi inferebantur athenas rediret. Metuebant enim quod erat magnopere formidādū ne si vis ei afferretur: homo ferox ac turbulentus aliquam seditionē in exercitu concitare. Idq; si tēptare alcibiades voluisset facile in hostili terra potuisset efficere. Nam sua sponte milites postq; perceperunt populi Atheniensis edictum passim per exercitum fremebant clamabantq; neminem esse Atheniensiū preter vnum alcibiadem: cuius ductu auspitioq; bellum Siracusanū confici posset eo abeunte finiendam miliciam esse nec vlterius in ea prouintia tempus esse terendum. Cernebāt enim Lamachum virum impigrum & in rebus gerendis ferocem probiberi auctoritate Nicie quo minus sua audacia vteretur. Nicie vero ī bello gerendo tarditatem quandam esse innatam: quam solus alcibiades potuisset sua virtute atq; ingenio excitare. Discedens igitur alcibiades ira indignatione accensus Messanam primum que certam deffectionem parauerat ex manibus Atheniēsium abstulit clam Siracusanis rem omnē aperiens ac detegens eos qui tradere vrbem populo atheniēsi decreuerant. Deinde cū in Thurios peruenisset deceptis custodibus e trireme: qua athenas ducebātur: repēte prosilit ac celeriter se e prospectu naturam eripiens: cum certo in loco detulisset facile persequētium manus effugit At vero post hec roganti cuidam num patriam suspectā haberet respondisse aiūt se patrie plurimū credere vite autem discrimen ne matri quidem sue cōmittendū putare. Fieri enim ignorantia posse vt nigrum pro albo ferat lapillum Nec multo postea cum percepisset se vna voce a populo atheniensi morte damnatū at ego inquit ostendam illis alcibidem viuere. Accusationē vero sic se habuisse aiunt. Thessalus Cimonis alcibiadem Cliniē in iudiciū vocat quoniā contra ius fasq; Cererem violauit cū in propria domo sodalium cetum haberet quorum alii preconis tedarūq; ministri alii discipulocum officio fungerētur. Ipse veluti sacrorū antistes Arcbana misteriaq; doceret atq; hec omnia faceret contra edicta & leges. Que olim fuerunt ab Eumolpidis & Eleusine sacerdotibus cōstitute Athenienses igitur publicatis alcibiadis bonis coq; ab̄sente damnato ne aliquid quod aduersus illum fieri posset intactum relinquerē decreuerunt vt omnes ministri ministreq; sacrorū alcibiadem veluti impium ac nefandū hominem execrarentur earum vnā decreto populi imperioq; neglecto dixisse aiunt supplicationū ad se non execrationum officia pertinere. Inter hec alcibiades ex thuriis in Peloponessum profectus se Argos contulerat atq; inde cū a patria suisq; inimicis omnia mala expectanda esse arbitraret fortunam temptandam ratus ad Lacedemonios miserat qui diceret si publica prestita fide sibi adeundi Spartam potestatem fecerint allaturum se multa que ad communem vtilitatem magnopere pertinerent. Facta potestate alcibiades & si antea Lacedemoniis vehementer fuisset infestus tamen mutata fortuna rerum comiter hospitaliterq; susceptus primū eos de bello Siracusano consultantes multis rationibus compulit vt Glippum ducem ad ferendam Siracusanis opem contra atheniensium exercitum mitterent. Deinde vt illinc aduersus Athenienses propinquum mouerent bellū. Postremo vt Deceliam vrbem q̄ qua nihil preniciosius afferri atheniensibus potuit menibus circumdarent presidiisq; munirent His atq; aliis permultis breui tempore factum est vt Lacedemonii non modo in publicis rebus sed ī iis etiam que ad priuatum viuendi vsum pertinerent alcibiadis ingenium admirarentur. Nam cum viderent ipsum ad tondendam vsq; ad cutem barbam more Laconico tonsores adhibere & frigidis balneis vti vt duro pane nigroq; iure vesci vix

adduci poterant vt crederēt eum esse virum quem acceperant in omni delitiarum
genere fuisse versatum. Sed tāta inerat alcibiadi comitas atq; ad omnia naturalis
ingenii dexteritas vt facile diuersis cōtrariisq; hominum moribus quod alii se asse
qui posse diffidunt: suum viuendi modū accomodare videretur: ceu Cameleō qui
dam quem aiunt albedine tantū excepta omnes colores suscipiendos aptum esse na
tura. Erat enim in Lacedemonia homo grauis seuerus & quod apud Spartiatas
plurimi fit pugnator egregius In Ionia iners mollis ac multis voluptatibus deditus
In thratia quoq; nunc potando nunc equitando incredibili arte barbarorum mores
imitabatur. Cū Tisapherne vero satrape diu versatus adeo fastu pompaq; & orna
tu omnium rerum cunctos alios excedebat: vt Persicam magnificentiā qua illi plu
rimum valent suis deliciis superaret. Hec cum ageret alcibiades non mores in ali
os mores aut naturam in alteram vertebat naturā sed interioribus cupiditatibus
tectis semper ad eorum cōsuetudinem: quibus cū versabatur suum accomodabat i
genium. Itaq; siquis ex eo viuendi modo quem ille apud Lacedemonios pre se fere
bat metire hominē voluisset non filium Achillis vt ille poeta inquit sed virū Spar
ciatam sub disciplina Licurgi a primis incunabulis institutum alcibiadem esse dix
isset. At vero ex altera parte si idem potuisset occultum illius ingeniū ad ditan q;
naturam diligentius intueri eam profecto sentētiam protulisset quam de elena in
funere matris nimiū suis pepercerat comis ille poeta tulit. Mulier est inquit que
semper fuit pristinum ingenium seruans pristināq; naturā Post hec cum agis La
cedemoniorū rex in expeditionem esset profectus Ferunt timeam illius cōiugem
adulatiōibus alcibiadis blanditiisq; pellectam primū familiariter secum fuisse ver
satam. Deinde impudentia simul cū amore crescente eo temeritatis atq; insanie p
cessisse vt cum infantem peperisset ipsum & si foris Leotichidem domi tamē pre
sentibus ancillis alcibiadem vocitaret atq; eius filium esse fateretur alcibiadē quo
q; ioco dixisse aiunt non a se quesitam familiaritatē Timee quo aut cōtumelia quē
q; afficeret aut voluptate frueretur sed vt liberos qui deinde Lacedemoniorū re
ges futuri essent procrearet. Hec cū multorum sermonibus deferrentur ad agidē
tradunt hominem non tam accusatorū criminibus qui suspitionem de alcibiade fa
ciebāt quam tempore esse adductum vt violatam vxoris pudititiā crederet. Nam
antea rex ingenti terremotu percussus relicta in vrbe coniuge decem continuos ab
fuerat menses. Post hoc tempus natum Leotichidem suum filium esse negauit ex
quo aiunt illum veluti a regio sanguine alienum successione regni a posterioribus fu
isse exclusum. Verum inter hec cum athenienses re male gesta ingentem cladem in
Sicilia recepissent extemplo Chii lesbii Cicicent ad spem nouarum rerū erecti vno
eodemq; tempore Spartham miserunt qui dicerent se defectionē a populo athen
iensi facturos si Lacedemoniorū presidiis fulciantur Lacedemonii vero his libenter
auditis primū vna voce in hanc sententiam ferebantur vt censerēt optimum esse
boetios lesbus Pharnaba cum Cicicenis auxilium ferre. Deinde auctore alcibiade
cōsilio permutato Chiis primū totis viribus subueniendū rati classem parant eāq;
magnis copiis refertam ad tutandum Chium proficisci iubent alcibiades in hanc
expeditionem profectus nunc egregiam operam in bello nauando nunc Lacede
moniorū ducibus consulendo tanto detrimento atheniensibus fuit vt pene totā Ioni
am ad defectionem compulerit. Dum hec in Ionia geruntur interim agis tum ob
inuidiam que animum eius vrebat tum ob violate vxoris iniuriam dies noctesq; ni
hil aliud agitare videbatur nisi vt ruina alcibiadis odium suum restinguerunt Et iā
Spartiate nobiliores qui aliquam dignitatem in rep. obtinebant eodem pacto vt a
gis inuidere glorie illius ac rebus prospere gestis inceperant. Itaq; perniciem ei cō
muni consilio machinantes ad prefectos classis in Ioniam mittunt qui iussu regum

Alcibiadem de medio tollant. Sed callido ingenio vir cum allate iniurie & quanta
inuidia gloriam sequeretur non immemor esset semper Lacedemoniorũ fidem su-
spectam habens in bello gerendo eorum mandatis obtemperabat vitam tamẽ alia
ꝙ sibi cara neq; illorũ fidei neq; arbitrio cõmittebat Ceterum cognitis iis que sibi
parabantur insidiis extemplo ad Tisaphernem Satrapem veluti ad salutis sue pa-
tronum cõfugiens barbarum calliditate ingenii cuius ille erat supra modum ama-
tor sibi in primis cõciliauit. Nulla enim erat natura tam aspera tam difficilis tã ad
humanitate aliena quam alcibiades non sibi beniuolã redderet. Itaq; Tisaphernes
& si homo superbus esset atq; in manis & supra omnes Persas grecorum generi in
imicus comitate tamen alcibiadis sagacitateq; pellectus sic eum diligebat vt nõ mi
nus hominẽ colere ꝙ ab eodem coli videretur. Quin etiam ortum quendã omniũ
suorum pucherrimũ in quo & fontes perhẽnas erant & parta salubria & vmbracu-
la regiis ornamentis instructa appellari alciabiadem iussit. Hec cum ita essent: alci
biades postea ꝙ vidit se gratia apud Tisaphernem auctoritateq; plurimũ posse: &
amicitiam Lacedemoniorũ cum ob priuatum odium regis tum ob cõmunem ciui-
tatis inuidiam in perpetuam maliuolentiam esse conuersam suadere barbaro cepit
ne Lacedemonios tantis viribus quantis antea iuueret aduersus athenienses foue-
ret sed paulatim pecuniam sub ministrãdo discordiarũ materiam aleret bellũ quo-
ad posset nutriret. Fore enĩ vt ambe resp. diuturnitate belli afflicte supplices de
inde ad regem suum humilesq; confugiant Tisaphernes admirãs ingenium ac pru
dentiam alcibiadis sine vlla exceptione in bello gerendo eius consilia sequebatur.
Greci autem stupebant ꝙ cum esset alcibiades tanta cum ignomia pulsus athenis
industria tamen & calliditate ingenii eam auctoritate apud Exteras gentes asse-
cutus foret: vt non modo atheniensibus sed etiam Lacedemoniis non mediocri for
midini esset. Athenis vero passim per vrbem querebãtur ciues: ꝙ fortem virũ &
egregium ducem alieno reip. tempore de ciuitate expulissent odio magis atq; inui
dia ꝙ merito vllo perniciem ei machinati paulopost in ceruicem patrie redituram
Nam & si per id tempus in fama res atheniensiũ nec prospere satis nec aduerse ad
modum essent prefectis classis ĩ id solum intentis vt recuperarẽt nõnulla que pau
lo anto defecerant loca & alia que defectionẽ factura videbantur in fide retinerẽt
tamen magna eos incesserat cura ꝙ crebris nuntiis rumoribusq; acceperant Tisa-
phernem centum quinquaginta triremes in Phenitia paratas habere que si aduer
sus athenas vt fama erat a barbaro mitterentur: iam actum iri de libertate crede-
bant Alcibiades atheniensium formidine cognita celeriter ad prefectos misit in sa
mum qui dicerent priuatis simultatibus se potiorẽ semper habuisse remp Nunc ser
uare eam possit paratum esse Tisaphernem: qui grauissimus hostis immineat: ab
eorum ceruicib9 remouere si ex altera parte optimates athenis vt viros fortes de-
cet remp. capescentes imperite multitudinis potentiam deprimant. Asencientibus
cunctis nobilibus qui res atheniensiũ in samo regebant suasionibus consiliisq; alci-
biadis vnus tãtũ Phrinicus suspicatus id quod erat: alcibiadẽ hec omnia moliri nõ
tam vt paucorũ potentiam in vrbe constituat: ꝙ vt inter senatum & plebẽ conten
tionem inducat aduersari aliis cepit & huic consilio quacũq; ratiõe obuiam ire Ita
ꝙ Astiochũ quẽ Tisaphernes sue classi ꝑfecerat oculte monuit vt ab alcibiadis do
lis insidiisq; caueret: sed duplicata vtrinq; fallatia deceptus est proditor cũ prodi-
torem deciperet. Timens enĩ Astiochus potentiã alcibiadis quem sciebat gratia
& auctoritate apud Tisaphernem plurimũ posse omnia que sibi a Phrinico fuerãt
delata homini patefecit alcibiades his cognitis extemplo misit in samum monitũ
prefectos classis vt Phrinici perfidia caueant Opera enim illius omnia cõsilia que
pro salute athenarum agitentur ꝑturbari atq; euerti Hec vbi relata sũt atheniẽsiũ

ducibus adeo grauiter in Phrinicum exarserunt vt cōmuni consilio conspitarēt ad
hominem veluti hostem & proditorē patrie persequendū Phrinicus sibi vehemen
ter metuens anteq̄ opprimertur aliorum insidiis experiri constituit an superiori
fraude noua fraude posset occurrē. Itaq̄ rursus ad Astiochū misit q primū apud
eum quererentur q̄ ea omnia que fidei sue cōmiserat contra ius fasq̄ prodita alci-
biadi essent. Deinde operam suam magisq̄ vnq̄ antea pollicerentur: se etiam para-
tum esse dicentes in manibus suis si velit classem atq̄ exercitum atheniensium tra-
dere Verum hec quoq̄ fraus cum ab Astiocho relata alcibiadi esset: euentum quē
Phrinicus animo destinauerat habere non potuit. Nā vbi Phrinicus iterum ab asti-
ocho suas insidias detectas sensit: metuens secundam alcibiadis accusationem cele-
riter vt preoccuparet atheniensium animos duces conuenit: monēq̄ vt militem in
armis habeant sibi enim compertum esse hostes paulopost cum omnibus copiis af
futuros eo consilio vt atheniensium exercitum quem illi imparatum atq̄ inermē
reperire cōfidunt ingenti impetu agrediantur atq̄ si fieri possit euertāt sub idem
prope tempus ad eosdem duces littere ab alcibiade afferuntur. que Phrinicum p̄-
ditiōis insimulabant monebantq̄ vt ab fallatia hominis: qui tradere exercitum ho-
stibus simul cum classe parauerat: diligenter cauerent. His litteris non crediderunt
prefecti classis: existimātes ea cōmētitia esse crimina: & alcibiade in perniciē phri
nici fabricata. Dicunt tamen cum paulo postea seruus quidam Phrinicum per-
hemisset: censuisse athenienses eum ob proditionem iure necatum & interfectori
ac sociis eius veluti bene meritis de rep. viris premia detulisse. Post hec amici alci
biadis qui in Samo classem habebant superiores facti extemplo Tisandrum athe-
nas mittunt qui primores ciuitatis conueniat atq̄ eos doceat Tisaphernem alcibia
dis opera amicum sibi ac socium fore: si illi populari statu deiecto reip. gubernatio
nem susceperint Verum Tisandri aduentu quadringenti viri occupata rep. preter
expectationem eorum qui versabantur in samo segnius q̄ antea gerebāt bellum &
alcibiadis rebus parum fauebant: siue non audentes maiorem motum in vrbe con-
cire siue arbitrantes se Lacedemonios qui paucorum statū semper adiuuerant ma
gis pacatos habituros. Sic igitur se habentibus rebus vrbana multitudo non nul-
lorum supplicio cōterrita qui fuerant quadringentorū iussu necati quietē actura
videbatur. Ii vero qui apud samum in exercitu erant grauiter ferētes hec que ge-
rebantur athenis: nulla interiecta mora repetere cum omni classe Pireum statuūt
alcibiade antea duce exercitus appellato monitoq̄ vt omnibus rebus omissis ad de
lendam paucorum tirannidem athenas veniret. Ceterum alcibiades & si eorum be
neficio dux fuisset tot nauium tantiq̄ exercitus declaratus tamen non tam cupidi
tati illorum quam saluti patrie consulendū ratus prudentia sua a pernicioso incep-
to multitudinem reuocauit. Vnde aiunt consensu omnium fuisse postea iudicatum
consilio atq̄ opera alcibiadis eo tempore ciuitatem seruatam. Nam si vt constitue-
rant classem athenas & omnem exercitum reduxissent: primum Hellespontum in
sulas Ioniam denique omni presidio nudatam arbitrio hostium reliquisset. Deinde ī
vrbem: quo nihil funestius euenire poterat: ciuile introduxissent bellū: hec ne fice-
rent alcibiades prope solus prohibuisse videtur non modo simul totum exercitū le-
niendo: sed etiam vnūquenq̄ militem seorsum vocando rogandoq̄ nedum paucorū
potentiam delere student: eodem conatu ciuitatē euertant Trasibulus quoq̄ quē
aiunt inter omnes athenienses magnitudine vocis plurimum valuisse vna cum alci
biade clamando in crepādoq̄ multitudinem leniebat. Nec multo postea alcibiades
Phenissas naues: que a Persarum rege in Lacedemoniorum auxilium mittebātur
calliditate sua cohibuit ne vlterius progrederentur Tisapherni suadens vt permit-
teret grecos cum grecis dimicantes sibi mutuo internitionem parare Nemini enī

dubium esse quin Lacedemonii illius potentia fulti atheniensiũ vires euertant. De
bellatis atheniensibus Lacedemonios non solum reliquis grecis sed etiam Persarũ
regi formidandos fore: Tisaphernes iis rationibus persuasus prope aspendum clas
sem continuit. Quod vbi athenis nuntiatum est tantã repente gratiam apud mul-
titudinem alcibiadi cõparauit: vt eũ extemplo quadringentorũ statu deleto in vr-
be recipiendum censerent. Verum alcibiades ne videretur misericordia quadam
& beneficio plebis fuisse in patriam reuocatus: statuit reditum suum aliquãto dif
ferre vt si fieri possit: maiori cum gloria reuertatur. Itaq; paucis nauibus ex samo
profectus ingenti celeritate in Choum traiecit. Ibi audiens mindarum Spartiatã
athenienses cum omni classe insectãtem versus Hellespontum nauigare: extemplo
decem & octo triremibus Lacedemoniorũ vestigia subsecutus cum Abidum pro-
pe venisset: offendit vtrãq; classem vehementi certamine occupatam. Visus primũ
alcibiades Lacedemoniis spem: atheniensibus formidinẽ attulit. Postea vero q̃ athe
nienses notum cõspexere signum in puppi pretorie nauis sublatum cõtinuo animũ
quem prope abiecerant receperunt. Redintegrato acrius prelio alcibiades ea par
te: Lacedemonii superiores videbantur: tanto impetu hostes inuadit: vt illi prius
ferme q̃ pugna cõsereretur suis viribus diffidẽtes fugam arriperent. Nã in proxi-
mum litus vbi Pharnabacus cum pedestribus consederat copiis raptim auerterũt
classem. Instabãt a tergo alcibiades nouissimum quẽq; aggrediens nec prius a per-
sequendo hoste discessum est q̃ athenienses multis tum vadis tum sicco litore in-
terceptis multis etiam ferro necatis integram victoriam reportarunt. Capte tri-
ginta hostium naues. & nõnulli quas athenienses pauloante amiserant recuperate
Tropheum quoq; pro memoria huius victorie cõstitutum. His rebus prospere ge
stis alcibiades nullam moram interponendam putauit quin ad Tisapernẽ rediret
secum ferens egregia munera ac preciosam suppellectilem ex hostium spoliis dili-
gentẽ collectam. Verum cum Lacedemonii ante consertam pugnam de Tisapher-
ne cum Persarum rege questi magnopere essent quod magis consilio alcibiadis q̃
mandatis suis obtemperans hostium rebus faueret. Tisaphernes ad hanc suspitio-
nem purgandam veniẽtem oportune alcibiadem capi extemplo iussit & in carcerẽ
condi nihil minus eo tempore q̃ talem iniuriam expectantem. Ceterum post pau-
cos dies alcibiades occasionem nactus deceptis custodibus qui excubandi diligen-
tiam remiserant: fugam arripiens ad Clacomenios se contulit. Ibi vt Tisaphernem
calamniis oneraret passim vulgauit se eius beneficio esse dimissum. Profectus de
inde in atheniensium exercitum: cum cognouisset Pharnabacum ac Mindarum cũ
omnibus copiis sub Cicico consedisse: extemplo milites ad prelium accedens mul-
tis rationibus compulit: vt illi necessarium esse putarent aut nauali aut terrestri
pugna cum hostibus decertare. Deficienti enim pecunia cõmeatu & omni copia ne
cessariarum rerum aut dimicare cogebantur aut cũ magno detrimento abire. Al-
cibiades igitur in locum quem Preconessum appellant: cum milite omni descendẽs
iussit primũ parua nauigia fortibus viribus referta a magnis nauibus circumdari
Deinde prefectos diligẽter curare vt hoc pacto instructa classe quãto maxime cũ
silentio possent: aduersus hostes progrederentur. Et forte ingẽs imber grãdine
mixtus: quo nihil aptius ad fallendum hostium prospectum euenire poterat oppor
tune cecidit primũ athenienses occupãte omnia tempestate bene gerende rei spem
prope abiecerant. Deinde hortante iubenteq; alcibiade ne tantã occasionem permit
terent recreati animo ire ad hostes pergunt nec multo postea mira serenitate coor
ta classem hostium ante portum Cicicenorum cõspiciunt que videbãtur soluentis
ac abeuntis speciem pre se ferre. Veritus alcibiades ne hostes conspecta multitu-
dine suarum nauium milites in terram exponerent & continẽti applicarẽt classem

extemplo prefectis iussit a tergo sua vestigia pedetentim sequi ita vt a suis postremis nauibus mediocri interuallo abessent. Ipse quadraginta triremibus celeriter ante omnes progressus hostem ad pugnam elicit. Lacedemonii paucitate contempta fidenti animo prelium ineunt: nondum alia conspecta classe aut strepitu nautico exaudito: postea vero q̄ alias atq̧ alias superuenientes conspexere naues tantus repente terror pauorq̧ omnes occupauit vt nō modo primum impetum sed ne conspectum quidem aduenientis classis sustinerent. Itaq̧ in proximū litus effusam arripuere fugam. Alcibiades centum nauibus subsecutus copiis in terram expositis magnam fugientium partem excepit. Mindarum deinde ac pharnabacum qui presto cum copiis terrestribus aderant auxilium suis laturi eodem impetu aggressus fudit fugauitq̧ nec prius victorie modus impositus q̄ Mindarus fortiter pugnās cecidit: & Pharnabacus citato gradu fugā arripuit. Cicico in potestate hostiū derelicti ingens enim hominū copia & prelio cesa magna insuper capta. Nautum vero ne vna quidem ex tanto numero euadere potuit: atheniens es hac tam ingenti victoria parta non solum confirmasse in Hellesponto imperium videbātur: sed etiā ex altero mari Lacedemoniorū vim ac potentiam depulisse: Statim post hec capta est epistola quedam Laconicis litteris scripta qua victi paucis verbis calamitatem susceptam Ephoris nuntiabant. Perdita sunt bona: Mindarus interiit exuriunt q̄ superfuerūt viri. Vos quid ulterius agendum sit consulite: Post hec milites alcibiadis sibi assumentes huius victorie laudem sotietatem aliorum militum qui Thrasilli regebantur imperio tollerare non poterant: Nam athenienses non multo antea eodem Thrasillo duce apud Ephesū tam ingentem susceperāt cladem: vt ab Ephesiis sit eo in loco vbi conflixere tropheum in eum constitutum. Hec exprobabant illis alcibiadis milites virtutem suam ac sui ducis prudentiam extollentes: eorum ignauiam increpantes asserentesq̧ alcibiadem nunq̄ fuisse prelio superatum: illos vero ducti auspitioq̧ Thrasilli sepius fusos fugatosq̧. Sic igitur insolentia horū militū eo vsq̧ processit vt neq̧ in acie neq̧ in castris cōmunem cum Thrasilli exercitu gerere militiam vellent ceterum cū Pharnabacus reparato exercitu Abidenorū fines esset ingressus alcibiades ad arcendum populationibus hostē cū Thrasillo obuiam factus conserta pugna hominem in fugam vertit. Et cum omni exercitu persecutus vsq̧ ad noctem fugientium agmen ingenti edita cede militē in castra reduxit: Ibi vtriusq̧ ducis milites q̧ cōmuni opera rem feliciter gessérant inuicem gratulantes summa leticia victoriam celebrarunt breui q̧ tanta cōcordia coaluerunt omnium animi vt pristine cōtentiones beniuolentiam peperisse viderenť. Postero die alcibiades insigni erecto trophee in regionem Pharnabaci exercitū ducit ac late depopulatus agros omni magna captiuorū copiā omnis & generis preda in castra reuertitur dimissis antea sine vllo precio cunctis quos ceperat sacerdotibus. Cum vero Calcbidonii spem prodende vrbis alcibiadi attulissent extemplo ille ad eos profectus vt auctoribus defectionis animum faceret ad expellendū de ciuitate Lacedemoniorū presidium: prope menia cum exercitu constitit. Cerciot deinde factus Calcbidonios quecunq̧ precio digna haberent sub aduentum suum ad Bitinios detulisse parte copiarum ad obsidendam vrbem relicta ipse in fine Bitiniorum reliquum exercitum ducit premisso antea caduciatore vt nisi omnia que A chalcbidonius habuere ad se detulerint infestum aginē in suo agro expectēt. Metu conterriti Bithinii extemplo paruerunt mandatis amicitia plus cum alcibiade ac societate inita paulopost alcibiades ad oppugnandam Calcbidonem reuersus cū ex ea parte qua mari abluitur aggrederetur vrbem interim Pharnabacus vt obsidionem solueret cum exercitu venit statimq̧ cum Hippocrate vrbis prefecto suis copiis iunctis pugnandi potestatē fecit nec alcibiade detractante certamē ad pugnā

deuenere Certatum aliquandiu ancipiti prelio demum supato Hippocrate cum
Pharnabacus impetum hostium substinere nõ posset citato gradu fugam arripuit
alcibiades post hanc victoriam prefectis athenien͂siũ ad obsidiõem relictis ipse in
Hellespontum traiecit: peconiã qua maxime indigebãt vndiqꝫ coacturus. Accidit
autem vt per occasionem cui nunqꝫ deerat Sylibriam caperet. Nam auctores qui-
dam Dedende vrbis cum alcibiade conuenere vt cũ media nocte ignem conspexis-
set citatum agmen ad portas duceret. Veriti deinde ne vnus coniuratorũ: qui mẽ-
tem in contrarium verterat omnia patefaceret: ante constitutũ tempus ignem ex
tollunt alcibiades conspecto signo xxx. tantum viris assumptis nõdum enim exer
citum armauerat quãta maxime celeritate potest ad vrbem contendit: iubens alios
raptim sequi viginti alii accesserant viri: cũ alcibiades patefacta porta vrbẽ ingre
ditur interim proditione detecta Selibriani obuiam dẽso agmine veniebant parati
omni ratiõe confligere vt hostem de ciuitate expellerent. Hos vbi appropinquare
alcibiades sensit cum pugnam inire tam paucis militibus temerariũ esse censeret
& pedem referre nimium turpe videretur: vsqꝫ ad illam diem duci inuicto: extem
plo nouo cõsilio Selibrianos aggressus caduceatorẽ misit: qui tuba silentio facto sue
nomine eos moneret: ne prius aduersus atheniẽses arma hostilia ferant: qꝫ animũ
consiliumqꝫ alcibiadis norint: Hoc mandato sic repressi sunt Selibrianorũ conatus:
ac si omnes alcibiadis copie adfuissent ĩ vrbe: ꝓtracti deinde alcibiadis opera vtrin
qꝫ Sermones: quousqꝫ armatus exercitus ad vrbem peruenit tum metu victis Seli
brianis cum fidem alcibiadis implorarent: liberaliter data est pax: & Thracibus
imperatũ qui frequentes in exercitu alcibiadis erant iam diu sua sponte huius im
peratoris signa secuti: ne vrbem diriperent. Paucos dies ibi alcibiades cõmora-
tos exacti pecunia presidioqꝫ imposito cum omnibus copiis Calcbidonem reuertit
Hinc vrbem interĩ atheniensiũ duces ad deditionẽ cõpulerant ac federe cũ Phar-
nabaco inito conditiones dixerant paucis: vt Calcbidoni certa pecunia persoluta ĩ
potestate atheniensium essent: & omnis Pharnabaci regio integra ab iniuriis ser-
uaretur: ac per eam atheniensiũ ligati quandocũqꝫ mitterentur ad regem cõmea
re libere possent alcibiadis aduento fide vltro citroqꝫ data iureiurando fedus cõfir
mant. Sic igitur cum Pharnabaco compositis rebus cum athenienses ex ea parte
magno belli onere leuati viderentur preter expectationẽ percipiunt Bicantios no-
uãdarum rerum occasionenem nactos defecisse. Quod vbi ad alcibiadem perlatum
est extemplo ille non ignarus quantum momenti ad res gerendas ĩ celeritate collo
catum foret: diu noctuqꝫ nõ intermisso cursu ad recuperandum Bicantium profici
scitur. Primo aduentu oppidani celerius qꝫ arbitrabantur oppressi vt in re trepida
fit pauentes per vrbem discurrũt deinde alii alios hortãtes cõstituũt inter se quo
quisqꝫ loco ciuitatem defenderet: alcibiades econtra sic terra mariqꝫ Bicãtium obsi
der vt nulli additus neqꝫ exitus esset qui nõ firmetur suis presidiis teneretur. Itaqꝫ
breui tempore factum est vt oppidani debilitati comeatus ĩopia famem tollerare
non possent nec satis scirent in tanta penuria rerum quid sibi agendum aut paran-
dum foret. Erant ea tempestate Bicantii ciues duo Anaxilaus atqꝫ Licurgus: qui
magis cupiditate seruande patrie qꝫ spe vlla priuate vtilitatis allecti de prodenda
vrbe cum alcibiade cõuenere tali prius inito cõsilio ambo enim proficiscentes in fo
rum tum ad ea ciuitatis loca vbi aliqua ciuium frequentia erat passim vulgarunt se
cõpertum habere alcibiadem ad cõprimendis populorum seditiões que magni põ
deris essent in Ioniam reuocari. Res a multitudine facile credita quia eodem die
alcibiades velis in altum datis ingenti celeritate versus Ioniam nauigauit. Sequẽ
ti nocte quanto maxime cum silentio potuit ad occupandam vrbem reuersus cum
iam cõposita omnia ad proditionem essent ipse cum parte copiarũ in terrã descẽdit

Ex altera parte prefecti classis ita enim cõuenerãt portum ĩgressi magno clamore vrbem inuadunt simul enĩ & Oppidanis metum & auctoribus Dedende vrbis ad recipiendum alcibiadem animum faciebat. Primo tumultu Bicãtii & externi milites Peloponessiati Boetii ac Megarenses facto agmine ad portum occurrunt: & hostes iam descendentes in terram ingenti impetu in naues cõpellunt Iamq; sperabant defendi Bicantium posse nõ satis gnari eorũ que gerebantur a tergo cum nũtiatum est alcibiadẽ cum armato exercitu vrbem ingressum: Extemplo multitudo omnis relicto portu in ciuitatem regreditur ad arcendum hostem: & opem si quã posset iam prope capte vrbi ferendam. Primo congressu Atrox cõmittitur prelium: alcibiade dexteum Theramene sinistrũ regente cornu: stetitq; aliquãdiu Oppidanorũ immota acies. Tandem vrgente vehementius alcibiade hostes in fugam vertũtur alcibiades vrbe victoriaq; potitus curã adhibuit vt omnes Bicantii a cede ac eorum bona a direptione militum seruẽtur. Sic enim ante cum Anaxilao Licurgoq; cõuenerat. Quod quidam ad diluẽdum proditionis crimẽ ipsis deinde nõ parum profuisse videtur. Nam cum ii post hanc deditionem Lacedemonem profecti ĩ iudicium vocarẽtur: Anaxilaum dixisse aiunt nullum turpe facinus a se perpetratum: Etenim cũ Bicantius inquit nõ Lacedemonius essem: & patriã meam nõ Sparthã terra mariq; obsessam viderem Cerneremq; preterea omni fumẽto quod reperiebatur in vrbe a Boetiis peloponessiacisq; cõsumpto reliquã multitudinem fame perire succurrendũ Bicantiorum filiis duxi. Itaq; nõ hostibus ciuitatem prodidi sed ab hostium cede incendio ac omnibus malis que victi a victoribus perpeti solent patriam liberaui optimatũ Lacedemoniorũ secutus exemplũ quibus semper maxime cure fuit: quacunq; ratione ciuitatem seruare: His auditis Lacedemonii Anaxilaum atq; Licurgum omni suplitio absolutos dimisere: Ceterũ alcibiades tot rebus terra mariq; feliciter gestis cum iam reuisende patrie incredibili cupiditate traheretur nihil vltra differendũ ratus classem conscendit multis hostiũ spoliis ac omni amorum genere exornatam. Nã preter ingentem captiuorũ copiã supra ducẽta nauium rostra q̃ partim a se capte partim delete prelio fuerant secũ habuisse alcibiadem tradunt Verum duris samius qui originẽ suam in alcibiadem refert Calippidem quoq; histrionẽ fuisse in naui illius scribit ense hasta ceterisq; armis quibus vti in certaminibus solent peregregie instructũ & Crisogonum quendã modulatorem qui tanta arte remigum manus dirigebat vt cum illi remorũ pulsu cum Crisogoni cantu coniungerẽt iocundam audientibus redderẽt armoniam. Addit etiam pretoriam nauim qua alcibiades vehebatur veluti ex bachanalibus redeuntem cum purpureis velis portum ingressam. Hec ego affirmare non ausim cum neq; Teopompus neq; Ephorus neq; Xenophon qui grauissimi auctores fuere harum rerum quicquam meminerint. Preterea nec tempus illud postulare videbatur vt alcibiades ab exilio veniens Pireum cũ tanta pompa ingrederetur & athenensium inuidiam cõcitaret quam ille etiam in tam secunda prosperaq; fortuna magnopere suspectam habebat. Nam cum portum intrasset non prius in terram descẽdere voluit q̃ sedens in puppi Euriptolemũ nepotem & fam liares pre multos conspexit hortantes vt fidenti animo in vrbem veniret. Inter hec multitudo omnis obuiam effusa studio visendi alcibiadem post tot victores partas certatim extra ciuitatem exierat tum ex tanto interuallo primũ conspectus ora omniũ in se oculosq; conuertit. Itaq; ipsum venientem ceteris prefectis omissis alii salutabant alii osculabãtur alii ei deferebant coronas. Senes qui appropinquare non poterant procul aspicientes virum iunioribus ostendebant. Erant etiam qui presentem felicitatẽ cum preteritis calamitatibus conferentes pre nimio gaudio lacrimas tenere nõ possẽt multi quoq; reperiebantur qui cum sermonibus suis res ante actas repeterẽt palã

faterẽtur in digno ĩiuriã a populo factã magnoq; id damno fuiſſe dicerẽt q̃ Sira-
cuſano bello nec opa nec cõſilio talis viri vſa reſp. eſſet qd̃ enim alcibiades ſua vir-
tute potuiſſet efficere manifeſte ex illius geſtis poſſe deprehende qui cũ athenien
ſium remp. ſpoliatam imperio maris terra vero vix ſuburbana tenentem inuenerit
extemplo cum magna hoſtiũ clade nõ modo in priſtinam potentiã reuocauarit: ſed
etiam gloria ac magnitudine rerũ geſtarum claram florentẽq; reddiderit. Sic igit̃
alcibiades frequenti multitudine cõſtipatus media vrbe in forum peruenit. Ibi ad
uocata contione leniter primum de exilio queſtus omniũ calamitatum quas fuerat
ante perpeſſus in ſuam malam fortunam maluq; fatum contulit culpam. Deĩde cũ
expoſuiſſet quo ſtatu res hoſtium eſſent ita de bello quod gerendum erat magno
elatoq; animo diſſeruit vt athenienſes cum ingenti aſſenſu vniuerſe cõtionis preſen
tem terra mariq; ducem exercitus declararent decernerẽtq; vt omnibus ſibi reſti-
tutis bonis dire execratiões in ſuũ caput iuſſu populi facte ab Eumolpidis & pre
conibus reuocarentur. Sed in cõmuni leticia ciuitatis fuere nõnulli religioſi viri:
quos non tam reditus alcibiadis q̃ tempus reuerſionis offendit: nã eo die quo ille
portum intrauit feſta dee que coli athenis magna cum religione ſolent celebraban
tur. Templi enim ornamentũ omne deponunt pannmenta tegũt. & tali die ab om
ni opere vacandũ cenſent. Ceterum alcibiades cunctis ex ſententia ſuccedentibus
rebus triremibus centum cõparatis ad bellum paulopoſt nauigare decreuerat cum
repente occaſio quedam honeſte glorie cõſequende ſibi oblata aliquãdiu retardauit
profectiõis cõſilium. Nam ex eo tẽpore q̃ Decelia vrbs menibus fuerat a Lacede-
moniis circumdata: ſic deinde tranſitus in Eleuſinam preſidiis hoſtium tenebãtur
vt athenienſes ad celebranda miſteria ſine ornatu aut ceremonia vlla pompam ma-
ri deferendam curarent. Etenĩ ſacrificia choree aliaq; permulta: que fieri terreſtri
itineri ſolita erant omittebantur alcibiades rem que ad deorũ cultum & gloriã ho
minum magnopere pertineret aggrediendã ratus ſtatuit per medios hoſtes pom-
pam perducere. Cernebat enim aut ocioſe tranſeundũ eſſe Si agis Lacedemonioꝝ
rex certamen detrectaret aut ſacram pugnã & acceptã dein cõſpectu patrie con-
ſeruandam in qua eſſet omnis ciues virtutis ſue teſtes habiturus. Primũ igitur cũ
Eumolpidas & precones cõſilii ſui conſcios feciſſet quoſdam ſpeculatores in verti
cibus montium qua proficiſcendũ erat collocauit quoſdam etiã ſacrum agmen ad
omnes aditus exituſq; explorandos precedere iuſſit. Ipſe deinde ſacerdotes mini-
ſtroſq; ſacrorum armatis copiis ſeptos ducere cũ ſilentio cepit. Spectaculum egre
gium & deo dignum pompa illa ac multitudo partim armis partim ſolennibus or-
namentis inſtructa pre ſe ferebat. Cum vero hoſtium nemo obuiam eſſet progreſ-
ſus alcibiades ſacrificiis & iis omnibus que ad celebranda miſteria pertinebant rite
peractis ſacrum agmen incolume reduxit in vrbem Hec res proſpere feliciterq; ſe
cuta alcibiadem in tantam elationem ac ſuperbiam extulit vt iam ille palam iacta
ret hunc exercitum qui tamdiu ſuo auſpitio militauerat ſe duce in ſuperabilẽ eſſe
Erant autem ea tempeſtate athenis multi egeni & calamitoſi homines: qui rerum
nouarum cupidi alcibiadem hortarentur vt decretis legibuſq; ſublatis remp. occu
paret ſuo arbitratu ciuitatẽ regeret nec inimicorũ inuidiam quam multo ante ſua
gloria vicerat formidaret: Ipſe vero & ſi hãc multitudinẽ incredibili ſtudio ad ſe
confluentem quacũq; ratione foueret atq; iis omnibus quorũ opes in ciuitate inſig
nes erant occupande libertatis ſuſpitionem inniceret. Tamen quã mentem erga ti-
rannidem habuerit non ſatis cõpertum habemus. Illud autem non ignorare vide-
mur eo tempore principes ciuitatis ambitionẽ viri ac audaciam formidãtes omni
ſtudio contendiſſe vt ille collegis in imperio quos vellet acceptis q̃ primum vrbẽ
excedẽs cũ omnibus copiis proficiſceretᷣ ad bellũ. Hec cum eſſet alcibiades idoneũ

nauigandi tempestatē nactus cum C. nauium classe a Pireo soluens cōtinuato cur-
su Andrum petiit. Ibi fugato Lacedemōiorū presidio. Cū vrbē ꝗ expugnari posse
videbatur nō cepisset inimici athenis criminādi materiā nacti huic sua sponte alci
biadem pepercisse dicebant. Res ab atheniensibus facile credita: quia tanta de cal
liditate illius babebatur opinio vt omnia ab eo minus prospere gesta nō fortune sed
culpe potius tribuenda putarent. Itaq; cū ante ipsius discessum sibi in animum in-
duxissēt alcibiadē primo aduētu alterā saltē Ioniā occupaturū. Vbi audiebāt segni9
cuncta succedere grauiter indignantes aduersus virū. huius tarditatis culpam in
perfidiam hominis conferebant nō satis memores in quātis difficultatibus alcibia-
des versaretur presertim ob pecuniarū inopiā qua interdū cogebat relicta classe cū
paucis triremibus predatum exire: vt exercitū alere & sappeditare militibus stipē-
dia posset. Hostes vero non solū domesticis opibus fulti sed etiam a Persarum regē
cōmeatu pecuniaq; adiuti maiori facilitate gerebant bellū. Harū rerū athenienses
obliti sic absenti alcibiadi succensebant: vt pristinam maliuolentiā renouare vide-
rentur. Et forte per id tempus prope Ephesum suscepta clades inimicis illius ani
mum fecit ad impellendā multitudinē. vt alcibiadi erepto imperio ducē exercitus
cōmutaret. Nam cum Lisander Lacedemonie classis prefectus ex pecunia quam a
Ciro susceperat abunde suis militibus stipendia persoluisset: Alcibiadis quoq; sti
pēdiariis suis quacunq; ratione succurrendum ratus ad pecuniam colligendam cū
paucis nauibus in Cariam proficiscitur. Relictus est autem prefectus classis An
tiochus quidam vir in re maritima ac in nauticis ministeriis vehementer peritus:
Sed discipline militaris penitus expers. Hunc in discessu suo magnopere monuisse
Alcibiades dicitur ne absente se manus cum hoste cōsereret. Is vero paulo post pre
cepto illius cōsilioq; neglectis: cum duabus triremibus Ephesum nauigauit Ibi Li-
sandrum qui in eo portu constiterat nunc audatiam suam iactando nunc Lacede-
moniorum ignauiam increpando prelio lacessebat: Lisander primum cum paucis
triremibus. Deinde cum omni classe obuiam factus: cum adeuntem antiochum se
queretur reliquas antheniensium naues offendit properātes fugiēti anticho auxi
lium ferre primo cōgressu facta vtrinq; potestate pugnandi ad prelium deuenere
Certatum aliquādiu ancipiti marte. demū athenienses re male gesta in fugā auer
terunt classem. Lisander multis hostium nauibus magna quoq; captiuorum copia
potitus vt magnificentius victoriā celebraret tropheum constituit: Hec vbi ad al-
cibiadem perlata sunt. Extemplo ille omnibus rebus omissis citato cursu Samū re
petit. Ibi collectis nauibus que ex Ephesina superfuerant clade & sue classi adiun-
ctis cōfestim ad lacessendum hostem progreditur: nullam pugnandi moram factu
rus si ille quoq; dimicare iusta acie velit: Ceterum Lisander recenti victoria parta
non sepius fortunā temptandā ratus se classemq; suam in loca tuta receperat. Erat
autē ea tempestate in exercitu alcibiadis Thrasibulus quidā Thrasionis filius vir
domi ac militie clarus: Sed alcibiadi vehementer infestus: Is athenas profectus cū
aduocata contione quo statu res Atheniensium essent exposuisset: multis calumniis
Alcibiadē onerauit Nam paulo ante susceptam cladem discessisse eum arguebat
eandam ex cōpotatoribus suis ignobili ac inquilino homini classe relicta: profectū
deinde in Cariam non tam vt pecuniā legeret pro alendo exercitu & stipendiis mi
litibus persoluēdis ꝗ̄ vt voluptati atq; libidini inseruiret & reip. cura postbabita
pellicibus quarum sibi magna copia erat operā daret: Itaq; discessu suo hostibus q
baud procul abessent manifestam occasionē oblatā vt atheniensiū classem inuaderēt
Sic igitur sua culpa rē male gestam classem dissipatā exercitū q superesset licentia
lasciuiaq; corruptū. Adiciebat preterea eū habere in Throcide locū quēdā menib9
aggeribusq; munitum quem ille sibi ac si patrie sue diffideret refugium cōparasset

Alcibiades

His atheniẽses vehementer commoti absente alcibiadi imperium abrogarunt aliis
ducibus qui exercitui classiq; preessent in eius locum suffectis. alcibiades posteaq;
populi atheniensis decretum cognouit multitudinis iram & inimicorũ maliuolen
tiã metuens suis nauibus ac militibus qui in omni fortuna rerum sua uestia seque-
bantur colectis: in Thratiam nauigauit. Ibi cum populis q̃ sine rege viuebant bel-
lum gerens cum in agros eorum nihil tale opinantium crebras excursiones fecisset
breui omnis generis preda etiã suũq; militem locupletauit multos se grecos qui
captiui barbaris seruiebant ab eorũ manibus liberauit. Inter hec Tideus Adiman
tus ac Menander atheniensium duces prope Lansacum profecti contra portũ vel
vt decernerent nauali certamine vel si detrectaret hostis pugnam timoris confessi
onem exprimerent instructa nauiũ acie stetere. Sed postq̃ Lisander a pugna suos
continebat athenienses ad capre flumina vnde profecti erant redierunt ibi cũ nul-
lo imperio nulla militari disciplina militem cohercerẽt & mare importuosum esset
facile hostibus benegerẽde rei occasionem prebebant. Hanc negligentiã obseruans
alcibiades qui ab iis locis haud procul aberat terrestri itinere ad prefectos atheni
ensium venit atq; eos docuit quanto in periculo ipsi vna cum exercitu versarentur
quod q̃ eo in loco continerent classem vbi nec portus nec oppida essent que hosti-
bus impedimẽto suis presidio forẽt. Accedere etiam ad hec q̃ eorum milites cõmea
tum longe petentes in terrã descenderẽt. Vagi per agros sine vllo ordine militari
discurrerent naues in nudis littoribus relinquentes hostiũ arbitrio manifeste ex-
positas. Hec dicentẽ monentemq; alcibiadem vt ex capre fluuiis festĩ abirẽt du-
ces atheniensium neglexere affirmantes sibi nũc administrationẽ belli nõ alcibiadi
esse cõmissam. Quinetiam Tideus cõtumeliis primum deinde minis acceptum
abire celeriter iussit. Discedens alcibiades paulopost nõnullis familiaribus ab ex-
ercitu venientibus nisi inquit consilium meum spreuissent duces breui Lacedemo
nios coegissem aut prelio decertare aut magna suarũ nauium parte amissa turpiter
fugam arripere. Verum hec alii iactantis hominis verba esse dicebant. Alii ecõtra
vehemẽter probabãt cernẽtes quãto adiumẽto alcibiades atheniẽsibus esse posset.
Si Thracum tumultuariam manum quã in armis paratam habebat terrestri iti-
nere ĩ Lacedemonios cõuertisset. Ceterum extemplo post hec quale fuisset cõsiliũ
alcibiadis re ipsa & experiẽtia patuit. Nam ex atheniẽsiũ classe magna hominum
copia frumentatũ egressa cum in agris passim vagaretur Lisander intentus in om
nes occasiones gerende rei ingenti celeritate hostes inuadit nihil minus eo die quã
Lacedemoniorũ aduẽtum expectãtes itaq; fuga magis q̃ pugna fuit Naues paulo
minus q̃ ducente hominũ tria milia capta quos omnes Lisander necari iussit Conũ
tantum cum octo triremibus ex illo tumultu saluus euasit. Nec multo interiecto
tempore post hanc victoriam partam Lisander occupatis athenis longa menia di
rui & omnes atheniẽsiũ naues cremari iussit alcibiades vero postq̃ Lacedemonios
longe terra mariq; dominantes conspexit eorum potentiam simul & insidias etiam
metuens statuit in Bitiniam proficisci. Verum Thraces cum percepissent magnã
auri vim secum alcibiadem ferre inito consilio virum aggrediũtur omniq; ei erep-
ta pecunia ipsum fugientem assequi non potuerunt Pulsus vndiq; alcibiades cum
multa incõmoda ac fortune permutationes illius animum transuersum agerẽt tã
dem omnibus consiliis rationibusq; subductis ad Artoxerxem Persarum regẽ cõ
fugiendum putauit ratus non minus gratum aduentum suum ei futurum q̃ olim
themistocles xerxi fuerat regi presertim cum ad ineundam principum gratiã non
deterior themistocle videretur & causam pro liberãda patria honestiorem haberet
Aditum vero ad regem facile per Pharnabacum cum quo antea iecerat fedus: se
habiturum sperabat Itaq; cum ĩ phrigiam ad eum venisset comiter hospitaliterq;

susceptus barbarũ facunde alloquẽdo sibi in primis conciliauit atheniẽse per id tẽpus libertate amissa & xxx viris per lisandrum lacedemoniosq̧ cõcessa sera tandẽ penitentia cepit: ꝙ abrogato alcibiadi imperio aliis prefectis administrationẽ belli detulisset. Itaq̧ ab alcibiade minus erratũ fuisse dicebant: cũ ministri culpa nõnullas amisent naues ꝙ se ipsis ꝙ alienissimo reip. tempore egregiũ in militia ducem patrie sue abstulerint illã cuiusdam calamitatis que breui restaurari potuisset: hãc vniuersi interitus ciuitatis causam esse habẽdã. Sic igitur simul coeũtes in foro cũ priuatam sue cuiusq̧ domus tũ publicam fortunã ciuitatis deplorabant: cunctis tamen spes quedam relinquebatur inanis atq̧ incerta ꝙ alcibiade viuo non penitus actum de libertate credebãt. antea enim lacedemoniorũ potentiam sua virtute depressisse dicebant & nunc etiã equo animo alaturũ non esse vt se incolumi tanta cum ignominia lacedemonii trigintaq̧ tiranni athenis dominẽtur. Hec mirandum erat eo tẽpore imperitã multitudinẽ vanis cogitationibus laborantẽ omnem spem recuperande libertatis in alcibiade posuisse: cum ecõtra xxx. viri neminẽ magis q̧ alcibiadẽ metuẽtes eum solũ esse arbitrarẽtur q presentẽ ciuitatis statum perturbare ac delere posset. Itaq̧ hoc metu curaq̧ soliciti vbinã ille gentium esset quĩ precipue ageret aut moliretur ingenti studio perquirebant: ceterum critias vnus ex xxx tirannis huic timori q̧cumq̧ racione succurrendum ratus lisandrum docuit lacedemonios grece principatum retinere nõ posse nec presentẽ atheniensiũ statum firmare donec turbulẽtissimus homo & acerrimus populi cõcitator alcibiades inuita superstit Hec critie verba parum lisandri animũ mouebant nisi superuenissent a lacecedẽoniis littere iubẽtes vt alcibiadẽ de medio tolleret. Hoc aũt querebant lacedamonii siue quia hunc hominẽ vt xxx viri magnopere formidarent iã pridem ingeniũ illius in maximis rebus experti siue quia tẽp9 venisse arbitrarẽtur in quo grauem pro illata agidi iniuria ab alcibiade penã expeterẽt lisander iis acceptis litteris extẽplo ad pharnabacũ in asiam mittit ꝙ eum hortẽtur vt hanc rem que in sua potestate collocata foret quanta maxime celeritate potest aggrediatur barbaris nullam moram interponẽdã ratus mageo fratri & susametri patruo negotium dat vt alcibiadem quẽ vna cum timãdra scorto in quodam oppido phrigie esse perceperat inteficiendũ curẽt. Sũt nõnulli qui anteq̧ is opprimeretur quadã nocte visam ei timãdram per somnium aiũt multum sibi muliebribus lineamẽtis coloribusq̧ pingẽtem alii vero nõ timandrã sed mageum fuisse dicũt quem ille cernere videbatur capite sibi absciso reliquũ corpus igne cremare. Verum ii quibus necandi alcibiadis negociũ cõmissum erat mandata impigre exequẽtes cum ad eum locum vbi ille morabatur multis cum satellitibus peruenisset. Primo aduentu non sunt ausi alcibiadem aggredi sed totius circuitũ domus ita custodiis cõplexi sunt vt nemo inde elabi posset. Deinde cum vndiq̧ parietibus applicuissent ignem alcibiades re inopinata turbatus cumulũ raptim ex vestibus & omĩ gñe suppellectilis factum super ignem proiecit tum clamide leuo brachio obuoluta dextra ensem tenẽs anteq̧ flãma vlterius cõualesceret per medios hostes erupit at barbari nõ audentes aut ei veniente obuiã progredi aut cominus manũ conserere procul telis virum petebãt. Itaq̧ abundãte missiliũ copia cũ ille vlterius sustinere nõ possent tandem vulneribus multis cõfossus occubuit Hic exitus alcibiedis atheniẽsis fuit cui postea Timãdra funus satis amplũ atq̧ magnificũ pro suis facultatibus faciẽdum curauit. Sunt autem nõnulli qui non a pharnabaci militibus lacedemoniorũ gratia interemptũ sed a quibusdam familiaribus cubantem cũ eorũ sorore prius inuentũ deinde vna cũ muliere eo pacto quo enarrauim9 necatum alcibiadem tradunt.

Coriolanu

Incipit Vita Coriolani Clarissimi viri E greco sermone In latinum Per Guarinum Translata

MARCIORVM EA milia rome cōplures ex patriciis illustres edidit viros: ex quibus etiam Martius Caius nomine nepos extitit: qui post Tulum regnauit Hostilii. Martii quoq; fuere Publius ac Quintius qui maximum pulcherrimūq; Rome aqueductū fecere. Itemq; Censorius quē Romanus populus Censorem secundo creauit. Inde suadente eo legem decretūq; tulere ne cui bis eundē ambire magistratū liceret Gaius vero Martius de quo ista cōscripsimus orbatus patre sub vidua educatus matre declarauit vniuersis orphaniam tā&si alia etiam habeat incōmoda haud tamē impedimento fieri quin excellentissimus quispiam virtute vir euadat cū alioquin ipsa se ignobilibus criminādam carpendāq; prebeat ꝙ eos cura & indulgētia destitutos corrūpi sinat. Hic quoq; testimonio vir adest siqua ingenua prestansq; doctrine indigna fuerit natura: quēadmodū & malum colendi studiū generosa nacta tellus vtilia simul & noxia parturit. In omnibus nāq; consilio gerendis eius fortitudinē tolerantiā & ingētes ad virtutis opera motus indicauit. Intemperātes item gerens animos nec vsq; in contētione cedētes neq; hominū societati se facilem neq; idoneum tribuebat Cumq; illum illecebris laboribus & pecuniis infractam admirarētur hominē modestum quēdā fortem ac iustū appellabant. Verūtamē ipsum ciuilibus in negociis inuisum minusq; gratiosum & nobilitatis studiosum iniquo ferebant animo. Quē vero alium homini fructam benigna musarū affert cōsuetudo ꝙ studio ac disciplina mansuefactā naturam medium ratione certa suscipere & quod nimis est abicere Ea igitur tempestate rebus maxime bellicis & disciplina militari Romana plurimum florebat gloria Testimonio est ipsam virtutē vnico fortitudinis nomine appellatam. Idq; quo proprie fortitudinē vocant cōmune generis esse vocabulū Ceterum Martius belli artibus & decertādi studio vehemēter affectus ab ineunte statim pueritia arma tractare manibus cepit. Qua in re nisi cognatos armorum vsus presto sibi ac promptos industria vēdicasset nullum eorū que cōparasse opus fore existimās ad omne pugne genus adeo corpus exercuit vt cursu peragilis in capiendo atq; pugnādo inelectabile pondus habuerit. Quisquis igitur secū de animi prestātia aut virtute contēdisset superatus ingens corporis robur indomitū quidem ac nulli cessurum labori causam esse dicebat. Post exactum Roma Tarquiniū regē adolescentulus adhuc prima meruit stipēdia eo quo tempore Tarquinio post varios preliorum conflictus tanq; extremā iactanti aleam plurimi sese latinorū aliorūq; italiorū socios asciuere vt eū non sua magis gratia Romam reducerēt ꝙ vt crescentem rem Romanam metu ac inuidia deprimerēt. In eo bello quod multos excepit euēt9 Martius spectāte dictatore strenue dimicauit Is enim cū Romanū ciuem comminus succumbentē vidisset haud aspernatus eo protecto irruentem confodit hostem q̄obrem post victoriam imprimis illum imperator quertia donauit corana Ciuicū ꝑ enim ciuem seruasse cōtigerat hec ex lege corana dabatur siue propter Archadas is precipue quercus reddatur honos quos Glandiphagos diuinū appellare solet oraculū siue ꝙ facilem militi fructū in tum otius tū passim quercus exhibebat siue id cōueniens seruati ciuis existat ꝑmiū quoniā Ioui in cuius tutela sunt ciuitates sacra quercus est. Est preterea quercus inter siluestres quidem arbores fructu longe bellissima atq; fertilissima inter mitigatas autem validissima ab ea ꝙ

cibus erãt glandes potus mulsum obsoniũ paste ex ea fere atq; alites. Inde quoq;
magnum venatoribus instrumentũ viscus extat. In ea pugna castorẽ ac pollucem
apparuisse traditur statimq; post pugnã sudantibus equis victoriam ĩ foro nũciasse
se vbi nunc edificatum illis penes fontem templũ est. Quapropter ea victorie dies
idibus quintilibus castori ac polluci sacra solennisq; ducitur. Ceterum immaturus
honos ac dignitas annis collata iuuenibus si leuia parũq; splendida nacta sit inge-
nia: solet ipsam sitim ac fastiditam ꝙprimũ cupiditatẽ explere cõtinuoq; restingue-
re. Graues & constantes animos aget illustrat dignitas q perinde ac aura inspirã-
te ad honesta cocitantur opera. Eos enim nõ tanq; recepta mercede: sed quasi dato
pignore ne gloriam deserant: verecundia continet pudetq; in propriis se gestis ex-
tollant. Hoc pacto stimulatus Martius ipse sibi fortitudinis emulationẽ proposuit
inq; nouis semper gerendis ardens egregiis addebat egregia exuuiasq; cumulabat
exuuiis semperq; nouissimos cum prioribus duces pro sue virtutis testimonio &
cumulandis honoribus habebat. Quãobrem cum multa per id tempus decertaue-
rint bella Romani e nullo sine corona aut premio incessisse Martius visus est. Cete-
ris quidẽ finis virtutis erat gloria: huic vero glorie finis materna existebat leticia
Id nanq; ingenti tũ honori tũ felicitati ducebat: vt matri eius audire laudes & se
coronis spectare preditũ cõtingeret: ac ipsius pre gaudio lacrimãtis astringeretur
amplexibus. Hunc quoq; Ephaminundas affectũ declarasse traditur. Is enim suam
maximi fecit felicitatẽ quod res gestas in Leutris ac victoriam superstites adhuc
pater materq; spectassent. Enimuero ille vtroq; lete ac commũ visus ẽ parente: Mar-
tius tam&si paternam se teatri debere reuerẽtiam putaret vsq; quaq; tamen volu-
ntate honori ac leticie haud satis esse potuit. Cuius voluntate atq; precibus vxorẽ
duxit ex qua procreatis lib-ris cum matre simul habitauit. Inde cum his in ciuita-
te magnam ex virtute gloriã & potestatem cõparasset diuitibus contra plebem fa-
uente senatu que multa a senatoribus grauissima perpeti videbatur cohorta seditio
est. Ii enim quibus nullũ aderat peculium aut pignoris aut venditionis nomine om-
nibus fortunis exuebantur qui vero omnino inopes erãt carceri deducebãtur quã-
ꝙ plures vulneram cicatrices quas ipsi pro patria laborantes in termilitandũ acce-
perant corporibus ostenderẽt. Postremo cũ aduersum Sabinos bellum suscepissent
Marco Valerio imperatore pro illis ex senatus consulto sponsore interueniẽte di-
uites sese modestius habituros polliciti sunt. Postq; autem eo bello egregie ac pro-
spere confecto victores hostiũ rediere nihil in eos mite aut clemẽs a fenratoribus
perpetratum est senatusq; haud meisse conuenta dissimulans rursus eos in vincula
duci & bonis spoliari cõtendebat. Quo erica seuissimus in ciuitate tumultus & in-
testine seditiones erant que res cum minime latuisset hostes incursionibus factis a-
grum igni vastabant Cumq; consules eos qui peretatem ferre arma poterant nomi-
natum citarent neminẽ eis audisse constat. Subinde inter primores discordia flu-
ctabat. Existimabat nõnulli districtum illum nimis rigore aduersus inopes mollius
oportere remitti. Ceteri quorũ & Martius erat reluctabãtur non eris magnitudi-
nem verũtamen & superbie popularis initium animo versans quod adeo temere
otra leges insurgatur idcirco vt resipiscant sedandos restinguẽdosq;. Cuius rei gra-
tia cum inter paucos dies sepenumero senatua cogeretur nec nullus propterea re-
bus afferretur exitus congergati repente pauperes se mutuo irritarũt. Inde reli-
cta vrbe in sacrum montem transamnẽ Anienem secesserũt vbi quiete residẽdo vio-
lentum quidem nihil aut seditiosum agentes se a diuitibus vrbe eiectos diu clami-
tabant: Aerem aquam & sepulture locum vbiq; sibi prebiturã Italiã nihil amplius
& Romam habitantes se assequi quam vt pro diuitibus militando vulnera & mor-
tes excipiant ea res pauorem iniecit patribus: Grãdeuos itaq; qui placabiliores &

Coriolanus

plebi cariores erãt oratores mittere placuit. Prior orsus Menenius Agrippa multa cum plebem orãdo tum pro patribus incusando denique sermone circuito vulgatam illam narrasse fabulam traditur. Omnia inquit hominis membra olim aduersus ventrem cõspirasse eique quod solus nihil impertiens occiosus in corpore sederet incusasse. Cum interea cetera ad eius explendos appetitus & labores maximos & ministeria perferant. Eorum vero fatuitatẽ ventrem irrisisse. Ignorare autẽ quod cum in se vniuersum suscipiat nutrimentũ ceteris tamẽ a se distributũ rursus emittat. Eadem inquit rursus pro vobis ratio senatus est que enim pro debita rerum dispẽsatione apud eũ consilia sunt nobis omnibus ac nostro vsui & emolumẽto refert atque distribuit. Ea re conciliati a senatu ĩpetrant vt viros quinque deligerent qui si opus fuerit suo possint vti patrocinio: quos nunc tribunos plebis vocãt. Priores creauerunt Iunium Brutum & Sicium Bellutum quos secessionis duces habuerant. Coacta vnum ĩ corpus ciuitate statĩ repetitis armis populus sese ducibus ad belli vsus promptissimos tradiderũt. Ea res Martio minime co libuit quoniam inualescẽte plebe optimatũ dignitas diminuta videretur. Cum id quoque pluribus ex patriciis haud sane placere cerneret eos tamẽ ne dimicãdo pro patria se a plebeis vincere sinerent exortabatur ne potentia magisque virtute precellere illis viderẽtur. Aduersus Volscorum gentem Romani tũ belligerabãt: ubi Coriolorum erat opidũ longe dignitate prestantissimũ quod cum consul cominas admoto exercitu circũsedisset reliqui Volsci terrore perculsi simul vndique in Romanos subsidia contrahebant vt pro muris cõmissa pugna duobus ex locis in Romanum fieret impetus. Comminus vero cõsul diuisis bifariam copiis ipse quidẽ in aduẽtantes extrinsecus Volscos fertur obuius: Titum autẽ Lartium Romanũ ciuem & excellẽtissimũ virum ad vrbis obsidionẽ reliquit: Oppidani pauci factis obsidentibus erumpũt primique cõmissa pugna vincebant & iam Romanos in castra fugabant. Tum Martius cũ paucorum manu prouolans prostratis qui secum conserrauerant sunt & represso aliorũ impetu ingenti clamore Romãos reuocabat. Erat enim qualem Cato militẽ optabat nõ manu tãtum aut ictu verum & vocis sono & vultus aspectu hosti terribilis omninoque insuperabilis. Conglobatis igitur circa se plurimis pauidi retrocessere hostes quibus haud cõtentus Martius persequitur & palantes ad portas vsque fugat: vbi cum crebra e muro missilia cõicerentur persequi destitere Romani. Vt vero refertam armatis hostibus vrbem vna cũ profugiẽtibus ingredi nullus auderet aut animo aduerteret is tamẽ tum ortando tũ incitando instat fortunam exclamãs fugantibus magisque fugientibus vrbem reserasse. Paucis inde cõsectantibus repulso hoste superatas saltu portas irrumpit. Cum nemo primũ obstare aut illum irruẽtem excipere prorsus auderet postea vbi modicos admodum interius repugnãtes aut opem ferentes & ĩmixtos hostibus suos aspexit: gestis manuũ pedum agilitate & animi audatia intra menia traditur incredibile cõfecisse certamẽ. Quos inuadebat victi iacebant alios ad extrema vrbis cõpulerat fessi ac desperati quidam arma proiecerunt: quare ingens Marco oblata est occasio exteriores intro Romãos admittendi: ita redactum est in potestatẽ oppidum. Vbi ad diripiendũ & exportãdũ intentos cerneret plurimos moleste ferens vociferabat: Indignũ se extimare vt dũ consul ac ciues vspiam fortasse collato cum hostibus Marte dimicent hi diripiẽtes obambulent & prede gratia discrimẽ effugiant. Quos vbi sibi nequaquam obtemperãtes animaduertit delectis qui cõsectari noluerãt qua exercitum ire senserat proficiscitur: Interdum cõmilitonũ animos accendere & ne cederẽt exortari deos ĩterdũ orare ne posterior ad pugnam verũ in tempore aduentaret: vbi cõiunctum suis ciuibus discrimen disceptare posset. Mos tunc Romanis erat vt in acie cõstituti primusque clipeos reciperent togasque circũcingerent tribus aut quatuor audientibus vna

sine scriptis testiměta cōficerent heredemq; nuncuparet. Ea in hostium cōspectu attitantes Martius ostendit milites. Qui vt primū cum paucis cruore respersus ac sudore plenus visus est turbari nōnulli cepere. Postq; autem gratulabūdus ad cōsulem procurrisse iunctis q; dextris captum nūciasset oppidum Cominius eum salutatū amplexatus est. Ceteris rē prospere gestā tū cōiectātibus tū audiētibꝫ īgens adiecta fiducia & iā signū ad cōferendas manus dari magnis vociferatiōibus orabāt. Rogante deinde Cominiū Martio quem nā in modum hostilia cōponerentur arma & quonammodo bellacissima locaretur acies existimare se inquit medias antiatum fortissimis esse robortes qui nullā obrem suam remittāt audatiam. Peto igitur ac deprecor inquit Martius cōtra istos nos in acie viros colloca: quod consul eius prōptitudinē admiratus fecit. Cum primis pilorū iactibus cursu Martius erupisset nusq; resistere in fronte Volsci. At cui se par phalangis īmiscuerat illico discindebat. Multi rum post hec se rōuertunt armis vtrinq; virum circūuenientes. Cui metuens consul quos habebat circa se fortissimos subsidio īmisit. Atrox itaq; circa Martium pugna cōmittitur vbi cesis breui cōpluribus dum a Romanis violentius incumbitur funduntur hostes: in quibus persequēdis intenti Martiū orāt vt is labore ac vulneribus eger sese in castra recipiat. Ille haud est inquit laborare victoris cōtinuoq; fugientes insectatus est: reliquus dehinc victus exercitus: desideratis captisq; plurimis: postera die presente Martio cōgregatisq; ceteris tribunal consul ascendēs cum pro re bene gesta meritas superis laudes reddidisset conuersus ad Martium mirū in modum eū collaudauit cum rerum suarū partim ipse consul in prelio spectitor affuisset partim ipse Martius testimoniū attulisset. postmodum cum ex omnibus: tū rebus tum equis tū captiuis decem sibi priusq; ī alios preda diuideretur deligere iuberetur: preterea ad eximie fortitudinis premium insigni donaretur equo id Romanis approbātibus vniuersis: procedēs ī mediū Martius cōsulis inquit laudibꝫ exultare se equūq; suscipere alia vero nō decus sed mercedem ducere: proinde sua se quemadmodū vnusquisq; sorte contentū fore. Precipue vero vnicum peto ac obsecro gratiā: hospes mihi & amicus in Volscis erat vir equitate ac modestia clarus. Is modo captus ex locuplete solutoq; seruus factus est ei cum magna malorū moles ingruat: vnū ne venūdetur āmouisse sat erit. Hec vbi dicta sunt ingens Martio clamor obicitur: plures profecto inuictum magis pecunis animum q; bellicam eius fortitudinē admirari: q enim ob eius honores ī inuidia aut emulatione flagrabant: ii vel eo amplioribus dignum iudicabant: quod oblata cōtempneret. Magisq; qua res huiuscemodi paruipendebat: quā qua meruerat virtutem amabant. Modestior enim diuitiarum quam armorum prestantior vsus est. Maiusq; opibus non egre quā ipsis vti ornamentū affert. Vbi sedatus militum clamor est & tumultus Cominius excipiens cōmilitones inquit hisce rebus mutū donare virum non licet: demus vero quod illi datum adimi non possit: Coriolani sibi cognomen decernamus nisi prius id iam illi res geste vendicauerint: hinc Coriolanum tertium nomen assecutus est que res maxime declarat proprium sibi nomē extitisse Gaio: alterum vero Martium familie aut cōmune generis fuisse. Posteriori tempore vsus est tertio a rebus gestis: aut forma aut virtute aut fortuna quēadmodum & apud greros huiuscemodi indici solebant cognomenta a gestis quidem denominari liquent. Sicuti Sothera & Calimeon a forma vt Phistonē Cirippūq; a virtute vt euergentem & Philadelphon a fortune felicitate vt Endemona sicuti Bassus secundus vocatus est. Quibusdam etiam regibus appellationē prebuit mordacitas quēadmodum Antigono quidem Dosonem Pthólomeo vero Lamirum. Quo genere vsus plurimum Romanos constat quendam metellorum nominauere vittatum quoniam cum vlcus haberet diutius frōtem vita ligatus obambulabat

Alterum qui paucis post patris obitũ diebus funebribus ludis gladiatorum mun9
exhibuerit celerem vocauerũt: celeritatem ac maturitatẽ apparatus admirati Nõ
nullos adhuc enascendi sorte nũcupant vt proculum: qui foris absente pater natus
ẽ Postumum qui patre mortuu. Vobiscum cũ ex Gemellis alteri superstiti esse cõ
tigerit. Ex corporis quoq habitudine denominatiões rite imponi solent: vt nõ mo
do Sylli nigri ruffi verumetiã ceci & clodii: neq cecitatẽ aut aliam quãuis corpo-
ris calamitatem per cõtumeliam arbitrabantur obiectam quĩ eam perinde ac pro-
pria audiebant nomina. Hec tamẽ ad aliud magis scribendi genus attineret. Fini-
to bello seditionem turbulenti rursus suscitauere ciues: nullam nouam tamẽ aut iu
stam habentes criminationẽ. Verum ex prioribus discordiis ac dissensionibus ma-
lorum occasionem contra nobiles nacti inculta quidem ac inseminata maxima parti
agri cum nec aliunde cõmeatum conuectari belli tempestas siuisset: acris Annone
caritas ciuitatem inuasit Cuius & si magna viguisset affluẽtia: nulla tamẽ pecunie
facultas plebi suppetebat. Quod vbi seditiõis auctores vident verbis asperis crimi
nari diuites: q inueterate memores inimicitie eis famem inducant Interea ab Veli
ternis venere legati: qui vrbem tradentes eo demitti Coloniam orabant. Cum enĩ
Pestilens ciuitati morbus ingruisset tantam hominũ stragem ac pernitiem ediderat vt ex vniuersis vix pars decima reliqua superesset: In tẽpore igitur Veleter-
norum necessitatem adesse prudentiores actumabant: quoniam dubiis in rebus cũ
factiosorum tumultus increseeret leuamine indigebant seditionẽq pariter dissipa
tam iri & ciuitatem perinde ac morbosa & turbulenta quadam redundantia expiã
dam esse sperabant: Eocum igitur qui ad eam mitterentur Coloniam delectu ha-
bito consules expeditionẽ reliquis ĩ Vulscos edixerunt intestinis hoc pacto tumul-
tibus quietem excogitantes vt cum diuites ac tenuiores plebeiq & patritii inter
cõmunia simul arma castra & belli discrimina versarentur mitioribus inuicem cõ-
ponerentur animis. At Sicinius & Brutus turbulenti sane homines magis insur-
texere clamoribus: rem crudelissimã mansuete Colonie nomine appellari cum ta-
men mendici homines tanq ad pernitiosam Voraginẽ exitus in vrbem aere morbi
do & inhumatis refertam cadaueribus deducerentur: alienos & letalis quidem ac
pest feros habitaturi lares. Et quasi abunde non sit quosdã media perisse alios pe
stilẽtie obiectare insuper ne vllam calamitatis genus ciuitati desit qua locupletum
seruitio oppressa fatiscitur susceptũ vltro bellum adicisit. Plebs huiuscemodi ver
bis instigata neq consulum delectum inibat & Coloniam detrectabat quare sena
tus anceps cum palam his plebis ducibus aduersantem Martium cerneret qui tu
more & alatis iam plenus animis magna patribus admiratione habebatur: Coloniã
emittunt grauem forte delectis mulctam nisi excedant cõminantes. Aliis vero mi
liciã detrectãtibus. Martius assumptis tum clientibus cũ ceteris quos inducere
potuit in Antiatem agrum incursionibus factis Annone plurimi & magnam pe-
corũ & captiuorũ predam cõpariens nulla sibi prorsus re desumpta militib9 cũcta
secum agentibus ac ferentibus Romã rediit. Quibus inde locupletatis reliqui pe-
nitentes inuidere Martio inimicari eius gloriam ac potestatem perinde ac contra
plebem augeretur moleste pati. Paulopost petente consulatum Martio multi ĩ eũ
proni erant vereri nãq ne virum genere ac virtute primarum post talia ac tanta be
neficia dignitatis expertem repudiarent. Mos erant magistratum petentib9 pre
hensos dextra ciues benignis orare verbis & absq interiore tunica in forum oper-
tos veste descendere siue vt eo habitu ad supplicandum humiliores accederẽt siue
vt qui cicatrices haberent manifeste signa fortitudinis aperirent. Nec vero ob ple
bis suspitionem ita recinctos & absq intima tunica supplices ire cogebant non enĩ
dignitates argẽto aut vllo corruptelarũ genere tum impartiebantur. Diu siquidẽ-

post emptio ac venditio illo sera prorupit & inter contionis suffragia sese argentū
imiscuit: hinc iudiciorum hinc exercituum corruptela vnius domino subiecit vr-
bem. Auro captiua seruiunt arma. Sapienter vero dixisse videtur qui Romanum
populum ex eo tum primo perisse inquit qui primus epulum ei largitionemq; de-
dit. Ea quidem pestis haud continuo patens ceterum Clandestīa proserpens Ro-
mam paulatim inuasit. Non enim scimus quisnā prior Rome populo aut iudici lar-
gitionem dederit: primus autem athenis pecuniā iudicibus cōtulisse traditur Ani
tus Anchemini filius cum circa Pelopponessiaci ferme belli exitum proditionis
Pili causam diceret. Tum incorruptum adhuc genus aureum Romano obseruaba
tur foro. Ceterum cum Martius plures ostenderet cicatrices quas assidue per an
nos tris ac decem egregius bellator exceperat vniuersi illius virtutem tacita vene-
rationem prosequebantur deq; eo consule designando mutuos inter se fecere sermo
es. Instante comitiorum die Martius magna senatorum frequentia stipatus ho-
norifice forum ingressus est. Tum manifeste declaratū ē nulla in re tantum studii
cure atq; solicitudinis quantum in Martio gessisse patritios: que res multitudinis
beniuolentiam in odium inuidiamq; conuertit Quippe timuerant si vir tante inter
nobiles dignitatis maxime rei optimatum inclinatus consulatum assequeretur ne
popularem omnino tolleret libertatem: ea cogitatione denegato Martio consulatu
alii designantur. Id egre senatus tulit quod ipse magisq; Martius ea lacessitus con
tumelia videbatur. Martius neq; modeste neq; equanimiter illum perpessus casum
plurimum iracundie ac contumeliose indignationis aperuit vt qui magnos spiritus
& excelsos foueret animos. Nō erat ille vir qui grauitatem simul cū māsuetudine
quibus in rebus ciuilis maxime virtus constat studiorum ratione aut disciplina tē
peratam haberet: ignarus ei qui administrator in rep futurus est fugiendam esse
magnopere pertinatiam: quam Plato sociam solitudinis appellabat & hominū so-
cietates comiter celebrandas acceptasq; placide sufferēdas iniurias que res multis
solet esse ludibrio. At simplex vsq; adeo austerusq; prestans vniuersos superare ac
nemini cedere omnino fortitudinis officium esse censebat. Cum tamen id ex animi
mollitie & inbecillitate proficisceretur: aquo dum graui laborat egritudine furor
ille perinde ac ex tūc facto quodā vlcere extuabat: perturbatus igitur & acerbissi
me infessus plebi discessit. Qui vero in vrbe & etate & generis splendore florebāt
e. viro mirumimmodum cū semper affecti tum vero eo tempore presto aderant si-
mulq; & dolendo & indigne ferendo ad nullum honestum facinus ipsius animū in-
cēdebat. Eis nāq; beniuolus in re militari dux erat atq; preceptor & dum aliquod
strenue opus perfecissent adiecto sine liuore stimulo ipsos ad virtutem & gloriam
concitabat. Magna interea vis empta frumenti Romam ex Italia conuecta est: nō
minor ex Siracusis: quam tirannus Gelo dono miserat: ea re plurimis spes iniecta
est & alimentorū penuria simul & dissensione ciuitatem liberatum iri. Frequenti
igitur curie confestim circūfusa extrinsecus multitudo exitum expectabat Annōe
cum liberalem eis futuram auctionem tum impertiendam sine precio largiciōem
sperantes erant siquidem qui ea de re ad senatum referebant. At surgens Martius
eos qui aduendicandā plebis gratiam orauerant vehemēter carpsit factiosos homi
nes & reip. proditores appellans qui pestifera temeritatis ac insolentie semina &
sibi ipsis noxia fouerēt in plebem. Que dum ex initio germinabant haud neglexisse
consilii prudentieq; fuisset ne facerent hisce principiis dominationem plebis inua-
lescere terrori iam esse quoniam quecūq; iis collibuerint facile impetrant & ad nul
lum facinus obeundum inuiti cogi queunt eos nusq; obtemperare consulibus tanq;
indomita ferocia est vt eorum patronos sues vocare principes audeant. Nam quid
est aliud inquit pro distribuendis populo largitiōibus suffragia decretūq; sedētes

ferre quod in popularibus greci principatibus factitant quod ad cōmunem pernitiem
eorum contumatiā alere. Non enī detrectata sepenumero militia & destruta per
secessionem patria & incusato senatu gratiā accepisse: verum se per metum impu-
ne dimissos esse iactabant quin vos hec per adulationē tribuentes indulsisse: idcir-
co consisi nullum aut ipsorū superbie aut seditiōibus finem facturi sunt. Cum igit̄
hoc vehemens quidam furor existat resipiscamus inquit: & tribunitiā illius pote-
statem auferamus consularis pernitiē dignitatis: seditionisque ciuitatis causam. Qui
non vna iam vt olim: verum scissa atque disiuncta concors nunque vnanimisque futura est
nosque nō nisi mutuis perturbatos odiis disceptationibusque languētes esse sinet. Talia
permulta dictitans Martius iuuentutē & vniuersos ferme diuites miro concitatos
instīcta in suam traxit sentētiam: solum hunc esse virum clamantes qui ciuitatem
nullus vnici blandimētis permittat. Nōnulli grandiores natu tū euentum prospi
cerent obsistebant: hinc enī boni nihil exortū. Tribuni namque qui aderant vbi victri-
cem Marcii sententiam intelligūt: ingenti clamore percurrunt turbamque vt ad sibi
opitulandū insurgat exhortatur. Inde dum Martii verba ī senatu habita repetun-
tur turbulentissima facta cōtione ne vulgus ira preceps contra senatum impetum
faceret vix temperatū est horum culpam malorum in Martium tribuni referētes
eum causam dicturum missis lictoribus citāt. Quos ille per tumeliā habitos a se re-
pulit. Inde tribuni cum edilibus vt in Martium traherent profecti virum capiunt
Conglobati vero patritii fugatis tribunis edilibus incussere verbera nox rissam di-
remit illucescēte die consules vt percitum ira populū in forum vndique concurren-
tem vident ciuitati timere ceperūt. Quare coacta senatu deplacanda multitudine
aut oratione benigna aut vtilibus decretis agitatū. Tunc enim cōtentioni dignita-
tis minime locum esse: nec si sapiant eo tempore pro gloria decertandū. Id seuū an-
cepsque tempus clementiā magis & gubernandi humanitatem exposcere. Ea tenuit
sentētiam progressi igitur ad populū cōsules benignissima orationem habuerunt:
nunc obiecta placide refellentes nūc intermonēdum modestissimis vtentes morsi-
bus tum de annone precio nihil vtique secum disceptaturos talibus verbis mitigatus
est populus. Quem vbi tribuni leniter ac moderate audiēdo placari cernūt assurgē-
tes senatui tēperate quidem agenti ius esse inquiūt cedere populum. At Martiū
causam dicere iubent quem non nisi ad perturbandā remp. populumque destruendū
irritasse patres cōstat qui citatus parere contempserit edilibusque denique in foro per
contumeliā verberatis intestinum quantū in eo est bellum exsuscitarit ciuesque ad
arma compulerit. Ea vero idcirco dicebāt vt vel preter naturam ferocem Martii
animum humilem summissumque redderent aut si vti moribus pergeret inexorabilē
aduersus illum irā exercerent. Quod illum facturum esse sperabant probe siquidē
hominis norant ingenium. Stetit itaque vt crimina dilueret Martius quietem ac si-
lentium tenente populo. Cumque supplex expectaretur oratio odiosa nō solum dicen-
di licentia & maiori orsus est conuitio. Verum & sono vocis & vultus dispositione
intrepidus extitit ita vt eos aspernari & paruifacere videretur. Quapropter exa-
speratus populus se illius verba grauiter & moleste pati haud dissimulanter tulit
Audacissimus tribunorū Sicinius parumper habito cū collegis colloquio postmo-
dum proclamans in mediū tribunos mortis clamasse Martium pronuntiat deinde
edilibus vt statim correptū e saxo ad ima prouoluerent edixit quem tū ediles arri-
puissent id plurimis & plebeis etiā hominibus tum horroris tū superbie plenum
visum est facinus. Patricios ingens dolor incessit qui siquid opis afferre possint cla-
more ac strepitu eminus adorti sunt ii contra quisquis manus admouerat arcentes
promiscuum inter se tenebant Martiū nōnulli protensis ad populū palmis orabāt
Postque in tanto strepitu & tā deformi rerū facie nihil verba nihil clamor effecerāt

amici ac necessarii tribunorũ vbi nõ sine multorũ cede nobiliũ exigi ad necẽ Martium posse intelligũt: eos inducunt vt pene nouitate & acerbitate sublata non vi non indemnatũ occidant. At de eo populi suffragia ferri sinant. Tum desistens ab incepto Sicinius Patricios rogat quãobrem volenti populo Martium digna luere supplicia: ipsi tantopere illum conentur eripere. Cõtra illi Siciniũ rogant quid cogitatis excellentissimũ Romanum ciuem causa indicta ad tam imanissimũ nefariũ q; vexare cruciatum. Tum Sicinius ne banc dissensiõis ac seditionis cũ populo causam allegetis inquit: dabit̃ ei quod deprecamini fieri de homĩe iudiciũ. Tibi autẽ predicimus ĩquit Marci tertio vt adsis foro quo te nihil aduersũ leges perpetrasse persuasos ciues facias: iudiciũ de te per suffragia laturos. Ita soluto ac recepto Martio a patritiis sũma cum alacritate discessum est. Medio tercii fori tẽpore nona autem die quã nundinas vocant Romani fora cõstituunt. magnam propulsandi spem iuditii prebebat susceptũ in Antiates bellum: quo interĩ diutius duraturo tabescente & ob belli negotia relanguẽte prorsus ira pacatior redoleretur populus. Postmodum vbi finito mox bello rediere: patritii crebroscõuentus agere & consilia agitare quo pacto necMartio deessent: nec factiosi rursus homines turbulentas populi disceptationes innouarent. Appius igitur Claudius plebi vehementer infestus & labefacti remp & senatoriã destrui dignitatem obtestabatur si contra nobilitatem in populi potestatẽ suffragia fieri paciantur. Contra seniores populo cariores. sed mitem ac humanũ ex licentia futurum vulgus asseuerabant. Nec enĩ illis senatum esse cõtẽptui sed cum se flocipendi putent auctoritatẽ iudicandi sibi honori ac solatio ducere: simulatq; suffragia ceperint omnẽ deposituros iracundiã. Martius itaq; cũ magno in se studio tum metu plebis ancipitem cernẽs senatum tribunos rogat cuius eum criminis reũ arguunt: aut qua de re causam dicturum accersant ad populum: perduellionis actionẽ esse aiunt seq; illum regnũ affectasse demõstraturos inquiunt. Tum surgens iam eo inquit causam dicturus ad populum nullum se iudicii aut supplicii genus si cõuincatur effugere. Modo id accusate inquit nihil patribus ementiti. Eisidem constanter asserentibus ipsa de re constitutũ est iudicium. Populi deinde facto conuentu nõ decurie verum tribus in suffragia ire cogebantur. Primũq; mendicam ac inertem turbam & cui nullum honestatis inest studium anteq; locupletes assuetos bello clarioresq; ciues suffragia ferre iusserunt Deinde cum in eum minime probarentur obiecta affectati regni crimẽ omittitur. Is rursus memoria repetitus est sermo: quẽ Martius habuerat in senatu dum facili venundari precio inhibebat annonã & tribunitiã populo potestatem suadebat intercepi. Dehinc nouum agi crimẽ ceptum quod captam ex antiati agro predã in erarium non retulisset: verum suis diuisisset militibus. Que res Martiũ vehementer perturbasse traditur: quod cũ in eam ex insperato incidisset nõ facilis ad persuadẽdam multitudinem extemporalis suppetebat oratio. Eo collaudare iam milites incipiente ingens tumultus exoratur. plures nanq; eam detractarant militiam. Demum euntibus in suffragia tribubus tres illum perpetuo mulctarunt exilio. Quod vbi promulgatum est populus magis profecto q; superatis vndiq; unq; bello hostibus alacer exultan sq; abat. Senatus vero dolore ac tristitia grauiter angi: iamq; penitere & egre pati quod non omnia pertentasset: & aspera potius cuncta subisset q; insolentem adeo plebem tantaq; abutentem licentia paruifecissent. Qui in re ad eos internoscendos non opus erat veste aut aliis dignitatis insignibus At cõfestim quisquis exultabat plebeium: quisquis merebat patriciũ esse constabat. Ipse autẽ Martius nihilo aut veste aut incessu: aut facie contristatus aut humilis solus inter tot afflictos meroris expers videbatur: non illum consilio aut virtute casum equo ferẽs animo: verũ & indignatiõe & grauissima perculsus molestia: quod a tristitia

proficisci plures ignorant: qui simul ac in furorem versa vehementer excãduit: hu-
militatem secordiamq; propulsat. Eapropter qui iracundi furentesve sunt: effi-
caces strenuiq; iudicantur: quẽadmodum & calidus quẽ febris occupat. Animus
quippe vtpote altius intendente pulsu attollitur quam dispositionem extemplo re
Martius declarauit. Siquidẽ domum ingressus vt matrem cõiugemq; plãgore ac
vlulatu lamentantes salutauit modeste presentẽ ferre casum monuit. Mox frequẽ-
ti cũ patriciorum comitatu sese ad portas proripuit inde nihil aut capiens aut indi-
gens tribus aut quatuor cõsectantibus famulis excessit. Paulopost cũ in agro ver-
saretur multa secum qualia furor ministrabat agitans consilia nõ honestum aut vi-
rili alias vtile quicq; sed quo peccato in romanos grassatur cogitabat vt in eos gra-
ue ac finitimum quodpiam bellum accẽderet. Primũ itaq; cum Volscis experiri
collibuit quos & corporib; & opibus pollere sciebat: Acceptas nuper belli clades
non tantum eorũ vires attriuisse quantũ disceptandi cupiditatem irritasse puta-
bat. Ceterum ex Antio erat oppido vir ob diuitias ac fortitudinẽ & generis splẽ-
dorem regiam in Volscos nactus dignitatem Tullus Amphidius nomine. Hinc se
magisq; Romanorũ quempiam inuisum esse cõpertum habebat Martius. multo-
tiens enim emulatione iactabundi vt fortissimi iuuenes belli gloria & inuidia sti-
mulati alterius se minis prouocauarãt que res preter publicas priuatas etiam ĩter
eos auxerat inimicicias. Haud tamẽ abstitit quinimo excelsos in Tullo noscitãs ani-
mos qui Romanos etiam occasionẽ causamq; prebentes aliqua clade cupiebat aff i
gere certissimũ ei reliquit testimonium quisquis aduersus iram reluctari difficile
esse dixerit que persepe id quod vult emptum morte persequitur accepta veste q̃
ignotus sicut & Vlixes delitesceret hostilem cõmigrat in vrbem obuiantibus inde
plurimis nulli cognitus erant enim tenebre: Tulli domũ adiit seq; repente ĩtra la-
res inferens operto capite tacitus quietusq; sedit admirantes domestici haud de-
pellere virum audebant erat enim quedã in eo vel tacente maiestas Tullo autẽ
cenanti rei nouitatem denuntiant Tullus ad eũ contendit qui sue sit aut cuius rei
gratia venerit percontatur. Ita retectus Martius parumper ĩmoratus. Si me non
dum agnoscis Tulle inquit aut cernens vero credis me mei accusatorẽ fortuna cõ-
stituit Gaius sum Martius qui plurima Volscis mala intuli nec ea me negare Co-
riolani cognomẽ sinit. Haud enĩ aliud mihi ex illis laboribus multisq; periculis pre
mium quam hoc insigne vobiscũ inimicitie nomen cõparaui quod cũ mihi adimi ne
queat ceteris spoliatus omnibus cũ liuore plebis ac insolentia tum optimatũ ac no-
biliũ mollitie ac perfidia exul extrudor. Tuorũ penatum supplex adsum nõ salutẽ
aut liberationẽ expetiturus quid enim mortẽ reformidãs horsum deferrer at vo-
lens ex iis qui me e patria extorrere deiecere digna recipere supplicia iamq; ab eis
quod te mihi dominũ constituo magna ex parte recipiens. Siquis igitur de inua-
dẽdis hostibus tibi animus adest eya vir generose meis ad id calamitatibus vtere
& infelices casus in eos cõmunem Volscorũ felicitatem fare. Eo enim ꝓ vobis for
tiusquã aduersum vos belligerabo quo animosius qui rem hostiũ nouere quam qui
ignorant bellare solent quod si inceptare non audis fessusq; subsistis nec mihi vlla vi-
uendi cupiditas superest nec tibi me seruare conducit diu quidẽ inuisum ac inimi-
cum hominẽ nunc vero inutilem & omnis prorsus cõmoditatis expertem. Hec cũ
Tullus audisset mirumimmodum letatus iuncta dextra Surge inquit & confide
Marti. Nobis enim cũ te exhibes ingens bonum tuus prestat aduẽtus. sed maiora
profecto ex Volscis sperare te licet cũ Martium in cena hospitaliter habuit. poste-
ris inde diebus inter se de bello consilia conferunt Ingentes ĩterim ob Martii dam
nationem inter primores plebeiosq; dissensiones Romam perturbabãt. Multa pre
terea tum vates tũ sacerdotes tum priuati homines procuranda ꝓdigia nunciabãt

ex quibus vnum huiusmodi cōmendatum est memorie Titus latinus erat vir haud
alieni curiosus negocii: nichil arrogãs minimaq; superstitiosus. hic in somnis Iouē
sibi adstantē cernere existimauit. referre senatui iubentē quod malū tristissimūq;
sibi pompe presultatorē permisisset. quod primū cum uidisset: neglectui se dedis-
se dicebat. Cum iterū ac tercio idem visum conspexisset eius optimū filiū interire
conspexit. tum subita membrorum debilitate correptus est postmodū cū lectica de-
latus ea senatui renūciasset illico corpus pristinū sensisse uigorem traditur: exur-
gensq; suis abiisse pedibus. quare admirari senatores magnam inuestigãde rei cu-
ram ac diligentiã habuere. Ea uero erat huiusmodi Quidam eius seruū ceteris fre-
nis trucidãdum in foro uerberibus tradiderat: posteaq; necauerat Dum homanū
plagas incutiūt cunq; senis modis & uaeiis penarum doloribus afficiūt pompa forte
subsequitur. Qui aderant triste spectaculū ac indecoros motus grauiter tulere. la-
ctatis solūmodo in amarissimū adeo tortorē maledictis atq; conuiciis. id tamē faci-
nus nemo conpescuit. Erat quippe plurima in seruos humanitas ob precipua illo-
cum ministeria: leuiorq; cum eis uite communicatio solebat haberi. Maxima uero
hec peccãti seruo pene inferebatur pena ut is plaustri lignū cui temo affigitur spe-
ctanti uicinia ferens circūgreretur quod ubi factū erat infidus a domesticis & ui-
cinis existimatus furcifer appellabatur. Quod enim greci Hipostaerm ac Sterigina
hoc Romani furcam nominãt. Cum igitur latinus uisa renūciasset senatus dubius
inquirebat: quisnã tristis ille malusq; presultor pompã antecessisset: donec nōnulli
indignissimos eius serui cruciatus memoria repetiuerūt quē in foro plagis affectū
postea necauerãt. Comprobãtibus itaq; pontificibus sūptum est de domino suppli-
cium: deoq; instauratū est solenni cum pompa spectaculū. Numa quidem cum alia-
rum rerum tum pontificii iuris prudētissimus expositor hoc Romanis ad sūmi
religionis ornamentū instituisse uidetur: ut cum principes aut sacerdotes eem di-
uinã fariūt preco ingenti uoce precedēs clamee hoc age: animos sacrificas adhibe-
ri iubens ne ullis interiectis operibus que plurima humanis in rebus ui & necessi-
tate quodãmodo fieri contigit: diuinus auerteretur cultus sacrificia ludos & spe-
ctacula non hac tantūmodo sed pusilla quoq; de causa instaurare Romanis mos est
Olim Thessaram ducentibus equis cum vnus eorum attonitus resilisset auriga habe-
nas manu frustra corripuit: quocirca eam denuo pompã instaurari decretū. Inferi-
oribus temporibus unicum trigesies actum accepimus sacrificiū quod aliquis sem-
per aut error aut scrupulus intercessisset Talis diuinis in rebus romani religio est
Martius autē ac tullus obnixe cum Volscorum primoribus clãdestina ferebãt col-
loquia. instigabantq; ut Romanis quoad mutua fluctuãt seditione bellū inferrent
At ii moleste eam orationē admittebãt: quoniã annue sibi cū Romanis indicte fue-
rant inducie. Belli tamē causam postmodū prebuere Romani. qui ob cuiuspiã su-
spicionē calumnie in ipso spectaculo per precōē indixere: ut vrbe Volsci ante solis
occasū excederēt. Id quidã Marcii dolo ac fraude peractū asserūt: qui subornatū
quendã senatui nunciatū miserat: vt Volscis Romanos inter spectandū adoriri: vr-
bemq; incendere consilium erat. Id quippe senatus consultus omniū in se Volscorum
uehementissimū conflauit odium. Tullus attrocius rem verbis attollens instiga-
tos demum induxit: vt vrbes & quantū agri bello eis ademptū erat a Romanis p
legatos repeterent. Auditis Romani legatis iniqua ferentes responderūt. Prio-
res quidem Volscos arma sumpsisse: posteriores ea Romanos deposituros. Tullus
aduocata publice contione ubi decretū bellum est accipi Martium consulit eiq; de-
positis inimiciciis fidem haberi vt quod prius bellando non vastarit id nūc propag-
nando sūmopere viuet: Accitus Martius habita ad populum contione non minus
orando grauis quã armis potens plurimūq; sapientia & animi magnitudine pstans

habitus vna cum Tullo dux belli & imperator dictus est. Timens igitur nedū Vo
sci necessaria bello tardius pararēt: ei bene gerēde rei surriperetur occasio iussis
pricipibus & ī ciuitate poteńioribus cetera cōparare atq; instruere ipse nullo mi-
litie ordine expeditissimos serum trahens ex insperato Romanū repente inuasit
agrum. Tanta inde vis prede vt cū agendo tum ferendo atq; vescendo Volscos lax
aretur exercitus. Is vero paucifaciebat quod predam habunde connectaret lateq;
vastaret agros cuius vero gratia ea gerebat permagni existimabat carpendos ple-
bi obiectare patricios. Nam cū aliorum vniuēsa dirueret solus nobiliū agros sūma
ope seruabat intactos ac eorū nihil sinebat intercipi: quapropter turbulentissime
inter eos incusationes & iurgia excandebāt. Hi quidē plebeios iniquissime virum
fortem eiecisse criminabātur ii contra patricios recrudescentibus inimicitiis conci
tasse Martium querebātur: & afflictis bello ceteris eos spectatores sedere ac eris
fortunarūq; suarum custodes nactos ab se q̄ longe bellum habentes Tum Martius
vehemētissimā se rem cōfecisse ratus quod ad contēpnendos hostes audateor iam
Volscus esset predam tutus abduxit. Vt vero nō minus mature q̄ animose coacte
sunt ingētes Volscorū copie partim in vrbibus presidio reliqui partim belligetare
Romanis censent: Martio autem alterius optionem imperii ipsi tradēte Tullo. Ille
Martium cū se nusq̄ inferiorem virtute tum vero meliore belli fortuna vsum affir
mans ducem foris versari statuit se autē ciuitatū presidio futurū & exercitui com
meatus & necessaria suppeditaturū. Quibus rebus acrior factus Martius in pri-
mis Circeum Romanorū Coloniam petit cui vltro ī eius potestate se dedenti vio-
lentū nihil intulit. Inde latinorū depopulatur fines ibi pro latinis sociis propugna
turos Romanos opinatus. At ii cū a Romanis multociens subsidium implorarent
ad id ferendum segnior erat populus: consules vero extremo iā consulatus tempo
re pugne periculū detrectabāt. Eapropter vacui latini temissi: Marti9 ad eorū vr
bem castris admotis Tolerinos inde Vicanos Pedanos Bolanosq; cōtra ferentes ar
ma vi cepit Corpora in seruitutem redacta bona eorum direpta sunt. Qui ad eum
inclinabantur eos magna cura protexit & ne quicq̄ detrimēti eo vel inuito pate-
rentur ab illorū agro q̄ longissime castra dimouit. Postea Balla stadiis circiter. C
Roma distante potitus omnibus ferme vsq; ad īnoxiam etatē cesis ingentē nactus
est predam. Tum Volsci qui ad ciuitatū presidia dispositi erant q̄primum cum ar
mis deferuntur ad Martium: hunc vnum imperatorē solum suūq; agnoscere prin-
cipem dictitantes. Eius inclitum nomen & gloria admirabili virtute per vniuersū
ferebatur Italiam: vnius traditionē corporis tam incredibile rebus effecisse momē
tum Romana res nullū seruabat ornamentū. Nulla belli cura quotidiane discordie
sediciosesq; rontentiōes donec obsidione cingi Lauinii vrbem nuntiatū est. Ibi Aui-
ta dierum templa Romanis erant inde primordia generis quoniā id primum Ene
as oppidum condidisset. Tum mirūmodum populi repentia mutatio. Absurdū
vero ac incredibili patricinorū consilium solicitus enim de reducēdo in patriā Mar
tio summa vi damnationē eius rescinderet. Pater habito super plebis voluntate cō
silio id prorsus inhibuere siue vt omnino infesti popoli vocis obsisterent siue quod
plebis gratia reuocari virū nolebant siue iā idcirco illi graues infensiq; forent quod
tam&si ne ab cunctis iniuria lacessitus esset vniuersos tamen offenderat & hostē se
patrie declaratat in qua & potentissimos & prestantissimos condoluisse ciues se-
cumq; pariter violatos sciebat lata de illius reditu rogatione absq; senatus consulto
inferenda lege ac suffragiis inanis erat plebis auctoritas. Id vbi Martius accepit
acrior ira subiit omissaq; obsidione furore stimulatus ad vrbē ire pergit & ad celi
as fossas quadraginta ab vrbe stadiis castra locauit. Tum visus terribilior & quā
q̄ ingētes antea tumultus attulisset omnis tamē in presentia sedata dissensio Nēo

enim aut princeps aut cõsulares audebat de martii reditu refragari Cernere erat muliebres concursus in vrbe in deorum templis seniorum lacrimas supplicesq; precatus cuncta trepida nusq; salutis aut consilii locus Tum prudentissimũ plebis de cõciliãdo Martio cõsilium extitisse intelligebãt. Incusãdo omnino patres qui dũ placato opus erat odiũ iraq; magis incitarãt. Legatos igit̃ ad Martiũ mittere placuit qui reditum ei dantes in patriã instantis belli periculum solui exorarẽt Missi autem a senatu equales Martii ii cũ primum Martio ocurrerẽt sese ab eo tum familiari tum amico ingenti alacritate susceptum iri putabant quod secus est factũ per hostium castra deducti eum inter cõfortissimã turbã intolerabili grauitate sedentem offendunt. Circũstantibus Volscorum primoribus legatos causam aduentus iussit exponere. Mitis vt decuit & humana plurimũ corũ extitit oratio Martius vbi desiere loqui respondit pro se quidẽ ex acceptis iniuriis acerbe iratẽq; pro Volscis vt imperator vrbes & quantũ agri ademerint reddi iubẽs: Volscosq; sicut & latinos ciuitate donari. Nullũ nisi qui equis iustisq; conditionibus fit. firmũ ac stabilem belli finem. Ipsis ea de re cõsultandi triginta dierum spatiũ dedit. Abeũtibus legatis inde ex agro castra mouit. Hinc Volsce qui eius potẽtie grauius inuidebant primũ crimen nacti sunt ex quibus & Tullus erat: priuatim quidẽ nullis a Martio lacessitus iniuriis verũ qui humanorum morbus animorũ est obscurata penitus fama sese Volscis esse contemptui mestus videbat qui omĩa sibi Martium esse putabant reliquosq; nõ nisi q̃tum honoris & potentie Martius erogaret vsurpare dignũ iudicabant. Hinc prima criminationum causa occultis in illũ modis disseminari cepta. Hinc conspirãtes in eũ Volsci succensebant ipsumq; quia castra mouisset proditionis insimulabant. Nec vero prodita hosti menia vel arma sed temporis oportunitatẽ cuius ea vis eaq; natura est vt superiora illa tũ conseruare tum in pernitiem dare queat. Haud minusq; triginta dierũ spatium hosti dedisse in quibus nihilo maius rebus gerendis momentũ accessisset. Quanq; id temporis interuallum Martius non ociosus non segnis exigens socios Romanorũ inuadens ferro igniq; vastasset septem ingentes populisq; frequentes cepit vrbes quibus nullum Romani ferre subsidium prorsus audebant adeo cunctorũ animos terror affecerat & resolutorũ ac rigentium more membrorũ fracte vires ad bellum erant. Instante die dicta Martius cũ tota rursus affuit exercitu. Missi denuo legati orare vt ita posita ex agro Volscos educeret quecq; vtriq; magis ĩ re sit dicat pagatq; nihil metu cessuros Romanos esse quod siquid equũ Volscus aut humanũ postulet facturos se omnia modo arma deponat. Ad hec Martius nihil vt Volscorũ imperatorem se respondere inquit verũ vti adhuc Romanum ciuem Proinde mouere se orareq; vt equiora saniorq; cõsulerent vtq; eius postulata cõprobassent. Tertio demũ die redire iussit quod si secus deliberent nullam amplius vacuis in castra mandatis migrandi veniam eis ore pernoscant Senatus vbi re infecta redeũtes accepit legatos perinde ac seua ciuitatem tempestas ac procella vexaret tanq; ad extremam ancoram ad numinis opem implorandũ confugit. Vniuersos nanq; sacerdotes Aruspices Editos Vates & ex vetustu Romanorũ ritu Augures solitis pro cuiusq; sacerdotio ornatos insignibus ad Martium ire decernũt orareq; ac deprecari vt cũ suis demum redeũs in gratiã ciuibus impium adeo bellum abducat. Hisce viris intra castra susceptis nihilo mitius aut placabilius tribuit aut perfecit aut verbum reddidit proinde vt prius imperata facerent aut bellũ susciperent. Reuersus inde sacerdotibus sedatis in vrbe motibus disponendas esse cẽsuerũt per muros vigilium stationes qui subeuntes propulsarent hostes. Suam dehinc in tempore ac fortune inconstantia spem collocantes nullum eorũ saluti remedium adhibebant. Cunctã igitur ciuitatẽ turbatio pauor & dirus occuparat rumor quead quod ab Humero per

Coriolanus

sepe dictum est tale aliquid obuenit quod nequaq̃ multitudinis animo sedet Is enĩ
magnis in rebus & minime vsitatis hunc in modũ inquit clamatq; Olli pectoribus
posuit dea candida pallas. at superum quisq̃ mentẽ conuertit. Item & alio in loco
Fama animis populi diuina illabitur & Cogitat vt mentẽ diuorum iussa monebãt
Que vt impossibilia & haud sane credenda fabulamẽta sunt qui parui faciant cũ ta
men ea conueniẽtia quidem & pro humane consuetudinis ratione profecta Home-
rus cecinerit: quippe cũ multociens ita dicas. ast ego consilium hoc animis ingenti
bus orsus. Sic fatus dolor eandem inuasit: & ille. ambiguas versat per fortia pecto
ra curas . Et rursus . at nihil illa. Suasit honesta animo versanti Bellerophanti in
magnis ĩmirandisq; rebus que impetu & inflamato quodam indigere videantur
instinctu non a deo delectũ nostrum eleuari sed moueri excitariq; voluntatem facit
Nec vero vllus nobis appetitus verũ appetituũ duces ingerit imagĩes qbꝫ cum ad
initium minime opus rogat fiducia certa speq; simul adiecta recusanre prestant in
itium aut enim a nostrarũ causis actionum seq; principiis tollenda prorsus diuina
sunt. Aut quonam alio modo opem adiumentũq; ferunt hominibus. Nec enim dii
nobis corpus effingũt nec ad res gerendas manus nobis & pedes cõponũt & pro-
mouent sed efficaces animi vires atq; delectũ quibusdam primũ imaginibus & co-
gitationibus excitant aut contra auertũt ac reprimunt sistuntq;. Rome autẽ ma-
trone varia deorũ templa tenebant plurime & longe quidẽ clariores Capitolini Io
uis arma supplices adorabãt. In quibus & Valeria eius soror Publicole qui Roma
nis ingẽtia persepe cũ foris tum intus attulerat adiumenta: Publicola iam mortẽ
obierat quemadmodũ in eius vita cõscripsimus. Valerie vita non dedecus sed sum
mam potius stirpi sue gloriã adiecisse creditur. Ea igitur repente quo superius
dixi modo cõcita & diuina quadã medicante publice calamitatis cogitatiõe tacta
exurgit seruinq; ceteras trahẽs ad Voluminam martii genitricem cõtendit cuius
domum ingressa eam cũ nuru sedentem paruosq; sinu nepotes fouentes inuenit.
Circũfusis igitur mulieribus Volumina inquit tuq; Vergilia nullo senatus consul
to aut principum edicto nos matrone matronas adimus. At deus nostras vt arbi-
tror miseratus preces vigorẽ inierit animis vt horsum tum pro nostra ciuiumq; sa
lute tũ pro vestra gloria obsecrature venerimus clariori profecto si animũ induxe
ritis futura quamq; Sabine cõciliatis ex bello ad amicitiam & pacẽ maritis ac pa
rentibus vendicarũt. Eya supplices Pergamus ad Martium ad quem verũ iustũ
q; de patria perferre testimoniũ quod ipsi licet multis oppressa miseris nihil tamẽ
ob iram graue nobis aut infestũ intulit quĩ illi vos restituit incolumes tam& si nul-
lam ab eo sit assecutura clemẽtiam. Ea orante Valeria relique acclamauere mulie
res. Tum Volumina ita respondẽs. Et publica cum inquit matrone calamitatũ e
qua nobis portio est: & priuatis affligimur malis: que cũ Martii gloriam & virtu
tem ãmiserimus: hostilibus magis armis circumseptũ q̃ saluum aut liberũ eius cor
pus aspicimus ingens vero vobis calamitas incumbit si adeo patrie vires relangue-
scũt vt suam in nobis spem collocarit. Enimuero nescia sũ quãri nos facit qui adeo
patriam aspernetur & nihili faciat quam matri vxori & liberis antepo suit. Verũ
enimuero ad illum nos deducite vt saltẽ pro patria supplices expirare liceat. Tum
pueros ac Vergiliam vna cum reliquis secum mulieribus ducẽs castra Volscorum
adiit. Earum miseranda facies hosti reuerẽtiam iniecit atq; silentiũ. Hic Martius
in suggesto inter Volscorum proceres sedens vbi eas aduentare mulieres vidit am
miratione confectus est in primis venientem vxorem noscitans ĩmoto & obstinato
persistere animo voluit verũ consternatus affectu & ad ipsarum cõfusus intuitum
haud tulit ut se sedentẽ adiret ac pernici deuolans gradu obuiam prodiit. Et ma-
tre primo diutissimeq; salutata inde vxore ac filiis nullo iã pacto frenare lacrimas

poterat. Vt vero dulces incepti sunt amplexus virum parentis amore perinde ac se
cundo fluminis cursu deferri cernens. Ceterũ cum inchoantem iã verba matrem ĩ
telligeret acceptis Volscorũ primoribus Voluminã talia orantem audiuit. Et si si
li taceamus ipse tum veste tum miseri corporis appatu cernis qualẽ domestice rei
conditionẽ tuum nobis confecerit exilium. Existima vero ꝙ ceteris longe mulieri-
bus infeliciores accessimus quibus dulcissimũ aspectum fecit fortũa terribilem te
mihi filium huic vero maritũ patrie muros obsidentem aspicimus. Et quod cete-
ris calamitatis & malorũ solet esse solacium deos orare ꝙ procul nobis ablatũ est:
non enim & patrie victoriã & tibi salutem implorare fas est queqꝫ atrociora quis-
piam nobis imprecaretur hostis ea nostris insinit precibus. Vxorẽ enim ac liberos
aut patria aut te orbari necesse est. Ego vero dũ hec viuenti mihi bellum fortuna
diiudicet haud morabor tecꝫ nisi positis inimicitiis ad pacẽ atqꝫ concordiam cõcili-
auero: ita ve vterqꝫ potius beneficiũ ꝙ alteri perniciosum te reddas. Hoc tibi per-
suade sicqꝫ cõfirmatus & paratus accede vt nõ ante hostiles patrie manus conferas
ꝙ cesam calcaueris parentẽ. Nec enim ea mihi expectanda dies est qua filium aut
in triumpho tractũ a ciuibus aut de patria triumphantẽ aspiciam. Quod si pro cõ-
seruanda patria profligari a te Volscos exorarẽ graue fili iniquũqꝫ tibi fateor ĩmi
nere consiliũ nanqꝫ neqꝫ ciuis perdere bonum est neqꝫ tuos cõmissos fidei pdere iu-
stum. Nunc malorũ finem ĩploramus simulqꝫ populis vtrisqꝫ salutẽ. Que res maxi-
mam Volscis gloriã comparabit quod cum ingentia nobis bona & victores quidẽ
tribuerint nõ minus iocundã ipsi pacem & amicitiam sint cõsecuturi: que si effecta
fuerint tu tantorũ profecto dux eris & causa bonorum si in ea infecta permanserint
vtriqꝫ noxem in te solum crimẽqꝫ eiicient Cunqꝫ in ceteris belli sit euentus hoc cer
ti secum affert vt siquidem vincas imanissimus patrie vastator appellãdus sis: sin
victus succumbas ob tuam videberis iracundiam benefactoribus & amicis ingen-
tium origo malorũ extitisse. Hec dum oraret Volumina nullum respondens verbũ
Martius intentis excipiebat auribus. Vt vero desierat cũ is diuturnam teneret si
lentium rursus Volumina. Quid siles inquit nate num ire receptarũqꝫ iniuriarũ me
morie omnia concedere satius arbitraris an deprecãti talia matri largiri pulcherri-
mum munificentie genus nõ est. Magni ne interesse viri putas acceptorũ meminis
se malorum. Suscepta autẽ a parentibus beneficia eorũ cultui ac venerationi red-
dere num excelso potius ac bono dignissimũ viro munus censes. Ceterum gratiam
habere tueriqꝫ magis ꝙ tu debuit nemo cũ tamẽ per acerbissimã adeo ingratitudi-
nem eas. Et cũ per magnas iam patrie penas exegeris acceperisqꝫ nullas adhuc ma
tri grates retulisti. Erat vero equissimũ atqꝫ sanctissimũ vt abs te vel nulla ingruẽ
ti necessitate tã honesta tãqꝫ iusta postulans impetrarẽ. Quid cũ in meã te verbis
sñiam deflectere nequeã extreme iã parco spei hec affata tũ vxore simul ac liberis
pedibus aduoluta procumbit Tũ conclamãs Martius qualia mihi ait factitasti ma-
ter & iacentẽ sustulit. et pressa dextera inquit vicissi patrie quidem prosperam ni
mis atqꝫ nimis perniciosam autẽ mihi victoriam. Abste tantũ superatus abscedam
Inde solus matri ac vxori pauca locutus eas remisit in vrbẽ. Deinde simul atqꝫ nox
abiit: Volscos abduxit haud equidem omnes eodẽ quo prius studio aut paribus di
spositis sententiis. Hi nanqꝫ virũ & gestam rem improbare illi vero quibus ad pa-
cem inclinabatur animus incusare neutrũ. Alii quanqꝫ id egre perferrent factum
haud tamẽ Martium improbum malignum ve opinari hominẽ quoniam tantis fra
ctus necessitatibus concessisset. Reluctante igitur nemine vniuersi virtutẽ magis
ꝙ imperium & potestatem eius admirantes ipsum sunt consectati. Quantus belli
terror ac periculum cunctos oppresserit ex eo soluto facile cognosci licet. Romãus
enim populus simulatqꝫ mouere castra Volscos conspicati reseratus deorũ templis

coronati perinde ac parta victoria passim imolabant. Precipue vero in cō pēsandis
honore mulieribus senatus populusq; leticiam declarauit quas salutis initiū exti-
tisse egregie tum arbitrabantur tū predicabāt. Decretum igitur est a senatu vt
quicquid ille vel ad gratiā vel ad decus reposcerent id consules effectum darent.
Nec tamē aliquid nisi fortune mulieribus templū ab se edificari poposcerunt sūp-
tum quidem ex semet collature modo & sacrificia & diuinos honores publice ciui-
tas dedicaret. Patres carū magnificentia collaudata edem publica posuerunt im
pensa. Ille collata nihilominus fortune simulacrū pecunia cōpararunt. Quod dum
cō ecraretur ita locutum Romani memorie prodiderūt. Grata me diis lege riteq;
me matrone dicastis. Eam secūde vocē manasse rumor est. Ardua hec & que egre
facta credamus siquidē e simulacris sudore lacrimas & cruentas apparuisse stillas
nequaq; impossibile: ligna enim & lapides plerūq; oriūdam ex humore putredinē
contrahunt subinde multos ex se colores emittentia varias p ex aere tincturas su-
scipiētia. Que res quo minus deorū imortaliū prodigia sint nihil impedimēto esse
arbitramur parte etiā aliqua scissa violētius aut disiuncta penitus gemitum aut su-
spirio per similem queunt edere simulacra sonitū. Exinanimis autē articulatam vo
cem manifesta verba absolutāq; aut integram formari orationē prorsus absurdū.
Si non anima nō deus absq; corporis instrumētis certa partiū ratione compacti so
nans loquensq; fuit. At cum verisimili nos testimonio multotiens vrget historia id
profecto est quod innatu affectus & egritudo quedam similem sensibus rerū appa
rentiam imaginante animo inducit quēadmodū in somnis audire non audiendo &
aspicere nō aspiciendo videmur. Haud tamē mortaliū tollenda religio est, at q be-
niuolentia & pietate ita diuinis afficiuntur vt nequid ex his deponere aut diminu-
ere queant id eorū fidei permagnum momentum adest quod mira dei vis existit.
Nec vero pro nostra diuina pensanda potentia que nullo pacto humane non natura
non motu nō arte nō viribus equiperāda est siquid nobis impossibile efficiat aut no
bis inexcogitatū excogitat certe ne quicq; absonum. cumq; omnibus in rebus pluri
mum intersit tū vero in operibus maxime dispar & dissimilis existat. Verum enī
vero vt placet Heraclito diuina plurimū ob incredulitatē nescita delitescunt. Ve
vero Antium Martius redut: Tullus in ipsum grauissimo stimulatus odio et con-
festim necis ordirur insidias veritus ne si in presentia effugerit non altera sibi pre-
stetur occasio. conspicātes igitur & instructos in illum cōplures incitans rationem
Volscis reddere & magistratu sese abdicare iussit. Ipse timens ne adhuc īperio du-
rante Tulli: qui maxima inter ciues suos pollebat potentia se priuatū faceret im-
perio se abdicaturū si Volsci edicerent aiebat. Illud enim sese iubentibus vniuersis
inisse neq; nunc recusare quin modo velint antiates rationem administrati reddat
imperii. aduocata cōtione impigri aderant factiosi homines plebē instigātes assur
gēte postmodū Martio ingens tumultus ob precipuā eius reuerētiā cōpressus vt
intrepide dicere sinit. antiates quoq; primores & qui pace magis letabantur aper
ta dabant signa se comiter audituros & iustam prelaturos sententiā. ast viri confu
tationem Tullus extimuit. Erat enim in dicēdo grauissimus maiorē posterius in cau
sa dicenda gratiā priora sibi gesta cōperauerant quin eius hominis gratie magni-
tudinem certissimo testimonio ipsum declarat crimen. Nec enim idcirco tantas ac
cepisse quererentur iniurias quod in eorum potestatē redacta Roma non esset nisi
vt illam sibi prope subicerent Martii virtus effecisset vlterius itaq; īmorari aut rē
tandos esse multitudinis animos audacissimi nequaq; censuere cōplices & ne orans
audiretur ingentes sustulere clamores Haud paruifaciendū non negligendū hunc
proditorem Volscis dominantē pricipatu se abdicare nolle. Tum simul adorti opē
ferente nemine virum trucidant. Id autem facinus non omnibus collibuisse mox

declaratū est. ad eius enim corpus honorificē humandū e ciuitatibus cōcursū est. Illius sepulchrū tāq prestātissimi & bellatoris & ducis armis & spoliis exornatū Romani illius audita morte nullum aliud vel honoris vel odii signū aparuere· postulātibus matronis vt eū decē lugere mēses liceret cōcessum. Qui mos lugēdi patri filio ac fratri erat Id longissimi spatiū luctus ab Numa Pompilio institutū est: quēadmodū cū res illius scribebamus exposuimus. Inde Volscorum res e vestigio Martiū desiderauere· primū nāq inter eos atq Sicanos tū socios tū amicos de imperio orta seditio ad vulnera vsq cedesq prouecta est. Posthac prelio a Romāis superati in quo & Tullus occubuit: & suarū flore copiarū internitiōi dedito· turpissimū percussere fedus vbi ex propria libertate delapsi parere & se imperata facturos adstipulati sunt·

ETERVM EXPOSITIS omnibus rebus quę in se sunt nobis cognitione atq memoria digne: nunc opere pretium esse existimo Martii & alcibiadis mores nature atq totius vite cursum breuibus verbis conferre. At si primum res bellicas conspirare volumus reperiemus pariter ab vtrisq cū duces exercitus essent: multa preclara atq egregia facinora edita nisi quis alcibiadem in eo anteferendum putet q plures q Martius victorias cōsecutus in cunctis certaminibus quibus terra mariq hostes supauit Sic cōsilio disciplina atq ordina militari omnia gessit vt nihil ab eo pretermissum esse appareat quod a peritissimo duce expetendū foret· Illud autē pariter ambobus tribuēdū puto q eorū presentia res semper florere augeriq videbātur· absentia vero aut debilitari aut corruere. At popularē viuendi modū adulatiōibus blāditiisq refertū quibo ille ad aucupandā gratiā multitudīs sepius fortasse q decuit vtebatur In alcibiade pleriq reprehēdūt In Martio ecōtra superbiā arrogātiāq redarguūt quā ad paucorū semper potentiā cōuersam odiosam fuisse dicūt. porro Nos vero vt neutrū in his laudandū sic hominē multitudini blandientē minus q eandē aspernātem vituperandū censem9. Turpe est enī adulatiōibus īperitā multitudinē capere vt opes q maximas cōsequaris. at populū deprimere in eum insurgere vim quoq afferre vt potētia vehemēter excellas nō solū turpe est sed etiā iniustū. Habitus est aūt Martius moribus integer ac in omni vita cōstans alcibiades econtra versutus callidus & in fallendis hominibus auctor egregius. Vnde illius dolū quo Lacedemoniorū legatos decepit amicitiā labefactauit pacē dissoluit omnes vituperāt quā q excitato postea sua opera bello potētiorē rē p. reddidit Maritinēsiū ac argiuorū societate adiuncta: Martiū q apud Dionisiū Historicū in maxima illa celebritate ludorum qui Rome instaurabantur cum falsis calumniis populorū animos concitasset auctorē fuisse comperio vt graue inter Romanos & Volscos oriretur bellū Causa vero qua Martius arma hostilia in patriam vertit. Turpior longe q alcibiadis fuisse videtur Non enim contentione discordiaq ciuili sed ira ac indignatione quadam a qua nemo vnq vt inquit Dion gratiā reportauit. Prouocatus tū patriā tū multas Italie vrbes q nullā in eū culpā contraxerant fede turpiterq afflixit· At q alcibiades multis iniuriis lacessitus suis ciuibus inferēs bellū maximarū calamitatū causa fuit. Penitētibus tamē postea nō modo non ignoscebat sed etiā periclitātibꝰ sepe adiumēto ac p̄sidio erat & cōmunicādo & monēdo & fauēdo Marti9 p̄terea ciuitatē in primis totā vexauit. Cum non a tota iniuriā suscepisset sed maxia atq optima ciuiū pars in eadē causa in qua ipse fuisset & contētionis & piculi versaretur

Coriolanus

Deinde multis legatiōibus missis supplicatiōibusq; decretis: vt vnius hominis irā lenirent sic se implicabilē prebuit vt bellum suscepisse videretur nō quo in vrbē re
diret: sed vt funditus ciuitatē euerteret. Preter hec Martius optime de se meri-
tos: Volscos qui eum exulantē susceperant dignitatem ei detulerāt. Imperium ac
totius belli administrationē cōmiserant. In medio cursu secundarū rerum deseruit
Alcibiades vero ab agris Lacedemonem veniens priuatus in vrbe priuatus etiam
in exercitu mansit. Et cū egregiam operam in bello nauasset prouocatus Lacede-
moniorū insidiis animum simul cum causa permutauit. Itaq; ad Tisaphernē se con-
tulit eo cōsilio tantum vt Barbararum qui grauissimus hostis impendebat ab athe-
niensium ceruicibus remoueret ac vrbem athenarū i quā redire magnopere cupie
bat integram incolumēq; seruaret. Sed plerīq; homines qui vriusq; mores cōside-
rant: alcibiadem aiunt nimiū cedētem cupiditatibus suis pecuniam ex corruptelis
solitum esse accipere. Eamq; deinde ad voluptatē libidinemq; conferre: Martii e-
contra integritatem ac animi moderationē sic suis laudibus efferunt: vt ipsum ple
rumq; ab iis etiā pecuniis que & honeste ei deferebantur & iuste accipi poterant
abstinuisse dicant. Verū in Controuersiis de ere alieno & nexorum causis iudican-
dis nō tam lucri spe aut cupiditate alicuius cōmodi consequendi q̄ arrogantia & a-
speritate nature difficilis Martius habebatur. Itaq; ii etiā de quibus il'e bene me-
ruerat morositatem hominis vel domesticā solitudinem vt inquit Plato iniquo ani
mo tolerabant alcibiades vero sibi omnes homines quibus cū versabatur incredibi-
li arte conciliabat & in rebus gerēdis id assequi videbatur vt quod arduum apud
mortales putāt gratiam simul cum gloria iūgeret Quin etiam cū magnis calamita
tibus interdum remp. affecisset sua tamē affabilitate sic atheniensiū animos capie
bat vt illi iniuriarū plerumq; obliti Imperium ei magna cū auctoritate deferrent.
Martius vero honorē querens ob multa fortitudinis opera sue virtuti cōgruētem
assequi non modo nō potuit sed repulsam quoq; cū ingenti ignominia tulit. Sic igi
tur illum gratia hominē sequebatur hunc admirabantur omnes amare nō poterāt
Illud autē vere dici potest Martiū cū esset Romanoꝝ dux semper Romane rei p.
profuisse obfuisse nunq;: alcibiadem vero ducentē atheniensiū copias maxima inter
dum detrimenta sue patrie atq; incōmoda attulisse: alcibiades preterea in ciuitate
semper presens aduersarios superabat absens inimicorū calūniis criminibusq; obru-
tus sine Controuersia vincebatur: Martium & presentē damnarūt Romani. Pre-
sentēq; quoq; Volsci iniuria necauerūt quanq; ipse causam succensendi equam illis
prebuisse videtur. Cum id bellum quod publice susceperat a mulieribus persuasus
priuatim deposuit. Illud preterea non recte a marcio factū esse uidetur quod poci
us pietate matris q̄ ciuitatis cuius illa quoq; pars erat misericordia motus patrie
sue ignoscendū putauit. Nam oratorū precibus sacerdotū supplicationibus spre-
tis: qui suis insignibus uelati supplices in castra accesserāt. Totius denique Populi
Ro. luctu gemituq; neglecto unius mulieris lacrimis cessit ac si patria illius cau-
sa non per seipsam seruari mereretur. patrie igitur sue pepercit: neq; a Romanis p
suasus contra quos arma susceperat. neq; persuadens Volscis pro quibus gerebat
bellū. Horū omniū natura hominis insolens & supra modū in rebus gerendis ela-
ta causa fuisse uidetur. que quidem multitudini per seipsam molesta: cum ei hono
rum libido cupiditasq; accedit intollerabilis fieri solet. Itaq; huiuscemodi uiri cum
in petendis magistratibus a populo repelluntur dolent indignantur ferre non pos-
sunt: nec satis meminisse uidentur: non tam illos preferri qui uirtute prudentiaq;
excellūt: q̄ eos post haberi qui neq; populū rogandū neq; multitudinē colendā cen-
sent: Vt olim metello Aristidi & Epaminūde euenisse aiunt: quāq; ii a populo sepe
reiecti non admodum sue rei p. succensebāt. Sed illate iniurie postea penitentem

magisq̃ vnq̃ antea amplexabantur nitebanturq; in omnibus rebus gerendis vt viros optimos decet bene de ciuitate mereri Quid enim stultius q̃ multitudinem aspernantẽ grauiter ferre si a multitudini negligatur: alcibiades igitur cernẽs populum sepe gratia flecti precibus cedere affabilitate capi. Cum in obseruãda multitudine studiũ ac diligentiã adhiberet mirãdum nõ erat si postea honoratus gaudebat. Postbabitus autẽ iniquo animo iniuriam tolerabat: Martiũ vero siue nolentem siue nesciẽtem colere eos qui sue ambitioni obsequi poterãt minus grauiter ferre decuit repulsam prope culpa contractã. Atq; hec sunt que in eo viro reprehẽdenda esse putamus. Reliqua omnia splẽdida in Martio & sũma laude digna comperio sed presertim pecuniarũ abstinentiam ac vite integritatẽ. Quibus non rum alcibiade qui in bis nec cõtinẽtie vnq̃ nec honestatis rationẽ habuit. Sed cum optimo quoq; grecorum conferri posse videtur.

Incipit Epistola Lapi Oratoris eximii De Vita atq; gestis Themistoclis

t

HEMISTOCLIS ATHENIENSIS clarissimi & sapientissimi ducis vitã latine interpretatus ad te missurus eram humanissime cum eius exilii recenti memoria multorũ ducum & principum ciuitatũ cladibus in mentẽ mihi reuocatis: in eam sum q̃ sepe soleo dubitationẽ cõpulsit fortũa ne magis an virtute cõsilioq; opus esset iis qui in florẽtissimis rebus p. administrãdis sine periculo vellent & cũ dignitate versari. Nam cum me ad grecorum summos viros: malo enim externa in tali re cõmemorare q̃ nostra mente & cogitatiõe conuerto video pene innumerabiles in quibus iuditio omniũ summa dignitas sũma virtus fuisset: quiq; in rebus perditis suo consilio & sapientia a grauissimis periculis ac prope interitũ patriã vendicassent partim interempto esse a suis ciuibus partim eiectos quosdã etiam priuatos honoribus misere atq; ignominiose vixisse: quo in loco huius ipsius quẽ dico Themistoclis fuga & psecutio & Miltiadis carcer: aliorũq; cõplurium omni dignitate pricipiũ nõ dissimiles exitus subeunt. Que qdem ego sepenumero mecũ repetens: uehementer indignari soleo qui maximis laboribus periculisq; suis salutem & incolumitatem ceteris peperissent: tãtũ abfuisse ut digna suis uirtutibus premia reportarẽt: ut quibus saluti fuissẽt & a quibus ornande erant ab iis vt scelerati & impii plectarẽtur. Itaq; interdũ facile adducor vt opinor ex fortuna hominibus pendere omnia & ita ab ea sine virtute res maximas cõfici & eandẽ cum virtute coniunctã nimium posse at sine fortuna virtutẽ nihil valere sed esse nomẽ vacuũ & inane nec nõ illos sapientissimos iudicem qui ea de causa a re p. & a negociis animo abhorrentes. quo tẽpore florẽ in iis plurimũ poterant magno quodã iuditio & consilio contemptis honoribus & magistratibus se in otium solitudinẽq; cõtulerunt maluerũtq; remoti ab omni contemptione ciuili obscuri & incogniti viuere q̃ se fortune cõmittere cuius furentis impetũ humana ope sustinere se posse diffiderẽt. Hec igitur nisi exquisitius disputentur poterunt quibusdã vere fortasse videri. Verũ ego cum a cõmuni intelligentia & a vulgi opinione abducere animũ & ad veras rationes reuocare instituto sic intelligo ac iudico fortunã longe virtute inferiorẽ esse nec cum ea vllo modo cõferendam & hanc imperitorum opinionẽ ab imbecillitate hominũ desidiaq; proficisci qui cum ipsi virtute deficiãt si quid interdum in prudẽtia sua offenderint culpã omnẽ

Themistocles

in fortunam reiciunt eãq; veluti magnũ aliquod & infestum numẽ perhorrescũt
quam si perfecta virtute forent cõtemnerẽt & pro nihilo ducerent neq; ego hoc di
co in rebus humanis nõ permaximũ in vtrãq; partem momentũ habere fortunam
verum si qui ita virtute se armẽt atq; instruant vt possit aduersa ferre cõstanter: &
secundis moderate vti his profecto nõ video cur aut aduersa fortuna metuẽda sit
aut secunda magnopere expetẽda: que si eius sociam se prestiterit: preclare secum
actum minusq; sibi laborandũ putabunt. Sin minus haut tamẽ a mente consilioq;
desistent: sed in se tantum atq; ĩ sua uirtute omnia presidia locabunt: & eo acciori
ac presenciori animo ad rem gerẽdam ĩcunbẽt: quo minus sibi externe opis adesse
cognoscent. Est enim virtus eiusmodi: ut tranquillis & ad voluntatem nostram flu
entibus rebus languescat asperis vero & incomodis si adhibetur magna eluceat.
Nec uero id magnopere cõmouet: si qui clarissimi viri cũ ad ãplissimos dignitatis
gradus euasissent postea cõciderunt nec eum quẽ suis laboribus consecuti erãt sta
tum retinere potuerũt. Nam si quis recte & diligenter cõsideret: facile perspiciat
eos omnes inflatos opiniõe cum imperii cupiditate flagarent: & cũ quibus pares li
bertate esse debebãt: iis vi superiores esse niterẽtur debitas & meritas temerita
tis penas dedisse. Quod si quibusdã eiusmodi casus inimicorũ calumnia inciderũt
eos autẽ cum eque tulissent ad postremũ esse restitutos: aut cum fracto animo ob-
iectoq; forent: & ob leuitatẽ nature sibi ipsis cõstare nõ possent sed desperationẽ re
rum ad hostes cõfugisset: consilii inopia non fortuna in maximã se ac suos cladẽ &
ignominiã coniecisse effecisseq; vt obscurata priori innocẽtia posterioribus delictis
iuste omnia pati putarentur qui quidẽ nec magni viri nec sapiẽtes huiusmodi sunt
Quid est enĩ stulti9 quã si ĩ naui sis ĩminẽte procella abicere gubernaculũ & te con
tempta salute fluctibus obruendũ permittere. Nam acer & diligens gubernator
nihil expauescit sed forti9 cõtra vim tẽpestatis insurgit: & si eum quẽ ceperat cur
sum tenere nõ potest mutata nauigatiõe: qua facultas datur in portum peruenire
cõtendit. Vt si perierit nõ negligẽtia sua periisse sin euaserint nõ forte sed cõsilio e-
nasisse videatur. Quẽ sapientẽ egregiũq; ciuẽ proponere sibi in re p. decet si quid
indigne patitur nõ se abiicere sed fortune & tempori cedere: & ad aliam oportuni
tatẽ se & suas vires reseruare qualẽ athenis Aristidẽ fuisse accepimus & e nostris
Furium Camillũ qui & pulsi ire ciuiũ cõcesserũt & cũ opoetuna res cecidit saluti
nõ defuerũt. Itaq; taliũ virorũ quottidie magis gloria claret: A quorũ institutis ĩ
hec tu mihi aberrasse videris qui nulla tua culpa seditiõibus & quasi flictibus ci
uitatis electus patrie iniurias ita tulisti vt in ea exilii calamitate fortunã tuam in-
dolerẽt omnes constantiã probarẽt sapientiã mirarẽtur. Itaq; meritissimo cõmuni
ciuiũ cõsensu & volũtate sũma eum gloria in patriã reuocatus perspicue declarasti
Tibi eiusmodi casum nõ delicti suppliciũ sed illustrãde virtutis materiẽ extitisse:
Que vna ex omnibus virtutibus Themistocli defuit ceteris tamen ita excelluit vt
cũctis eum grecie ducibus anteferre nõ dubitẽ. Quare & si nõ me latet q̃ imprudẽ
ter agam qui tibi in hac tanta occupatione vite atq; vrbis meis scriptis obstrepere
audeã presertim cum tibi quottidie assit Leonardus aretinus princeps eloquentie
hui9 etatis dec9 & ornamẽtũ latiẽ lĩgue Ambrosi9 albas Nicola9 Nicoli9 Poggi9
Carolus Aretinus doctissimi & eloquẽtissimi viri qui te suis scriptis teneãt quorũ
sermonibus tue assidue mulceãtur aures decreui tamẽ meorũ laborum ac vigiliarũ
tibi aliquid ĩpartiri haud nescius ad sũmorũ principũ colloquia tenuissimos inter-
dum homines admitti solere. Fretus igitur tua humanitate Themistoclis res ge-
stas a me nuper ex Plutarcho ĩ latinũ versas quod preclare mihi vise sunt atq; imi
tatiõe ĩ primis digne ad te mitto vt ex iis si quid ad tuũ vsum pertinebit deligere
possis & te eũ virũ pietate simul & felicitate superasse leteris. In quo si minus tibi

meus labor gratus erit debebis tamē eas & Themistoclis nomine & Plutarchi auctoritate libenter legere: Itaq͡ȝ vt facias te & oro & obsecro & me si hec probari abs te percepero plura ac maiora tuo nomine aggressum esse profiteor Vale

Plutarchi Historiographi greci De vita atq͡ȝ gestis Themistoclis Historia p Lapum Oratorem in Latinum traducta Linguagium Incipit

t

HEMISTOCLI INITIA generis parū sane gloriosa fuere. Patre enim ipsum Naocle haud claro quidem homine ex populo Phreario tribuq͡ȝ Leontide ex nō iusta matre natum perhibent eāq͡ȝ treiciam genere abrotonum nūcupatum: Sed magnum grecis vt mihi vere videor dicere Themistoclē peperit Phanias autē Themistoclis matrem tradit non Threiciam sed cariā neq͡ȝ ab Rotano sed Euterpe ei nomē fuisse. Neanthes quoq͡ȝ alicarnassum carie ciuitatē patriam illi ascribit. Quare in cinosarges cōtribuentibus nothis: id est autem extra Vrbem Herculis gimnasium quod ne is quidem Legitimus extitisset ob matrē que mortalis erat persuasit ingenuis quibusdā adolescētibus vt in cinosarges descenderat atq͡ȝ vna secum vngerentur. Quo facto videtur nothorum ac legitimorū discrimen callide sustulisse. Quod vero licomedas generis propinquitate attigerit. ex eo maxime apparet quod phlie telestriū idest iniciandi locus q͡ȝ erat licomedarū cōmune a barbaris ante incensum ipse instaurauit. Et picturis illustrauit. Vt Simonides tradit Adbuc etiā puer vehemēs admodum animi plenus atq͡ȝ spiritus fuisse dicitur cūq͡ȝ foret natura prudens: elato animo magna semper atq͡ȝ eximia spectabat. Nam cū ei a discipulis precipiēdis quiescere ac animum relaxare licebat nō vt reliqui solent pueri. Ludis & inercie se debat. Sed excogitādis orationibus quibusdā componendisq͡ȝ assidue versabatur. Erāt autē ee vel accusatiōes cuiusdā vel puerorū defensiones Vnde & magistrum eius dicere solitum quādoq͡ȝ ferunt. Nihil equidem te paruū O puer sed certe magnum aliquod bonum aut malū futurū auguror. Nā ad ingenuas disciplinas illas q͡ȝ ad gratiam & liberalē educationem queruntur per discendas tardo hebeti q͡ȝ ingenio fuit. Quibus autē ad prudentiā & rem gerēdam informantur hominū mentes. eas cōtempsit manifesto atq͡ȝ despexit vt qui supra etatē nature bonitatē confideret. Ex quo effectum est vt cum posteriori tempore in iis disceptatiōibus quas liberales & vrbanas vocitant irrideretur ab eruditis grauius atq͡ȝ asperius se defendere cogeretur cū diceret se lira canere & psalterio vti nescire verūtamē ciuitatē paruam & obscuram maximā ac clarissimā reddidisse. Et si enim Stesimbrotus affirmet Themistoclem Anaxagore audiendi studiosum fuisse: & Melisso quoq͡ȝ phisico operam dedisse temporibus tamē errauit. Contra periclem enim: Themistocle natu multo iuniorē: samios obsidentem: Mellissus pro samiis imperator pugnauit: cum Anaxagora autem versatus est. Magis igitur mnesiphilo cadendū videtur q͡ȝ Themistoclem Phrearii auditorem fuisse asseuerat: qui neq͡ȝ orator fuit neq͡ȝ Phisicus sed eam sapientiā quam vocant re autem vera bellicam facultatē & quandam rerum gerēdarum prudētiam et cognitionē professus est: solonis sectam quadam quasi successione secutus: quā posteriores cum ad vim iudiciariam adiunxisset & a negociis ad vsum dicendi oratiōes que traduxissent: Sophiste habiti & nūcupati sunt Sed ad hūc cū iam rē p. gerere aggressus esset ferunt se contulisse. In ipsius

Themistocles

autem iuuentutis primordiis nature tantum muneribus adiutus eloquentie vero penitus & eruditionis expers: nec satis sibi constare nec in iisdem semper consistere visus est: cum natura ipsa in agendo magnas in vtranque partem mutationes induceret: & ad deterius sepe ferrentur: vt ipsum in posterum fateri non puduit: asperos inquietos & immites pullos in optimos equos euadere cum idonea illis disciplina & institutio adhibetur. In quibus autem aliqui fingendo dissentiunt: a patre illum repudiatum esse & voluntarium matris interitum ex filii ignominia conflatum ea & falsa videntur & contrarie quoque auctoritates assunt. Quibus dicitur pater tum eum a capessenda re p. deterreret vetustas illi triremes abiectas in littore & contemptas ostendere consuesse quasi eodem modo a multitudine populi studiosi homines cum inutiles sunt tractarentur. Celeriter autem & audacter visus est rem p. in census cupiditate glorie attigisse. Qui statim ab initio cum vendicare sibi studeret principatum: duras inimicicias sibi potentium & principum ciuitatis conflauit. Maxime vero Aristidem Lisimachi filium contraria in re p. sentientem aduersarium habuit. Et si videtur Themistoclis cum te simultas iuuenile initium habuisse. Amabat vterque Stesileantiam genere mulierem sane forma prestantem vt Ariston Philosophus tradit. Ex hac postea in re publica perpetua inter eos discensio mansit quamque vite ac morum dissimilitudo non parum eam auxisse videtur. Nam Aristodes cum vir probus foret & natura mitis & mansuetus nec ad gratiam aut gloriam inanem rem p. gereret: sed securitati ciuium habita honestatis & iustitie ratione consuleret cogebatur cum Themistocle qui studio nouarum rerum populum assidue concitabat in certamen contentionemque descendere eiusque crescentem potentiam cohibere. Dicitur enim adeo inflamatus ad gloriam: adeo rerum maximarum ambitione honoris cupidus extitisse vt quo tempore superatis in marathone barbaris miltiadis ducis gloria celebrata est: iuuenis adhuc ad se rediens diutius omnia volutaret animo & noctuenis vigiliis indulgeret consuetis repudiatis conuiuiis rogantibus vero admirantibusque eius vite mutationem responderet: Miltiadis Tropheum sibi somnos adimere. Cum igitur ceteri existimarent a barbaris in Marathone re male gesta bellum se in posterum sustulisse Themistocles eam rem maiorum certaminum initium ducebat esse ad ea que obeunda pro grecia vniuersa se tanque in palestram vnxit assidueque ciuitatem exercuit quod longissime futura prospiciens Cumque mos esset Atheniensibus magnos ex argenti fodinis prouentus in plebem diuidere solus in populum adiens suadere ausus est vt ea diuisio tolleretur & ee pecunie triremes ad bellum eginense parandas atque edificandas conferrentur. Nam id in primis tota gretia maximum maximeque atrox fuit egenteque nauali potentia mare quondam tenuere qua re Themistocles cum non datium aut persas formidandos diceret longe enim hi aberant nec magnum de te metum presentes inucerant sed ire in egietas & contentionis ciuium oportunitatem nactus ad parandas triremes leuiter eos & facile impulsit. Centum enim ex illis pecuniis triremes edificate post cum Xerxe nauali prelio dimicarunt ex hoc paulatim deducendo ad rem maritimam ciuitatem traduxit. Vt rum pedestribus copiis haud pares barbaris forent maritimis viribus eorum impetus coercerent. Itaque ex fortibus strenuisque militibus & quidigni gretia imperio putarentur nauticos homines vt inquit Plato & maritimos fecit. & maliuolis occasionem ad reprehendendam reliquit cum diceret Themistoclem hasta & scuto ciuibus suis adempto: Atheniensium populum ad nautarum opera & remigum traduxisse. Eaque omnia uicta miltiadis repugnantis auctoritate & sententia gessit vt Stesimbrotus affirmat. Quod si his gestis de vera ac sincera gerende rei p. ratione deflexit altius perscrutantium sit iudicium Quod autem tam grecorum salus ex re maritima conseruata sit quodque Atheniensium ciuitatem diruta funditus & euersam triremes vendicarunt cum alia tum Xerxes ipse testimonium

esse potest Integro enim terrestri exercitu nulla prelii offensione post illā naualē
cladem in fugam cōuersus est. quippe cui minus ad decernendū prelio suppeterēt
vires. ac mardoniū magis vt persecutionem grecorum retardaret ꝙ vt eos subige
ret: vt mihi quidem videtur dimisit. Illi vero in parandis pecuniis studium & dili-
gentiam: alii liberalitatis & benificentie laudibus deprecantur. Nam munificum
quidem vitum & splendidum ad ipsas peregrinorum & hospitum inuitatiōes sum-
ptu permaximo aiunt indigere Alii in deteriorem partem parcitatis atq; exilitatis
cōmemoratione traducūt. quippe quem ferunt: & iā cibaria sibi muneri missa ven
dere cōsuesse. Cum autē Philide nutritore equorū dono postulasset equum: ac ille
se largiturū negasset: minatus est ille se domum eius cōtinuo ligneum equum fa-
cturum: obscure videlicet per enigma minatus: propinquorū crimina: & accusatio
nes in hominem se cōiecturum. At splendoris & glorie cupiditate mortales omnis
exuperauit: qui cum iuuenis adhuc esset: & obscuris: dicitur Epiclem citharistā
qui cum colebatur summo studio ab atheniensibus rogasse vt apud se artem exer-
ceret: cupiens domū suam a multis queri & frequentari. Et Olmpiam cum venis-
set cenarumq; & tabernaculorū apparatu ac cetero luxu magnificentiaq; cū Cimo
ne certaret inuidiam in se grecorum & offensionem concitauit. Illum enim natu iu-
niorem & amplissima familia natū eas res omnis decere arbitrabantur. Is vero vix
dum satis notus sed qui videretur minus suppetentibus facultatibus preter dig-
nitatem efferre ostentatiōis ac iactantie subiit nomen. Vicit autem cū tragediis ī
penderet cum magna iam studia eius certaminis atq; ambiciones forent. Tabulam
quoq; fixit in q̄ erat scriptū. Themistocles Phrearius corū prebuit: Phrinicus do-
cuit: Adimantus perfuit attamē gratus multitudini fuit tum quod in iure dicēdo
cōseruandoq; rerū contractarū fide tristem & seuerū Iudicem se preberet vt fuit
illud in Simonidem ciuē qui ab eo cum Pretor esset preter equū quidā postulauit
Nam neq; tu inquit bonus Poeta esses si modos & numeros in canēdo cōtēneres ne
ꝙ ipse bonus Pretor si gratiā cuiusq; legibus anteferrē. Ac rursus iu eūdem Si-
monidē cauillis inuectus insanire illū dixit cum Corinthios obiurgaret magnā in-
colentes Vrbē ipse sui statuas fingeret q̄ ita aspectu esset fedo ac deformi: Ad po-
stremū auctus magnis opib; & gratia populari exortis inter eū Aristidēq; sediti-
onibus tetarā illū exilio ciuitate eiecit cū vero iam medi descēsus īminere ciuita-
ti putaretur: atheniēsesq; de īperatore ad id bellū deligēdo consiliū iniissent: ferūt
reliquos omnes periculi metu pculsos munus īperii sponte recusasse epicidē tantū
ephemidi filiū popularē hominē & dicendi facultate & copia pditū sed luxuriosū
& nequā & questui pecūiario debi-ū īperii cupidinē inuasisse Cūq; id iam cū obtē
turus suffragiis omniū putaret Themistoclē veritū ne ille demādato sibi īperio:
atheniensium res euerteret pecuniis de ambitiōe epicidem deiecisse. laudat autē
eius illud in primis quod in interpretem dicitur fecisse missis enim a rege legatis
maris & terre imperiū flagitātibus Illū publico decreto cōprehēsū iussit īteremi
qđ grecoꝝ līgua ad barbaroꝝ nutū & īperiū vteret̄ est etiā pclarū illud ī archiniū
zeleitē quē atheniēses liberosq; eius & genus omne auctoritate Themistocles infa
mia notauerunt quod ex medis aurum in greciam intulisset. Sed id omnium maxi
mum atq; illustrissimū quod bello tota grecia composito ciuitates inter se pace ami
citiaq; coniunxisset: persuasis omnibus bello impendente: domesticas simultates
in aliud esse tempus differendas ꝙ ad rem conficiendam Chileum Archadem ad
iutorem dicitur habuisse. Inito autem imperio statim ciues agressus est in naues
compellere: suasitq; relicta Vrbe quam longissime a grecia classibus hostem excipe
rent: cuius sententie multis reclamātibus intempe vna cum Lacedemoniis expedi
tiones eduxit: vt pro thessalia dimicaret quod non dū ad medos inclinare videret̄

Themistocles

Postea vero q̄ inde re infecta abierunt ac tessalis regis societatē secutis vsq; boetiā
medice amicitie cōtagio occupauit magis tamen apud Athenienses Themistoclis
ad rē maritimā adhortātis valuit auctoritas Itaq; missus est in Arthemisium naui
bus eius loci angustias presidio habiturus quo in loco Euribiadi grecis maximeq;
Lacedemoniis imperium demandātibus: Atheniensibus vero quod reliquos simul
omnis nauiū numero anteirent indignum putātibus aliis concedere Themistocles
cognito periculo ipse imperiū Euribiadi tradidit: leniuitq; Atheniensiū animos af
firmans si ad bellum strēuos se viros ostenderet: grecorū in se studia & voluntates
in posterum cōuersuros esse Qua vna re apparet eū vnum omnium maxime aucto
rem salutis grecis extitisse: effecisseq; vt athenienses fortitudine hostes: mansuetu
dine autē & facilitate socios vicisse viderētur. Sed cum iam barbarorum classe se
ad aphetas inferente perterritus multitudine nauium que in fronte erant ac aliis
ducentis supra sciacbū supra cirrū annauigare nūciatis decreuisset intra grecie fi
nes reductis copiis in peloponessumq; appulsis terrestrē exercitum nauibus vndiq;
circumdare quod inexpugnabiles regis maritimas vires duceret: eo metu ac for
midine permoti euboi ne eos desereret greci atq; hosti proderent inito clam cum
Themistocle colloquio magna ad eū pecuniarū vim per pelagontem mittunt qui
bus acceptis: vt scribit Herodotus eas Euribiadi tradidit Ex ciuibus vero sibi ad
uersante architele qui in sacra naui Trierarchus erat deficientibusq; ad nautarum
sumptum pecuniis ad reditum properabat in eum infensos. Iam ante ciues magis
Themistocles concitauit. Quare ad eum impetu facto cenam diripuit: ea iniuria p
moto homine & indigne ferente Themistocles illi panem & carnem in cista sum
misso argenti talento in cenam misit iubens eum & in presenti cenare & prima lu
ce triremium curam suscipere quod si recusasset facere se ciuibus delaturum quod
argentum ab hostibus missum conditum apud se haberet hec ex phanie Lesbii mo
numentis accepimus. Que autem tunc in ipsis angustiis aduersus barbaros nauali
bus preliis gesta sunt: haud magnum ad vniuersa iudicium fecerunt: sed ipsa expe
rientia permultum grecis profuere qui in ipsis periculis edocti opera didicerunt
q; multitudine nauium neq; luxus & aparatus neq; signorum fulgorem neq; cla
mores iactabūdo neq; barbaricos poeanes quicq; formidolosum habere vires for
tibus & perite audacterq; prelium ineuntibus. Verum iis omnibus contemptis in
ipsa corpora inuadendum esse & cum ipsis consertis manibus decernendum quam
sententiam Pindarus in Arthemisii prelio secutus videtur cū diceret Athenien
sium liberos manifesta libertatis fundamenta iecisse. Vincendi enim initium fidu
tia est. Est autē Arthemisium Euboie supra Hestieam littus ad Boream versum
cui oliconum gens e regione opposita est. que sub philotete quondam fuit. templū
q; in ea haud magnum Arthemidis prosoee nuncupate & locus circum arboribus
consitus colūneq; ibidem ex albo lapide erecte: lapis autem ipse manu attritus con
tracto croceo colore odorem quoq; exalat croci pet similē. In earum vna elegiū car
mē huiusmodi erat incisum In numeros asie populus & ex finibus actos Cecropidū
soboles fudit in hoc pelago. Acubi medorum bello cecidere cohortes Hec phoebe
statuit virgo rophea tibi. Extat & in littore ingens tumulus atrum ab imo pulue
rem veluti igni adustum emittens in quo classis reliquias & cadauera cremasse vi
dentur. Igitur vt primum de thermophilarū pugna nuntium in arthemisium est al
latum: Leonidam oppressum & terrestri transitum Xerxem esse potitus in greciā
se receperunt. atheniensibus in extrema agminis parte cōstitutis & ob virtutē &
rerum gestarum gloriam ad preclara omnia obeunda animo semper paratis The
mistocles vero regionē nauibus ambiens: qua inruebatur descensum aut prefugiū
hostibus futurum grandibus litteris in lapidē incidit: aliis forte ibi inuentis aliis

ab eo iuxta natalis aut quo aquatū appulsuri forent cōstitutis ionibus per litteras
mandans: vt si fieri posset ad se relictis barbaris progenitores suos concederent q
periculum pro eorum libertate susciperent aut si minus id facerent barbaris in pre
lio cladi ac detrimento forent his sperabat se aut impulsurum iones ad defectionē
aut turbationem allaturum ionibus barbaro in suspitionem adductis. At Xerxe ī
Phocidem desuper cū exercitu inuadente phocensiumq; Vrbis incendio deuastan
te haud restiterūt greci nec Atheniensibus quidem rogantibus in boetiam ꝓ acti
co agro hosti obuiam iere vt ipsi in arthemisium mari opere tulerant. Cū nemo eo
rum precibus & gratia moueretur sed ad peloponesum omnes intenderent animū
& in traistbinium copias omnes cogere properarēt ab alteroq; mari ad alterū mu
rum perducere proditos Athenięses & destitutos ab omnibus ira simul ac mesti
cia cepit sed cū minus decreuisset cum tanta vi hominum ac multitudine cōflige
re id tantum ad presens necessarium erat relicta ciuitate naues conscendere a qua
re vehementer multitudinis animi abhorrebant quod neq; cōtineretur cura victo
rie neq; deorū immortalium templis patrumq; monumentis amissis salutem vllam
superesse ducerent. Hic igitur Themistocles cū populum humanis cōsiliis in sen
tentiam suam traducere posse diffideret vt in tragedia attollens machinam signis
diuinis prodigiisq; & oraculis solicitare cepit signū ex dracone nactus qui videtur
illis diebus extemplo euanuisse. Sacerdotesq; vbi īuenire intactas primitias quas
per diem ei apposuerant in populū nuntiarunt rumore a Themistocle dissipato de
am vrbem excessisse & ad mare se illis ducem prebuisse. Oraculo autem rursus po
pulum mouere aggressus est ligneam inquit menia nihil aliud significate q̄ naues
atq; idcirco salaminem diuinam nō timidam neq; infelicem adeo nuncupari vt que
ex magno grecorum successu cognomen in posterum esset habitura. Sed cū The
mistocles sententia valuisset Decernit vrbem palladi que tutele Atheniensiū pre
erat cōmendari iuuentutem vero omnem in triremes imponere liberos vero & con
iuges mancipiaq; vt facultas esset per se quenq; seruare comprobato decreto pluri
mi Atheniensium parentes & vxores in troezenē exportarūt perhumane excepiē
tibus troezenis. Decreuerūt enim vt ii publice alerentur duobus obolis singulo e
largitis puerisq; facta potestas vt vndecūq; liberet poma acciperent & pro iis ma
gistris merces persoluta est huius auctor decreti nicagoras fuisse traditur. Cum
vero publice pecunie Athenięses deficerēt scribit Aristoteles ariopagi Senatum
cuiq; manus militie obeunti octo dragmis traditis causam complendi triremes vel
potissimam fuisse. at clidemus hoc quoq; a Themistocle gestum esse asseuerat. De
scendentibus enim in pireum Atheniensibus ait ex palladio gorgonis verticē amis
sum esse: Themistoclem vero perquirere ac perscrutari omnia simulantem vim ar
genti permaximam inuenisse in ipsis thesauris reconditam quo in medium prola
to naues conscendētes abunde viaticum suppetisse: Enauigante autē ciuitate aliis
miserabile id spectaculum aliis admiratiōi eorum animi magnitudo fuit cum pa
rentes quidem a se dimittētibus inflexosq; sue ad luctus: Lachrimas complexusq;
illorum prestantibus in insulam discederent multiq; ex iis quibus infirmis viribus af
fectaq; iam etate relicti digne misericordia viderentur. Erat etiam quedam que
spectantes flectere possit animi dulcedo ex cicuribus animātibus cum clamore &
desiderio ad littus vndiq; cōfluētibus eorū nutritoribus naues conscendētibus: in
quibus memoratur xantippi periclis patris canis quod abeuntis domini desideri
um & solitudinem ferre nō posset ī mare ac insiluisse natādo triremē assequutus in
salaminem esse delatus ibiq; expirans continuo interesse. Quo in loco extat etiam
his temporibus canis tumulum vocāt sepulcrum eius fuisse traditur. Iam vero ea
magna & ꝓclara Themistoclis videnł esse qđ cū sensisset ciues aristidē desiderare

Themistocles

metu solicitos ne se ob iram in barbari amicitiam darer resq̧ grecorum euerteret.
Victꝰ is enim a Themistocle factiōe ante initium belli cōpulsus in decennale exiliū
fuerat decernit iis licere q ad tempus exulassent ab exilio redire & cū aliis simul
ciuibus libere dicere ac sentire que grecie in primis cōducerent. Postea vero q̄
Euribiades obsparte dignitatē classi prepositus Imperator ad periculū ignauus &
timidus decreuit ad isthmum classem reducere;ꝗ peloponēsiū exercitus terrestris
coierat contradixit Themistocles quo tempore celebrata illa dixisse proditum est
cum enim dixisset Euribiades O Themistocles in certaminibus qui intempestiue
assurgunt alapis cedi solent ita est inquit Themistocles sed nec ii qui deserunt or-
dinem coronātur cum eo baculū vt cederet attollente cede inquit Themistocles ve
rum audias hic eius mansuetudinē Euribiades admiratus dicendi quod vellet po-
testatem ferre q cū ad priorem orationē se reuocasset assurgēs aliquis hominem ĩ
quit ciuitate orbatū non recte eos qui haberēt ad deserēdas patrias adhortari: tū
Themistocles ad eum cōuersa oratione. Nos O homo inquit nequissime domos &
menia reliquimus indignum esse ducētos inanimatorū causa seruitutem subire ci-
uitatem vero nobis ducenti triremes maximā grecorum ciuitatem prestāt que nūc
nobis presidio assunt salutem per eas retinere nolentibus. Quod si nos ob ignauiā
prodideritis statim sentiet aliquis ex grecis tantū athenienses liberam ciuitatem
& agrum haud deteriorem q̄ amiserāt possidere hec loquente Themistocle Euri
biadem ad se redeūtem vehemens formido incessit ne eos desererēt Athenienses
atq̧ discederēt. Ad eretricum autem ab eo sententia dissidentē nunc etiam nobis
inquit de bello est sermo qui instar Thethidum gladium quidem habetis cor vero
nullum geritis: Produnt quidam auctores: Themistocli rebus ex superiori nauis
tabellato differenti noctuā visam ad dexteram nauium partem volatu delatā ma-
lo insidisse quo omino in eius sentētiam ierūt omnes decertaturiq̧ nauali prelio pa
rabantur sed vbi hostiū classis ad phalericum delata in atticam circumstātia occu-
pauit littora. & Rex ipse cū pedestribus copiis descendit ad mare exercitusq̧ om
nis coactis in vnū viribus apparuit: Themistoclis statim exciderūt monita & rur-
sus peloponenses ad isthmū spectare ceperunt & si quis aliter sentiret aut diceret
grauiter ferre. Decretū est igitur ab iis proxima nocte discedere gubernatoribusq̧
imperata nauigatio hic Themistocles angi vehemēter animo si greci ab angustiis
abductis presidiis per ciuitates dissoluātur. Itaq̧ inito secum cōsilio quo pacto im
pedimētum aliquod moliretur grecis per sicinū negociū conficit. Fuit autē sici-
nus captiuus quidam genere persa Themistocli in primis carus quē liberis peda-
gogū prefecerat. Hunc ad persas cū mandatis mittit. Vt Themistocles Athenien-
sium dux regis amicitiā patrie libertati preferens primis omnium illi nūciet gre-
cos ad fugam inclinatos esse proinde admonet ne fugiēdi illis prebeat facultatem
sed dum eos cōfusio & trepidatio habet a terrestribus copiis lōge seiunctos adoriē
& maritimas vires opprimat: hec Xerxes vt ab amico homīe dicta accipiens leti-
ciaq̧ plenus postremo id nauiū ducibus significauit & alias quidē complere impe-
rauit ducentas aurē transitum passim circuētes claudere insulasq̧ presidio asserua-
re. ne quis ex hostibus possit euadere. hec Aristodes lisimachi filius vt primū agi
sensit: ad Themistoclis tabernaculū venit & si illi esset infensus ab eo vt ante dixi-
mus in exilium pulsus. Obuiam prodeunti Themistocli consilium barbari de cir-
cuitione nauiū aperit. Ille & virtutem viri & probitatem iam ante perspectam &
cognitam habens & eius cū presentia maxime letatus que per sicinū egerat cun-
cta enarrāt hortaturq̧ vt grecos obiurgādo absterreat studeatq̧ vna secū efficere
vt in angustiis prelium cōseratur Aristodes igitur laudato Themistocle alios du-
ces & Trierarchos adiens ad preliū excitare atq̧ incendere conabatur. Non dū fidē

adhibentibus illis ecce vna tenedia triremis transfuga quam panetius nonarchus
habebat circuitiōis nuntia interuenit. Quare ira simul & necessitas grecos ad pe
riculum impulit prima autē luce in locum editum Xerxes cōscendens despiciebat
grecorum classem atqꝫ omnem prelii apparatum vt Phanodemus auctor est. supra
Heracleum que insula ab attica angusto freto disiūgitur Vt vero acestodorus in
finibus Megarenses agri in loca que cornea vocant curru aureo cōstituto scribisqꝫ
per multis adhibitis & negocio illis dato que in prelio gererentur singula conscri-
beret. At Themistocli ad pretoriā nauem hostias mactanti tres eximia forma cap
tiui adolescentes producti sunt veste autē splendida & auro insignes ii sandanes re
gis sororis & Autarati filii dicebantur esse quos euphrantides vates intuitus vbi
magna & clara e sacris flāma refulsit & simul starnutus ad dextera signum dedit
Themistoclē manu apprehendens iussit eum adulescentes primitias & notis nūcu
patis omestie Dionisio immolare sic salutem cū victoria grecis fore Obstupescente
autem Themistocle responsum magnū atqꝫ horrendum vt in magnis certaminibus
ac rebus perditis euenire solet ex improuisis ac repētinis magnaqꝫ consultus & co
gitatis ad spem salutis erecta multitudo vna simul voce deum inuocauit captiuosqꝫ
ad aram constitutos vatis iussu sacrificiū peregerunt. Heephanias Lesbius vir in
Philosophia clarus nec in historiarū monumētis rudis aut imperitis litteris prodi
dit. De numero autē barbaricarum nauiū Eschilus poeta vt sciens atqꝫ affirmans
in tragedia persis scribit his versibus Xerxi & enim noui mille fuere rates. Atqꝫ fu
ga naues prestarent celeri aliis. Septē ducente sic fama frequens tenet. Atticarū
vero nauiū que centum & octuaginta erāt numero singula decem & octo ex tabu-
latis pugnātes habuit quorum sagittarii quatuor reliqui grauis armature milites.
Videtur autem Themistocles haud deterius occasionenē temporis nosse atqꝫ ob-
seruisse qꝫ locum ne ante triremes aduersis proris opponeret barbaricis qꝫ tempus
adesset solitum per freta secūdum ventum & fluctum impellere qui grecas quod
demissiores hum horesqꝫ forēt nihil lesit in barbaras vero insurgentes ꝑ ppibus &
tabulatis altis & honustis incidens dū inferentur auertit & grecis nauibus latera
prebuit: Themistoclis iussu vt prudētis ducis celeriter ingruētibus & simul quod
aduersus illum ariamenes Xerxis Nauarchus inuasera qui cū nauem magnā ha-
beret veluti e manibus sagittis telisqꝫ infestibat vir fortis & inter regis fratres ꝑ
bitate maxime iustitiaqꝫ insignis. Hunc igitur amenias decelensis & Soicles pedi
ensis vna se inferētes vt naues in se inciderūt a diuersis proris catenisqꝫ iniectis be
ferunt illum sue triremi imminentē subeuntes ac lanceis instantes in pontum de-
turbant cuius corpus iactatum fluctibus dignoscens Arthemisii ad Xerxem de-
tulit: In eius modi fortuna pugne flammā magno lumine ab eleusine illuxisse ferūt
sonitum quoqꝫ & vocem toto Thriasio agro ad mare vsqꝫ exauditā esse vt ex homi-
bus multis misticum iacchum educentibus. Ex multitudine vero vocum referri a
terra paulatim gemitū & in triremes decidere visum Alii ymagines & simulachra
affirmant ab egina apparuisse armatorū hominum manus pro grecis nauibus at-
tollentium quos Eacidas esse cōsecerat a quibus ante pugnā precibus & votis im-
plorarant opem. Primus igitur Licomedes Athenīēsis Trierarchus nauem capte
cuius signū fictum ex ere postea Laurigero Apollini cōsecrauit Alii vero barbarī
multitudine pares eos quod parti nauium in angustiam se inferrent & in se inuicē
incursarent vesperi cū vsqꝫ ad id tēpus restitissent in fugam compulerūt vt Simo-
nides tradidit pulcherrima ac celiberrima parta victoria qua nullū maritimum cla
rius opus neqꝫ a grecis vnqꝫ neqꝫ a barbaris gestum memoratur fortitudine quidē
cōmuni ac promptitudine pugnantiū sed consilio prudentiaqꝫ Themistoclis. Post
prelium Xerxes re male gesta adhuc animo plurimum meditatus agressus est

themistocles

pedestres copias i salaminē contra grecos traducere : preecluso a∂geribus transitu:
qui medii inter atticam & insulam erat Sed Themistocles Aristidis tentādi gra-
tia secum cōmunicauit statuisse se deductis in hellespōtum nauibus pōtem soluere
vt inquiens in Europa Asiam capiamus Quod cum improbaret Aristides diceret
q̄ nunc quidem cum barbaro luxuria defluenti cōseruimus prelium quod si in gre-
tia occluserimus hominē tot viribus fretum & metu periculi in necessitatem com-
pulsum haud vltra sub tabernaculo aureo sedens ociosum se pugne spectatorē pre-
bebit sed audebit omnia & ob periculū omnibus presto se offerens que ꝑlapsa cō-
temptaq̄ sunt corriget atq̄ emēdabit & omnino de summa rerū sanius cōsilium ca-
peret Nō igitur nobis hic pōs O Themistocles euertēdus est sed alio si fieri pos
set constructo homo ex Europa celeriter exigēdus. Si ergo hec tibi inquit The-
mistocles videntur cōducere. Iam illud nobis omnibus cogitādum est ac prouiden
dum vt gracia q̄ celerrime discebat. Itaq̄ eo probato consilio per aracem ex re-
gis Eunucchis inter captiuos inuentum regi nuntiat grecos parta mari victoria in
hellespōtum qua iunctus erat nauigare pontēq̄ soluere decreuisse proinde Themi
stocles de regis salute solicitus ad mare statim maturare admouet ac transire quo
ad ipse sociorū persecutionem moraretur. His auditis barbarus ac simul metu cor-
reptus cōtinuo ad discessum properauit Ac Themistoclis Aristidisq̄ prudētia in
mardanio maxime manifesta fuit. si quidē cum parua parte ex Xerxis copiis inito
prelio de rebus omnibus in discrimē venerūt. Quo prelio ex ciuitatibus Eginetas
potitos pugnādi laude affirmat herodotus At Themistocli & si ob metū inuidie
recusanti primas partes detulerunt omnes. Cum in Isthmum se recepissent princi-
pes lato ab ara suffragio se quisq̄ virtute primū secundum vero Themistoclem cē
suerunt Lacedemonii quoq̄ spartā eum deducentes Euribiadi premiū fortitudīs
dederunt laureā sapientie autem Themistocli eumq̄ eximio totius vrbis curru do
narunt & sparta abeuntem Tricente naues a spartiatis misse vsq̄ ad montes conse
cute sunt. Dicitur olimpie instanti celebritate cū eo profectus Themistocles in sta
dium processisset cōtemptis certaminibus omnes oculis in illum esse conuersos: in
eoq̄ spectando diem totū consumpsissi & eum cum plausu & admiratiōe ostēdisse
peregrinis & aduenis Quare ipse letus ad amicos dixisse tum suorū laborum quos
pro grecia suscepisset fructū se amplissimum reportare per magna enim illi hono-
ris cupido natura insita erat si ex iis que de illo monumētis litterarū produntur
cōiectare licet. Classi enim profectus neq̄ priuatum neq̄ publice vllum obiit mu-
nus sed que instabant in eam diem qua nauigaturus erat omnia distulit. Vt simul
multa cōficiens & varios ad colloquiū admittens homines plurimum opibus & po
tentia prestare putaretur. Cum ad interfectorū cadauera ad mare visenda accessis
set vt armillas passim & torquēs abiectos aspexit preteriēs ipse amico q cū seque-
batur collige tibi inquit tu enim nequaq̄ Themistocles es Ad antiphanem formo
sum olim adolescentem qui eū ante superbe admodum & fastidiose accepisset sed
tunc ob eius gloriam obseruare o adolescens dixit o dolescens sero tandē verū am-
bo vna ad sanitatem reuertimus Dicere etiam solitum ferunt se neq̄ honoribus ab
atheniēsibus affici neq̄ apud eos in admiratiōe esse sed procella vexatos imminēte
periculo ad se veluti platanum subterfugere reddita autem serenitate euellere atq̄
deiecere. Seriphio cuidam in iurgio respōdit cū ille dixisset nō eum sua sed patrie
gloria splendorem assecutum vera inquit Hercule narras. Verūtamē nec si ego Se
riphius nobilis nec tu si atheniēsis esses clarus vnq̄ fuisses. alio quodam ex ducibꝰ
quod aliquod in re p. beneficii contulisse videretur elato & pro Themistocle se ef
ferente quod suas cū Themistoclis rebus gestis conferendas esse diceret respon-
dit operosum postridie diem cum festa aliquando certasse dicentem se negociis ac

laboribus permaximis refectum esse: in illo autem paratis rebus omnes per ocium
fruerentur Ad hec festum respondisse vera loqueris sed nisi ego fuissem tu nunq̃
extitisses. Ita si tum ipse a vobis abfuissem vbi nunc vos omnes essetis Filium aũt
quod matris delitie foret & ob id in se ipse salse vrbaneq̃ iocatus inquit plurimũ
illũ potẽtia greci omnibus antecellere. Nã grecis Atheniẽses Atheniẽsibus ipsũ:
ipsi vero illius matrẽ matri vero filiũ imperare. Cum vero in omnibꝰ precipuũ sibi
quoddã vendicare cuperet: agrũq̃ venalem perscriberet p preconẽ nũtiari iussit ꝓ
bum illi esse vicinum ex iis qui filiam in vxorem petebant frugi ac modestum an-
teposuit locupleti inquiens se virum pecuniis indigentẽ magisq̃ sine viro pecuni
as querere Atq̃ in ipsis que apophebegmata illi vocãt salsis videlicet & dicacibus
eiusmodi fuisse memoratur. Fusis igitur fugatisq̃ barbaris oportunitatẽ nactus in
staurande vrbi ac muro circũdande animũ statim deiecit cum antea ne impeditẽ
pecuniis vt Theopompius tradit cum ephoris transigisset vt autem plurimi sen-
tire videntur dolo fretus simulata legatiõe spartam profectus est Cunq̃ quererẽ-
tur spartiate oppidum ab illis muro circũdari accusante Polyrcho ab eginetis eo
de industria misso inficias iuit iubens certos homines Athenas suscitatũ mitti vt
& temous vna ex ea cunctatione adiiceret operi facundo & ii qui missi essent pro
se obsides sub iure Atheniensium forent: nec eum fefellit opinio Re enim cognita.
vt erat Lacedemonii nulla eũ iniuria affecerunt sed dissimulata ira incolumẽ dimi
serunt. Ex eo tempore pireum quod perspexisset eius loci ingenium & oportuni-
tatẽ edificare cepetit: atq̃ aĩo ad rem maritimã ciuitatẽ disponũt: atq̃ accomoda-
uit: cõtrariam quodamodo veteribus Atheniensiũ regibus regende ciuitatis ratio
nem secutus: Illi enim: vt fertur: cum in eo vehementer elaborasset vt ciues a ma-
ri abducerent: assuefacerentq̃ obmissa nauigatione arboribus regionem conserere
fabule locum dederũt: neptumnũ de agro cum pallide disceptantẽ cum illa oleam
ostendisset iudicibus ab ea esse superatũ. Themistocles autem nõ vt Aristophanes
Comicus ait ad urbẽ Pireum adiunxit. sed ad Pireum vrbem & ad mare terram
aptauit que res populi opes cõtra nobilitatẽ auxit cum p audaciaq̃ cõ[illegible] com
pleuit ad nautas & remiges gubernatoresq̃ trãslatis viribus idcirco oppidũ quod
in pace situ est ad mare spectabat quod post trigĩta tirranni ad terrã conuerterũt
rati ex maritimo imperio popularẽ potentiã conflari agro autem intẽtos homines
paucorũ imperio minus se infensos habituros. At Themistocles ad nauticam mari
timãq̃ potentiã maius quidam excogitauit postea enim q̃ Xerxe abeunte in pega
sas hiemandi gratia grecorũ classis subducta est: Atheniensibus cõtionẽ vocatis in
quit se habere consiliũ rei p. salutare sed id sciri nõ opus esse Iubentibus aũt Athe
niẽsibus rẽ Aristide tantũ cõmunicari ac si ille probaret negociũ cõfici. Dato igit̃
illi in cõsilium Aristide huic Themistocles excogitasse se inquit grecorũ classem in-
cendere quod ille cũ audisset in cõtionẽ magna expectatiõe venit dixitq̃ ea re quã
Themistocles diceret nullã sibi neq̃ vtiliorẽ neq̃ iniustiorem videri Quare Athe-
nienses iusserunt Themistoclẽ ab incepto desistere. Cũq̃ Amphictiõicis conuenti-
bus Lacedemonii niterẽtur ciuitates q̃ cũ medo societatẽ inierãt eo cõsilio ꝓhibe
re veritus Ne thessalis & Argiuis ac Thebanis eiectis ad lacedemõios delatis suf
fragiis res eorũ arbitrio gererẽt patrociniũ ciuitatum suscepit: Pilagorarum que
mẽtes immutauit cũ docuisset triginta & vnã fuisse ciuitates earũq̃ plurimas tenu
es que medico bello cõspirassent. Proinde indignũ esse reliqua grecia a Federis so
cietate ad duas vl̃ tres maxĩas ciuitates cõsiliũ deferre. Ex hoc igit̃ maxĩe lacede
mõios offensos habuit idcirco honoribꝰ pretulerunt Cimonem eumq̃ in re p. The
mistocli aduersarium excitarunt premebatur & iam per id temporis inuidia socii
tum quod iis insulas obiẽs nauibꝰ ab iis pecunias coegisset vt cõstat ex iis q̃ scribit

Themistocles

Herodotus apud andrum cũ argentũ peteret dicta ab eo & audita. Duos enim in
quit ad vos ago deos vim ac suasionẽ. At ii contra duos apud se quoq; per magnos
esse deos respõderunt paupertatem ac impossibilitatẽ: ant qoibos prohiberi se illi
pecunias dare Themocreon vero rhodius poeta quodã carmine ĩ Themistoclẽ gra
uiter & vehementer inuectus ait illum pecuniis adductum alios quidẽ exules re-
ducere se veco hospitem & amicũ contemnere. Est autem carmẽ huiusmodi Si tu
pausaniam xantippum: Leutichidãq; Laudes: aristides merito quem sacra tulerũt
Moenia cecropidum nobis laudetur vbiq; Latone quoniã factus themistocles ho-
stis, Improbus ac mendax iniustus peoditor idẽ Hospicii qui iura sacri cõtempsit &
amens Lalisum vilis pretii dulcedine captus Timocreonta lares vetuit remeasse
paternas At tribus acceptis argẽti impune talentis. Aduocat hos illos patria de-
turbat inque Et cõducta Isthine questũ fecisse taberna. Hospitibusq; suis gelidas
apponere carnes Ausus ridicule. ii positis epulãtur & ipsum Inde horã votis nullã
superesse precati Multo & iã procatius ac petu'atius post eius fugam ac damna-
tiõem in Themistoclis vitã inuasit Timocreon edito carmine cuius est initiũ Mu
sa hoc grauigenũ carmen vulgatu per ora. Vt deret & phas est. Dicitur aũt n edi
ce Timocreon amicitie inuidia a Themistocle cõflata dampnatiõe ir exilium esse
cõpulsus. Vbi igitur eandem Themistocles infamiã subiit hec in illum cõiecit. Iã
vero ciuibus ob inuidiã atq; obtrectatiõem ad eius calumniam inclinãtibus coact9
est paulo grauius agere eiusq; rebus gestis sepius cõmemoratis in cõtione ipsis p-
sentibus inuidis atq; obtrectatoribus dicere. Quid vos beneficia eiusdẽ in vos sepe
locata fastidiunt. Offendit autẽ vehementer multitudinis animos cum diane tem
plum dedicauit quã: Aristobulam idest optime cõsulentem appellauit vt qui opti
me ciuitatis grecorũq; saluti consuluisset. Secus autem domũ in melita templum
edificauit quo nunc populi corpora morte damnatorũ proiciunt vestes quoq; & la
queos eorũ qui suspendio interierũt codẽ efferunt. Fuit in Aristobule tẽplu The-
mistoclis signum. Idq; ad nostram vsq; permãsit etatem: ac videtur nõ animo tantũ
verumetiam ore ipso ac vultu Heroicus extitisse. Testularũ igitur illum suffra-
gus e ciuitate eiecerũt eiusq; dignitatẽ ac nimias opes depresserunt vt soliti erant
facere in omnes quorũ potentiã grauem & minime ferendam putarent & popula
rem equabilitatẽ mensurãq; excedentẽ. Nec enĩ eiusmodi exilium animi aduersio
erat sed lenitio leuatioq; inuidie: q̃ claros viros & depressos semper & ?erditatos
esse cupit & in huiusmodi ignominiã veluti flatu quodam odium omne & acerbi-
tatem cõrendit Exacto igitur vrbe Themistocle & argis morã trahente: Pausanie
consuetudo & cõmertium: aduersariis eius accusandi occasionẽ prebuit & e Leo-
bote Alemeonis filio tribu a graulethe proditiõis est accusatus accusatiõi fauenti-
bus spartiatis Pausanias igitur cũ proditiorem instrueret ab initiu celauit Themi
stoclem & si inter eos amicitia esset. Vt autẽ vidit hominẽ ciuitate eiectum & exi
lium suum inique ferentẽ in spem venit posse hominẽ ad eius cõsiliu societatem cõ-
pellere. Itaq; regis litteras illi aperuit eũq; in grecos vt impcobos ac neq; homines
concitare conatus est. Ille repudiatis Pausanie precibus participem se sceleris eius
fieri negauit. Verum ea cõsilia occulta perpetuo habuit nec proditiõem indicauit
siue eum desitum iri opinatus siue alter deprehendi posse qui nulla ratione ad res
adeo dubias & incertas raperetur. Sic igitur Pausania capitis damnato: epistole
quedam hic de rebus adimentie insuspitionẽ Themistuclem adduxerunt: Lacede
monius infamiã dissipantibus eiusq; nomen inuidi detulerũt cum iis ab esset & pri
ora crimina depcari per litteras niteretur Cum enim aduersarii in eum calumniã
coniecisset scripsit ciuibus se quidem dominãdi aliis fortasse gratia seruiendi vero
nũq; se adduci potuisse vt se ipsũ grecĩãq; vniuersam barbaris atq; hostibus pderet

Attamen populus delatorum impu'ſi. homines certos ad eum comprehendendum
miſit: vt in iudiciū adductus grecorum ſententiis damnaretur. Quibus precogni-
tis Themiſtocles tranſmiſit cerciram: que ciuitas ſibi beneficio deuincta erat. Ar-
biter enim cercireis & corinthis cōtrouerſiarū datus ſopiuit inimicitias: cum vigin-
ti talentis mulctaſſe corinthios: iuſſiſſetq; Leucadem cōmunem vtriſq; Coloniā in
mediū ponere. Inde in cōtinentem fuga profectus Athenīēſibus ac Lacedemoniis
perſequētibus coniecit ſe in ſpes dubias & incertas: ad admetum molloſſorum re-
gem ſe coferens qui cū ab Atheniēſibus quidam petiſſet ia Themiſtocle cum in re
p. floreret irriſus vehementer homini ſemper offenſus fuit: putabatq; iniurias ſi aſ-
ſequi poſſ; haud dubie perſecutū ire. In ea autē fuga & perſequutiōe ciuilē magis
& recentē inuidiam q̄ veterē regis iram metuēs. huic ſe credidit ſupplicemq; ad
meto prebuit proprium quendam regionis morem ſecutus. Arrepto enim admeti
paruulo filio cū eo ſe in ſacrariū: q̄ ſūma colebatur religione ſe cōiecit: quod ſuppli-
candi genus maximū ac ferme ſolum nunq̄ repudiandū moloſſi opinabātur. Sunt
igitur quidam qui affirment phthiam regis vxorē hoc Themiſtocli ſubiciſſe &
cum eo in ſacrarium perduxiſſe filiū. Alii ab admeto hoc ipſum edoctum Themi-
ſtoclem ferunt vt expoſcētibus Athenīēſibus & Lacedemoniis ſe excuſaret & ne
ſupplicē dederet religione diceret impediri: Illuc autē ad ipſum vxorem & liberos
clam Athenis Epicrates Acharneus miſit quē huius gratia poſtea Cimon in iudi-
cium accerſitū capitis damnauit: vt Steſimbrotus affirmat ſic neſcio quo pacto ho-
rum oblitus aut oblitū Themiſtoclem faciēs in Siciliā ait delatum eſſe & ab yerōe
tiranno in matrimoniū filiam contendiſſe pollicitum ſibi inditionē grecos ſubactu-
rum recuſante vero Hierone in Aſiā nauigaſſe hec pacū conſentanea videntur eſſe
Tradit enim Theophraſtus in libris quos de regno inſcripſit. cum equos ad certa-
men in Olimpiam Hieron miſiſſet tabernaculūq; magnificētiſſime inſtructum ſta-
tuiſſet: Themiſtoclem aduocata cōtione greciis ſuaſiſſe tabernaculū tiranni diripi-
dum eſſe equoſq; certamine prohibēdos. At Tucidides addit ipſum ex phidna ad
alterum mare omnibus ignotū nauticis deſcendiſſe qui ad honeraria naue qua ve-
hebatur in naxiū vēto delata que tū obſidione ab Atheniēſibus premebatur q̄ loco
metu perterritū domino nauis ſe ac gubernatori aparuit ac partim precibus & ob-
ſecracionem partim imitando falſo ſe illos atheniēſibus delaturū quod non impru-
dentes ſed corrupti pecuniis ipſum excepiſſent coegit eos preteruectos inſulam in
aſiam nauigare. Ex eius autē bonis permulta e'am per amicos exportata in aſiam
ſecum detulit. Que vero prolata in mediū ac publicata ſunt Theopompus centum
talenta Theophraſtus octuaginta numero fuiſſe perhibet cū minus tribus talētis
habuiſſet in bonis priuſquam rē p. attigiſſet cū vero in cymam profectus a multis
ſe capiendi gratia maximeq; ab Ergotele & Pithodoro obſeruari ſenſit erat enim
venatio maxīe queſtuoſa iis qui nullū queſtus a ſe genus alienū putant propoſitis
ducentis per preconē a rege talētis ei qui hominē ad ſe cōprehenſum perduceret
Aegas igitur quod eſt oppidum eolicum clam omnib; fugit preter nicogenem ho-
ſpitem ſuum fuge conſcium: qui Eolides cūctos diuiciis & copiis antei bat: & aſie
potētib; & factioſis perq̄ familiariter vtebatur. apud hunc latens paucos dies di-
uerſatus eſt: paulopoſt cū ſemel eſſet cenatus peracto ſaccificio quodam: Olbius fi-
liorum Nicogenis pedagogus inſanus ac numine afflatus huiuſmodi cū clamore ef-
fudit verſum Nocti vocem nocti cōſilia nocti victoriā dato. Poſt hec Themiſtocles
per quietem videre viſus eſt draconem ſibi uentri obuolutum ac ſurreptantem ſe
collo attollere qui cum primū faciem attigiſſet ī aquilam verſum ipſiūq; circūfuſis
alis ſublatum in aerem indeq̄ longiſſime aſportaſſe deinde oblato aureo baculo
perſimili iis quos caduceatores ferre ſolent ei innixum metu omniū ac ſolicitudine

themistocles

liberatum esse emittitur igitur a Nicogene cum huiusmodi fraudem esset machi-
natus. Barbarorum natio plurima maximeq; Persarum vehemēter mulierū pudi-
citiam suspectam habēt in eaq; re admodū aggrestis est ac difficilis. Nō enim mo-
do cōiuges: verumetiam auro emptas & pellices curiose asseruant: & ne ab aliquo
extero videantur soliciti sunt: sic domi assidue occlusas habēt. In itineribus obeun-
dis sub tabernaculis clausis vndiq; in vehiculis feruntur. Sic igitur instructū cur-
rum ingressus Themistocles latus est iussis comitibus dicere omnibus occurrētibus
rogantibusq; se grecam mulierē ex Ionia ad quēdam ex regis principibus ducere
Tucidides igitur & Charon Lampsacenus tradūt post Xerxis obitū ad eius filiū
Themistoclem esse profectū. Ephorus autē & Dimon ac Clitarchus & Item He
raclides aliiq; complures ad ipsum Xerxem venisse asseuerāt. Verum annales ma-
gis Tucidides sequi videtur. & si non exquisite ad modū & diligenter editi sunt.
Themistocles igitur ereptus periculo ad regēq; profectus in Artabanum tribunū
militum incidit primū cumq; diceret se grecum esse & cum rege magnis de rebus
cōmunicare velle & que ille vehemēter expeteret. at ille O hospes inquit homi-
num inter se leges plurimum differunt alia que apud alios honesta habētur sed om-
nibus pulchrum domestica instituta seruare ac retinere. Vobis igitur propositū est
libertatē atq; equalitatem maxime admirari nobis vero cum multe atq; pulcherri-
me sint leges illa omniū honestissima est obseruare regem simulacrumq; dei omnia
seruantis adorare. Si igitur nostris legibus parere volueris regēq; adorabis phas
erit tibi intueri regem atq; alloqui sin autē tibi alia mens est internuntiis tibi cum
rege vtendum erit Non enim patrium est regi hominem minus adorātem audire
Hec vbi audiuit Themistocles ego O Artanabe inquit gloriā hoc & potentiā re-
gis aucturus accessi Itaq; & ipso obtēperabo vestris legibus postea q; amico propi-
tio Persis deo ita videtur & mea opera plures etiā ex iis qui nūc regnant vestrum
adorabunt regem. Quare nihil est cur hoc sermones nostros remoretur quos cū eo
collocuturi sumus. Tum artabanus quem te ex grecis adesse dicemus. Nam haud
priuatū quandam & obscurum hec mens te esse declarat. Ast hoc inquit Themi-
stocles nemo vnq; artabane ante regem audiet. Hec a Phania sic prodita sunt. Era-
tosthenas autē in libro de diuiciis tradidit per mulierem eretricam qua tribunus
vtebatur cōgressum hunc & colloquiū inter eos esse constitutum. Posteaq; igitur
ad regem Themistocles introductus est atq; vero adorato rege silentiū egit per in-
terpretem quisnam esset a rege rogatus: Themistocles Atheniensis o Rex inquit
assum exiliū a grecis & persecutionē perpessus cui cum multa a persis mala tū ma-
iores & iam gratie debentur cū grecos a persecutiōe auocarim tū cum liberta gra-
tia & in tuto constituta incundi aliquam a vobis gratiā facultatem prebuit. Mihi
omnia presentibus malis conueniētia assunt. Nam & paratus accessi tibi gratias
debere si ipse iniurias remiseris sin minus irā exorare. Tu autem cum aduersarios
meos testes beneficiorū habeas quibus ego persas affecerim hac mea fortuna ad il-
lustrandum virtutē tuam magis q; ad explendam iracundiam fruere. Hinc enim
supplicem tibi hominē & amicum seruabis. Inde hostem grecis infestissimū occi-
des: His dictis Themistocles orationi sue diuinitatis fidē adiunxit cum & Nicoge-
nis somnium & oraculum Dodonei Iouis in medium protulisset a quo iussus ad dei
gentilē accedere augurari se diceret ad illum potissimū mitti Magnum enī vtrū-
q; & esse & haberi regē. Persa audita Themistoclis oratiōe nihil tū illi respondit
& si illius animi elationē ac magnitudinē vehemēter esset admirat9 sed cōuersus ad
amicos vt maxima functus felicitate beatū se esse professus ē tū precatus arima-
nium vt id hostibus suis in mentē poneret vt a se eiusmodi viros expellerent: Diis
sacrificia peragisse dicitur ac pocula ac potū conuersum statim poposcisse Ad hec

noctu ter inter dormiendũ pre gaudio exclamasse habeo Athenienseem Themisto-
clem. Ac prima luce aduocatis amicis ipsum ad se introduci iussit omni iã spe cle-
mẽtie destitutũ quod intueretur regios ianitores sibi audito presentis nomine ve-
hementer infensos esse maledictis etiam lacessisse. Accedebat etiam rhoxanes tri-
bunus militum qui vbi ad eum peruenit Themistocles assidente rege aliisq conti
centibus suspirans sũmissa voce O grecia inquit varie serpens huc te regis fortuna
perduxit. Verũtamen cum in cõspectum venisset ac regẽ rursus adorasset contra
salutatus ac benignus & perhumanis ab eo verbis exceptus est cũ diceret se iã du
centa illi talenta debere. Illum enĩ se ipsum agentem phas est accipere premiũ: qđ
ei qui duxisset deberet per preconẽ edixerat sed multo his plura pollicitus est bo-
noq illum animo esse & que vellet de grecis rebus audacter & libere eloqui iussit
At hec Themistoclem sermones respondit hominũ peristromatis versi coloribus p
similes esse. Etenim vt in illis cum extendũtur ita & in his fromas figurasq appa
rere contractis aũt abscondi easdem atq corrumpi. Quare sibi tempore opus esse
Cum ea similitudine admodũ letatus Rex esset tempusq eum sibi quãtum vellet
sumere iussisset annuum tẽpus flagitauit in quo quãtum sat erat precepta persa[illegible]
lingua per se ipsum cum rege nullo interprete in colloquium venit existimantibus
iis qui aberant illum de rebus grecorum cum rege commentatum esse. Verum
cum & circa aulam & circa amicos Regis per multa consilio eius ĩmutata essent:
magnam sibi a potentibus conflauit inuidiam vt qui de illis apud regẽ liberius lo-
qui ausus foret. Nam homo res ei a rege habiti per multum a ceterorum hospitum
honoribus differebat. Venationes enim & domestica quoq studia cũ rege sibi cõ-
munia erãt. Quare & regis matrem adiit & in eius familiaritatẽ insinuauit. Mag
norum quoq sermonibus iussu regis interfuit. Postea vero q Damaratus spartia-
ta murus a rege petere iussus peciit vt sibi phas esset thiara sublata ĩ capite regio
more per sardos incedere Mitrophaustes regis patruelis apprehẽ a Damarati ma
nu hec inquit Thiara haud cerebrũ quod ve[illegible]cura sit habet nec tu Iupiter eris etiã
si fulmen acceperis cum vero Rex ex ea petitione ira incensus Damaratum repudi
asset nec eum illo vnq rediturus in gratiã putaretur: Themistoclis precibus placa
tus ac delinitus est. Ac ferunt posteriores reges quorum temporibus cõmertia in
ter persas grecosq frequentiora fuerũt quotiensciumq petentes ex greco homine
imperatore quid vellent nuntiis ac litteris polliceri solitos illum apud se magis q
Themistoclem habiturum. Ipse autem Themistocles dicitur cum iam permultam
opibus & gratia valeret a multisq sũmo studio coleretur splendidissime apparata
mensa presentibus filiis interieramus dixisse O filii nisi interiissemus. Tres etiam
ciuitates plurimi tradunt illi a rege dono esse datas que ad panem vinumq atq ob
sonum sumptus suppeterent. Magnesiam & Lampsacum ac Myuntam. His alias
preterea duas cizecinus Neanthes & phanias addunt percotam & Palesepsim ad
vestem & suppellectilem ad ceterum cultum & ornatum. Post hec cum ad r[illegible]
cas conficiẽdas ad mare descẽderet Epixyes vir genere Persa superioris Ph[illegible]
prefectus diu illi paratus tetẽdit insidias: Pisanis quibusdam dato negotio [illegible]
cum in vrbe leonis capite nuncupata diuersaretur obtruncarent. At ille fertur me
ridiano tempore dormiẽti deorum mater per somnium se offerẽs O Themistocles
exclamasse effuge leonem caput ne ipse in leonem incurras Ego vero pro hoc abs
te beneficio mnesiptolemam ministram mihi legi efflagito. Turbatus igitur The-
mistocles ac animi dubius precatus est deã dimissaq priore via que Leophoron di-
citur ac alia profectus cum locum illum declinasset ac iam tenebre essent taberna
culo mutato castra posuit. Ex iumentis enĩ tentorium ferentibus vnũ ĩ flumen de
cidit: Quare Themistoclis famuli aulea madida extensa siccabãt. At Pisani accint-

themistocles

gladiis oblatam sibi occasionem rati eo se intulerant ac aulea que siccabantur visu
decepti ad lunam: Themistoclis tentorium esse opinati sunt seq; illum intus quie-
scentem inuenturos. Vt autem ad locum priprius profecti aulea deiecerunt qui ad
erant custodes in eos impetum faciunt ac cōprehendunt sic eo periculo liberaeus
Themistocles deeq; visionem vehementer admiratus: in Magnesia templum edifi
cauit Dindymene matri ac filiam innesiptolemam illi sacerdotem legit. Cum veru
accessisse sardos ac per ocium templorum apparatum ac donorum multitudinem
cōtemplatus esset: aspexit in matris deum templo puelle simulacrum ex ere quam
hidropboram vocant duorum cubitorum magnitudine quam ipse curandis aquis
prefectus Athenis deprehensis iis qui aquam alio traductam subduxerant ex eo-
rum supplicio confici & in templo collocari iussit. Siue igitur indolens signi cap-
tiuitatem siue Atheniensibus ostentare cupiens quantum apud regem iam gratia
& auctoritate valeret cum lidie profecto sermone contulit abeoq; contendit pluri-
bus vt signum illud sibi Athenas exportandum permitteret: tū incensus barbarus
req; indigne ferēs: inquit se de iis regem per epistolam cerciorem facturum: The
mistocles uero metu perterritus ad mulieres confugiens pellicibus donis muneri
busq; affectis: illum abira: ad mansuetudinem & clementiā reuocauit iamq; barba
rorū inuidiam reformidās ceteris in rebus imposterum cauciorem se prebuit. Nō
enim Asiam pererrans. ut Theopompus affirmat sed Magnesiam incolens: mag-
nis actus muneribus iisdemq; quibus persarum principes functus honoribus: per
multum temporis liberam ab omni metu uitam ac solicitudine uixere: cum rex asi
aticis turbationibus impeditus: uel minima grecarū rerū cura contineretur. Sed
postea quam egiptus fauentibus Atheniensibus defecit a rege: & grecorum trire
mes cimone duce: subacto mari usq; ciprum: ciliciamq; inuaserunt iussit illū grecis
occurrere: ad deorumq; vires que quottidie in regis pernitiem magis inualescebāt
reprimendas accedere Iamq; potentie cōmore erant: ducesq; ad bellum cum exerci
tu missi: cum de illis Themistocli a rege nuntium est allatum iubente ad bellū gre
cis inferendum se conferre ac illi promissa persoluere hic illum nec ira concitauit ī
ciues suos nec tanti honores atq; opes ad bello patriam lacessendam implerūt: for
tasse quidem ratus opus maiusq; a se confici posset: magnis presertim tum ducib;
abundāte grecia & Cimonis gloria inter grecos preclarissimis rebus gestis maxi-
me florescente plurimū vero prioris laudis verecundia adductus ex illis moribus
consilium cepit vite honestum ac decorum finem imponere. Itaq; cum peractis sa-
crificiis in vnū conuocasset amicos manuq; apprehēdisset: vt vulgatior fama tenet
epotu taurino sāguine queādmodum opinantur quidem veneno infuso in Magne-
sia mortem obiecit cum quintum iam & sexagesimū etatis sue absoluisset anū eius
q; etatis plurimum in administranda re p. & militaribus imperiis contriuisset. Re
gem vero cum & mortis causam simul & modum accepisset magis tum hominem
admiratū ferunt eiusq; postea amicis ac familiaribus perpetuo benignissime & hu-
manissime vsum esse: Reliquit autem Themistocles ex Archippa Lisandri ex tri
bu Alopecia: Archeptolim & Policutum: & Cleophantum: cuius & Plato philoso
phus. vt optimi quidem equitis sed ceteris iñ rebus ignari atq; habetis mentionē
facit sed ex natu grādoribus Neocles equi morsū interiit: Dioclem vero Lisander
auus sibi in filium adoptauit. Filie illi complures fuerunt quarum innepsitolemam
ex secunda vxore natam Archeptolis ex alia matre frater in matrimonio habuit.
Italiam vero Panthides Chius duxit vxorem. Sabarim Nithomides Atheniensis
Nicomatem Phrasides: Themistoclis ex sorore nēpos qui tum post illius obitum ī
Magnesiam nauigasset eam cum fratribus affinitatem contraxit minimam vero
omnium filiorū natu Asiam educauit: Sepulcrū viri in foro magnetū illustrissimū

extat. Sed de reliquiis minime Andocide fidem habenda puto qui ad amicũ scribens ait illas deprehensas Athenienses proiecisse. Mendatio enim potentes & factiosos aduersus populum incitare conatur hylarchus quoq; veluti in tragedia machinam historia fere attollit productis Neocle quodam & demopoli Themistoclis liberis certamen & disceptatiõem & affectum suscitare cupit quod quidem ab eo fictum quiuis facile intueri potest. At Diodorus historicus in iis que de monumẽtis scripsit opinione magis adductus q̃ cognitiõe aliqua & scientia fretus tradidit ab eo quod iuxta alcimum est cum descenderis promõtorio extare atq; eminere veluti quendam cubitum atq; intus qua mare tranquillum est fundamentum eximia magnitudine esse nec procul inde quidam in similitudinem are quod sepulcrum Themistoclis fuisse. Opinatur autem & Platonem comicum hoc idem sentire his versibus. Tua tumba oportune erecta mercatoribus vbiq; salutabitur enauigantesq; atq; annauigantes intuebitur & interdum certamen nauium contemplabitur iis vero qui Themistocle originem traxerant honores quidam in Magnesiam vsq; ad nostram memoriam habeantur quibus functus est Themistocles Atheniensis: quod ego apud Ammonium philosophum familiarissime amicissimeq; sum vsus.

Incipit Vita Camilli Clarissimi viri E greco sermone in latinũ per Lapũ translata

f

VRIVS CAMILLVS de quo multa magnaq; extãt scripta ea re vehementer admirãdus videtur: quod plurima ac maxima imperando clara facinora gesserit: & dictatura quinquies triumpho quater potitus sit: ac secundus Rome conditor habitus fuerit: consulatum vero nunq; attigerit: huius rei causa fuit ciuilis perturbatio: quod populo aduersus Senatum de creandis consulibus discrepante tribuni militares qui exercitui preessent designabantur: qui & si omnia auctoritate consulari administraret: tamen minus moleste magistratus propter multitudinem ferebatur. Nam & sex viros & nõ duos rebus prefecisse leuabat molestiam illorum qui principatum paucorum graui animo tulerant. Per ea tempora cum magnopere rerum gestarum gloria Camillus florebat iniquum ducebat inuito populo consulem designari. Et si interea res publica comicia consularia egisset. In aliis autem multis variisq; magistratibus talem sese prebuit: quamuis vnus imperaret: auctoritas publica gloria vero priuata esset: quanq; collegas in magistratu haberet. Quorum alterius modestia quod sine inuidia imperabat: alterius prudentia propter quam primas partes obtinuit causa erat. Nam dum enim tunc magno militum apparatu circa domum existente ipse per se ipsum ad gloriam primo emersit: Nam in magno prelio quod gerebatur aduersus Secanos & Volscos: sibi dictatore Postumio tuberno merens cum exercitum preequitaret: & vulnus incossa accepisset: haud dolore victus est: sed euulso e corpore telo fortiter cum fortissimis hostium pugnãdo erumpẽtium impetũ retrusit & terga vertere coegit Deĩde alia munera obiuit & censurã magistratũ magna eo tempore sortitus est auctoritate. Memorie traditur cũ ipse hoc munere fungeretur pulchro facinori operam impendisse. Ferunt enĩ cum ratiõibus persuasisse: tum pena homines minando deterruisse vt minus viduarum mulierum nuptie detitarentur. Quarum profecto propter bella magnus erat numerus. Magno plane emolumẽto illud fuit q᷑ eius opera orphãi qui prius immunes erant ad vectigalis

Camillus

pendenda cohercerentur hoc acciderat quia ob assiduam rem militarem res p. ma-
gnis impẽsis vexabatur & maxime veiorũ eos solicitabat obsessio hos quidam ene
tanos vocant. Nam hec vrbis Tuscie propũgnandũ erat & armis militibusq; eque
ac Roma opulentior. Opum enim ac deliciarum splendore clarissima multotiens
egregie cum Romanis pro gloria & imperio dimicauerat. Verum ea tempestate
ingenti vexationi bellorũ fessa atq; attrita non amplius de imperii excellentia cer-
tabat. sed altis muris longisq; ac duris oppidani vrbem cingentes. & multa armo-
rum & frumenti telorumq; vi ac vniuersi denique apparatus cõplentes intrepido ani-
mo longam ferebant obsidionem que non minus & laboriosa & molesta obsidentibus
q̃ obsessis fuit Consueti enim Romani hiemare domi nec multum temporis estiuo
tempore militare tunc primum a tribunis coacti sunt propugnacula struere & ca-
stra in hostili agro sub ipsa estate atq; hyeme vallo fossaq; cõcludere. Iam fere sep-
timo belli anno finiente tanquam duces accusandi essent quod molliter obsidionem
agere videntur remotis primis ducibus noui tribuni militares ad bellum designa
ti sunt quorum tunc secundo vnus Camillus erat cui cum obtigisset in falerios &
capenates expeditionem ducere nihil eo tempore in ea obsidione peregit. Qui tũc
quod Romanis alii incesserant cure multis iniuriis regionem lacessentes & preser-
tim tirrenum bellum molestantes a Camillo oppressi sunt & multi in murum con-
tracti in precipitium dati. Deinde circa paludem Albanam cum vehementer bel-
lum instaret similis monstro res veniens quia nihil minus credendum erat inter ea
que admiranda & fide indigna videntur quoniam cõmuni causa ac ratiõe naturali
careret terrorem iniecit. Erat enim tempus autumnale & iam estas desierat: que
neq; imbribus neq; australibus ventis molestia ac aduersa fuerat. Sed multe palu-
des Italie ac fluuii fontesq; partim omnimodo partim valde aruerunt. Omnes aũt
fluuii aque ac semper humiles ac depressi per estatem fluxerant. Palus vero Alba-
na que ex semet principium ac finem comparauerat septa montibus altis nulla de
causa nisi aucto sulphure tumebat atq; cacumina montiũ sine agitatione ac fluctu e
lata leniter attingebat. Quod primũ in admirationem pastores adducebant. Post
q̃ Palus sese nõ amplius capere poterat. Et magnus aquarum fluxus per agros ara
tos plantasq; ad mare factus est nõ solum animos Romanorũ stupore percussit verũ
etiam omnes qui Italiam incolebãt magna illud portendere censebãt plurimus de
hac re in castris Romanorũ qui cõtra Veios obsidionem habebant rumor exortus
est. Itaq; manifeste illis id quod de Palude acciderat cognitum est. Verum vt eue
nire solet in longa obsidione quod multe inter hostes conuersationes oriũtur f. ctũ
est vt Romanus quidem familiaritatẽ cum quodam ciue coniũxit qui veterum ser
monum pericia pollebat & plus aliquid q̃ alii ex vaticinio scire videbatur. Postq̃
Romanus accepit elationem Paludis viditq; hunc obsidionem despicientẽ deridẽ
temq; nõ hoc tantum admirandũ inquit hec tempora prebitura: Sed his multa ab
surdiora signa ĩminere & hec sibi cõmunicaturũ polliceret fore si quid remedii ĩ cõ
munibus malis adhibere posset. Cũ attentas aures homo prebuisset & mutuo ser-
mone vteretur tanq̃ latentia quedam auditurus esset paulatim Romanus sic fabu
lans & illum subducens vt longius ab vrbe abieret cũ magna valeret viribus subli-
men illum rapit & multis castris cõcurrentibus militibus prebuit Ille coactis do-
cens quod futurum erat tanq̃ ineuitabile esset eius oculta vaticinia de patria pro-
tulit: Inquit enim non prius illam capi posse q̃ perfusam Paludis Albane aquã ho-
stes retro reflecterent & ne mari promisceretur obstarent hec cum Senatus acci-
peret & de re dubitaret visum est in rem fore Appollinis cõsulendi gratia quosdã
in Delphum legare: Fuere legati Cossus Licinius Valerius potitus & Fabius Am
bustus viri magni vbi cõsuluere nauibus delati domũ rediere. Alia vaticina ferẽtes

que de quibusdam rebus patriis apud festa latina nuncupata nugas predixerant:
& aquā Albanam arcere a mari quantum possent ad pristinumq; meatum reduce-
rent iusserant. Si autem hoc minus transigere possent in planiciē per fossas dedu-
cere & in vnum cōgerere his relatis ab oratoribus ea que ad rem diuinam pertine
bant sacerdotes absoluerāt populus autem ad opera facienda secessit & aquam di
uertit. Senatus vero decimo belli anno depositis primis ducibus dictatorē Camil-
lum creauit. Ille autem magistrum equitum ducens Cornelium Scipionem primo
vouit si felicem exitum bellum haberet magna spectacula se facturum & templū
dee quam maturam matrem Romani vocant consecraturum hanc certe ex sacrifi-
ciis in quibus curritur Leucoteam nominari volunt. Etenim ancillam in templū
adducentes alapa pulsant deinde impellunt & fratrum filios ante singulos fratres
sub brachio ferunt. & circa sacrificia curant. Hec simulachra sunt earum rerū q̄
īfantia & que Nioe pellex passi sunt. Post vota Camillus aduersus Faliscos copi-
as duxit & hos atq; capenates qui auxilio illis erant magno in prelio vicit. Deinde
ad vebiorum obsidionem flectit iter. Vbi cum durum asperumq; promōtorium in-
tueretur cuniculos circa vrbem in locis qui aditum intra muros preberent fodien
do parauit per quos oculte atq; profunde sub terra ad hostes ducerentur. Quapro
pter cum spes vie inesset ipse extra pugnam lacessit & ad muros hostes prouocat:
Alii autem clam per cuniculos irrumpentes latenter in arcem penetrant que erat
iuxta templum Iunonis quod in vrbe & magnitudine & religione pollebat ferunt
contigisse eo tempore ducem tirrenum hic sacrificiis operam impendere & augu-
rem intestina contemplantem alteq; exclamantem dixisse deum dare victoriam ei
qui sacrificia illa subsequerentur. Hoc audientes Romani qui in cuniculis erant sta
tim pauimentum fregerunt & cum clamore atq; armorum strepitu egredientes ex
territis hostibus ac fugientibus intestina rapuerunt & ad Camillum detulerunt
Sed hec forsan fabulosa esse videbantur. Capta autem vrbe cum Romani incredi-
biles diuitias predando agerent ferrentq; Camillus cū prospiceret ab arce ea que
gerebantur primum quidē collacrimauit. Deinde felicem se ratus ex presenti for-
tuna manus ad celum ac deos supinas tendens inquit. Summe iupiter ceteriq; om-
nes dii humanorum operum iudices non pro meritis sed pro rerum necessitate Ro
manam fortunam aspicite iniquorū ac nefariorum hostium vrbem accepimus. Si
autem & nobis equa presentis felicitatis vltio debetur obsecro omnia que ī vrbem
& exercitum Romanorum mala conferenda essent in meipsum paruo malo termi-
nari. Cum hec dixisset vt mos est Romanis preces agentibus se ad dexteram vo
luere circumuertens cecidit. Turbatis illis qui aderant cū resurgeret inquit q̄ be
ne pro meis votis ac precibus accidit hoc paruum malum in maxima bona fortune
Direpta vrbe statuit iunonis statuam Romam vt vouerat transferre. Conuenien
tibus in hoc artificibus Camillus dee hostias mactans cū precatus esset eā vt Ro-
manorum curam susciperet & vna cum aliis diis Rome habitantibus firma stabi-
lisq; maneret. Ferunt simulachrum locutum dixisse hoc velle atq; asserere: Liuius
autem inquit cum ipse Camillus dee statuam suspenderet & precibus eam prouo-
caret quosdam ex astantibus respondisse & velle & approbare & Romā prompte
profectam esse. Qui autem vehementer asserendo rei huic admirande fauent arbi-
trantur patronam magnam atq; adiutricem fuisse fortunam vrbis q̄ ex paruis mi
nimisq; principiis ad multū glorie atq; potentie emersisse sine dea que multis vbiq;
signis apparuerit admirantur. Itaq; asserendo ferunt multociens sudorem statuam
ac suspiria emisisse quandoq; sese auertisse quādoq; expurgasse de quibus multi ex
maioribus in historia scripsere. Multa etiam que nos accepimus admiratione dig-
na cōmemorare possemus que nō īmerito contemni possent: Sed huiusmodi rebus

permultum credere vel nullam fidem adhibere propter humanam imbecillitatem que nec terminos nec imperium sui habet & cum feratur quandoq; ad superstitionem & superbiam quandoq; ad contemptum sacrorum & insolentiam rerum diuinarum periculosum est. Pium autem atq; optimum est vt nihil nimis. Camillus q; nec magno cum labore decimo obsidionis anno vrbem hostilem occupaerat sane ex iis qui eum beatum faciebant in tumorem atq; animi elationem adductus & quadrigam albis equis tractã ascendens aliisq; superbie vtens pro legitimo ciuiliq; magistratu molestius triũphauit. Quo triũphandi genere null9 ex ducibus neq; antea neq; exinde vsus est. Nã putant sacrum huiusmodi currũ regi patriq; deorum esse celebratum: In hac re quia nondũ laute luxurioséq; vsurpatum viuere erat nec non quod legi de dissociandis habitatoribus vrbis se opposuerat apud ciues Camillum quidã calumniis prosequebãtur Rogationẽ enĩ tribuni plebis tulerãt populũ atq; Senatũ diuisim habitare & alterum Rome ductis sortibus alterũ in captiuam Vrbem Coloniam agere tanquã opulẽtiores futuri essent & duobus magnis pulchrisq; Vrbibus altera ditata vna regionem custodirent. Populus cũ iam numero creuisset munera obibant & suffragium petens in contione frequens tumultus agitabat; Senat9 atq; optimates censentes non diuisionem Rome sed pernitiem futuram si populus solus administraret cũ hoc indigno animo ferrent ad Camillũ refugium habuere ille certamen deprimens occasiones iniciebat populo atq; occupationes q; bus semper legẽ destrueret. His igitᵉ de causis mestitia afficiebatur Camillus. Sed apertissime ingentesq; inimicitie sibi contra populũ fuerunt ex spoliorum decimis que non absurde fuissent nisi multitudo iustissimũ pricipium suscepisset. Nam vt videtur Camill9 ad Vebios expeditionẽ agẽs si Vrbem caperet huic dee decimas vouit: Capta autem direptaq; Vrbe siue ꝙ traderet ciues fatigare impensis siue ꝙ obliuio quedam ex incumbẽtibus rebus eũ cepisset votum per neglígẽtiam habuerit. Postq; magistratũ illum deposuerat de hac re ad Senatum retulit. Augures monebant in sacrificiis deorũ iram apparuisse que propitiatiõe & gratiarum actione placanda esset decernẽte Senatu nam difficile erat factũ votum infectum essẽ illos qui in partem prede venerãt iureiurando astrictos decimas in mediũ afferre: multa molestia violẽtiaq; affecti sunt cum pauperes essent & multũ laboribus exhausti fuissent & ad tantã collationem earum quas compararint possederintq; cogerentur his rebus Camillo tumultuãte deficientiq; probabiliori excusatione ad absurdissimã rationem sese aplicuit. Nam profitebatur eum voti obliuionem cepisse Illi illud molestum sibi dicebant si ea que essent hostiũ tunc vouisset nũc ea que ciues haberent soluerẽt. Itaq; vt quisq; quantũ erat equum in medium contulerunt: visum est auream cratheram in delphum mittere sed parua auri copia erat in Vrbe. Cum illi quibus hec precipua cura demãdata fuerat de auro inueniendo consilia agitarent mulieres inter sese sua sponte cõsultantes omnia ornamenta aurea q; bus circa corpus vtebãtur in oblationem contribuerunt. Aurum fuit pondere octo talentorum. His mulieribus referẽs Senatus honorem pro earũ dignitate decreuit post mortem queadmodum pro viris ita pro feminis in funere laudatiuã orationem haberi Non enim antea mos erat apud Romanos mulierẽ mortuam laudare parata lõga ornataq; naui cũ fortibus viris tres ex optimatibus in delphum missi hyems profecto inerat & ĩ mari trãquilitas At operepreciũ audire quẽadmodum illi in maximũ discrimen incidentes ex inspirato statim periculum euasere Nam Liparẽorum triremes circa Eoli insulas deficiẽte vento eos manus tendentes orantesq; tanquam predones aggrediũtur & captos eductosq; e mari pro piratibus habuerunt: eosq; & corpora venundanda sub corona exposuerunt. Sed tandem cum creditum esset virtuti ac potentie vnius viri Timisithei ducis dimissi sunt. Hic

paratis suis nauibus in delphum misit & vt donaria suspenderent operam nauauit. Quapropter Rome condigni honores relati. Tribunis plebis rursus de diuidenda habitatione & mittenda Colonia legē excitantibus bello contra Phaliscos exorto quod oportune cecidit visum est primoribus comitia scundū legē agere. Itaq; Camillum cū aliis quinq; tribunis militum elegerūt tanquam res ipsa duce qui dignitate & gloria ac rerū experientia polleret indigeret. Populo sanciente Camillus sumptis copiis aduersus Phaliscos impetum fecit: & Phalerios Vrbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habentes castris circuiuit. Quam nō facile captu neq; eo tempore capiendū putauit: verum querebat ciues ī castris retinere: atq; ad bellum exercere: ne domi in ocio vitā agentes factionibus seditiōibusq; Vrbem fedarent. Recte enim semper Romani ac vsi medicina queadmodū medici vt ciuiles discordias ac seditiones vitare vel extra vrbē ea mala ad hostes conuertebant. Sic certe obsidionē Phaleriis despicientibus ratis vndiq; munitos esse: preter eos qui murorum statiōes tenebant. ceteri omnes per Vrbem in vestibus versabantur: filii autem eorū ad ludum proficiscebantur & circa muros deambulare atq; sese exercere cogebātur. Nam publico doctore grecorū more vtebātur Phalerii. Volebant enim ab ipsa adolescentia filios vna erudiri atq; congregari: hoc modo magister ludi insidias Phaleriis tendēs per pueros singulis diebus illos primo sub muris per Pomerium seducebat. Deinde ipsos postq; deambulando exercuerat in Vrbē reducebat: Post paulatim illos subducēs audire tanquam tuto proficisci liceret asuefecit. Tandem cū omnes secum haberet: ad precustodias Romanorum profectus iubet: illos ad Camillum deducere. Ipse tristis grauisq; cū in medium stetisset: se puerorum magistrū esse declarauit & vt illi gratificaretur curasse per pueros īquit Vrbem sibi tradere: Camillo visum est rem indignā audire vnde presentibus īquit iniquum esse iniuria ac violentia hostes vincere. Nam & leges quedā belli inter bonos viros & nō sic incendium vt non vitande sint parue impieq; gratie. Sancitū enī est non aliena iniquitate sed propria virtute magnū fortemq; ducem oportere militare. Itaq; iussit hominis vestimenta scindi & manus post erga vincere Pueris aūt virgas verberaq; dari: vt proditorē verberibus afficiētes in Vrbē agerēt. Subito Phalerii postq; proditionē magistri ludi senserunt Vrbe vt cōsentaneum est in tali questu ac calamitate occupata clari homines ac mulieres ad muros portasq; pleno gradu ferebantur: vt magistrū ludi quem pueri nudum vinctumq; in Vrbem ignominiose agebant intuerētur. Camillum seruatorem atq; deū patremq; appellabant Quare non solum patentes ipsi puerorū verum &iam ceteri ciues qui hec intuebāt Camilli equitatem ingenti beniuolētia admirabantur. Itaq; statim congregato Senatu Oratores ad Camillum legauerūt. Camillus Romam illos ad Senatum mittit. Illi cum in Senatu stetissent inquiūt. Quoniam Romani pluris iustitiā q victoriam fecere: doctos illos dedere velle vt potius vinci q liberos esse optarent: confitentes non tantū ui Romanorum q virtute superatos esse. Senatus ad Camillum illos remittit: vt de hac re pro animi sui sententiā decerneret. Redactis in ditionē Romāorum Phaleriis: factaq; pace cū omnibus Phaliscis Camillus vasa colligere iussit: atq; discessit. Milites qui predatū iri Phalerios expectabāt: postq; Romam vacuis manibus redierunt: Camillū tanquam populus ei odio esset ac pauperū vtilitati inuideret: apud alios ciues accusauerūt. Postq; de diuidenda habitatione tribuni plebis legem tulerunt: ad decretū rursus populum accersunt: Camillus nullius inimicitias nullius audacie parcēs primus omniū multitudinem coercuit: vt legem abrogaret: Multitudo contra Camillum ira inflāmabatur. Sed cū laboraret ex filiali calamitate nam alterum ex filiis morbo cōfectū amiserat nihil tamen ire in eum dimissum est. Quam calamitatē ipse vir māsuetus atq; optimus haud equo

animo tulit. Sed cum indicta sibi accusatio esset inclusus cũ mulieribus propter luctum domi se cõtinebat. Accusator erat L. Apuleius. Criminatio autẽ de spoliorũ tyrrenorum expilatiõe Nam fama erat portas quasdam eneas ex Etruscis spoliis apud eum esse inuentas Populus ira affectus statuerat quacũq; esset via cõtra Camillum decernere. Itaq; cũ amicos & Cõmilitones Camillus congregasset: & collegas qui nõ pauci erant summis precibus illos orabat: ne ipsum falsũ accusatũ ac ab inimicis derisum desererent. Amici bene prudẽterq; re inter eos agitata responderunt aduersus accusationẽ eius nullum prestare auxilium posse cum iudicium sententiamq; de eo ferendã haud exspectare voluisset ductus ira statuit ex Vrbe decedere. Familiariter igitũ blandeq; appellata vxore ac filio tacitus domũ vsq; ad portam egreditur. Ibi cũ stetisset: conuersus retro & ad capitolium manus supinas tẽdens deos precatur si innoxius ex inuidia a populo penas sumpserit: quam primũ Romanos penitẽtia capi & ipsius opera in omniũ mortalium aspectu ĩdigere atq; Camilli desiderio teneri. Ille igitur quemadmodũ Achilles imprecatiões fouẽs aduersus ciues absentes damnatus est quĩdecĩ milibus assibus qui numerus ad argẽtationem cõstituit mille & quingentas dragmas. Nam argenteus assis erat & hoc ex decem ereis denarius vocabatur. Nemo fuit ex Romanis qui nõ putaret Camilli preces statim exauditas fuisse: & vltionẽ de iniuria nũ quidem iocũdam: sed tristem ac celebrem & passim diuulgatã suscepisse. Tanta deorum Romam agressa est vltio & tãta ignominiosa oportunitas belli inuidieq; at periculi aduersus Vrbẽ apparuit siue q talis fortuna ĩmineret: siue q deorũ quidam sit qui de ingratitudine contra virtutẽ vltionem non remoretur: primum quidem visum est ingrediente Iulii mense magni indiciũ mali apparuisse: mortem videlicet censoris. Nam Romani putantes censoriũ magistratum sanctum esse plurimum illi tribuebant Secundu ante Camilli exilium Marcus ceditius vir nec clarus nec senatorius: sed mãsuetus atq; optimus apparens rẽ solicitudinis plenam ad tribunos militum retulit. Nam inquit cum in preterita nocte viã iret q nouam vocant quẽdam alte eũ appellãtem accepisse: seseq; aueetentẽ neminem vidisse audisseq; vocem humano sonitu maiorẽ dicentem. Age Marce cediti ad prĩcipes diluculo veniens inquies breui tempore in Vrbe Gallos habituros esse. Hec cũ tribuni militum audissent: tanquam ridicula ac iocosa habuerũt. Paulopost ea que in Camillũ acta sũnt euenire. Galli celtico genere orti quia domi propter multitudinẽ haud nutriri possunt foris sedem ac victum querũt. Qui cũ multe sint Myriade iuuenum bellicosorũq; hominum plures ex filiis atq; mulieribus secum ducunt. Quorum quidem ad Boreum oceanum trãseuntes superatis Ripheis mõtibus extrema Europe occupant. Quidã inter Pirenos montes & alpes sedẽ ponentes prope Senones ac Celticos diu incolũt. Tũc vt fama est: peimum gustantes vinũ ex Italia delatum sic illius admiratiõne ac nouitate suauitatis amẽtes facti sunt omnes vt collectis armis sumptisq; filiis ad alpes concesserunt quesiuerũtq; eam terram in qua huiusmodi fructus oriretur. Aliã aũt infructuosam atq; immitem arbitrabantur. Primũ qui ad illos vinum detulit ac in Italiam eos accersiuit arũtem tirrenum fuisse ferunt virũ & splendore & natura prestantem. Verum ac laborauit calamitate. Curam gerebat cuiusdã pueri orphani qui & opibus & prestantia forme omnes ciues anteibat: nomẽ erat huic Lucomoni hic ab ipsa pueritia sub ipso Arunte vixit. Et cum primũ adoleuit etas minus domum illius dimittẽs quod amore vxoris aruntis deperibat Fingebat cũ eo vitam lete agere velle permultũ temporis horum mutuus amor & cõsuetudo latuit. Sed cũ dux ita ãbo amore inflãmarẽtur vt illũ haud amplius celare possent iuuenis contra illũ manifeste irruit atq; e domo expulit. Ille cũ in ius Lucumonem vocaret victus cũ multitudine amicorum Lucumonis tamen pecuniis domum suã

deseruit qui rumore accepto de Gallis ad illos secessit atq; in Italiã exercitũ duxit
Illi irruentes quam primũ vniuersam antiquamq; regionem Tyrrenorum sub eorũ
imperio ab alpibus vsq; ad vtraq; maria redigere vt ipsius nominis appellatio testa
tur. Nam mare boreum adriaticum appellant a Tyrrena Vrbe adria que ad notũ
inclinata est in cõspectu tirreni pelagi. Per hanc regionẽ arboribus plenã multa flu
mina fluunt & letus est ager pabulo hec octo & decem pulchras magnasq; Vrbes
habet & ad questũ & ad victum amplissimas. Has Galli Tyrrenis eiectis occupa-
uere. Sed hec quodã coniurationis tempore prius gesta sunt ea tempestate Galli ad
Dusium Tirrenam Vrbem castra locauerãt. Clusini instituto refugio ad Romãos
legatos litterasq; ad Barbaros exorarũt legauerunt Romani ex Fabiorũ familia
tres viros qui honore & claritate in Vrbe insignes habebãtur hos Galli ob Roma-
num nomẽ non inhumaniter suscepere. Qui postq; preliũ quod ad muros erat ces-
satum est in colloquiũ cũ Romanis venerũt. Sciscitãtibusq; Romãorum legatis qua
iniuria a Clusinis lacessiti essent quod illorũ vrbem obsidiõe premẽt: Brennus Gal
lorũ rex ridens iniuria nos afficiũt, Clusini inquit cũ parum terre & regiõis incole
re possint & quã plurima occupare animus sit: & nobis aduenis multisq; ac egenis
nihil impartiri velint. In hoc plane o Romani vobis iniuriã intuleeũt primum Al
bani & fidenate atq; ardeate Nunc autẽ Veiorũ ciuitas atq; capenate multisq;
Phaliscorũ Volscorũq; aduersus quos castra mouete & si vobis ex rebus suis nõ im-
partiũtur in seruitutẽ agite destruite eorũ Vrbes euertite hanc rem nulla in par-
te grauiter ferendã ducemus & antiquã legem iubẽtem res minorũ tribui maiori
ab vsq; deo incipientẽ & ad bestias vsq; finiẽtem imitamini Nam hoc nature quo-
dam instincta insitũ est viuendi gratia. Plura habere potẽtiores inferioribus. De
sinite igitur obsidioni Clusinorum misereri: ne doceatis gallos optimos ac miseri-
cordes amicos fieri illis qui a Romanis iniuria affecti sunt His rebus cognitum est
Brenno stare sententiã bellãdi legati ex colloquio digressi cũ in Clusium venissent
siue vt vires illorum experirentur siue vt bellando sese ostẽtare egregium ducerẽt
Clusinis ad consecrandas contra Barbaros manus animos fecere ĩpetu facto a Clu-
sinis cũ prelium iuxta muros misceretur vnus ex Fabiis quintus ambustus equo ĩ-
sidens subditis calcaribus contra egregium forma virum gallum multo ante alios
preequitantem irruit. Primo cum ex velocitate impetus cum fulgẽtibus armis fa
ciẽ tegentibus ĩcognitus fuit. Postq; vero victor euaserat & Gallo spolia transfixo
pectore gladio detrahebat: Brennus illum cognoscens testatur deos quintum Am
bustum oratorem prelio se admiscuisse & contra iusgentiũ egisse. Quare cum re-
ceptui canere iussisset preliumq; subito diremisset: collectis vasis Romam versus
iter intendit. Sed postquam Romam exercitum duxauit ne videretur Romanos
iniuria Lacessere ac illis nolentibus sine causa bellum mouere nullis factis incursio
nibus bella indixit: Rome conuocato Senatu multisq; aliis gesta a Fabio accusaban
tur. Sacerdotes facta re diuina iubebant Senatum contra vnum crimen expiare
hos feciales Numa Pompilius mansuetudine iusticiaq; Rex prestantissimus cõsti
tuit Qui pacis custodes cognitores atq; iudices forent causarum que iustum dice-
rent bellum. Rem ad populum Senatu referente & sacerdotibus acta Fabii accu-
santibus sic multis ex ipsis rem diuinam neglexerũt ac ludibrio habuerunt vt Fa
bium cum fratribus eius tribunũ militarẽ designarẽt. Celte cũ hec audirent ferẽt
q; grauiter nihil contra egerunt sed q; propere ad ipsorum multitudinem & ad pri
marios ipsius exercitus concesserunt. Et quanq; vim & animum eorum qui in me-
dio erant preterrefacerent viderentur regionem vniuersam atq; Vrbes celeriter
destructuros esse nulla in re illos leserunt neq; ex agris quicq; vastatum Sed propi
quius neglectis Vrbibus Romã proficisci & tãtũ Romãis bella inferri cõclamãt

Camillus

Alios autem populos minime hostes censendos. Cum Barbari Romam bello infe
starent tribuni militares Romanos ad pugnã eduxere q numero haud tenues nõ
pauciores quadraginta milibus militibus erant. Sed insueta armis multitudo tunc
primũ arma capesserat. Quo tempore nec litato nec auspicato rem gerere in memo-
ria fuit. Tantũ turbationis ad res disponẽdas ea obsidione susceptum est. Nã ante
pugnam ineundã ac pericula aggrediẽda deos consulere mos fuerat & in minoribus
periculis sepius monarchos quos dictatores appellabãt eligere cõsueuerant nõ ig
norantes quãtum in se vtilitatis periculosa tempora habẽt si vnus in prĩcipatu vna
sententia ac libera & impuni magistratu fungeretur & in maibus ad res pulchre
ordinãdas iudicia retineret. At nõ parum profecto rebus obfuit Romanis Camil
li ingrata seueritatis. Qui cũ vir grauis esset neq; ad gratiam neq; blande magistra
tum gerebat. Cum igitur prope vrbem stadios nonagĩta venissent barbari haud ꝓ
cul flumio qui alia nũcupatur qui non longe ab exercitu in Tiberim prorũpebat con
sederunt. Hic apparẽtibus barbaris cum male pugnatum esset quod haud structa
acie dimicabant fusa extemplo acies est. Ad ripam fluminis quo sinistrũ cornu de
fugit acertis magna strages facta. Dextrum autem latus inclinãs superiorem par
tem ex planicie ad colles minus cedis patitur. Hinc multi fuga per agros saltusq;
dissipati ad vrbem rediere. Alii omnes qui barbarorũ manus euaserant ad Veios
hostium vrbẽ fugã arripuere tanq; Roma capta esset & Romani omnes ibi truci-
dari. Fuga vero nocturna fuit eo tempore quo pugna commissa est instabat estiua
cõuersio circa plenilunium & superiori die magna calamitate fabiena domus per-
culsa fuerat. Nam tricenti ex eorũ familia in tirreno bellu ceciderãt. Decretum ẽ
a secundo conflictu diem aliadã vsq; nunc a flumine nũcupari de Nephastis dieb9
siue opus sit siue nõ aliquas bonas ponere Heraclitus hesiodum quasdã probas quas
dam malas facientem redarguit tanq; nõ teneret naturam totius illei esse vnã qd
alibi dubitauit. In hac re aliqua commemorare exempla forsan haud incongruum
erit Tunc quidem boetis instante mense ippodromionis vt vero secũdum Atheni-
ensium appellationẽ Hecatonueonis quarto die duas cõtigit clarissimas vincere vi
ctorias. q grecos libros reddidere. Vnam scilicet apud leutras. Alterã vero apud
Gerastrum: Hac prius pluribus ducentis annis quãdo Lettamiam ac Thessalos vi
cerunt. Perse mense vordromionis sexto die in marathonis tertiu apud plateas &
apud Michalim a grecis superati sunt. Et quintu die in fine eiusdẽ mensis circa
pleniluniũ in aruihs Athenienses pugnam Chiam in qua Cabria dux erat vicerũt
In salamina autẽ circa vigesimum diem vt nos in annalibus legimus Attulis & men
sis thargilion barbaris manifestũ infortunium. Nam Alexãder in granico duces
Regis Thargalionis vicit. Et Carthaginẽses ĩ Sicilia a Thimoleone victi sunt se
ptimo die huius mẽsis. Quo tempore videtur Carthaleonem cepisse yliũ vt Epho-
cus & Calisthenes & Damastes atq; Philarchus in historia scribũt. Ecõuerso Me
tagẽnion quem Boetii Paneniũ vocant non felix grecis fuit. Nam huius mẽsis sep
timo die in prelio quod gestũ est in Cranone abanti superati tandem fugati cesiq;
sunt. Et prius in cheronia aduersus Philippũ pugnantes victi. Eodem die mensis
Metagitnionis per eundẽ annum qui cum Archidamo in Italiam traiecerant a bar
baris ibi existentibus necati. Carthaginẽses autem nonum diem huius mẽsis in fi
ne tanquam plurimas maximasq; omniũ calamitates attulisset ine fastum habent.
Sed non me fugit per ea tempora quibus ministeria agebãtur iterum Thebas ab
Alexandro duratas. Et post hec propugnaculũ Macedonum susceperunt atheni-
enses circa vigesimam diem vordrominis. Quo tempore clam bachi sacrificia pera
gunt. Romani quoq; eodem die prius quidẽ a Cymbris victi Scipionis exercitum
amisere. Sed postea lucullu copias ducẽte armenios & tigranem vicerũt Attulus

vero Rex & Pompeius magnus eorum natalibus diem suũ obire: Sed tamen haud in animo est de multis qui suis periodis vsi sunt scribere. Verũ Romanis hec dies vna est dierum nefastorũ Et propter hanc quolibet mẽse duo altere ad plus religionis & labentis superstitiõis ad ea que forte accidunt vt cõsuetũ est addite. Hec profecto in libris de Romanis causis curiosius digeruntur. Confecto itaq; prelio si confestim Galli fugiẽtes Romanos cõsecuti fuissent haud obstatũ esset Romam funditus delerẽ: & omnes qui in ea remãserant capere atq; obtruncare. Tanti terroris ex ea calamitate fugientes tãtumq; turbationis ac amentie retro attulerunt. Barbari magnitudinis victorie ignari cõuersi ex victoria ad diripienda in castris suppellectilia facultatẽ fugiẽdi ex Vrbe multitudini prebuere. Et remanẽtibꝰ preparationis & tutele spes iniecta est Nam relictis ceteris Vrbis partibus Romani Capitolium magna vi magnoq; presidio telorũ munierunt. Primum ex sacris quedam in Capitolium sustulere. Virgines vero vestales rapto ex laribus igne cum sacris fugerunt. Sed a quibusdã memorie traditum est: nihil preter eternum ignem esse seruatum. A Numa enim rege tãquam omnium principium esse ignis venerari institutum est. Nam mobilissimum quoddã ignis existit in ipsa natura & motio quedam est vel cũ motione totius generatio. Alia vero materia que calore vacat ociose ignaui terq; iacens & cadaueri similis ignis virtutem tanquam animam cupit & paulatim suscepto igne ad agendũ quid vel paciendum vertitur. Numa Pompilius vir curiosus ac sapiẽtissimus qui in colloquium cum musis per sapiẽtiam veniebat ratione quadam philosophie motus hũc seruari custodiriq; perpetua vigilia ne corrumperetur voluit. Tanquam eterna virtus que omnia seruaret esset Aliqui ferũt quemadmodũ apud grecos ante sacras edes purum ignem posuisse: & que sunt intus omnibus nisi ipsis virginibus vestalibus esse abscondita. Magna preterea fuit fama Troianum illud palladiũ quod ĩ Italiam eneas asportauerat ibi residere. Sũt quidam qui de samothracis fabulãtes ferunt Dardanum Troiam aduectum cum vrbe concederet: sacrificia egisse atq; illud cõsecrasse: Eneam vero in ipsa vrbis captiuitate furtim sustulisse: seruasseq; ad id temporis: quo in italia vrbem condidit Quidam vt multi in hac se scire ostentẽt duo inesse nõ magna dolia ferunt quorũ alterum apertum ac vacuũ alterum plenum ac clausum. Amborũ vero aspectus tãtummodo sanctis virginibus patet Sed quidã hos mentiri arbitrantur. Quod puellas multa ex sacris corripientes fertur duo dolia abscondisse sub terra in tẽplo Quirini. Vnde locus ille ad huc doliorũ appellationem retinet Virgines maiora ac digniora ex sacris sumẽtes vltra fluuiũ fugerant. Tunc Lutius Albinus vir popularis cum etiam ipse fugeret infantes filios vxorẽq; ac necessaria vtensilia secũ habens ĩ curru vehebatur. Postquam vidit virgines in sinu deorũ sacra inculte ferentes fessasq; ac labore vie fatigatas cõfestim vxorem cũ filiis atq; suppellectilia terra exponit & illas currum ingredi atq; in aliquã grecorum Vrbẽ fugere iubet. Indignum fuit Albini nõ obscuram pietatem atq; honorẽ erga deos in grauissimis temporibus sine aliqua memoria preterire. Aliorũ sacerdotes deorũ ac seniores qui cõsulatu & triũpho potiti fuerant non tulerũt Vrbem relictum iri Qui cũ sacras splẽdidasq; vestes sumpsissent presidente Fabio pontifice maximo pacẽ deorum exposcentes seq; ipsos pro patria fortune deuouentes & fortune instãtes in eburneis sellis in foro ornati cõsederunt. Tertio die ab ipsa dimicatione Brennus cũ exercitu ad Vrbem aduentabant qui cũ portas offenderet apertas & nullas in muris stationes dispositas primũ insidias dolumq; formidauit. Admiratus passim in Vrbe solitudinem Sed postq; per speculatores rem cognouit per collinam portam ingressus Romam occupauit. anno tricentesimo & sexagesimo ac pauloplus ab Vrbe cõdita Rome a Gallis capta. Si fidum est aliquam temporum diligentiam seruare in ne-

Camillus

rebus quibus illa rerum perturbatio de aliis nonioribus dubitationē iniecit. Cap'
ta Vrbe vt cōsentaneū est releris de hac re fama per greciā peragraunt Heraclit'
ponticus qui paulo ante quam Rama caperetur obierat in cōmentaeus de anno in'
quit vesperi sermonē habuisse quemadmodū Roma grecia Vrbs que iacet ad mag
num mare ab exercitu vltra Hiperboros montes aduentante caparetur Non admi
ror plane Heraclitū fabulosum hominem vera oratione de capienda Vrbe montes
yperboreos ae magnum mare extulisse. Aristotelem autē philosophum certo dixis
se ferunt Vrbem a Celtis capiendam. Seruandam vero a Lutio Erat hic Marcus
Lutius Camillus. Sed hec coniectura quadam dicta Cum igitur Brennus seruato
Capitolio Romā occupasset. vidissetq; inter transeundū per forum quosdam viros
insigni habitū: & sedere & tacere magna admiratiōe captus est: qui tanquam nul
lo rei publice vulnere sauciarēt neq; facie neq; colore mutati sunt. Sed cū esset ani
mo intrepido flexi in scabellis que secū contulerant sese inuicem intuentes silentiū
agebant. Quare hac rerum nouitate admiratio Gallos habuit & tāquam de forcio
ribus dubitarent diu accessu tactuq; abstinuere. Postq; autē quidam fidens animi
iuxta papirium marium stetit manūq; mansuete extendens promissam Barbam de
roulsit. Papirius scipionē ī capite feriēdo contriuit. Barbarus stricto gladio illum
necauit deinde cetero facto impetu morti tradiderūt. Et tandem late vagatur en'
sis & nullo reuocatur pectore ferrū Postea irati cōtra eos qui in Capitolio erāt do
mos permultos dies spoliant parietesq; eruti faces tectis illate quod Capitoliū ser
uantes eorum imperiū negligerunt & iactis telis pugnarent Quapropter Vrbem
rapina & incendio miscent & virorū ac mulierum seniūq; ac puerorum atrox edita
cedes ac multā in medio sine nomine plebem obtruncāt. Longa obsidiōe opus Gal
lis erat victus gratia frumentatū ire. Itaq; diuisi inter eos aliqui circa Capitolium
cum Rege assidunt aliqui regionē peragrantes irruentesq; diuisim villas depopu'
lantur. Alii bona fortuna elati ducem ordinēq; negligētes sparsiq; nullo terrore va
gab'tur. Plurimi ipsorū & maxime ea pars que instrictor erat ardeam vbi Camil
lus exulabat & priuate ociosequ viuebat secesserunt. Camillus spe quadam consilia
agitabat non de hostibus fugiendis sed si daretur oportunitas quomodo Romanis
auxilio esse posset. Quapropter cū perspiceret ardeatas multitudine quidem satis
numerosos sed propter imperitiā mollitiemq; imperatorum minus audaces primū
ad iuniores orationem habuit nō censendum esse Gallorum fortitudine Romanos
perditos fuisse neq; proprerea quibus in eū non recte senserunt illa pati contigisse
nam iudicandū operam esse eorum qui ad vincendum nihil prebuere Sed putandū
id fortune ostentatiōe accidisse. Quare egregiū facinus fore & iam cum ipso discri
men Barbarorum aduenariūq; bellum a se repellere. Itaq; si auderēt habita tempo'
ris ratione tuto victoriam se prebiturum. His sermonibus preceptis a iuuenibus
ad principes Vrbis ventum est. Camillus ad Senatores ardeatas concessit. Postq;
a Senatoribus in sententiam Camilli discessum est: Camillus omnes quos ad ferē'
da arma adoleuerat etas intra muros collectos ad pugnam instruit. Nam hec ignu
ta esse hostibus qui non longe ab Vrbe aberāt meditabatur. Cum Barbari per om
nem regionem passim vagarentur & multam hominū pecudumq; predam agerent
intrepide ac peculanter in castris militabant Adueniente nocte somno vinoq; sepul
ti fusi per castra iacebant: De his Camillus per speculatores cercior factus ardea'
tas ducens: Postq; sub media nocte per ea loca que intererant ab hostibus tacite p'
transiuit Vallum magno clamore superat & vndiq; tubarum sonitu omnia miscet.
Illi per crapulam vix e somno a sonitu ac strepitu excitantur. Pauci tamen ipso in
tumultu expergefacti sese ad bellum accingentes tanquam stragem suam niterent

contra Camillum insurgunt quamplurimi autē ex potēcioribus sopore vinoq; gra
uari ceduntur: inermes quot vero e contra vallo noctu fugam corripuere: qui non
multi fuerunt per regionē diffusi sub luce ab equitibus trucidati. Fama huius rei
extemplo diuulgata multos iam etate adultos vna collegit: & presertim Romāos
qui ex pugna que apud Alliam fluuium cōmissa est ad Vehios confugerant qui in
ter se ipsos lamētantes dicebant fortem Romanis imperatorem fortunam abstu
lisse & ardeatis Camilli rea bene gestas ornamēto glorieq; fuisse & Vrbe que talis
viri & mater & nutrix fuit perisse. Nos vero imperatoris penuria alienis in Vrbi
bus sedentes Italiam desertmus Eya ad ardeatas mittētes vel ipsorq; ducem peta
mus vel nos ipsi sumptis armis ad ipsum veniamus. Non enī amplius ipse a Roma
exulat. Neq; nos patrie inditionē hostium redacte que nulla est ciues sumus. Cum
in vnum sententie omniū congruerēt: Camillum per oratores sūmis precibus du
cem accersebant. Ille non prius inquit se magistratum accepturum: quam ciues q
in Capitolio erant id ipsis legibus decernaret & se ducem ex consilio dicerent. Eos
enim censendos patriam seruare. Qui si iubeant voluntatem ipsorum non impigre
seruaturum. Si autem ciues hoc minus agerent nihil inuitis illis facturum. Ca
milli religionem probitatemq; omnes admirabantur. Sed quomodo hec in Capito
lium denuntiarētur facultas deerat. Nam impossibile arbitrabantur hostibus Vr
bem habentibus in arcem mittere nūtium posse. Erat quidam adolescens pontius
comitius non sūmo genere nec tamen obscuris parētibus ortus verum honoris glo
rieq; cupidus. Hic sua sponte ad Capitolium iter sine litteris ne si ab hostibus int
ceptus esset: Galli mentem consiliūq; Camilli nosceret ingreditur qui vili veste in
dutus & sub ea suberum ferens aliam viam intrepide peregit. Cum vero iā vespe
ri ad Vrbem appropinquaret & per pontem a Barbaris seruatum iter negaretur:
capiti vestem inuoluens que breuis leuisq; erat subero per aquas nando delatus flu
men tranauit & ad Vrbem ascendit. Qui statim vigiliis insidentibus fugiētibus qs
coniectura & tumultu cognouerat ad carmētalem portam contendit hic quod age
rent per silentium diu speculatur Nam huic Capitolium maxime directo incum
bit & petram magno circuitu atq; asperitate natura ipsa locauit per eam latenter
ascendit & eos quibus custodia arcis demandata erat magno labore per locum va
cuum peti. Quos cum salutasset & suum ipsius nomen indicasset receptus ad prin
cipes Romanorum contendit Qui ad conuocatum Senatum ingrediens statim vi
ctoriam Camilli quam nō dum acceperant denuntiauit narrauitq; militum senten
tiam ac persuasit Camilli dictaturā deferri. Cum illum imperatorem tantum ex
peterent omnes ciues Romani qui essent extra Vrbem. Illi his auditis agitato con
silio Camillum dictatorem designāt Et pontium retro eadem via remittunt. Qui
vt prius bona vsus est fortuna nam eius transitus hostes latuit. Itaq; Romanis qui
Roma aberāt nuntiat ea que a Senatu acceperat. Illi libenti animo Camillum pro
dictatore suscipiunt Camillus iam duo milia militum iteq; plures a socus coegerat
& ad hostes aggrediendos preparauerat hoc modo secundam Camillus dictaturā
adiit. Qui dum ad Vehios contendit militibus ocurrit & a socus tanquam aduer
sus hostes iturus esset plures milites collegit Quidā ex Barbaris q Rome erāt
cum forte transirent per ea loca quibus nocti pontius in Capitolium ascēderat: &
sepe vestigia descernerent manuū ac pedum in ascensu & regressu sepe autem at
tritam semitam atq; dilapsus ad regem hoc referunt Rex cum ad locum veniret p
spiceretq; tunc obticuit. Vesperi autē conuocatis his q leui essent corpore ac maxi
me quosdam ex Celtis quiq; ad superandos montes idonei inquit. Viam nobis in
cognitam hostes ad ipsos ostendunt ea parte qua nec ascēsus nec reditus apparet
hominibus vehementer erubescendum est vrbem inditiōem nostram occupasse. &

Camillus

hunc locum tanquam inexpugnabilem negligere ipsis docentibus hostibus qua via
arcem aggrediamur ea enim parte qua vnus facile ascendit nec multis singulatim
difficile quinimo mutuo auxilio aditus difficultas leuabitur. Itaqꝫ munera ac hono‑
res pro cuiusqꝫ meritis referentur hac a rege habita oratiõe multi ex Gallis alacres
ad mandata peragenda sese accingunt & media nocte per petram ac via prerup‑
taqꝫ loca taciti in Capitolium ea parte qua ascensus mollior videbatur euadunt: &
arcem stationesqꝫ dormientes maximo apparatu inuadunt Sed nec ab homine neqꝫ
a canibus hostium ingressus preceptus est Sacri anseres iuxta Iunonis templum in
erant qui antea affluenti cibo pascebantur. Tunc quia victus caritate laborabant
Romani neglecti anseres fame vexabantur. Est hoc animal natura pauidum & sen
su audituqꝫ acerrimũ. Illi propter famem vigilantes ac tumultuantes statim Gallo
rum ingressum precipiunt. Qui cum inter se clangore & cursu feruntur omnes a
somno romani expergiscuntur. Barbari ne lateant tumultuando atqꝫ violẽtius irru
endo arma que fortuita parantur rapiunt & clamorem attollunt. Manlius vir cõ‑
sularis & robore corporis atqꝫ animi magnitudine clarus omnium primus duobus
ex hostibus vna occurrens alterum eleuantem bipennem cesa manu obtruncat: al
terum vmbone percussum in facie retro per petram precipitem dedit. Alus cõcur
rentibus romanis ipse instãs in muro quosdam per murum fugere. quosdam salire
de muro precipitariqꝫ coegit. Cum iam non dum multi murum superassent nec qd
laude dignum egissent. Cum ita periculum euasissent romani & iam lucesceret. Il
lum qui vigilus preerat e muro ad hostes per petram precipitarũt. Manlio victo
re primum decernitur & potius dignitati illius quam necessitati consultum. Quã
tum enim cuilibet dietim ad victum imparciebatur illi contulerunt. Nam cõsueti
farris sex libras. Vini autem quartam partem mensure grece quam Cotyllum vo
cant tribuerunt. Sed Galli ꝙ res minus prospera erat victu laborabant. Nam Ca‑
milli terrore frumentatum ire arcebantur. Nec non pestis multitudine cadauerũ
que passim proiecta iacebant ea castra in loco depresso habentes vrbem egredi nõ
sinebat. Tunc altitudo cineris euaporantis propter ventos atqꝫ colores per aera sic
citates tenuitatemqꝫ habentem corpora hominũ ex respiratione corruperat. Maxi
me autem huius rei causa fuit mutatio victus ex locis vmbrosis qui ab estiua agẽ‑
da leta refugia prebent nec non accesus ad humilem depressamqꝫ regiõem que au
tumnali tempore ingrata est illorum valitudinem cõmouit Diuturna iam facta Ca
pitolii obsessio septimum mensem attigerat. Quare adeo magna hominum pernici
es in castris orta est vt propter cadauerum multitudinem multa corpora sepulch
rum desiderarent. Nec tamen propter hoc melius res obsessorum geritur. Fame
enim molestiaqꝫ illi angebantur quoniam quod Camillus ageret. cognoscere nõ po
terant. Nam ex eo quod intentius Barbari presidie stationesqꝫ ad vrbem custodiẽ‑
dam locarant aditus in Capitoliũ negabantur. Quibus rebus sic se habentibus: pri
mum fortuitu per stationes de componenda pace verba fiunt deinde optimatum
sententia: Sulpitius Romanorum tribunus militum ad colloquia cum Brenno pro
fectus in pactionem venit. mille pondo auri pendere & illos ex Vrbe regioneqꝫ de
cedere. At hanc rem iureiurando adhibito & auro delato, celte dum aurum ponde‑
raretur cum adessent & clam primum aperte deinde lancem primerent atqꝫ gra‑
uarent Romani in eos de hac iniuria queruntur. Brennus ridens ponderi gladiũ
atqꝫ cingulum ferrum apposuit. Sulpitius cum ĩterrogaret quare hoc. Quid aliud
inquit Brennus nisi obprobrium victis. Qui sermo in prouerbium vsurpatus est ro
manorum autem quidem hoc grauiter ferebant dicebantqꝫ sumpto auro retro ab‑
eundum: & Barbarorum expeditionem ferendam. Quidam concedere nec ad ma‑
iorem iniuriam prouocare satis arbitrabãtur. Nam habita tempoꝝ ratiõe iniuriã

tollerandam esse: atq; aurum cõferendum quanquam non pulchrum sed necessariũ
Cum de his aduersus Celtas altercatio a Romanis oriretur. Camillus ad portas cũ
exercitu aduentauit. Qui interrogãdo postq; de re certior factus est exercitum vt
erat sequi iussit. Ipse cũ primoribus properãs statim ad romanos cõcedit. Susce-
ptus honorifice & cũ silentio pro dictatoris dignitate aurum ex vehiculo arripiẽs
seruis cõtulit. Celtas vehiculum atq; lancem capere & abire imperauit dicens Ro
manis patrium morẽ esse non auro sed ferro patriã tueri. Brenno grauiter hoc fe-
rente dicenteq; iniuria affici quod federa violarentur. Camillus e contra inquit pa
ctiones nõ ratas nec legittimas esse ĩ iussu suo factas cũ ipse dictator sit nec aliter
supra eum magistratũ gerat qui nõ habentibus facultatẽ paciscendi cũ hostibus au
ctoritatẽ prebuerit Nunc quod velint dicendũ cum legittimus dominus adsit qui
veniam petẽtibus daturus est atq; suppliciũ nisi eos pro iure nõ egisse peniteat: his
verbis Brennus tumultuãs bellum acuit. Itaq; strictis vtrimq; gladiis ad inuicem
mixti tumultuãdo per domos & angiportus vt res poscebat diuertũt cũ pro ipso
rei militaris ordine loca occupare nõ possent. Brennus recte sentiens statĩ non re
sis multis Celtas ad castra deducit. Noctu dato signo: taciti omnes vasa colligerẽt
Vrbem reliquit & inter sexaginta stadiorum profectus haud longe sabina vie cõ-
sedit. Postq; dies illuxit: Camillus egregio cũ exercitu Brennũ petit. Camillus se
cum Romanos tũc magna audatia fretos habẽs cũ iam diu fortiter pugnatũ esset
multa clade occupatis castris Gallos fundit fugatq;. Fugientiũ quidã a persequen
tibus cesi quosdã vero & plurimos per agros palantes vicine vrbis villeq; occidere.
Sic Romam captam profecto admirandũ sed mirabilius per septẽ menses sub diti-
one Barbarorũ positam saluã esse factam. Camillus vt digna res erat tanquã ille q
amissam recuperasset patriã & in pristinũ statum reduxisset triũphauit. Qui e Ro
ma cũ filiis propter bellum secesserãt statim rediere. Illi vero quos in Capitolio p
obsidionẽ fames pene absumpserat occurrẽtes ex ea presenti & insperata iocundita
te ad inuicem lacrimãtes amplexabantur. Sacerdotes atq; templorũ Ediles omnia
que in fuga corripuerat sacra vel occultando vel secum ferendo vt illa ab hostibus
seruarent ciuibus qui illorum desiderio videndorum tenebantur ostenderunt. Illi
leto illa animo tanquam deos suos Romam redeuntes conspexerunt. Camillus fa-
cta re diuina lustraq; Vrbe ac remotis his que indigna videbantur sacra suis resti
tuit fame templum non immerito eo loco vbi diuina vox cecidit. Cedicio Marco q
exercitum Barbaroꝝ denuntiauit instruit. Sed magna cum difficultate: multoq;
augurum labore: vrbes gloria Camilli in fidem Romani populi rediere. Verum cũ
opus esset vrbem omni ex parte coruptam edificatione restaurare animi molestia
ad opus faciendum multitudinem inuasit: & segnities Romanis inerat Quibus in
omnium rerum difficultate positis tunc ocio ac laboris remissione propter recen-
tia mala potius erat opus quam molestia premi grauari quam cum: neq; rebus ne
q; corporis viribus validi essent. Sed nec quies fuit. Conuersis ad Vehios animis:
Vrbem omnibus rebus ornatam. Et magistratus illis qui in administranda repub
lica ad gratiam agunt impartiri solitam. Sediciosi homines aduersus Camillum vo
ces in vulgum spargere: illum honoris glorieq; eius causa ipsos ornatissima Vrbe
spoliare velle: curareq; summo conatu vt dirupta loca habitarent: & Vrbem quam
fere funditus ignis absumpserat: renouaturum esse. Vt non solum Dux atq; Impe
rator Romanorum verum & iam conditor contempto Romulo appellaretur: Qua
ex re cum magno inuaderetur terrore Senatus ne tumultus Vrbani fierẽt: Camil
lo quanquã inuito in annum dictaturam prorogauit & si mos esset nullo modo vl-
tra sex menses dictaturam retineri. Senatus vero blandiendo atq; exhortando po-
pulum placabat & sacra patriaq; sepulchra atq; locos sanctos quos Romulus vel

Camillus

Numa vel quiuis alius regum ipsis sacrauerat decratq; ostendebat & in primis caput nuper inuentum in Capitolio dum fundamenta foderet tanquam facis datum esset locum illum caput Italie futurum & eternum ignem a virginibus vestalibus custoditum obscurari rursus ac restingui relicta Vrbe ad dedecus ipsis accessurũ Siue quod eam ab aduenis habitatam visuri sunt Siue q̃ deserta pecoribus pascua sit prebitura hec cum ad singulos priuatim & publice multis persuasionibus apud populum agitarentur: rursus a multitudine de instauranda Vrbe in querelas itum est & summis precibus a Tũ: ne ipsos tanquã ex naufragio nudos egenosq; factos ad reliqua prostratos Vrbis molieda cobercerent: Cum alteram Vrbem paratam haberent. Camillus Senatus concilium aduocauit: & multa ipse pro republica exhoreando disseruit: multa etiam alii quibus orationem in Senatu habere libuit. Tandem ipse assurgens Lutium Lucretium qui primo sententiam dicere consueuerat iussit orationem primũ habere: deinde vt ordine ab aliis sententie dicerentur. Facto igitur silentio cum Lucretius principium dicendi aggressurus esset: forte fortuna centurio ex presidiis diuturnis cum cohortibus reuertens preteribat: q magna voce signiferum appellans inquit: signifer statue signum hic pulchre manebimus Quo imo tempore consilium de futuro: ac incertitudo exorte vocis fuit quãdo Lucretium deum adorauit supplicauitq; : eum omnium astantium assensu vt eum ad id dicendum afflaret: quod bonum faustum: felixq; Senatui populoq; Romão foret. Admiranda fuit ex hoc homine permutatio animorum multitudinis de Vrbe requirenda que sese exortando ad opera facienda consequebatur sed non ordine aliquo aut laboris impartitione verum vt quisq; paratus erat animo ducebatur ad loca molieda. Itaq; Vrbem edificiis diruptam ciuibusq; desolatam celeri studio ac sollicitudine restaurauerunt. Ferunt enim intra annum muris publicis & priuatis edibus illam fuisse renouatam. Illi quibus a Camillo negotiũ datum erat vt sacras edes suis locis reedificarent: turbatis omnibus rebus postq̃ in edem martis venerunt circũeuntes palatium nam & hoc vt alia ferro ac igne dirutum a Barbatis apparebat: cum operam purgandis locis & moliendis muris impenderent forte in baculum Romuli profundissimo in cinere demersũ incidunt hic ambas cuspides flexas habet. Vocatur vero Lituus & ipso dum auibus auguria captant. In designandis futuri edificii locis iaciendisq; fundamentis vtuntur: Quo & Romulus qui nihil nisi auspicato faciebat vsus est. Sed postq̃ e conspectu hominum euanuit sacerdotis baculum sumentes tanquam rem sacram intactum seruauerũt. Cum hoc ab igne seruatum offendissent ceteris rebus corruptis magnam de Roma spem susceperunt tanquam eterna illis salus futura esset seruato signo. Non dum iis rebus nata opera erat quod vna Secani Volsciq; ac Latini in agrum Rumanum impetũ fecere & Tyrreni circa Sutrium que societatem cũ Romano populo inierat castra posuerant. Cum Tribuni militum qui belli principatum habebant apud montem Martiũ & Latinis ferro fameq; premerẽtur: & in discrimine amittẽdorum positi Romam mitterent. Camillus tertio dictaturam induit. De hoc bello duplex fama est. Sed prius eam que vulgatior est narrãdam duximus. Ferunt Latinos siue vt occasionem belli quererent: siue vt sic plane vellent rursus sanguinem Romãorum suo admisceri: a Romanis virgines mulieres petisse dubitantibus Romanis quid agendum esset cum non dum horridum bellum imineret nec iam vires recuperassent: timerẽtq; ne Latini dum Romana cõnubia peterent: obsides per insidias quererent. Ancilla nomine Titula vel vt quidam dicunt philotida principes monuit: vt ancillas in morem nobilis sponse ornatas: & maxime eas que & pulchritudine: & liberali aspectu existerent: rum ea mitterent Reliqua vero se curaturam: principes persuasi habito electu ancillarũ pro rei oportunitate & volũtate illius illas &

auro & veste ornatas latinis qui non procul Vrbe consedebant miserũt. Nocte ce-tere ancille gladios hostibus subduxerunt. Titula vero siue Philotida caprificum excelsam ascendens post terga veste reiecta: Romam versus quemadmodum cum principibus cõuenerat flãmam eleuauit: quod nemini aliorũ ciuiũ constabat. Quare postq̃ prĩcipes vestinando milites ad inuicem exortantes. Et vix in ordinem se constituentes conuocare: magno cum tumultu illi ad pugnam egrediuntur. Cũ ad vallum venissent hostium qui somno se dederant: hoc minus expectantes castra occupant. & plurimos ferro trucidant hec nunc iulii tunc quintilis nonis gesta sũt & solemne illud certamen cognomen illius rei factum ẽ. Primum enim per Vrbẽ cõgregati ambulantes multorum nomina & patria & cõmunia magna voce appellant. Vt Caium vt Marcũ vt Lutium & iis similia imitantes eam appellatiõem q̃ tunc mutue compellando ex industria vtebantur. Deinde ancille magnifice ornate circumeundo iocandoq; cum occurrentibus scommatibus agunt certantq; inter se ymaginem eius certaminis quod cum Latinis habuerant effingere. Cũ vero cõuiuantur vmbra fici teguntur & diem illum capratinas nonas appellant. Vt putãt propter ficum illam quam ancilla ascendit ac flãmam extulit. Nam siluestrem ficum caprificum vocant Verum alii hocum plurima in morte Romuli facta dictaq; esse arbitrantur. Eodem enim die ipsum extra portam repente procellosa caligie circumseptum ab oculis hominum euanuisse fecũt. Sed vt quidam putãt eam diẽ a solis eclipsi que tunc facta est nonas caprinas appellatam. Nam aya capra appellant Et Romulus apud paludem Capream orationem ad suos habens euanuit vt ĩ cõmentariis rerum ab eo gestarum scriptũ est. Plurimi scriptorum hanc alteram opinionem magis asserunt. Camillus tertio dictator designatus cum accepisset tribunos militum atq; exercitum obsidione arceri a Volscis latinisq; non solum etate virides sed quosdam etiam qui iam annis graues erant ad capiẽda pro patria arma coegit. Cum igitur per longam viam longe circuitu ad mõtem Martium clam hostibus venisset post ipsos castra locauit & per magnos ignes eius aduentum significauit. Romani igitur qui obsidionẽ patiebãtur audatiores facti de prouocandis ad pugnam hostibus animo agitabant: Latini vero Volscisq; cum de hostibus suspicarentur sese ĩtra vallum magna lignorum oppositiõe tuẽtur & vndiq; exercitũ obstruunt statuuntq; vallo clausos Tyrrenum atq; ea que e domo futura erant auxilia prestolari hoc cũ Camillus presciisset timens ne id quod hostibus sibi accideret ne Clausus ferro teneretur. rerum oportunitatem accelerauit. Cum ingens lignorũ astaret aceru9 & magna ex mõtibus flãma spirarẽt parata ingẽti pira diluculo copiis eductis iussit quosdã sumptis telis ex vna parte sublato clamore cõtra hostes ruere ipse secũ ducẽs eos q̃bus negotiũ erat datũ ignem ea parte valli ꝓicere qua vẽti vehemẽtius flarẽt oportunitatẽ tẽporis expectauit. Pugna atq; sole vẽtoq; ingẽti exortis dato irruẽdi signo repẽte circũcirca flãmãs iactãt in vallũ. Itaq; statĩ accẽsis magnis vndiq; obicibus ligneis nulla latini medela nullis ꝓparatis argumẽtis extinguere ignẽ potuere. Sed postq; ignis quasi vniuersa castra corripuerat in paruũ locũ collecti cum iã non ampli9 vires igneas sufferre possent ĩ armatas acies hostiũ que ꝓ vallo astabãt sese precipites iaciunt horũ paucis fugere licuis. Deprehẽsos autẽ intra vallum omnes ignis corripuit donec romãi vt res hostiũ raperent flãmas extinxere. his cõfectis relicto in castris Lutio filio quẽ custodem captiuoꝝ hominũ ac rerũ preposuit ipse in agrũ hostilẽ incursionem fecit Et ecanorum vrbe capta recõciliatisq; Volscis statĩ copias ad Sutriũ ducit. Non dũ vero ea que illis acciderat dedicerat. Sed tanquã existimãs illos a latinis in recũ discrimine Clausos obsidiõe teneri auxilia properabat. Illi vero iã hostibus Vrbem tradiderãt. Ipsi aũt rerũ omniũ spoliati nisi vestibus cũ filiis atq; vxoribus fortunã eoꝝ deplorãtes

Camillus

Camillo aduentanti occurrunt. Camillus eo aspectu misericordia motus cũ vide-
ret &iam Romanos collacrimantes atq; hunc rerũ euentum moleste ferentes: Su-
trinis inherentibus Romanis statuit vltionis abiecta dilatiõe ea die repente ad Su-
trium iter corripere. Nam existimabat hostes Sutriũ Vrbem ditissimam omnes ĩ
gressos illam sine timore in custoditam habere. Plane vera animo consilia agitauit
Non enim solum eius aduentus regionem verum etiam vrbem latuit. Itaq; & por-
tas & muros nullis presidiis seruatas occupauit. Nam illi per domos sparsi vino ac
veneri indulgebant. Postq̃ senserunt vrbem ab hostibus iam captũ in ita vehemẽ-
ter crapula grauati passim iacebant vt paucis fugam arripientibꝫ omnes domi ex-
pectãtes & sese hostibus prebẽtes turpitur ferro perierunt. Vrbs Sutriorum que
bis vno die capta est hoc modo Camilli opera hostibus fugatis a Ciuibus recupera-
ta est. Hic triunphus non minus gratie atq; glorie sibi comparauit quam primi illi
duo. Nam ciues qui ipsum odio insectabantur omnia potius bona quadam fortũa
quam virtute geri dicẽtes tunc res geste prudẽtia ac fortitudine Camilli coegerũt
Illũ gloria extollere. Marcus Manlius qui primus Celtas Capitoliũ noctu agre-
dientes ex arce expulerat vnde Capitolius appellabatur. Camillum inuidia odioq;
apertissime persequebatur hic cum putarent se & gloria & auctoritate primum in
republica esse & non posset Camillum optima natura virum gloria superare gesta
Camilli ad tirrannidem criminando extorquebat: & multitudiñẽ ac presertim ere
alieno onustus per factionem sibi conciliabat: nam quosdam in iudiciis contra cre-
ditores patrocinio tuebatur: quosdam vero vi rapiebat. & pro legibus contra eos
agi non permittebat. Quare breui multorum quibus res ampla domi non erat be-
niuolentiam sibi conflauerat. Qui audatia peculantiaq; forum vexantes multũ ter-
roris optimatibus iniecerant. Postq̃ eorum causa quintus Capitonius dictaturam
inuit in carcerem Manlium detrusit. Sed cum populus in signum meroris vestem
mutaret quod vsurpatum erat in magnis publiciq; calamitatibus: Senatus perti-
mescens ne tumultus in ciuitate oriretur iussit Mãlium dimitti. Mãlius dimissus
nec tamẽ modestior erat sed insolentius factiones seditionesq; in Vrbe agitabat Ita-
q; Camillum rursus ad tribunatum militarem Senatus elegit. Cum igitur contra
Manliũ accusationes adducerẽtur magnopere accusatoribus asepectus obfuit. Nã
is locus quem noctu in Capitolium ascendit vnde Celtas pugnãdo propulsauit in
conspectu eius dũ clam causam oraret astabat hic ad misericordiam mouit animos
romanorum. Ipse enim manus illo extendens lacrimasq; effundens pugnam illam
ante oculos differendo posuit Quare iudices pendentes reddidit & iuditia differẽ-
da prebuit qui ipsum in manifesto crimine deprehensum dimittere nolebat neq; le-
gibus vti poterant quod locum in quo pro republica fortiter pugnauerat ante ocu-
los situm habebant. Camillus cum rem prudẽter preciperet iussit mutato loco iu-
ris vt extra portam ad Lucum petilium iuuidia agitarentur Vnde cum non esset a-
spectus ad Capitolinm quando de eo iuditia tractarẽtur & iudicibus memoria re-
rum ab illo gestatum animo excidisset dignũ pro meritis suis supplicium tulit Mã-
lius igitur damnatus in Capirolium deductus est & per petram depulsus monu-
mentum glorie & supplicii loco reliquit Romani diruta eius domo edem dee quã
monetam appellant ibi dedicauerunt. Sancieruntq; decreto publico nequis in futu-
rum ex patriciis arcem habitaret: Camillus cum iam maturus eui esset & quodã-
modo inuidiam & odium sue felicitati tanta gloria extimesceret. Sexto tribunatũ
militarem renuit. Sed manifestissima erat excusatio corporis mala valitudo. Illis
enim diebus in morbum inciderat. Nec minus tamen magistratum ei populus pre-
buit exclamans quanq; non equitaret nec arma ferret tamẽ in bello esse terrori ho-
stibus Itaq; tantũmodo presidere volens magistratum iniit & cum vno ex collegis

Lutio Furio contra hostes pergit· Hi prenestrini Volsciq; erant qui magno exerci
tu agros sociorum Romanorum depopulabantur. Cum igitur non longe ab hosti
bus castra locauisset quanq; pugnandum esset putauit bellum terendum tempore
vt corpus ad conferenda prelia roboraret. Lutius collega eius ingēti glorie libidīe
ad pericula aggredienda summopere tractus persuasis centurionibus ac Turmaꝝ
principibus timens ne inuidia quadam a minoribus sibi gloria eriperetur inuito Ca
millo in aciē copias eduxit. Ipse vero q̄ mala valitudine laborabat in castris cū pau
cis relictus est Lutio prelium velociter temereq; ineunte cum Camillus precipe-
ret romanos in fugam versos sese non continuit sed ex thoro prosiliens & prefugi
entes irruens ad persequentes cum seruis ad portas valli obuiam vadit Quare sta
tim quidam conuersi illum sequuntur. Quidam autem extra profecti ante eū stā-
tes pugnabant & sese ad inuicem horrabantur non deserendū esse imperatorē Tūc
hostes sic a persecutione destiterunt Postridie Camillus eductis copiis prouocatis-
q; ad pugnam hostibus egregie ipsos deuicit & in fugientes facto impetu vallum
occupauit q̄ plurimosq; ferro trucidauit. Post hec cum audiuisset ciuitatem Su-
trinorum a Tyrrenis captam & omnes habitatores qui Romani erant iugulatos
eos qui minus apti ad conferendas manus Romani dimisit. Ipse vero sumptis his
qui etate & audatia vigebant contra Tirrenos qui Vrbem occupauerāt irruit qui
cum vicisset partim expulit partim morti tradidit Camillus Romam rediens mul
taq; spolia referens declarauit eos qui neq; imbecillitatem corporis neq; senectutē
pertimescerent sed illum & inuitum & egrotantem potius quam floribus etate iu
uenes & magistratum summis viribus ambientes principem belli eligerent prudē
tia omnes superare dūmodo imperator & audatia & peritia rei militaris clarus es
set Quapropter fama exorta Tusculanos deficere a fide popul: Romani bellū Ca
millo demandatum est. Camillus cum sibi concessum esset vt vnum ex quinq; col-
legis optaret pretermissis aliis rogantibus Lutium Furium preter omnium spem
optauit. Hic erat ille qui nuper preter Camilli sententiam pugnauerat & rem ma
legesserat. Verum cum vellet infamiam ac ruborem huius viri obscurare eum sibi
collegam aduocauit: Tusculani vt malefacta dissimularent tegerentq; iā in eos mo
tis a Camillo copiis ad agros colendos tanquam tempore pacis homines ad opera
facienda egredi iubent. Porte patefacte adstabant Pueri in ludo litteris indulgēt
Populus in tabernis officinisq; artes suas exercebat Ciues togati foro vtuntur Prī
cipes tanquam nec bellum expectarent nec bellandi sententia stetissēt: amicitiam
romanis pollicebātur. Nec tamen Camillus credidit Quod illis a populo Romano
desciscere non sentiret. Sed cum miseratus esset eorum penitentiā iussit vt ad Se
natum venirent ac iram eius placarēt quod si factū esset: ipse in senatus sententiā
concessurum & tanq; eius esset omnia crimina vrbi remissurum hec clara facinora
sexto eius militari tribunatu gesta. Post hec Licinio stolone magnas in Vrbe sedi-
tiones excitante contra Senatum populus summis viribus annitebatur constitutis
duobus consulibus· vt alter popularis crearetur. Cum neq; ex patriciis tribuni ple
bis creati essent: nam multitudo comitia consularia haberi nō permiserat. Itaq; cū
res propter contumatiam principatus administrarētur magnis seditionibus: quar
to dictatura inuito populo a Senatu Camillo demandabatur: sed ipse ad hoc nō sa
tis prompto animo erat: neq; aduersus homines petulantes propter multa magna
q; bella cōtra eum tanq; pluribus cum ipsis militie bonis quam cum patriciis domi
rempublicam affecisset contentiones suscipere volebat: & tunc propter inuidiam il
lorum electus vt populum vincens opprimeret: vel a populo victus opprimeretur
Sed nitebatur Camillus presentibus rebus repugnare. Cum precepisset diem quo
tribuni plebis legem laturi erant numerum militum recensuit: populumq; ex foro

Camillus

in campum accersiuit minaturq; non obedientes magnas penas daturos. Tribunis
populi ex aduerso dictatori repugnantibus: indicentiq; penam quinq; miriadum
argentinorũ decretum ac legem contra populum editam abrogaret. siue quod penã
exiliumq; timeret: se iam senectute confecto minie dignam: siue q; vires populi im-
mẽsas insuperabilesq; superare posse minus confideret: domum concessi: & simula
ta corporis mala valitudine dictaturam deposuit. Senatus alterum designauit di-
ctatorem. Ille magistrũ equitũ eligens scolonem principem sedicõis causa fuit: ut
ea lex que magnopere patricios tristicia afficiebat: autenticaretũ. Hic enim legem
tulit. Neminẽ plura quingẽtis iugeribꝫ habere posse. Tunc qdẽ scolõ hoc decretu
clarus habitus est. Sed paulopost ipse eo crimie dãnatus fuit: quod ceteris ꝓhi
buerat: & secundũ eam legem quã ediderat penas dedit. Cum iam controuersie ĩ
comiciis consularibus deficere inceptarent: quod grauissimũ genus sedicionis pri
mas partes in Vrbe habuerat: & Senatui aduersus populum senciẽti maximas mo
lestias prebuerat. Clari in Vrbe rumores nunciantur. Celtas iterum ab adriaticu
mari traiciẽtes multis myriadibus Romã celeriter contendere: pariter cũ hoc ru
more belli opera inceptantur. Nam in religione iam agri ab hostibus vastantur: &
quibus nõ facile erat Romam confugere ad montes euasere. Hoc terrore omnis ci-
uilis sedicio cessata. Et cum omniũ sentencie in vnũ concederẽt: quinto Camillum
vno animo dictatorem deligunt. Hic iam senectute vehementer ingrauescebat &
quasi octogesimum annum attigerat. Qui cum necessitatem & periculum animad
uerteret: neq; gloria vt antea allectus: neq; excusatione usus sed stati sese areingẽs
militum electũ habuit. animaduertentes violentum Barbaroꝝ robur positum esse
in gladiis quos barbarico more nulla arte ferebant & capita humerosq; cedebant
galeis ferris leuibusq; & plures circumferẽcias habentibus vtebatur ut ipso ictu
gladii debilitarentũ atq; frangerentũ. Clipeos lamina ferrea circuit cũ ligni vires su
a sponte ad ictus perferendos minus ualide essent. Ipse milites docuit ut longis in
manu hastis uterentũ ictibus gladioꝝ hostilium sese subiciẽtes impetus expectarẽt
Postquam Celte ad anienem fluuiũ castra locauerãt: ingenti preda onusti Camil-
lus eductis copiis in mollibus tumulis vndiq; fere clausis statuta habuit & pluri-
mam partem castroꝝ relari. paruam vero aspici posse voluit ut cũ ab hostibꝫ taber
nacula arduis in locis instructa perspicerentũ timere viderentũ hanc opinionẽ cũ Ca
millus augendum censeret nulla illis quos hostes depopulati fuerant auxilia tulit.
Sed vallo sese claudẽs nichil agebat vsq; quo Pabuli causa quosdã vagos a castris
progressos incessanter ad sũmam usq; ebrietatem gule indulgentes cognouit. Tũc
cũ iam adhuc nox esset expeditos premittẽs milites qui Barbaris in ordinem cõsti
tutis impedimento essent & egredientes turbarent diluculo exercitum eduxit &
latis in campis multos fortesq; nõ quẽadmodum Barbari expectabant paucos atq;
ignauos in aciem redegit. Hoc primũ animos Celtarum deterruit q; Romani ad
bellum eos eliciebant. Deindeq; expediti milites irruentes prius quam copie in
ordinem redigerentũ ac per turmas diuiderentũ irritarent Et vi ad congregatos mi
lites irrumpentes sine ordine dimicare cogerent. Tandem Camillo iubente ordi-
nes preliũ conserere illi gladios attollentes celeri cursu ferebantũ. Isti autem hastis
occurrentes & partes ferreas ictibus supponentes ferrũ molle illoꝝ ac tenue longũ
q; sustinerunt. Quare statim flectuntũ gladii atq; duplicantũ. Scuta autem detractis
pilis perforata & grauiter lesa. Quapropter priuati melioribus armis Barbari ni-
tebantũ armis illoꝝ rem gerere: & pila manibus capere atq; auferre. Romani aĩad-
uertentes eos inermes esse gladiis vtebantũ Itaq; miserrima orta cede eoꝝ qui erant
in frontibus alii per campos dissipati fugiũt: nam promõtoria Camillus occupaue-
rat. Castra quia incustodita erant quod magna fiducia pugnatũ est nõ difficulter

capta sunt hanc dimicationẽ & tertio fuisse anno post captam Romam ferũt. Ro-
mani qui magno Barbarorum terrore preculsi fuerant. Hac victoria maximam cõ
tra Celtas audatiam suscipere tanquam mala fortũa aduersante & non virtute ac
viribus primo ab illis victi fuissent. Sic igitur magnopere trepidatũ est ne lex fie-
ret vt a militia sacerdotes diuideretur si bellum Gallicum non extitisset hunc itaq;
finem habuerũt Camilli certamina militaria. Cum in hoc magistratu ociosus esset
Vrbem Beletranam sine bello cepit. Erga Camillum in republica maximo odio af-
ficiebatur populus. Qui potens ex victoria rediens annitebatur contra legem alteꝝ
ex consulibus inuito Senatu popularem eligere. Senatus vero Camillum depone-
re magistratum non sinebat: tanquam illo dictatore ampliori maiori auctoritate ꝓ
principatu optimatum pugnaturus esset. Postq̃ sedente Camillo ac in foro iura di
cente. Lictos tribunorum populi nomine iussit Camillum sequi. & tanquam illum
ducturus manũ corpori abduxit: & maximus clamor ac tumultus forũ occupauit
propulsantibus lictorẽ ex suggesto iis qui erant circa Camillum multitudine autẽ
retro vt traheretur dicente: dubiis presentibus rebus Camillus magistratum non
deposuit: sed asumptis secũ iis qui in concilio erant Senatum petit: & priusquã di-
cere aggressus esset ad capitolium cõuersus deos testatur vt ea dictaturus sit que
tandem bene vertant reipublice & si seditio ciuilis tollatur templum cõcordie edi-
ficaturum se pollicetur Cum multe in Senatu varieq; contentiões esset quod in va
rias sententias mortalium mentes trahebantur tandem in hanc sententiam itum ẽ
vt alter ex consulibus popularis crearet̃. Dictator cum ad populum hoc nuntiaret
statim vt equum erat: populus cum Senatu reconciliatus est: & Camillum plausu
ac clamore domum vsq; remittunt. Postridie autem congregati decreta tulere vt
concordie quemadmodum Camillus voueret in foro & in cõtione ingens ꝓ rebus
bene gestis templum moliretur. In celebritatis quas latinas vocabant addita vna
die per quadriduum solemnitates instituerunt Et deinde statim romanos coronas
ferre ac rei diuine intendere voluerũt Comitiis a Camillo iussis. Marcus Emilius
ex patriciis. Lutius Sextus primus ex popularibus consules designati. Res geste
a Camillo huiusmodi exitum habuere. Superiori anno cum Roma graui peste labo
raret ex multitudine innumera iis cecidit. Ex principibus vero plurimi inter q̃s
Camillus omniũ annis grauissimus maturo funere obiit: & plus desiderii ac luctus
q̃ ceteri omnes qui ea tempestate pestilentia ceciderant Romanis reliquit

Epistola Lapi oratoris eximii in Vitam atq; gesta Periclis Incipit feliciter

PERICLES ATHENIENSIS sapientissime pater
vt a veteribus auctoribus memorie proditum accepi-
mus: Xanthippi filius fuit: & Elaxomenii Anaxogore
discipulus quẽ ferunt cum ingenio doctrina eloquentia
maxime prestitisset quadragita annos Athenis p̃fuisse
Vrbanis eodẽ tempore & bellicis rebus. Huius precla
ra facta a plutarcho scripta cũ per ocium legerem quod
iam antea statuissem pro meo officio: tuo nomine aliqd
in latinũ vertere tu stati occurristi ad quẽ eius vita potissimũ mitterẽ. Tãta enĩ
inter te atq; illũ ni fallor cõsilio prudẽtia reb; gestis similitudo est vt si quis vtrũq;
vestrũ diligentius contemplatus sit aut periclem te in agẽdo imitatum esse aut ab
eodem Anaxagore fonte a quo ille hausit: tua quoq; hec manasse arbitretur. Nam
q̃ is vir cũ ita bonis artib; in structus & ornatus ad rẽ p. gerendã se cõtulisset: vt.

Pericles

Atheniensiũ animos auctoritate sua quocũq; uellet impelleret: ita institutis & legibus temperauit: sublatis ceteris factionibus: cõmuni consensu ciuium princeps quoad vixit quietam & paccatam regeret ciuitatem: ita eam terrestribus maritimisq; plus auxit: vt nõ vniuerse modo grecie formidulosa verũetiã barbaris nationibus permulta post secula Atheniensium disciplinam rei militaris & gloria mansit. A cuius quidem moribus tu nihil aberrasti. Etenim is rebus omnibus que ad grauissimũ virum & summũ sacerdotem spectant religionem & sapientiam in superstitionibus tollendis in diuinis cultibus cerimoniisq; fanorum sacrorũq; disponẽdis & in regendis moderandisq; ciuitatibus in sedãdis populorum temere concitatis motibus: in iure dicendo: punẽdis improbis aliisq; ciuilibus & preceptis & institutis eum tradẽdis: tum retinẽdis nullus Romane ecclesie Princeps prudentia iustitia equitate te superat. In bellicis vero rebus eum te prestitisti: vt in laboribus perferendis adeũdis periculis fortitudine & patientia in gerendo prouidendoq; industria & cõsilii celeritate: com maximis belli ducibus: nõ his dico nostris: sed veteribus illis conferẽdus esse videaris. Per te enim Romane ecclesie bellicosissimi & infestissimi hostes oppressi deletiq; sunt. Per te plurime ciuitates in fide pontificis amicitiaq; retente & conseruate per te eundem oppressa & iam pene erepta dignitas sua amplitudo restituta est. Tu deniq; tuo labore vigiliisq; pacẽ aliis & ocium peperisti. Vt te foris rẽ gerente ac periclitante illi domi vacui cura & solicitudine cõquiescant ex quo si recte facere velint defensorem te & patronum & vt ita dicã Cesarem suum appellare debebant. Quare nõ iniuria tuum nomen clarissimũ tota iam italia celebratur. Itaq; vt reliqua que ad me non attinent aliis dicenda reliquã quod mei ẽ officii ac muneris gratulor patrie gratulor mihi gratulor ciuibus meis quod diuina quadã sorte & felicitate nostre ciuitatis tantum boni tam precipuum tam expectatum ab immortali deo traditum nobis sit atq; cõcessum vt quo pro pugnatore Romana ecclesia defensa & conseruata est eundem nos & & periculosissimo tempore ciuitatis adiutorem contra perditissimos ciues habuerimus & nũc sacrorum magistrum & religionis principem simus habituri. Quorũdam vero ingratorum hominum procacitatem & petulantiam vehementer detestari soleo: quos audiui sepe ridens & stomachans cum obtractandi tibi gratiam magis quam officio negarent religioso homini militare munus ne summo quidẽ discrimine vllo modo obeundum esse. Qui si religiosi ipsi forent vt non esse sed videri volunt eorũ ego reprehensionem equo animo ferendam ducerem. Verum ii sunt qui cum se totos inercie desidie luxurieq; dediderunt nihil aliud agunt nihil studẽt nisi vt sorda veste incessu tardo demisso ore capillo horrido squalida ac deformata facie reprehendẽdis seuere aliorum erratis domesticas sordes & vite turpitudinem tegant. In his nõ fides non equitas non sanctitas non religio non sanctum aliqd aut sincerum inueniri potest sed cõtra magna perfidia nequissima cupiditas summũ scelus. Itaq; nocturnis stupris flagiriis adulteriis crapulis vino somnoq; languidi veluti talpe ex subterraneis cubilibus sic illi ex diuturnis lustrorum tenebris emersi non modo laborem & industriam alicuius suspicere sed ne lucem quidem intueri possunt. Sed hos cum sua malignitate omittamus nec enim digni sunt de quibus sermo fiat. Ego vero tuum istum animum cum apertum & simplicem tũ eelsum atq; magnificum & admiror & laudo magisq; summi pontificis grauissimo & probatissimo de te iudicio concedendum puto. His freti sapiẽtissime pater Periclis vitam tue maxime cõgruentem interpretati sumus tuo nomine eamq; afferimus tibi & ad te non iã ad extremum & alienum sed vt ad tutorem fidelissimum & parentem optimum nostre ciuitatis confugimus te oramus abs te opem petimus. Respice igitur nos clementissime pater suscipe causã nostrã orna ciues tuos teipsũ ornabis noli cõmittere

vt te obſecremus fruſtra. Te enim ſpectemus te intuemur i te omnes ſpes noſtre & cogitatiões collocate ſunt. Si tu parens deſeris filios vbi alium imploremus Si tu deſpicis quis ſubleuabit alios Noli tuis ciuib9 quod etiam alieniſſimis preſtare ſolitus es tuum officium denegare. Cura vt ſi te in bello formidarunt hoſtes nunc i pace ciues tui atq amici diligant. Patere vt ii nunc ſinguli humanitatis & beneficentie tue periculum faciant qui olim vniuerſi in reprimendis ſeditioſis auctoritatis prudentieq fecerunt. Vales enim conſilio vales gratia auctoritate vales: modo voluntas adſit omnia conficere potes. Denique illud Periclis huius quod lecturus es ſemper tibi in ore atq adeo in mente verſetur qui cũ grauiter egrotaret iamq eſſet ad moriendum vicinus collaudantibus vicinis res ſuas bellicas admirari ſe dixit cur cum tantopere laudaſſent ea quorum particeps fortũa eſſet & aliis quoq ducibus contigiſſent que in pace clementer mãſueteq geſſiſſet ſilentio preterirent. Quare hunc talem virum vt reliquis in rebus ita & hac potiſſimum imitare velis ne qua tibi ex eius virtutibus defuiſſe videatur. Sed iam Plutarchum ipſũ eius mores narrantem audiamus. Quem oro vt libenter legas & quod pluribus verbis fortaſſe contendo q neceſſe eſt me diligas & apud ſummum pontificem tua cõmẽdatione q gratioſum facias. Vale.

Plutarchi Hiſtoriographi greci De Vita atq geſtis Periclis per Lapum Poetã Eximium Hiſtoria in latinum traducta Linguagium Incipit.

CESAREM CVM peregrinos quoſdam Rome locupletes homines: canum & ſimiarum catulos circumferẽtes gremio eiſq deditos intueretur interrogaſſe fertũ nunquid apud illos mulieres liberos parerent Sapiens profecto & digna principe admonitio qua arguit eos q preter naturam eam indulgentiam & caritatẽ q maxime debetur hominibus in feras impẽderent. Num igitur quia canum & ſimiarum catuli docilitatis aliquid & attentionis in ſe ad res inſpiciẽdas habere videtur idcirco animus noſter adducitur ratione ad eos reprehendendos qui hoc ad aures nec auribus cuiuſq nec ſpectatione dignas contemptis honeſtis & vtilibus ſtudiis abutantur. Nam ſenſui quidem qui perturbatione ad omne quod ſe offerat atq occurrat mouetur fortaſſe neceſſarium eſt id quod obiectum eſt ſiue vtile ſiue inutile ſit contemplari. Mẽte autẽ & ratione cuiq natura eſt datum ſi velit uti & ſe ipſum vertere ſemper & ad id quod videatur optimum faciliime immutare Quocirca decet contemplationes circa optima occupatas tenere ne contemplentur ſolum verum etiã nutriantur. Vt eni oculis is color eſt congruens cuius ſpecies ipſa & venuſtas aſpectum paſcit ſic oportet ad ea ſpectacula intendere animum que ſuo & proprio bono voluptatem & delectationem prebeãt. Hec ſunt in is operibus que a virtute ipſa proficiſcuntur. Que aſpectu ipſo emulatiõem quandam & ſtimulos ad imitandum inmittunt. at ceteris in rebus & ſi nulla admiratio conſequatur factum tamẽ ad opus ipſum properam9 plerumq & iam cõtrarium eueniri ſolet. Opere enim ipſo delectari eius auctorem contemnimus ac deſpicimus. Quemadmodũ in ſuauiſſimis vnguentis ac porpuris His enim oblectamur tinctores vero & vnguẽtarios illiberales & ſordidos eſſe ducimus. ex quo ſapiens illud antiſthenis qui cum audiſſet Iſmeniam optimũ eſſe Tibicenẽ. at homo nequã eſt iquit. Nõ eni ſi probus foret tibicen eſſet. Et Philipp9

cum accepisset filium suauiter quodam in loco cecinisse vrbane est abiurgatus Nō
ne te pudet inquiens qđ ita pulchre canere scias. Satis est enim regi canentibus
aliis audiēdi ocium superesse ac peemultum quidem videtur imparciri musis si ce-
teris iis de rebus cōcertantibus ipse spectatorem tantum se prebeat. Ipsum autem
per se opus explere humilium atq abiectarum rerum. Ex labore illis impenso de-
sidiam suam ad preclara opera & inerciam facile arguit. Nec vllus vnq ingenuus
adolescens cum Pise Iouem esset intuitus: Phidias fieri concupiuit. aut Iunonem
argis Policletus nec anacreon aut Philemon aut archilocus & si vehementer eorū
opera sit admiratus. Non enim necessarium est & si admodum oblectet opus quod
iocundum sit idcirco statim artificem eius probari. Vnde ea nihil spectantibus vti
litatis affecunt quibus nihil excitantur ad imitandum nec adducuntur quidem vt
eorum sua familia esse concupiscant. Verum virtus eiusmodi est vt ipsis statim re-
bus gestis ita afficiat homines: Vt non modo admirentur opera verū in auctores q
q summo studio ac desiderio incendantur. Nam in bonis quidem externis posside
re tantum ac perfrui ac in virtutibus res ipsas gestas expetimus. Ad hec illa qui-
dem nobis ab aliis hec autē aliis a nobis suppeditari volumus honestas enim ad se
allicit atq ad agendum statim impellit nec imitatiōe ipsa spectatorem probum sed
ipso opere conspecto efficit vt anteponēda ceteris iudicetur. Quapropter nobis q
faciēdum esse visum est vt vitas clarorum hominum vt cepimus mandaremus lit-
teris & hoc decimo libro Periclis ac Fabii maximi qui cum Hanibale bellum ges-
sit vitam complexi sumus qui cum ceteris virtutibus inter se similes tum mansue
tudine iusticia pacientiaq in tolerandis populi motibus & in collegarum īsolentia
perferenda vtilissimi patrie extiterunt. Quod si re ipsa exquirere volumus verita
tem ex ipsis que de his traduntur facile est iudicare. Pericles enim tribu quidem
a Carmantides Curia vero Cholargens. Familia autem & genere tum paterno tū
materno clarus. Nā Xantippus qui in italia regis profectos deuicerat: Agaristā
ex Clistenis genere in matrimonio habuit que Pisistrati filios expulit a generoso
animo tirannidem sustulit leges etiam tulit optimeq rempublicam temperauit
& ad concordiam & conseruationem. Ipsa autem statim per quietem sibi visa est a
leonem partu edere & post paucis diebus Periclem peperit specie quidem corpo-
ris haud indecora capite vero ob longo nec ceteris partibus respondenti. Ex quo
omnes fere eius statue velantur casside quod videlicet nollēt scapltores ea re ho-
minem deformiorem videri & Attici poete eum Schinocephalum contumelie gra
tia appellare soliti sunt. Ex comicis Cratinus illi est infensor discordia enim īquit
& longeuum tempus admixta inuicem magnum procreāt tirannum quem Cepha
legeretam dei nuncupant. Ac rursus in reprehensione. Venis hospitalis ac bone Iu
piter: Cumq interdum difficultate rerum dubius esset sedere ipsum ait in ciuita-
te grauato capite temulentum nonnunq ex capite vnde clinio tumultum magnum
excitare. Eupulis autem in populis cum audiret de singulis principibus qui ab in-
feris redirent vt Pericles nominatus est vltimus quod caput ab inferis eduxisti.
Ipsius autem in musicis preceptorem Damonem plurimi fuisse consentiunt: cuius
nomen aiunt correpta prima sillaba perferri oportere. Aristoteles autem affirmat
apod Pitoclem musice operam dedisse. At Damon videtur cū maximus sophista
esset quo multitudinem lateret vim artis musice nomine tegere statuisse. Versa
batur autem cum Pericle assidue vt cum Atleta Alipta ciuilium rerum ac magi-
ster. Haud tamen Damonem lira potuit occultare sed vt homo factiosus & damnā
di cupidus ciuitate eiectus comicis materiam prebuit. Plato igitur quendam illum
ita cogantem inducit. Primum igitur dic mihi expetenti atq optanti: Tu enim
vt aiunt pessime Periclem educasti zenonis etiam Eleatis phisici vt Parmenides

auditor fuit qui artem quandam dicendi que ex contraditione in ambiguitatẽ con
cluderet edocebat vt Timon Phasius inquit. Per hec magnam vim in vtranq; par
tem disputandi assequutus est non captiosam illam & seudulam zenonis omnia re-
prebendentis. Plurimum vero Claxo Menio Anaxagora preceptore vsus est q illi
magnificentiam animi atq; elationem grauiorẽ ad popularem potẽtiam capessendã
iniecit eius que ingenium maxime excitauit atq; incendit. Hunc eius etatis homi
ne mentem appellabant: siue quod eius prudentiam in contẽplanda cognoscendaq;
rerum natura excellentem & singularẽ admirentur: siue quod rerum principia nõ
in fortuna ac necessitate sed in mẽte pura atq; secreta ab omni cõmixtione locasset
que cõmixtis ceteris & concretis equales particulas distribuerat. Hunc virum cũ
in summa admiratione Pericles habuisset: in eo genere doctrine quod sublime &
excelsum vocant maxime instructus illam animi celsitudinem nõ modo ĩ vita atq;
oratione seruauit ab omni turbulenta & maliciosa scurrilitate seiunctam: sed ore q;
q; & vultu ipso tristior ac seuerior fuit: nulla iocunditate aut varietate & qui ha-
bitu etiã corporis ab oĩ animi perturbatiõe inuictus videretur sono autem vocis &
confirmatione maxime placidus atq; sedatus ac ceteris que sunt huiusmodi mirifi
ce perterruit omnes. Igitur ab imperito quodam & intemperato homĩe per diem
totum conuiciis ac maledictis lacessitus ad porticum silentio pertulit. nocte vero
modeste & temperate domum discessit: cumq; eum maledicus ille sequeretur: & q̃
tidie magis maledicendo feruesceret: vt autem ad ipsam ianuam ventum est: & iã
tenebre essent: quendam ex seruis accepto lumine deducere hominem & domum si
stere iussit. Verum Ion poeta dicit morem Periclis in congressu & consuetudine
superbum inflantemq; fuisse eiq; elationi contentionem & despectionem alio-
rum admixtam fuisse: Laudat autem Cimonis ad omnem motum facilitatem
sed Ion virtutem Tragica quadam disciplina & hanc Satiricam rationem om-
nino omittamus, eos autem qui Periclis grauitatem & seueritatem elate opiniõis
& inflationis nomine criminantur hortatur zeno vt eiusmodi sibi aliquam inflatio
nem pergant parare vt ipsa simulatione honestorum sibi emulationem quandam
latenter suggerant. Neq; hos solum ex Anaxagore consuetudine Pericles fructus
percepit: verũ etiam superstitione se liberasse videtur que ad res sublimes metũ
inicit ignorãtibus causas & circa diuina ob impericiam pauidis atq; attonitis que
phisica ratio amouens securam & spes optimas afferentem religionem inducit. Di
citur Pericli semel arietis caput nõ vno cornu ex agro esse delatum atq; Lãponem
vatem cũ cornu esset intuitus robustum & solidum in media fronte situm dixisse
Cum due essent factiões in ciuitate: Tucididis vnam ac periclis alteram ad eam p
uẽturum esse imperium apud quam eiusmodi portentum nasceretur. Tum Anaxa-
goram aperto capite arietis offendisse cerebrum testam non cõpleuisse sed esse acu
tum in formam oui & ex omni parte coire ad eũ locũ vbi cornu radix esset affixa
quare Anaxagoram primum admirationem presentibus attulisse sed paulopost
Lamponem cum sublato Tucidide omnes populi opes ad Periclem delate essent.
Prohibuit autem nihil phisicum ac vatem veritatem attingere cum hic causam
rei ille exitum optime precepisset huius enim facultatis erat ex quibusdam id cau
sis ortum esse & quo pacto ortum esset contẽplari. Huius vero cuius gratia & qd̃
signi ficaret predicere. Qui autem cause inuentionem abolitionem signi aiunt esse:
non animaduertunt se vna cum diuinis coniiciendi quoq; artem rescindere frago-
res discorũ facularum lucem obumbrationes Gnomonis quorum vnumquodq; ex
principio quodam & causa cuiusdam rei signum est factum sed hec que ad huius
operis scriptionem non pertinẽt in aliud tempus differantur. Pericles igitur cum
iuuenis foret vehementer eum verebatur populus. Etenim videbatur Pisistrato

tiranno forma quidem persimilis esse vocis quoq; ipsius suauitatem & volubilitatē
celeritatemq; lingue senes admodum propter similitudinem extimescebant : cum
vero diuitus & genere & opibus amicorū prestaret plurimū veritꝰ teste exilium
nulla ex parte rempublicam attigit. In imperiis militaribus vir fortis & expersēs
Itaq; post Aristidis obitum & Themistoclis fugam: cū Cimonem quotidie fere ꝓ
cul a grecia peregrina militia detineret. sic iam se ipsū Pericles populo dedit: pre
ter eius naturā que minime popularia erat: diuitum loco vulgi & pauperū partes
secutus: metuens scilicet inuidiā & suspicionem appetende tirannidis: & quod vi
deret Cimonem maxime optimatibus studere: & summa diligētia obseruari a no
bilitate: se ad populū contulit: vt suarum rerum statū roboraret & sibi contra illū
opes & potentiam cōpararet ac statim in iis que ad vitā & victum pertinēt alium
sibi statuit ordinē; Vna enim via tantū in vrbe qua ad forum & iudiciū itur vtebāt
Cenarumq; apparatus & ceterā huiusmodi omnem beneficentiam contempsit ac
reiecit vt tam longo tempore quo in republica versatus est nūq; apud amicū cena
rit preterq; Euritolemo nuptias celebrāte vsq; ad libationes cū affuisset statim di
scessit Conuiuia enim ad omnē animi elatiōem deprimēdam valent. Nec facile in
consuetudine expectationē grauitatis & seueritatis cōseruare. In vera autem vir
tute que maxime apparēt queq; in promptu sunt omnibus pulcherrima vidētur es
se & in bonis & probis viris nihil est quod tā moueat exteris admirationē q; cōgre
dientibus quotidiana vite cōsuetudo. Hic autem populi frequentiā & sacietatem
quam interuallis explebat fugiēs non omni de re dicebat neq; accedebat in contio
nem verū se ipsum vt Salaminiam Triremem Critolaus ait ad res maximas & op
tunissima tempora reseruabat cetera per amicos & oratores alios gerebat quorum
Ephialetam vnū fuisse ferunt qui Ariopagitarum potētiam substulit & magnam
vt inquit Plato & immoderatā ciuibus libertatem parauit. Ex qua populū veluti
equum immitem & indomitū commedi aiunt. Preterea imperia recusare morde
ee valente insilire. Ad ipsum vita cultū & apparatum magnitudinemq; animi ido
neam rationem veluti exedificatū sibi quoddam organum Anaxagoram frequen
ter adhibuit ac si ad furum oratoriū philosophicam disciplinā adiunxisset hanc eni
mentis altitudinē omni ex parte perfectam & absolutā vt diuinus ille inquit Pla
to ad ipsam ingenii natureq; boītatē comparauit sibi ex philosophia quam cōmode
cum ad ipsam dicendi artem adiunxisset permultū ceteris oratoribus prestitit id
circa & cognomē sibi Olimpium additum ferunt. At qui plerisq; ex monumētis lu
eisq; publicis quibus vrbē exornauit Alii ex vi & acrimonia qua se prestitit in ad
ministranda republica imperiisq; militaribus Olimpium ipsum nuncupatū esse
opinantur Nec immerito quidē videtur ex multis eius viri maximisq; ornamentis
hanc illi gloriam accessisse hoc autē sibi cognomētum ex eloquentia impositum de
clarant poetarū etatis commedie quorum sunt ille tum serio tum ioco in eum virū
coniecte voces quibus illum cū contionaretur coruscationes effundere ciere toni
trua horrendū in lingua fulmen gerere dixerūt Est etiā illud Tucididis Milesii ī
Periclis vindicendi salse vrbaneq; dictū erat enim Tucidides nobilis vir qui diu in
re p. Pericli est aduersatus. Archidamo enī Lacedemoniorū rege rogante vter al
teri palestra Pericles ne an ipse prestaret. Vbi ego inquit hominē pugnando deie
ci ipse se non cecidisse defendens vicit intuentesq; e sententia deiicit Verūtamē ad
dicendū timide accedebat vt cum suggestum esset ascensurus diis vota faceret ne
quod verbū se imprudente aut inuito efflueret quod ad rē ipsam minus pertinere
videretur. Itaq; nihil ab eo preter decreta quedā mandatum litteris extat Memo
rantur autem in hoc ipso genere perpauca omnino vt est illud quo Eginā veluti
Pirei Lippedinē delendā censuit quo que se inquit prospicere bellū a peloponneso

impendere ciuitati. Et cum Sophoclem collegam haberet in pretura ac simul ali
quãdo nauigassent collaudassetq; Sophocles formosum puerũ: Non solum inquit o
Sophocles pretorẽ decet manus verũetiam oculos continentes habere. Narrat &
iam Stesimbrotus eum cum laudaret eos qui in Samo interierãt dixisse eos veluti
deos ĩmortalitatẽ esse cõsecutus. Non enim eos oculis: sed quibus affecti sunt ho
noribus intuemur. Hisq; bonis que assecuti sunt immortales esse coniicimus. Hec
igitur manere eos qui mortẽ pro patria oppetierĩt. Tucidides optimatũ quandã
Periclis rempublicã summatim perscripsit: que verbo quidem respublica foret: re
autem regnũ: quod vir vnus in ea principatũ obtineret. Sunt alii quoq; permulti
qui dicãt ab eo primũ in mores ciuitatis inductũ: vt ad captas vrbes mitterentur
Coloni spectatores quoq; emittẽdi: & era diuidendi auctorẽ fuisse: quod intueretẽ
populũ ob eam que tum vigebat administrãde reipublice rationẽ: male assuetũ in
tẽtũq; largitiõibus: atq; ĩmoderatũ esset: q ante modestus & ministerius dedit9 fu
isset Licet autẽ ex ipsius rebu gestis causam huius mutationis intueri. Ab initio
enim vt diximus ob Cimonis gloriã blandiens populũ capere: atq; pellicere niteba
tur: verum copiis diuitiisq; inferior: quibus ille pauperes delinierat: cũ cenam q̃
tidie Atheniensiũ indigenti cuiq; preberet: senioribus etiã vestes macerias quoq;
agrorũ sustulisset vt ad colligẽdos fructus volentibus pateret aditus. His popu
lari gratia superatus ab eo ad publicorũ diuisionem cõuertitur Oetheo demonide
suadẽte vt Aristoteles tradidit ac celeriter cũ ad spectatiões & iuditia facta largi
tione aliisq; premiis & chororũ apparatibus multitudinẽ affecisset eius ope contra
Ariopagi Senatũ vtebatur cuius ipse expers erat quod neq; pretor neq; Thesmo
theta sorte letus esset neq; belli dux. Hi enim magistratus vetere instituto sortito
capi solebant & per eos comprobati in Ariopagum ascendebãt. Quare magis Peri
cles cum plurimũ iam valeret in populo concitata seditione cũ Senatum delere ge
stiebat. Itaq; multa ei iudicia per ephialtẽ ablata sunt & Cimõ vt Laconum studi
osus populoq; infensus ĩ exiliũ pulsus q pulcherrimas victorias ex Barbaris repor
tasset pecuniisq; multis & spoliis hostiũ vrbem locupletasset vt in eius vita scripsi
mus adeo munitus erat Pericles opibus & gratia populari ĩ eiusmodi exilio quod
Ostracismum illi vocabãt. Decẽnii erat exulibus tẽpus difinitũ per id tẽporis cũ
Lacedemonii infesto exercitu in Tanagraicũ agrũ inuasissent occurrẽtibus statim
obuiã Atheniẽsibus Cimõ ab exilio rediẽs in acie arma cõstituit ac opera quidẽ cu
piens Laconicã calumniã purgare si vna cũ ciuibus se periculis obiectasset. At Pe
riclis amici facto impetu eũ vt exulẽ expulerũt. Idcirco videtur Pericles decertas
se fortissime in eo prelio splẽdoreq; & gloria exuperasse omnes qđ ne corpori suo q
dem pepercisset. Interierũt omnes in acie Cimonis amici q̃s inuidiã Pericles La
conice amicitie adduxerat ac penitẽtia facti Athenienses & Cimonis desideriũ ce
pit req; in finibus Attice male gesta & grauiore belli expectatiõe vehemẽter soli
citi erãt. Que cũ sensisset Pericles impigre se ad leniẽdos multitudĩs aĩos cõtulit
ipseq; sub decreto hominẽ reuocauit. At ille abiẽs cum ciuitatibus pacem cõposuit
Erat enĩ cũ eo Lacedemoniis necessitudo & amicitia quẽadmodũ cũ Periclia ce
teris hominibus popularibus maxĩe inimicitie nõnulli tamẽ aiũt non prius reditum
Cimoni a Pericle esse decretũ q̃ secreta federa p Elpinicẽ Cimõis sororẽ cõstituta
essent vt Cimõ cũ ducentis nauibus pmisso sibi extra vrbẽ militari ĩperio ad regis
agrũ occupandũ nauigaret ciuiliũ reꝝ administrationẽ pericles haberet. Visus est
aũt iam ante elpinicis opa pericles pmultũ de asperitate remisisse cũ ipse in eã capi
tali defendit cũ aliis tũ pericle ĩpulsu populi accusante. Itaq; cũ eum elpinices sup
plex adiret surridẽs o elpinices ĩqt vetula es magisq; res tãtas trãsigere q̃as verũ
tamẽ ad eius orationẽ se colligẽs repudiata accusatiõe ex oĩbus accusatoribꝰ minie.

Cimoni infestus discessit. Quonã igitur pacto Dorrenco credendum putamus cũ Periclem accuset dicatq; ab eo Epialtem hominẽ popularem amicum suum & gerende reipublice sociũ ac participem consiliorũ ob suspitionem atq; inuidiam illius glorie dolo esse sublatum. Hec enim nescio vnde quasi collectã homini bilẽ inieceit omnino quidẽ aut reprehendendo verũtamen parum consentaneum videtur hominem magno generosoq; animo preditũ tam tetrum & tam crudele in se facinus suscepisse. Epialtem igitur cũ Metieulosus nobilitati foret & in exigendis rationibus persequendisq; populi aduersarius implacabilis inimici Aristodico Tanagrico percussore clam per insidias adhibito oppresserũt vt Aristoteles affirmat. Cimon in Cipro imperator diẽ obiit optimates vero cũ intuerentur Periclem ceteris ciuibus omnibus maxime opibus antecellere vellentq; illi virũ quendam per potentiam aduerse factionis opponere qui eius licentiã reprimeret ne solus omnino rerũ libere potiretur Thucididẽ ex tribu Alopeceia Cimonis affinem cõstituerunt Pericli aduersatuz q cũ bellica quidẽ gl'a inferior esset q̃ Cimõ forẽsib; vero ciuilib; q; negociis longe superior frequẽtiusq; vrbem coleret necnõ cum Pericle ad pulpitum in certamen descenderet celeriter cõtrariam factionem ad resistendum validã in republica suscitauit. Nõ enim nobiles & locupletes homines dissipari nec populo admisceri vt ante a multitudine dignitate sua spoliatos sed secernẽs omniũ potẽtiam iam validam & corroboratã in vnum corpus euegit. Sub oculta enim quedã simultas ab initio fuit que veluti ferri instructa significatiõe quadam emergentẽ discordiam plebis ac nobilitatis portẽderet quorum dissensione & contentiõe ortũ est vt altera ex factionibus plebs altera pauci dicerẽtur. Quare tum Pericles rum populo habenas relaxasset ad popularẽ gratiam & nutum rempublicam gerebat q̃tidie celebre aliquod spectaculũ in vrbe instruere prebere epulũ celebritatẽ inducere nec imperitus voluptatibus ciuitatẽ delinire. Sexagita autẽ Triremes quotannis emittere in quibus multi ex ciuibus nauigabant stipendiũq; singulis octo mine erat qui ea pro meditatiõe & excitatiõe nauticam & maritimam disciplinã perciperẽt. Ad hec mille homines in Cheronesum misit eius loci agrum sibi diuisuros in Naxum vero quingẽtos in Andrum dimidiam horum partem in Thratiam quĩq; milia Colonorum dimisit: Besaltorum vrbem vna cũ ciuibus habituros aliam q; in Italiam Coloniam Sibarim quos turios appellarũt. Atq; hec eo consilio fecit vt desidioso vulgo & ob ocium rerum nouarum studio erecto ciuitatẽ leuaret prospiceretq; plebis difficultatibus ac socios Colonis additus metu presidioq; ab innouãdis rebus prohiberet. Quod autẽ ciuitati magnopere voluptati ceteris autem hominibus terrori & vniuerse grecie eorum potẽtie & antiquarum copiarum certissimo testimonio fuit id est sacrorum donorum apparatus. Hoc maxime ex Periclis actis que in republica gessit eius inimici atq; obtrectatores reprehẽdere criminariq; & in contionibus iactare soliti sunt populum dignitatẽ suam male & flagitiose tueri quod cõmunes grecorum opes in rẽ suam verteret cuius rei hãc honestissimam & probatissimam causam habuit ad refellendã calũniam: Barbarorum videlicet metu sustulisse inde atq; in tuto collocasse. Hanc eandem vulgauit Pericles. Ac videt greciã maximam cõtumeliam & superbissimam tirannidem pertulisse cum ea spectante ex suis necessariis ad bellum impẽsis illustraremus auro vrbẽ & superfluis ornamẽtis gloriam queremus veluti iactabunda & morosa mulier lapides preciosos signa & tabulas admirari & mille talentis exedificatas naues. Edocuit igitur Pericles populum non deberi sociis rationem rum primi ipsi bellum iniissent Barbarosq; prelio deuicisse t ipsis non equũ non nauem nõ peditem sed pecunias solum soluentibus que non in eorum qui dant sed qui accipiunt potestate sunt si quidem soluissent pro eo quod acceperant oportet aũt ciuitatem rebus omnibus necessariis

optime ad bellum instru ꝰ n ex iis sibi parare diuitias: quibus parandis gloria im
mortalis consequatur. Parti autẽ copie suppetãt omni artificio variisq ministeriis
constitutis que cum artem omnem excitẽt omnẽq moueant manum mercedẽ vni-
uerse referunt ciuitati quippe que ex iis nõ ornetur solum verũetiam alatur & su-
stentetur iis enim rebus illis qui etate & viribus preualebant ex militia opes pa-
rabãtur. Indigestum autẽ vulgum & ignobilem cum nec expertẽ questus esse vel-
let nec per ocium desidiamq lucrari ad magnas rerum parãdarum accessiones ar-
tificiosasq & multi temporis multeq opere indigẽtes institutiões plebem tradux
it vt ne quid minus ii qui domi forent ꝙ qui nauigarent aut in presidio essent aut
militarent. Ex publicis bonis rationem aliquã iuuarentur eorũq participes fierẽt.
Vbi enim materias esset lapis es ebur aurum ebanum cupressus ibi hanc tractãtes
& exercentes artes architecti fictores fabri lapidarii tinctores qui aurum & ebur
mollirẽt pictores quoq & qui acu intexerent tornarii exportatoresq borsi & ba-
iuli mercatores nauteq & gubernatores que ad rem maritimã spectant Quod aũt
ad terrestrem rationem attinet qui currus facerent qui ad iugũ alerent equos Au
rige & qui funes pararent lapidarii cerdones statuarii & metallorum fabri. Sin-
gula autẽ ars veluti imperator priuatum exercitum ex iis qui ere alieno seruitia
debebant & ideotis cõpositum habuit vulgus quorum corpore ad ministerium ve-
luti instrumẽto vteretur. Itaq vsus & artificia diuiserunt disseminarũtq in omnẽ
etatem atq ordinem questus & lucri facultatem. Surgẽtibus autẽ & se paulatim
altius attollentibus operibus magnitudine quidẽ ipsa eximiis forma vero & gra-
tia singularibus nec immitatione ab vllo exequãdis: artificibus quoq artes ipsas i-
genio suo & artificio illustrare certantibus: maxime admirabilis erat in iis cõfici-
endi celeritas. Nam quorum singula vix videbantur multis successiõibus atq eta
tibus confici posse: ea vniuersa vna ĩnouatiõe reipublice ad finem perducebantur
At que per id temporis ferunt Agatharco se efferente celeritate & facilitate pin
gendi animalia audientem zeuxim dixisse ego vero in longo tempore. Nam in ope
re faciundo promptitudo ac celeritas haud potest stabilẽ grauitatem & exquisitã
pulchritudinem rebus adiũgere. At labori tempus impensum robur ad conseruati
onem & perpetuitatẽ operis affert. Vnde Pericles opera magis admiranda viden-
tur breui confecta que tamdiu essent permansura. Nam specie quidẽ & pulchritu
dĩe singula iã tũ ab initio vetusta erãt flore autem ac vigore vsũ ad hãc etatẽ recẽ
tia ac noua. Sic in illis quotidie quedam nouitas efflorescit que aspectum ipsum i-
tactum vetustate atq inuiolatum cõseruet. Non aliter ac si opera ipsa perpetuo q̊
dã spiritu atq aĩo illis ĩsito alantur & vigeant Is autem omnibus disponendis mo
derator Phidias & spectator ĩterfuit & si preclaros artifices opera haud desidera
rent. Nam quod Hecatompedon parte noua vocant Callicrates & Ictenus edifica
re ceperunt. Et Eleusi initiandi loco quod celestrion dicebant: Coroebus fundamẽ
ta iecit calumnasq inferiores idem erexit & epistilis iuga imposuit quo mortuo
Metagenes Xipetius Procintum & superiores columnas addidit adito vastigium
imposuit Xenocles colargens ac lõgum murum de quo Socrates audisse se refert
cum Pericles sententiam dixit: Callicrates faciendum conduxit. Inuehitur autem
in opus cratinus vt tarde cunctanterq absolutum. Diu enim ante ait ipsum Peri-
cles verbis edificare aggressus est. Opera autẽ nõ attigit. At Odion quod vocant
illi interiori situ multis sedibus & columnis ornatum est Tecto vero pronũ & de-
cliue ex imo tantũ fastigio instructũ. Simulacrum autẽ id & monumentum regii
tabernaculi fuisse tradunt eũq duce & auctore Pericle conditũ esse idcirco in Tra
ebus Cratinus in Periclem iocatur: Schinocephalus hic inquiens Iupiter accedit
Pericles: Odion in capitulo gerens postea ꝙ Ostracon prebuit. Ambitione quoq

impulſus muſice certamen in Panatheneis celebrari decreuit. Idem etiã prefectus
exhibendis premiis ſtatuit quemadmodũ & quatenus Tibias inflari deceret aut
cantu & cithara uti. Spectabantur vero & tunc & aliis temporibus in odio muſica
certamina. At arcis veſtibula quinquẽnio edificata ſunt Mneſicle architecto. For-
tũa autẽ admirabilis que circa eã fabricã euenit ĩdicauit nũq̃ abfuturã deã ſed ad-
iumẽto operi ſemper futurã. Nãq̃ vnus ex fabris qui laborioſſimus & prõptiſſimus
erat cũ decidiſſet ex alto lãgueretq̃ vehementer deſperata a medicis ſalute hac re
mirifice dolore cõfecto Pericli dea p quietẽ ſe offerẽs curationẽ oſtẽdit q̃ ille vſus
hominẽ ſtatĩ ad valitudinẽ reſtituit. Huius gratia ſalubris pallidis ĩ arce ꝓpe arã
ſignũ cõſtituit ſicuti antea fuerat vt fertur. Phidias vero aureum dee ſigillũ finxit
eiuſq̃ vt fictoris in colũna nomen erat inciſũ. Omnia enim fere eius cõſilio gerebã-
tur atq̃ iis omnibus vt diximus fabris ob Periclis amicitiã prefuit Atq̃ hoc alteri
inuidiam conflauit in alterum maledicta excitauit quod libere Pericli mulieres ad
opera darentur poſtulante Phidia. Et comici hinc argumentũ ſumentes grauiter
in eius petulantiam inuecti ſunt. Iniecta calumnia ĩ Menippi vxorem hominis Pe-
riclis amici ſecundũq̃ poſt eum imperatorem locum obtinentis & in Pirilampi aui-
um nutritiones cui cum Pericli amicus foret crimini eſt datum pauones mulieri-
bus ſubmiſiſſe quibus cum Pericles coiret. Verum quis miretur Satyricos homi-
nes & vite hominum obtrectantes velut pernicioſo quodã demone inuidia impul-
ſus in meliores vbiq̃ maledicta cõiicere: cum Steſimbrotus deteſtandum facinus
ac fabuloſum in filii cõiugem contra Periclem conferre non dubitarit. Sic perdiffi-
cile valdeq̃ laborioſum videtur veritatem ipſam hiſtoria conſequi: quando quidẽ
& poſteris ex antiquitatis memoria rerum cognitio repetẽda eſt: & ii quibus con-
tigit preſentibus res ipſas geſtas intueri partim odio & inuidia partĩ gratia & aſ-
ſentatiõe veritatem corrũpunt ac peruertunt. Cum autem clamitaret Tucidides
diceretq̃ Periclem pecunias ac prouentus profundere: populum rogauit in cõtiõe
nunquid videretur multa expendiſſe: reſpondente vero plurima. Sint igitur inqt
hec non vobis expenſa verum mihi: & in ipſis donis meum tantum nomẽ inſcribat
Hec dicente Pericle: ſiue admirati eius animi magnitudinẽ ſiue de operum gloria
certarent reclamarũt iubentes publice ſumptũ faceret: nec ulli impenſe parceret.
Ad poſtremum cum de decennali exilio cũ Tucidide in diſcrimẽ certamẽq̃ veniſ-
ſet: illum eiecit: & contrariam factionem euertit. Poſtq̃ igitur ſublata penitus ſe-
ditione pacata & in vnum redacta ciuitate in ſeipſum omnino Athenas ſuſcepit: cõ-
poſitaſq̃ & validas Athenienſium res tributa exercitus Trireme inſulas req̃ om-
nem maritimam multas item tũ ex grecis tũ ex Barbaris collectas vires & impe-
rium ex ſubditis nationibus amicitiis quoq̃ regum & ſocietatibus principum ſep-
tus vndiq̃ ac munitus eſſet non eundem ſe nec vt ante mitem & manſuetum popu-
lo prebuit nec vero facile cõcedere & frena relaxare cupiditatibus & quaſi flatibus
multitudinis ſed ex diſſoluta illa & gratioſa populariq̃ ratione quemadmodũ ex
florida & molli armonia optimum atq̃ regium gubernande ciuitatis morem in rẽ-
publicam reuocauit eoq̃ eſt honeſte ac laudabiliter vſus maxime quidem docẽdo
& ſuadendo agebat populum interdum eo coacto & inuito vtilitati publice conſu-
lebat medicorum conſuetudinem imitatus qui in variis ac diuturnis morbis inter-
dum voluptates quaſdam cautas interdum ſectiones & medicamenta ad ſalutem
adhibent. Cum enim varia illi vt in conſentaneum eſt homini in vniuerſo adeo po-
pulo tantam molem imperii obtinenti conflarentur incomoda ita ſolus omnium in-
ſtitutus erat vt ea diligentia ſua ſopiret & tollere poſſet maxime vero ſpe ac me-
tu vt gubernaculis quibuſdam datum populum ſibiq̃ preſidentem reprimens lan-
guentem vero ac labentẽ excitans oſtendit veriſſimũ eſſe illud Platonis oratoriã

vim animis hominũ imperare eosq; ad quoscũq; velit motus impellere: & eius op9
permaximum in formarum & perturbationum cognitione consistere que sunt ve-
luti quidam accentus & voces animi diligentius: eis pulsu indigentes Causa est
non nuda orationis vis: sed vt Tucides inquit. Vite dignitas atq; existimatio inno
centie abstinentieq; preclara: quibus ille ciuitatem magnã diuitiis & potentia am
plificauit: & ad summun pene perduxit: qui cum viribus multis regibus ac tiran-
nis excelleret: quod liberorum gratia quidem faciũt a patre relictum sibi patrimo
nium ne vna quidem dragma cumulauit At qui eius potẽtiam perspicue declarat
Tucidides criminose comici indicant: cum Pisistratides iuuenes eius amicos nũro-
pent. Ipsum autem iurasse se tirannide nõ vsurum: quod ei excellentia quedam &
magnitudo supra popularem statum inesse appareret. Teleclides ait Athenienses
illi ciuitatum tributa permisisse ipsasq; ciuitates Has quidem ligare: illas soluere:
lapidea moenia tum edificare tum cursus eadem deiicere federa opes potentiã di
uicias quoq; felicitatemq; atq; hec non ex tempore aut ad gratiam florente repub
lica sed! quadragĩta annos Epialtis Leocratis Mironidis Cimonis Tolmide Tu
cididisq; factionibus Athenis prefuit. Post cladem & fugam Tucididis nõ minus
quinq; annis rem distulit & qui vnus in annuis imperiis erat magistratum & dig-
nitatem assecutus seruauit se pecuniis inuictum & si nõ a questu pecuniario abfuit
sed paternas & iustas diuicias ne eas per desidiam & inertiam amitteret neq; cir-
ca alia occupatus negocii ex illis nimium caperet ad eam rei domestice rationẽ di
sposuit quam facilimam diligentissimamq; putauit annuos enim fructus simul om
es vendebat deinde singula necessaria ad victũ quotidianum emebat ex foro ex q
neq; iocundus adultis liberis erat neq; sumptuosus in coniugem. Quare improbãt
illi vehementer hunc quotidianum diligentissime collectum sumptum: cum nihil
in adeo magna domo & locuplete redundaret sed omnis sũptus omnisq; prouentus
ad mensuram & numerum vocarentur. Is vero hanc omnem diligentiam in se
susciperat. Vnus erat seruus frugi & nuntius quasi nullus alius foret idoneus nisi
a Pericle ad curam rei domestice cõstitut9 Que omnia ab Anaxagore sapientia ab
horrebant si quidem ipse rem domesticam non curauit & agrum in cultum pecori
pascendum dimisit magnificentia animi & diuino quodam furore correptus Non
eadem est enim proposita vite ratio contemplatiuo ciuiliq; philosopho. Verum hic
quidem sine instrumẽto aliquod & materia externa mentem ad res pulcherrimas
inuestigandas perspiciendasq; intẽdit. Illi vero cum ad vsus humane societatis vir-
tutem suam accomodet non solum explende sue necessitatis sed aliorom gratia ho-
nestarum copiarũ ratio est habenda quod Pericles fecit qui pauperes multos suis
copiis substentabat. Ac etiam ferunt Pericle negociis intento Anaxagoram desti-
tutum omni cura decrepita iam etate sponte mortem fame sibi consciscere eo nun-
tio permotum Periclem ad eum supplicem cucurrisse omnesq; preces lacrimis ad-
iunxisse non illius sed sua potius gratia siquidem talem in republica socium consili-
ocum amitteret expirantem vero Anaxagoram o Pericles dixisse & qui lucernã i
digent infundunt oleum. Sed cum Lacedemonii cresrentes Atheniensiũ res egre
ferre inciperent: Pericles populi animos excitare & ad res magnas erigere decer-
nere etiã vt omnes greci vbicũq; Europe atq; Asie habitãtes hortarẽt Athenas
volẽtes colloquiũ mittere pro grecie tẽplis incensis a Barbaris pro que sacrificiis:
que diis immortalibus vouerãt quo tempore cum Barbaris pugnatum est ad hec
vt firmita pace communi consensu tutum omnibus pateret ad nauigandum mare
horum gratia viginti viri qui quinquagesimum annum excesserant missi sunt q̃r
quinq; Iones Dorienses q; qui Asiam incolebant & qui insulas habebant Lesbum
vsq; ac Rhodum accersitum iere Quinq; obierunt Thraciam & Hellespõtum vsq;

Pericles

Bigancium Quinq; post illos Bocciam Phocidem ac Pelonnessum inde per Locros
ad proximam continentem in acarnaniam & ambraciam missi sunt reliqui per Eu
boiam ad iteos & sinum Malee & Phideas Achiuos Tessalos perrexerunt suaden
tes Athenas proficisci & consilijs interesse ad pacandum innouandūq; greciam Ni
hil est autem factū neq; ciuitates coire Lacedemonijs aduersantibus vt fertur pri-
mumq; in Peloponneso deprehendi cepti conatus. Hec addidi vt prudentiam eius
animiq; magnitudinem ostenderem. In imperijs vero militaribus administrādisq;
bellis maxime eius gloria illustris fuit quod dubie nimiū pugne periculum nō spō
te susciperet neq; eos duces qui adeundis periculis clari essent celebratiq; ab om-
nibus adamauit: neq; sibi ad imitandū propriunt: cū ciuibus quotidie diceret: quā-
tum in se esset: imortales eos futuros. Itaq; cū intueretur Tomidem Tolmei filiū
superiori felicitate eximijsq; honoribus sibi ex bellicis rebus habitis: nulla oblata
oportunitate tēporis in Boetiam parantem inuadere suadentemq; iuuentuti spōte
militie munus obire. Iamq; ad quinq; milia in sententiā suam traduxerat: absq; alijs
copijs cum mittebatur in contione ab incepto suadendo: vulgatum illud addens si
minus Pericli parendum putares haud temere faceret sapientissimū datorem cō-
siliorum tempus expectans. Tunc igitur illi hec dicenti parum est applausum sed
paucis post diebus allatum est in vrbem nuntiū Tolmidem prelio circa Coroniam
superatum concidisse multosq; fortes ciues in ea clade desideratos esse que res Pe-
ricli magnam cum beniuolentia gloriam attulit vt prudenti viro & saluti ciuium
consulenti. Ex eius imperijs illud laudatur imprimis quo grecos homines Chero
nesum incolentes seruauit. Non enī solum mille Atheniēsium Colonis eo deductis
ciuitatum animos confirmauit verūetiam collem inter duo maria muniens vallis
atq; aggeribus insultus Tracū Cheroneso imminentiū excepit graue autem & as
siduum bellum exclusit quo regio perpetuo tenebatur ob Barbarorū vicinitatē la-
trocinijs infesta. In eo vero plurimū apud exteras gentes cum admiratione celebra
tus est quod Peloponessum circum nauigasset ex Megalice fontibus centum ad
uectus Triremibus. Non enim solum maritimas vrbes vt Tolmides ante populat9
est sed & iam longius prouectus a mari cū pedestribus copijs quas in nauibus ha-
buit alios quidem in menia repulit metu periculi & terrore perculsos at in Memea
Sicionijs excipientibus prelium q; strenue conferentibus fusis trophеum statuit ex
Achaia vero militibus ad supplendas Triremes acceptis in oppositam e regiōe cō-
tinentem nauigauit: Acheloumq; transuectus: Acarnaniam excursionibus infestā
habuit Oeneadasq; in menia cōpulit cumq; agrum magis cladibus vastasset popu-
latusq; foret demum soluit cū magnum terrorē iniecisset hostibus vir in bello for-
tis & strēnuus ciuibus visus est nulla enim incidit eo duce ne ciuibus fortuna quidē
belli offensio. Deinde magna classe optimeq; ornata & instructa grecas quidem ci
uitates quarum ope & subsidio iuuabātur benigne humaneq; tractauit. Vicinis au
tem Barbaris nationibus regibus ac tirannis ostendit potentie molem licentiamq;
& audaciam quacūq; libitum foret nauigantium mareq; totum sub suam ditionem
imperiumq; subegisse. Sinopensibus tredecim cū Lamacho reliquit naues ac mili-
tes contra Timeles vim tiranni quibus peremptis belli calamitate vna cū socijs &
amicis decreuit vt sexcenti Athenienses volentes Sinopē presidio nauigarēt vna-
q; cū Sinopensibus vrbem incolerent potiti domo & agro quod ante tiranni habue-
rant. Ceterum preterea nihil cōcessit neq; indulsit libidini & cupiditati ciuium cū
fortuna & viribus adeo elati animis forent decreuit etiā de recipiēdo Egypto vex
andisq; regis maritimis ciuitatib9 Multos & iā mala illa & infausta Sicilie inuadē
de cupiditas habuit qua Alcibiades & eius equales oratores in posterū exarserūt
Erat quoq; nōnullis Etruria & Carthago instar somnij q̄s spe & opiniōe occuparāt

magnitudine & nomine imperatoris prospereq; & ad voluntatem suam fluentibus
rebus· Verum Pericles continuit eiusmodi excursorem & effrenatam rerū cupidi
tatem fregit: cohibuitq; maximamq; copiarum partem in rerum partarum custo-
diam & firmamentum contulit: magnum opus ac difficile statuens esse Lacedemo
nios arcere: quibus vehementissime infensus erat idq; cum aliis q̄ pluribus decla-
rauit cum iis potissimum que in sacro bello contigerunt. Cum enim duxissent La-
cedemonii expeditiones in Delphos· Phocensibus templum obtinentibus Delphis
tradiderant statim illis abeuntibus transmissis eo copiis introduxit Phocenses cū-
q; Lacedemonii oraculum quod a Delphis acceperant in fronte erei lupi incidissent
acceptum & ipse oraculum in eiusdem lupi dextro latere incidi iussit· Quod vero
res Atheniensium tota in grecia optime adeo administrate sint ipsa facta testimo
nio sunt: Primum enim Euboensibus deficientibus in eos cum exercitu inuasit nec
ita multo post allato nuntio Megalenses ciuitate exactos copias hostium in finibus
esse Attice duce Plistonacte Lacedemoiorum rege Pericles exercitum ad Atticū
bellum summa celeritate reduxit sed prelio abstinuit prouocantibus multis ac vali
dis hostibus. Cum autem animaduertisset Plistonactem iuuenem admodum Clea̅
dride consilio regi quem sibi ob etatem Ephori imperii socium & custodem adiū-
xerant hunc corrumpere pecuniis aggressus celeriter donis datis muneribusq; p-
fecit vt ex Attica hostes abduceret. Vbi vero exercitus abiit & per ciuitates disso
lutus est grauiter commoti Lacedemonii pecuniis regem mulctarūt quas cum ob
magnitudinem soluendo non esset ex Lacedemone secessit Cleandrides autem fu-
giens rei capitalis damnatus ē Hic pater Glippi fuit q in Scicila Athenienses bel
lo superauit visusq; est illi gentile in quēdam morbum ipsam cupidinē questus in-
iecisse qua in spem in quoq; turpiter scelere deprehensus spartaq; pulsus penas ex-
ilio luit sed hec in Lisandri vita latius diximus Pericles in deponendo imperio cū
decem talentorum ab belli oportunitatem impensam decreuisset populus : rite eq;
republica factum comprobauit nec solicitus nimis in re obscura perquirenda fuit.
Quidē prodiderunt in quibus est Theophrastus philosophus a Pericli decem talē
ta quot annis spartam mitti solita esse quibus cū prīceps ciuitatis subornaret sopi
tum bellum tenebat nō pacem quidem mercatus sed temp9 in quo per quietē rom
positis paratisq; rebus robustius ad bellum incumberet. Quare statim ad eos qui
defecerant conuersus aduectusq; in Euboiam quinquagīta nauibus & quinq; mili-
bus militum ciuitates inditionem redegit : ex Calcidensibus eos quos Hippobotas
vocant diuiciis & gloria florentes exegit. Hestienses vero omnes cū ex regione ex
pulisset Atheniensium solum Coloniam eo deduxit. Is autē seuerissime visus est qd
cum nauem Atticam cepissent eius homines obtruncarunt. Post hac factis cū La-
cedemoniis triginta annorum induciis nauigatio in Samum decernitur in crimen
vocatis samiis quod ius si a bello contra Milesios discedere non paruissent. Sed cū
dicat Aspasie gratia permotus Samios oppugnasse. Hic iā tempus admonet vt
de illa aliquid perquiramus que ars ī ea aut que vis tanta fuerit vt princeps ciui-
tatis caperet & a philosophis tantopere laudaretur. Nam fuisse illā Milesiam ge-
nere Axiochi filiam consensu omniū satis patet. Dicetur autē Thagelie cuiusdam
emulatione quā vnam ex veteribus Iadibus fuisse ferunt per insidias ac blādicias
in maximorum virorum amicitiam insinuasse. Etenim Tragelia eximia forma &
pulchritudīe fuit ad hec valebat plurimū vi suauitateq; dicēdi Plurimis autē gre-
corū se exposuit omnes vero qui cū ea coierunt cū rege familiaritate coniunxit eo-
rumq; freta opibus femina quedam suffusit ciuitatibus medice contagionis. Ac
Aspasiam sunt qui dicant ob eius sapientiam ciuilemq; disciplinam summo stu-
dio a Pericle obseruatam fuisse. Nam & Socrates cum discipulis nonnunq; illam

adibat mulieres quoq; hii qui familiares erant ei in disciplinam tradebant & si pa-
rum pudice vitam instituisset siquidem apud eum puelle quedam alerētur que vul
gato corpore questum facerent ait autem Eschines Lisiclem ouium venditorē ex
obscuro & humili natura homine primum atheniensium aspasie cōsuetudinem eua-
sisse post Periclis obitum & in Menexerio Platonis & si prima iocose scripta sunt:
tantum tamen historie inest existimatam esse mulierculam ob vim oratoriam cum
multis atheniensium congredi solitam. apparet igitur hanc Periclis cū aspasia ne-
cessitudinem amatoriam magis fuisse. Erat enim ei coniunx generis coniunctione
propinqua ꝙ Hipponicus ante vxorem habuerat ex quo Calliam genuerat illū di
uitem ex Pericle vero Xantippum & Paralum deīde cum ingrata vtriq; foret cō-
suetudo vite iam haud inuite alteri in matrimoniū dedit ipse deinde accepit Aspa
siam quam vnice adamauit. Nam & cum exiret domo & cum īgrederetur vt aiūt
eam amplexus osculabatur & Omphala puella & Deianira ac rursus Iuno dicebatͣ
a Comicis Cratinus autem contra Pellicem ipsam vocauit his versibus Inuonē q;
sibi Aspasiam parit & petulantum Pelicem impudentem. Videtur & Rothum ex
hac sumpsisse de quo inducit Eupolis in popularibus eum rogantem. Nothus aūt
mihi viuit & Piromidem respondentem ac iam pridem fuit vir ni iam meretrici-
bus malum horret. Atq; ita Aspasiam nomine & gloria claruisse ferunt vt Cyrus
qui de imperio Persarum cum rege bello decertabat carissimam sibi ex Pellicibus
Aspasiam nuncupauit cum ei antea Milte gnomentum fuisset Erat autem Phocē
sis genere Hermotini filia que Ciro in prelio interempto ducta ad regem captiua
apud eum plurimum valuit. Hec quidem que iam e memoria abierat scriptorum
inopia reiecisse ac tacita preteriisse fortasse contra humanitatem fuisset. Que aūt
in bello contra Samios gesta sunt decreta Periclis ob Milesios rogatu Aspasie fa-
cta dicuntur. Ciuitates enim de pena bellum gerebant victores Samii iubentib;
Atheniensibus a bello discedere & sibi iudicium permittere non paruerant. Ego
igitur Pericles nauigans paucorum principatu cui apud Samios summa rerum p-
missa erat sustulit ex primoribus acceptis obsidibus pueris quinquaginta totidēq;
puellis eos in Lemnum misit Atq; ferunt singulum obsidem pro se talentum dedis
se multaq; alia eos qui ad populum rempublicam deferri nolebāt. Pissuthnes etiā
vir Persa beniuolentia Samiorum decem milibus aureorum ad illum missis veniā
ciuitati orabat nihil tamen Pericles accepit sed vt decreuerat de Samiis transe-
git constitutaq; populari administratione discessit Athenas. Verum illi statim de
fecerunt obsidiosisq; per Pissuthnem sibi furtim restitutis parabantur ad bellum.
Ex quo Pericles in eos nec quietem agentes nec metu perterritos sed erectis ani-
mis maritima pugna dimicare paratos commissa igitur acri pugna circa insulam ꝙ
Tragias vocant victor Pericles hoste fuso quatuor & quadragita nauibus septua-
ginta hostium naues debellauit quarum viginti pretorie erant in ipsaq; fuga & p-
secutione portu ipso potitus obsedit Samios non tamen illis adeo deciderant ani-
mi quin auderēt interdum vrbem exire & pro menibus hostem excipere. Sed cū
maior Classis Athenis accessisset ex omni aditu clausis Samiis Pericles acceptis
sexaginta Triremibus ad Oceanum nauigare contendit vt quidam ferunt Phoe-
nicibus nauibus se obiecturus que in Samum subsidio ferebantur cum quibus insti
tuerat ꝙ longissime prelium conserere. Vt Stesimbrotus autem affirmat in Cipꝛ
missus quod parum consentaneum videtur esse sed quocunq; id cōsilio fecerit pa
res sibi ex sentētia cecidit. Nauigāte enim ipso Melissus Hithagenis filius & phi
losophus Sami que imperator despecta Atheniensium nauium paucitate ducumq;
imperitia suasit ciuibus athenienses insidiis opprimi posse: Itaq; conseruato prelio:
apud Samios victoria fuit qui multis ex atheniēsibus captis permultisq; corruptis

nauibus mari potiti sunt resq; ad bellum necessarias quibus ante carebant importa
runt. Ab ipso etiam Melisso Periclem tradit Aristoteles nauali prelio primũ esse
superatum·Samii persecuti contumelias athenienſium captiuis noctuam in fronti
bus iunxerunt nam eorum captiuis athenienses Samenam: Est autem Samena na
uis quedam rotunda & concaua & in ventris similitudinem formata vt mare per
currere ac celeriter conuerti possit. Hoc vero illi quod in Samo reperta est primũ
nomen est inditum ibiq; a Policrate tiranno exedificata est. Ad hec stigmata aiũt
illud Aristophanis pertinere populus est Samiorum quã litteratus. Pericles igit̃
cum primum sibi de accepta in exercitu clade allatum est propere auxilium tulit:
superatoq; Melisso acriter instanti & in fugam coacta hostes continuo aggere cir
cumdedit quod statuisset impensa ac tempore magna quam vulneribus superato
hoste vrbem victoria obtinere. Vbi vero animaduertit athenienses pertesos more
ad prelium maxime spectare nec eos ad se facile contineri posse diuiso in octo par
tes omni exercitu rem traduxit ad sortem cuiq; alba faba obuenisset epulari atq; ĩ
ocio esse permissit ceteris pugnãtibus. Idcirco dicitur posteros dum voluptatibus
operam darent album illum diem ab alba faba nũcupare solitos. at Euphorus ait
Periclem Machinis vsũ esse nouitatem admiratum presente Artemone fabro qui
cum loripes foret ob idq; ad opera vigentia letitia delatus inde per Iphoretum co
gnomentum traxisse. Hec igitur ex Anacreontis poematis arguit Heraclides pon
ticus in quibus Perriphoretus Artemon vocatur permultis anteq̃ ea Samio bello
gesta sunt seculis. Addit etiam Antemonem ipsum hominem delicatum ac mollẽ
in vita fuisse metuq; fractum atq; stupidũ plurimum temporis domi vixisse duob9
seruis ereum scutum supra eius caput sublatum tenentibus ne quid in eum desup
caderet Quod si quo casu cogeretur egredi lectica tecto ad opertam circumlatum
ferri solitum ob hoc Periphoretum nuncupatũ esse. Nono autem mense Samii bel
li Pericles potit9 vrbe menia deiecit ablatisq; nauib9 multis pecũiis mulctauit Sa
mios quorum partim continuo dissoluerunt partim inita pactione tempore con
stituto ad soluendum dederũt obsides Que duris Samius accusans Tragicis pene
vocibus in Atheniensiũ & Periclis crudelitatem inuehitur de qua nulla neq; a Tu
cidide neq; ab Ephoro aut Aristotele mentio vsq̃ facta litteris extat. Vecum in
eo potissimum fans & mendax fuisse videtur ab eis ait Trierarcos & milites Sa
miorum in forum Milesiorum adductos ibi decem dies allegatos tabulis esse detẽ
tos cumq; iam parum admodum vite superesset iussu Periclis esse interemptos lig
nis quibusdam confractis quibusdam capitib9 deinde quorũdam corpora abiecta
exequiis extremoq; honore sepulture caruisse. Duris igit̃ cũ neq; vbi nulla ꝓpua
ta calamitas agitur etiam veris ĩ rebus satis fidei habere sit solitus magis videtur
hoc loco cladis patrie contendisse vt hanc Atheniẽsibus crudelitatis notam inure
ret. Subacta vero Samo Pericles vt primum Athenas redut iis qui in bello cecide
rant honorificentissime funus faciendum curauit cumq; ad monumẽta eos funebri
oratione laudasset summam de se admirationem prebuit descendentemq; e pulpi
to alie quidem mulieres benigne excipiẽtes Coronis ac vittis quemadmodũ victo
rem atlectam exornabant. at Elpinice accedens propius. admiranda sunt ista inqt
Pericles & Coronis decorãda qui nos multis & fortib9 ciuib9 spoliasti cũ nec Phe
nicibus nec medis intulisses bellũ vt meus frat̃ Cimõ sed vrbem sociã & necessitu
dine nobis propinquam sub imperium redacturus esses. Hec dicente Elpinice sur
ridens Pericles dicitur ad eam sedato animo illud archilochi dixisse. Haud vnguẽ
tis vetula cum sis oblita es' Tradit Ion mirifice elatum fuisse Periclem debellatis
Samiis quod agamemnon decem annis Barbaram vrbem ipse decem mensibus Io
num primos ac potentissimos deuicisset neq; hoc sibi iniuria assumebat adeo dubia

belli fortunã magnumq; periculum fuit si quidem tradit Tucidides parum abfuis
se quin Samiocum ciuitas athenienfibus imperiũ maris eriperet. Post hec fluctu-
ante iam Peloponnesiaco bello suasit populo: Crocireis auxilium ferre cũ ipsi a Co-
rinthiis premerentur & insulam naualibus maritimisq; rebus validam sociam sibi
adiungere presertim cum iam a Peloponnesso impendere bellum & prope instare
videretur decretoq; a populo auxilio decem tantum naues misit: Lacedemonio Ci-
monis filio duce illis proposito quasi contumelie gratia multa enim beniuolentia &
amicitia Cimonis familie cum Lacedemoniis erat. Vt igitur nullo magno aut pre
claro facinore a Lacedemonio in imperio gesta ex Lacedemoniorũ amicitia eũ in-
uidiam magis & offensionem adduceret paucis cum nauibus prefecit inuitumq; &
coactum extrusit & ab vrbe quotidie Cimonios procul filios habendos curauit vt
qui ne ipsis quidem nominibus indigere sed alieni atq; aduenticii viderẽtur quod
alteri Lacedemonio alteri Tessalo nomen fuit. Videntur enim omnes matre Ar-
cadica geniti esse. Cum igitur Pericles ob decem ei datas Triremes male audiret
quod & parum subsidii expetentibus atq; indigentibus misisset occasionem vero
magnam obtrectatoribus ad obiurgadum dedisset alias rursus plures in Corcirã
deferendas decreuit que confecto iam prelio Corciram appulse sunt hãc rem egre
ferentibus Corinthiis Atheniensesq; in Lacedemone accusantibus accesserũt Me
garenses grauiter querentes preter ius gentium preterq; grecorũ fedus omni cõ-
meatu se ac portibus Atheniensium probiberi. Eginete autem quod sibi male tra-
ctari videbantur atq; indigna pati incitabant clam Lacedemonios quod arguere
palam Athenienses nõ auderet. Eodem tẽpore Potidea ciuitas que sub iure Athe
niensium erat Corinthiorum Colonia ob defectionem obsessa ab Atheniẽsibus ma
turauit bellum. Verumtamen Lacedemoniis mittẽtibus Athenas legatos regeq;
Archidamo permulta ex criminibus refellente lenienteq; animos sociorum haud ẽ
visum quidem aliis de causis bellum Atheniensibus esse inferendum si abducerẽtur
vt decretum cõtra Megarenses rescinderet & cum eis in gratiam redirent. Igitur
cum Pericles huic rei maxime aduersaretur concitataq; multitudine pertinax con
tra Megarenses in sententia perstitisset omnem belli inuidiam in se vertit. Ferunt
legatos ex Lacedemõiis profectos Athenas. His de rebus in Senatu dixisse & cũ
Pericles legem quandam protulisset que tolli tabulam probiberet in qua decretũ
erat inscriptum Polyarcem quendã ex legatis dixisse tu vero Pericles ne tollas cõ
uertas tabulam. Non enim hoc fieri probibetur lege que oratio quam equa & p-
babilis videretur nihilo magis Periclem permouit suberat igitur quedã ut videt̃
priuata in Megarenses simultas. Cõmuni autem causa palam crimini dabant sacrũ
eos lucum cecidisse. Decernit igitur legatũ ad Megarenses eundemq; ad Lacede-
monios qui apud eos Megarenses accuset. Hoc Pericles decretum mite humanũ
q; visum est & equitatis plurimum per se ferre. Sed cum Athemocritus missus le
gatus culpa Megarensium vt ferebatur interiisset decernit Carinus hostiles esse
inimicitias nec ante denuntiatas & indictas quicunq; autem post hac Megarensis
in attica esset deprehensus capite plecteretur milites q; cum iureiurando adigerẽ
tur patrio more adiicerent iuramento se bis quotannis in Megarensium agros in-
uasums. ad hec athemocritus cum humi mãdaretur iuxta Triasias portas que nũc
Diplon vocantur. Megarenses inficias ibant causamq; ante Mocriti necis in Aspa
siam Periclem transferrebant nitebantur vero peruulgatis quibusdam Acharnes
versibus qui tum omnibus erant in ore & in quibus id quodãmodo significari vide-
batur. Ab initio igitur quo pacto res se habuerit non facile est cognoscere. Quod
autem decretũ sublatũ non sit: Pericle auctore vna omnes factum esse testantur.
Preterq; aliqui dicunt eum magnitudine animi & consilio optima quadã ratione

mse—ntētia permāsisse: quod visū lacedemoniorū experimētū incōstātie cōcessiōem
veco confessione imbecillitatis esse duceret. Alii vero magis superbia quadā & cō
tumacia ostentande potencie gracia Lacedemonios despexisse Verum turpissima
causa omniū & que plurimos babeat testes huiusmodi fuisse dicit Phidias fictor
simulacrum vt diximus faciendum conduxerat amicus Pericli & summa apud illū
gratia & auctoritate ob eum inuidia flagrans nonnullas in se inimicitias con-
citauit quidam multitudinis animos in eo tentare aggressi quale de Pericle factu
ra esset iudicium: Memonem quendam ex Phidie operariis subornatum supplicē
in forum adducunt petentem impunitatem iudicii & accusationis in Phidiam su-
scipiente autem populo hominem constitutaq; in contione accusatiōe furti quidem
facta mentio nō est. Aurum enim ita statim ab initio ad simulacrum accōmodaret
Phidias Periclis sentētia vt facile cum vellet demoliri atq; expēdere posset quod
& Pericles tū fieri iussit cuius gloria operis Phidiam onerauit inuidia atq; ob id
potissimum quod cum in scuto dee Amazonum pugnam effingeret sui: quoddam
simulacrum expressit calui senis saxū ambabus manibus attollentis Periclis quoq;
formam pulcherrimam imitatus est: cum Amazone conserentis manus habitus aūt
& figura eiusmodi vt bastam ante oculos Periclis pretenderet idq; ex industria &
summo artifitio factum quasi similitudinem occultare vellet que vndiq; apparebat
Phidias igitur coniectus in carcerem morbo vitam finiuit: vt vero alii opinantur
veneno inuide Pericli concitande gratia ab inimicis parato. Iudex vero Gliconis
decreto immunitate a populo donatus est mandataq; pretori cura ē ne quid homo
detrimēti caperet. Per id tēporis Aspasia Lenocinii accusata est ab Ermippo Co
mico. Obiciebatur enim illi q mulieres liberas cum Pericle coeuntes lecto exciperet
Et Diopites decretum fecit vt omnium qui de diis non recte sentirent aut de re-
bus celestibus nouos sermones inducerēt nomē deferretur. Volentes hāc propter
Anaxagoram in Periclem suspitionem conferre. Iubente autem populo delatiōes
q; admittente: sic decretum fit ratū Dracontido decernente vt rationes pecuniarū
a Pericle ad pretores referrentur. Iudices autem ab ara ferentes suffragium in ci
uitate iudicarent. Agnon vero hoc ex decreto sustulit sed a mille & quadringētis
iudicibus iudicium fieri decreuit: cum quis furti: aut ambitus: aut iniuriarum li-
tem existimari vellet: De Aspasia igitur cum multa deplorasset preter religionem
iudicii lacrimisq; suis & obsecratione iudices ad misericordiam cōmouisset impe-
trauit Sed cum de Anaxagora esset solicitus eū integrare vrbe emisit. Vbi vero
Olphidiam in inuidiam & offensionem populi incidit: iudicium reformidans im-
pendens bellum & ardens magis incendit in spem adductus posse hoc pacto crimi-
na edocere & inuidiam lenitum iri cum in maximis laboribus periculisq; ciuitatis
ei se vniuersa ob illius auctoritatem atq; opes cōmissura esset. Cause igitur quibus
Pericles non permisit populum Lacedemoniis obtemperare hee fuisse dicuntur ve
ritas autem incerta & obscura est. At Lacedemonii cum intelligerent eo sublato:
equiores se Athenienses ad omnia esse habituros iusserunt eos vrbem expiare: qd
piaculo iam pridem: vt Tucidides inquit Pericles genus esset obnoxium. Verum
ea pertentatio longe contrarium q illi opinati fuerant exitum habuit. Non enī mo
do suspitionem Pericles & calumniam fugit verūetiam maiorem auctoritatem &
honorem a ciuibus cōsecutus est: quippe quem hostibus odio maxime atq; formi-
dini esse opinarentur. Quare anteq Archidamum cū Peloponnesiis in Atticam in
uasisset significauit Atheniensibus: vt si Archidamus vastatis ceteris vetustu iure
hospicii ius belli suis agris abstineret: siue vt in vrbe occasionem calumnie inimicis
& aduersariis daret se agrum omnem atq; villas ciuitati dare ac donare. Igit La
cedemonii Archidamo duce in Atticam cum sociis magno exercitu impetū faciūt

Deuastatoq; agro in Acharnitias ꝓfecti ibi castra posuerũt sperãtes fore vt Ath
nienses ea calamitate permoti haud iniuriam ferrẽt sed continuo in pugnam desce
derent. Sed Pericli magnum ac periculosum visum est cum sexaginta Peloponne
sium milibus tot enim fuerant qui primum inuaserant pro libertate ciuitatis ma
nus conserere erectos autem pugnandi cupiditate labemq; illam & ignominiam in
digne ferentes leniuit oratione cum diceret cesas arbores celeriter renascere inter
emptos autem homines recuperare difficilimũ esse populum tamen haud vocauit
in contione veritus ne quid preter sententiam facere cogeretur. Sed quẽadmodũ
nouus gubernator spirante vento in pelago omnibus rite dispositis rebus intendẽs
arma artificio suo vtitur despectis lacrimis precibusq; timentium nautarũ & nau
seam non ferentium Sic ille clausa urbe presidiisq; firmata suo iudicio arbitrioq; rẽ
gerebat clamores & offensionem hominũ paruifaciens & si multi ex amicis preci
bus ex inimicis minis & increpatione frequentes instarent plerique obscenis cãtibus at
q; cauillis veherentur ĩ illius preturam vt ignauiam effeminataq; & que res athe
niensium hostibus proderet. Excitabatur etiam Cleon fretus ira ciuium in Peri
clem concitata ad demulcendam se multitudine conferens. Hermippo quoq; Ana
pesticos quosdam versus in eum efferẽte nihil horum Periclem immutare potuit
sed miti animo ac silentio ignominiã inuidiamq; subiens perferebat cum C. nauiũ
classem in Peloponnesum mitteret haud tamẽ ipse vna rem maritimam sed in vrbe as
sidue manens ciuitatem in manibus habuit quoad Peloponneses motis ex Attica
castris abierunt. Et cũ prospicere multitudini statuisset agrorum eam vt in bello
fieri solet diuisionibus repetiuit agriq; sortiones edixit. Eiectis enĩ Eginetis om
nibus diuisit eorum agrũ Atheniẽsium iis quibus sors euenit. Quedam etiã ex ho
stium detrimentis consolatio afflictis rebus afferebatur. Nã classis Peloponesum
circuiens magnam agri partem vastarat villasq; & paruas quasdã vrbes diripuerat
& ipse Pericles pedestribus copiis facto impetu in agrum Megarensium omni ex
parte populatus est. Sic multis vtrinq; terra mariq; illatis multisq; acceptis cladi
bus nũq; tam longe Peloponnẽses traxissent bellum sed celeriter fatigati essent Vt
ab initio Pericles predixerat nisi diuina aliqua uis humanis consiliis obstitisset Nã
contagiosa lues que inuasit vrbem sublato iuuentutis flore Atheniensiũ vires ve
hemẽter attriuit. Quibus rebus vexatis peste corporibus animis omnes in Peri
clem exasperati incensiq; erant. Ac veluti aduersus medicũ aut patrem mentis er
rore ex morbo cõtracto insurgebant scilicet suasi ab hostibus pestem ex confluxiõe
in vrbem agrestis vulgi esse cõflatam multis simul veris tempore confuse in paruis
domibus feruentibusq; habitaculis sub tecto & ociose viuere coactis qui ante puro
aeri & aperto assueti erant huiusq; rei auctorẽ fuisse qui suscepto bello multitudi
nem ex agro in vrbem cõpulisset nec vllo opere tantum numerum hominũ exerce
ret sed instar pecudum ab inuicem corrũpi sineret nec cõmutare se vnq; aut respira
re pateretur. His igitur sanandis hostibusq; reprimendis cũ adiecisset animum C.
& L. naues cõpleuit multisq; & fortibus ciuibus in eas impositis nauigare iam ꝓ
perabat. Ea res cũ optima spe confirmaret ciuium animos non mediocrem hostibꝰ
formidinem tanta potẽtie mole allatura erat. Iãq; paratis instructisq; nauibus suã
Triremem Pericles cõscenderet ecce solis defectio incidit inductisq; tenebris at
toniti omnes veluti magno quodam tecto prodigio animis cõciderũt. Cum igitur
gubernatorem perterritũ atq; animi dubium intueretur Pericles sublatam ad eius
faciem opposuit clamidem velatisq; luminibus rogauit nũc quid hoc horrendũ aut
horride alicuius rei signum putaret. Abeunte illo quid igitur interest inquit aut
quid distat hoc ab illo nisi quod maius quiddã est Clamide id quod nunc tenebras
agit. Verum hec in philosophorũ scholis disputantur Itaq; auectus classe Pericles

aliud nihil videtur gessisse tanto apparatu dignum sed cum sacram Epidaurũ ob
sedisset ac iam breui deditioẽm factura videretur de spe magna peste inualescẽte
deiectus est que repẽte exorta non ipsos modo Atheniẽses verũetiam si qui modo
aliquo ad exercitum propius accessissent contagione necabantur. Ex hoc infensos
sibi Athenienses leuire speq; addita animis excitare atq; erigere nitebatur. Haud
tamen sustulit iram neq; ab incepto furore reuocauit priusq̃ sumptis in manũ suf-
fragiis abdicandi eum imperio & pecuniis mulctandi permissa potestas est quam
multa quinq; & decem talenta qui minimam scribunt quinquaginta qui maximã
fuisse tradunt. Ei cause scriptus est accusator vt Idomeneus testatur: Cleon vt
autem Theophrastus: Simmias. Ponticus autem Heraclides Lacratidam fuisse
asseuerat publica igitur inuidia ipsa ira veluti Aculeo ĩ illum vna cum plaga dimis
sa a multitudine celeriter desitura videbatur. Verum premebatur domesticis in-
cõmodis quod enim necessariis diuturna dissensione laborantibus ex iis non paucos
peste amisisset. Nam maximus natu filius eius Xantippus & ipse natura improbus
& vxorem iuuenem & profusam nactus Isandri Epilici filii filiam patris diligẽtiã
& parsimoniam egre ferebat quod sibi parce nimis & exiliter sumptus suppedita-
ret. Mittens igitur ad quẽdam ex paternis amicis: Periclis nomine argentum ac-
cepit. Quo in posterum repetẽte Pericles litem reiecit ad filium Quare adolescẽs
Xantippus difficultate maxima circũuentus in patrem maledicta conicere & pri
mum domestica eius studia ad irrisionem efferre sermonesq; quos cum sophistis cõ
ferebat. Vt cum Epitimius Thessalus equum in acie iaculo interemisset: cum Pi-
thagora diem totum consumeret in perquirendo vtrũ iaculum aut qui iaceret aut
ii qui premia ponunt rectius mortis causa iudicandi sint. Ad hec & vxoris calum-
niam a Xantippo Stesimbrotus ait in multitudinẽ diuulgatã esse atq; omnino insa
nabilem vsq; ad extremũ vite hanc adolescenti cũ patre simultatem mansisse. In ea
enim peste cũ incidisset in morbum Xantippus interiit. Defuncta est etiã Periclis
soror ex affinibus quoq; cõplurimi & ii quidem quorũ opera in re p. plurimũ vtea-
batur. Nunq; tamẽ fatigatus est sed illã animi magnitudinẽ inuictã semper a cala
mitatibus infractãq; cõseruauit. Nec eum flere aut funus ducere aut ad sepulturã
alicuius necesse accedere quisquã aspexit vnq; priusq̃ Paralo esset orbatus qui ei
ex legitimis filiis reliquus esset. In hoc aũt ĩfluxus animo parũper tolerare tamẽ
suo more nitebatur & solitã grauitatẽ & constantiam retinẽ. Coronatus etiã cũ
mortuo filio interesset aspectu ipso doloris magnitudine superatus est. Nã & fleb
lem edidit vocẽ & vim lacrimarũ emisit cũ nihil tale vnq; in reliq vita fecisset. At
ciuitas multos ad bellũ duces experta multosq; oratores cũ null9 nec grauitate nec
auctoritate idoneus esset visus cuius fidei tantũ imperiũ cõmittendũ foret Peri-
cleq; ipsũ summo desiderio ad tribunal pretoriũ reuocaret mestus atq; exanimatus
domi iacẽs. Alcibiade aliisq; amicis suadẽtib9 eo se cõtulit. Sedatis plebis cõcitatiõ
in se temere motibus cõuersus itecũ ad rem p. capessendã pretorq; designatus au-
ctor legis de nothis arrogãde fuit quã ipse antea tulerat nec omnino successoris in
opia familie nomẽ & genus deficeret. Que vero ad legẽ spectãt ita se habuerunt
Pericles cũ in re p. maxime floreret multis antea tẽporibus filiosq; legittimos ha-
beret vt diximus Legẽ tulit solos Atheniẽses haberi q ex duobus Atheniensibus
nati essent. Postea vero quã Rex Egiptiorũ quadragita milia medimnorũ frumenti
dono Atheniẽsibus misit oportuit per eũ ciuibus diuidi permulta sunt igiẽ nothis
ex ea lege exorte accusatiões que tũc quidẽ latuerũt contẽptiq; sũt. Sed multi ho
rũ delatores in posterũ extiterũt Qui igiẽ dãnati iudicio reddere coacti sunt haud
multo pauciores quĩq; milibus fuerũt. Reliqui q Atheniẽses iudicati in re p. man
serũt quatuordecim milia & quadragita inuẽti sunt Quare per indignũ videbatur

legem que in tot homines valuisset nunc ab eo ipso rescindi qui tulerat sed presens
fortuna domus Periclis afflicta qui veluti contumatie elatiōis sue penas luisset fle
xit Atheniensium animos existimantium ipsum numinis iram perpessum humana
ope subleuandum esse Itaq; cōcesserunt sibi vt filius nothus in genus ascriberetur
eiusdemq; illi nomen esset. Atqui hunc quidem posteriori tempore in arginis cum
nauali prelio deuicisset Peloponnenses populus vna cum ceteris ducibus interemit
Ac videtur tunc quidem pestis non vi repentina illa ac vehemēti Periclem cepis
se qua ceteros sed que remisso quodam & tenui morbo per varias mutationes pro
uecta longius sensim paulatimq; cōficeret corpus & elationem animi superaret Ita
q; Theophrastus in suis libris quos de morali philosophia edidit dubitans nunqd
circa animos vertātur mores & acti corporis doloribus a virtute desciscant tradit
Periclem cum langueret ex morbo amico cuidam qui eum visendi gratia adierat
incantationes quasdam petentes collo a muliercul is alligatas ostēdisse vt appare
hominem pessime animo affectum fuisse cum eiusmodi insanias perferebat cumq;
iam esset ad moriendū vicinus circūstantes pricipes ciuitatis atq; ex amicis u qui
supererant in mentionē illius virtutis venerunt quanta extitisset metiebantur res
gestas tropheorum numerū recensebant. Nouies enim victor pro patria tropheū
statuerat. Atq; hec quasi illo nihil audiente sed priuato omni sensū inter se loque
bantur. At ille sui adhuc compos omnibus adhiboerat mentem & in medium locu
tus inquit se admirari si hec in eo maxime laude digna & memoria ducerent quoq;
fortuna sibi partem vel maximam vendicaret & que multis iam ducibus contigis
sent quod autem maximum & pulcherrimū esset omnium silentio preteriret. Ne
mo enim inquit Atheniensis propter me nigram induit vestem. Vir igitur admi
ratione dignus non solum mansuetudine & clementia qua se turbulentissimis tem
poribus magnisq; offensionibus prestitit verum etiam ob eam animi sententiā qua
erat si quidem ex suis rebus pulcherrimā putabat esse in tantis opibus imperii ni
hil neq; inuidie vnq; neq; iracūdie cōcessisse neq; in aliquem precipit inimicum cru
delem se prestitisse. Ac mihi quidem videtur cognomentū illud preclarum ab ado
lescentia sibi inditum hanc vnam rem potissimum mite eius ingenium ac vitam ī li
centia castissime integerrimeq; versatam verum atq; vacuum ab inuidia reddidis
se. Quemadmodū deorum genus quod bonorum causa sit malorumq; innoxium di
gnum ducimus rerum omniū potestatem atq; imperium obtinere non vt poete nos
imperitis opinionibus perturbantes suis poematis capiunt cū locum quē a diis ha
bitari dicunt tutam & tranquillam sedem appellent ad quam neq; venti neq; tene
bre aspirare queant sed iocūda serenitate & pura luce per omne tempus perpetuo
illustretur quod eiusmodi vite status & immortales beatos maxime decore videa
tur. In ipsos autem deos autumant desidia odia īimicitias iram aliasq; perturbatio
nes frequenter cadere que ne in homines quidem vt qui modo aliquid sapiant pos
sint conuenire. Sed hec fortassis videri possunt alterius disputationis esse. Igitur
Periclem aduersa tempora ciuitatis cognitū atq; optatum Atheniensibus tradide
runt. Nam homines offensi potentia eius vt sibi obscura atq; incognita eo statī sub
lato e medio cum in aliis oratoribus ac ducibus fecissent periculem confessi sunt in
elatione animi modestiā in mansuetudine vero grauitatē natura esse non posse. At
illas in inuidias eius opes dominisq; & tirannum ab initio nuncupatas salutare pre
sidium ciuitati fuisse apparuit tanta post contagio totq; scelera in rempublicam inua
serunt que ille cohibendo deprimendoq; incurabilia fieri licentia prohibebat.

Incipit Epistola Ant. Tudertini De vita atq; gestis Fabii maximi

RADITVM EST a grauibus sapientibusq; viris in
conferendis muneribus non modo dantis accipientisq;
dignitatam: verum etiam rei qualitatem esse seruan-
dam atq; metiēdam nam si aut gladium mulieri aut spe
culum viro elargiretur aut ensem philosopho vel mul-
ti indocto librum: penitus inepti atq; stulti videremur
Essent enī huiusmodi munera ab ingenis studiisq; ho-
minū peregrina atq; aliena & nulla animi iocunditate
nullo emolumento accipientes afficerentur Quare ineptissimū pene dicerē Appol-
linem natem delphicū qui aureum tripodem Socrati dandū iudicauit. Cum So-
crates aurum & argentū vt ferunt non amaret. Hinc est quod prudentissimus ille
Vlixes cum ingeniū atq; studia Achillis percepisset & vellet illum sub pannis mu
liebribꝰ celatum dignoscere arcus & gladios Laccbomedis natis inter quos Achil-
les ignotus aderat preposuit. Ego itaq; cū nouissem iam dudum vehementer te &
religionem & sapientiam sine qua mestem lugubremq; vitam degimus colere atq;
studio & suauitate legēdi captū esse animo institui vitam Fabii maximi viri claris
simi & imprimis prudentissimi quā nuper latinā feci d. tue legendā tradere: & no
mini tuo clarissimo dedicare. Nam non parum fructus & vtilitatis exempla claris
simorū viroꝝ quorūuis gentilium nobis affere possunt. Hinc est quod multi sapien-
tissimi viri historiam vite magistram appellauere nam longe difficile mihi videtur
hac tam breui etate nostra imperatorem rem bellicam Senatorem rem p. bene &
prudenter administrare posse Si clarissimorū viroꝝ res gestas non perlegerit Mul
cum plane ipsa precepta que a doctissimis viris traduntur permultum etiam mul-
tarum rerum vsus nobis prodisse poterit si cum exemplis prestātissimorū hominū
coniunctus fuerit. Quis enim est qui iusticie amore non ardescat si Aristidē Athe
niensem legat? Quis est qui animi libidinem non extigueret atq; castitatē coleret: si
Alexandrum Darii filias mira & singulari pulchritudine ornatas accuratissime in
tactas seruauisse audierit? Quis legendo Fabritiū fortitudinē non admiraretur &
coleret qui neq; auro neq; terrore ingentis bestie a feroci Pirro sua animi magnitu
dine dimoueri potuit? Nescio profecto quid sit quod magis animos nostros ad co-
lēdas virtutes trahere possit q̄ ipsa rerū gestarū cognitio Quis ē qui se omnino lit
terarū studiis nō deuoueret: Si aut platonem in Egiptum proficiscentē studiorū
gratia legeret: aut Appoloniū Arabiā Syram Persas Medos discipline causa potē
tem audiret sed vnde est quod apud grecos gesta & laudes clarissimorū virorum
conuiuiis canebantur nisi vt ad virtutes cōparandas adolescētes prouocarēt hinc ē
q Demetrius Phalereus Ptolomeū Regem admonuit vt libros in quibus boni re-
gis officia scripta essent nūq̄ e manibus dimitteret. Itaq; Fabium maximū virum
clarissimū legas obsecro. Tanti enī hūc facio prudētia aut fortitudīe animi vt vni
uersos pene Romanos antecelluerit Quis dubitat nisi Fabiū in sūmo illo labore ac
periculo rem romanā seruauisse? Quem nō vt prudentē tātū sed prope vatē omniū
que tunc euenerunt romani admirabātur: Quod si Terrentius Varro vir Temera-
rius cōsilio Fabii vsus fuisset nūq̄ Anibal tātā populo Romano calamitatē inflixis
set nūq̄ cannarum vicus tot cadauera tot funera vidisset nūq̄ p. ro. stragē suorum
ciuiū tanto questu luctuq; deplorasset. Sed quid tāta cura Fabiū laudare nitimur
sui ipsius res geste qualis in republica qualis in re militari fuerit a capite vt aiūt
vsq; ad alcem diligentissime indicabant

Plutarchi Historiographi greci De Vita atq; gestis Fabii maxi historia p Ant. Tudertinũ Eximium in latinum traducta Linguagium Incipit.

PERICLEM VIRVM inter memoria dignos connumeratum vt accepimus Fabio comparandum duxim9 Ferunt vna nimpharum hunc genitum esse. Quidam vero Herculem apud fluuium Tiberim cum muliere ĩsigna congressum habuisse asserũt & Fabium virũ optimum a quo familia Fabiorum Rome initium habuit genuisse. Quidam autẽ priscos huius generis viros ab agrorum fossione fodios olim appellatos memorie tradiderunt. Sic enim hucusq; fosse nuncupantur: & fodere dicitur. Deinde mutatis binis litteris Fabii cognominati sunt. Cum multi magniq; viri ex hac familia a maximo Ru'lo descendissent & propter hoc maximum Romanis cognominãtibus Quartus erat Fabius maximus de quo hec scripturi sumus: Erat ei corporeum pronomen Verucossus q paruã carnis elationem innatam in superiori Labii extremitate habebat. Sed Ouicula quod agnomen sibi erat paruã pecudẽ significat. Nam cum puer esset a magnitudine & grauitate morum: hoc nomen sibi vendicauit. Verum ex eo q quietem atq; taciturnitatem adamabat & multorum pudore pueriles voluptates attigebat & seruis ac difficilius discip'inas percipiebat. sese familiaribus facilem obsequentẽq; prebabat: intorporis atq; insipientie suspitionem minus domestici illius homines ducebantur. Pauci erant qui animi sui innatam latentẽq; constantiam & egregiam magnanimitatẽ cognoscerent Verum extemplo indics rebus excitatus id quod facilitatẽ iudicabant animi immobilitatẽ timorem vero consilium ignauiam autem omnibus in rebus & quod nihil egregie preter cetera studebat constantiam atq; grauitatem esse multis significauit. Nam cum animaduertisset rei p. magnitudinẽ bellorumq; multitudinem corpus ad rem militarem tanq̃ sibi hoc innatum esset exercuit & eloquentie ad populum persuadendum quod maximum est vite ornamentum atq; decus se contulit. Non enĩ promptus ad dicendum neq; omnĩo ineptus natus erat sed rude ingenium atq; non satis mediocre acumen mentis natura eum induerat. Orationes suas Tucididi perquã similes fuisse asserunt Nam eam habemus orationem laudatiuam quam post consulatum in funere filii ad populum habuit Triumphos quĩq; egit sed primo deuictis Libicis triumphauit. Nam Libici ab eo in acie superati multos ex suis amittẽtes ad a'pes sese receperunt & miseri ac rebus suis spoliati ab Italie finibus se cepere. Postq; Hanibal in Italiam irrutus & primum apud Bebiam fluuium dimicans victor euasit per Tirennumq; agrum predãdo iter fecit terrorem ingentẽ atq; trepidationem Romanis iniecit prodigia parum Rome consueta ex fulminibus partim omnino extranea atq; horrenda cecidere. Nam ex scutis sanguinẽ emanasse & metentes apud Antium cruentas spicas cecidisse & lapidibus igneis atq; ardentibus aere pluisse relatum est. Celum supra phalerios scindi visum & multas hinc sortes excidisse. In quatum vna hec erat scriptura. Mars sua tela quatit: Gaius vero flaminis cõsul vir magno animo & glorie cupidus magnis successibus antea audacter consecutus elatus nihil ad hec trepidare. Qui cũ a senatu reuocaretur preter college sententiam vi facto impetu Gallos vicerat. fabium autem prodigia quãq; multa instarent quód nulla inerat ratio minus flexerunt & cum paucitatem hostiũ ac rerum penuriam audiuisset: Romanos forti animo esse adhortebatur persuadebat q ex eo q Hanibal exercitatum militem ad plurima bella habere minime cum illo

manus conferendas esse. Verum sociis presidia mittenda & sic vires Hanibalis stā
tibus ciuitatibus in fide populi Romani per seipsas tanq̄ splendens flamma que le
nibus modicisq̄ fomentis aliter infirmandis fore. Sed Flaminiū in sententiam suā
trahere Fabius non potuit dicentem non permissurū hostes Rome appropinquare
neq̄ quemadmodū olim Camillus in Vrbe pro patria dimicaturū. Itaq̄ iussit tri-
bunos militum copias educere. Ipse cū in equo insederet equo fremente nulla ma-
nifeste cognita causa mirabile dictu iter currendū corruit in caput Nec tamē sen-
tentia sua Flaminius destitit sed vt prius consilium ceperat Hanibal obuiam ex
ercitum ducere apud lacum trasimenū in etruria copias struxit: Cū milites pre-
lia consererent terremotus factus est: & Vrbes submerse & cursus fluminū sedes
dimiserant suas montium precipitia scissa sunt. Que prodigia & si tantopere seui-
rent nemo tamen pugnantium illa per tumultum acceperat. Ipse quidem Flamini9
postq̄ multa facinora gessisset & Roma & forti viro digna cū multis ex optimati
bus oppetiit. Aliorum vero qui fuge terga dederant ingens est edita cedes. Quin
decim milia hominum eo die cesa totidē capta Flaminii cadauer quod propter vir
tutem illius tumulo mandare atq̄ honestare cupiebat Hānibal inter mortuoꝝ fu
nera haud inuentum est & vbi occultum iaceret omnino Hānibalem latuit. Cala-
mitas apud Trebiam suscepta neq̄ per litteras imperatoris neq̄ per nuntium Ro
me recte cognita fuit. Sed dubia incertaq̄ opinio mentita est. Hanc autem primū
Pomponius pretor audiuit conuocato populo neq̄ ambages neq̄ captiones memo-
rans. Inquit o viri Romani magno in prelio victi sumus exercitus perditus castra
direpta Flaminius consul in acie cecidit. Consulite igitur de vestra salute hec ora-
tio apud tantum populum quemadmodū mari vis immanis ventorum incumbens
ita vt corpore quodam mentes omnium occupauit ita Vrbem perturbauit vt in tā
to terrore consilia hominum rationesq̄ non sufficienter. Sed ab omnibus tamē tā-
dem in vnam sententiam itum est dictatorem designari opportere qui fortitudine
animi & sapientia cunctis prestaret hunc vero esse Fabium maximum virum huic
magistratui parem animi magnitudinem & morum grauitatem cum etate haben
tem. Qui animum ad consilia corpus vero ad robur in adolescētia instituit & auda
ciam cum prudentia temperauit. Postq̄ in vnum sententie omnium congruerunt
Fabius dictator designatus magistrum equitum Lancium minutiū dicens primū
a Senatu peciit vt equo vti sibi dictatori liceret Non enim antea equitare dictato
ri fas erat. Sed per quādam veterem legem prohibitū fuerat siue q̄ maiores vires
inesse ac pedes manūq̄ conserere arbitrarentur & propter hoc imperatorē in Pha
lange permanere opportere nec locum deserere siue quoniā ad alia omnia tirанni-
ca magnaq̄ sit principatus potentia in hoc appareret dictatorem volente populo ī
digere. Verum Fabius cum vellet imprimis principatus magnitudinem ac molē
ostendere vt magis obsequentes sibi ciues redderet in vnum collectis quatuor & vi
ginti lictoribus progressus est. Altero ex consulibus occurrenti per premissum mi
nistrum iussit vt apparitoribus dimissis insignibusq̄ magistratus depositis sibi pri
uate obuiam incederet. Post hec cum pulchre orsus esset populisq̄ edocuisset quē
admodum ignauia negligentiaq̄ aduersus numina & non improbitate pugnantiū
male dimicatum esse exhortatus est suos haud hostes formidādos esse verum diis
honoris propiciationisq̄ gratia hostias esse mactandas non superstitione sed pieta
te Romanorum virtutem ad audaciam reuocans & deorum cōfidentia terrorem
ex mentibus consolando propulsans. Tunc īspectis multis ex libris sibillinis vbi re-
rum Romanorum secreta recondita erant ferunt quedam ibi oracula inuenta esse
que ad fortunas & ad res illas gestas conferebant & id quod ibi cognitum erat: nō
licebat ad alterum loqui. Progressus dictator ad plebē vouit diis omnia eius anni

caprarum suum ouium atq; boum feta que Italie montes planitieq; ac flumina &
parta ea in regione educarent se mactaturum fore: & trecenta xxx. tria sextertia:
totidemq; denarios pro musicis spectaculis faciendis in ipsa impensa se collaturũ
tertiamq; partem additurum hoc caput est octo miryade drachmarũ & drachme
tria milia quingente octoginta tres & oboli duo diligẽter ad dimissum huius multi
tudinis oratiõe reddare perdifficile est. His qui ternarii numeri virtutem laudare
voluerit quod natura perfectus est & primus perfectorum principiũq; multitudi-
nis in ipso est & primas differentias ordinesq; totius numeri miscẽs atq; apte dispo
nens in ipsum resumit. Cum igitur Fabius sententiam multitudinis circa rem di-
uinam cõposuisse iocundam ad futura illam reddidit. Ipse cum spem omnem victo
rie in se reposuisset tanq; deus virtute ac sapientia rebus aspiraret cõtra Hãnibalẽ
iter intendit. Non eo animo vt dimicare vellet sed vt tempore illius vires attritas
redderet: & rerum copiam ad inopiam & exercitus magnitudinẽ ad tenuitatẽ re-
duceret. Vnde hostes prosequens per loca edita exercitum ductabat & positis ca-
stris tacitus cõsedebat dũ vero illa mouebat per loca montiũ exercitu cũ iter facie
bat & tantum sese Hannibali ostendebat quantum ex loci intercapedine ad pugnã
dum inuitus cogi non posset. Itaq; hostibus tanq; pugnaturus esset ea cunctatione
terrore incutiebat. Sic itaq; tempora producentem Fabium omnes aspernebantur
& sordida de eo in castris fama vagante hostes eum magnopere formidantem nul
liusq; precii esse arbitrabantur. Hãnibal vero multa audacia virũ esse Fabium cen-
sebat. Nam solus ille Fabii grauitatem atq; sententiam bellandi cognoscebat anim-
aduertebatq; multa arte multa vi illum ad conseranda prelia alliciendum: res Car-
taginensium ad perniciem futura esset cum iis rebus quas ad bellum portauerant
non dimicando vti nõ possent & homines ac res quibus egerent minuerentur atq;
frustra consumerẽtur. Itaq; Hannibal omnia temptans versansq; animũ huc atq; il
luc tanq; fortis athleta ad omne genus doli ac fraudis impellẽdi gratia Fabii ad cõ
serendas manus vt eum ad illud dimicationis traheret quod preter securitatẽ ra-
tionemq; consiliorũ eius esset variis modis illum lacessebat. At Fabium prudentẽ
fortemq; virum nullomodo dolis fallere potuit. Sed Minutius magister equitũ ho
mo ferox & importunus atq; temerarius & lingua ĩmodicus qui studium atq; au-
rum exercitus quem insano impetu & mani spe impleuerat de Fabio turbulẽtos ru
mores efferebat. Qui in Fabium per contationẽ maledicta torquebant: Hannibalis
pedagogum appellabant. Minutium vero magnum virũ & Rome dignum impe-
ratorem predicabant: Minutius magnus in elationẽ animi atq; petulantiã ductus
illum per montes copias ducentẽ tanq; pulchra & eterna sibi spectacula fecisset re
spicere hostes Italiam ferro igniq; vastantes ludibrio habebat. Qui amicos Fabii ĩ-
terrogans inquit si in celum migraret Fabius num exercitũ tanq; habitarde terre
spe deiectus duceret & nebula atq; calligĩe tectus hostes fugeret. Cũ hec ad Fa-
bium per amicos relata essent & persuaderetur vt potius pericula adiret q̃ ĩfamiã
tolleraret respondit formidolosior quidem nunc viderer si dum scomata conuitiaq;
timerem a meorũ ratione consiliorum discederẽ si hic timor quoad patria turpitu
dine careat. Verum terror qui ad gloriã hominum & calumnias falsosq; rumores at
tinet minime quidem dignus est homine huiusmodi magistratũ gerente sed eo q
seruit illis qui ipsum male imperare ac dominari sentiunt. Post hec Hannibal in er
rorem incidit. Nam cum vellet longius a Fabio exercitũ seducere & in planicie pa
bulo exuberantem venire iussit repente post cenã a ducibus ĩ Casinatem agrũ du
ci. Illi ab Latinorum nominibus propter Barbaricũ ydioma abhorrentes ad Cam
panie fines ad Vrbem Casilium exercitũ Hannibalis ducunt hanc Vrbem Alocro
nus fluuius quem Vulturnũ Romani vocant per medium fluens dirimit hec regio

montibus circumsepta est: & ad mare vallis exitū aperit: hic circūfusus fluuius ex stagnis oriens ꝓfundissimas harenas habēs & ad mare rapido impētu profluit huc cum Hannibal cōtendisset: Fabus cognitis viarū gressibus ad fauces quatuor milia militū collocauit. Alio exercitu super alios collo pulchre disposito ipse cum leui expeditaq; armatura in vltimos hostiū irruens in usum exercitum disturbat: & ad octingētos trucidat. Qua ex re Hannibal cū vellet ex hac valle copias eripere: cognito loci errore ac periculo duces in crucē sustulit. Sed per hostes loco munitissimos freto viam facere diffidebat nam cū trepida omnia vndiq; ad superādos saltꝰ existerent & omnino erumpendū esset statuit artificiosa calliditate hostes circūuenire. Sed hoc huiusmodi fuit cum duo milia boum ex agresti preda colligēda iussisset imperauit vt omniū ambobus cornibus faces ardētes ex aridis minutisq; virgis colligarētur deīde ortis tenebris editoq; signo boues loca arta ad custodias hostiū & ad cacumina montiū ab illis quibus res demādata esset concitarētur. Ipse cū reliquum erat exercitus per silentiū ducebat boues vero acti quousq; ignis paulatim materiā exarsit nullo īpetu ferebātur. Quo factū est vt in admirationē pastores ex montibus ꝓspicientes ea flāma que summis in cornibus fulgebat traheret tāq; exercitus sub vno multoꝝ lampadum ordine ꝓgrederetur. Postq; vero exustis cornibus ignis carnē tetigerat & in vstione vexati capita quassabāt ad inuicēq; sese igne repleuerāt sine ordīe gradiebātur. Verum anxii atq; exterriti cursu per mōtes dissipati ferebātur & frontes summasq; caudas incensas habētes multū sibi ue qua fuga in erat incēdiis miscebāt. Quare Romanis qui ad saltus insidēdos montium dispositi erant horrēda spectacula prebuerūt. Nā faces illis ꝓspicere videbātur q; a discurrentibus passim hominibus cōportarentur. Itaq; Romani multo terrore affecti: ne ab hostibus hinc atq; hinc circūuenirētur ad maiora castra veniētes tumultuādo ꝑsidia decessere. Interea summis montiū iugis a leui Hānibalis armatura occupatis reliquum exercitum multamq; predam agens intrepide montes cōscendit. At Fabius ipse in tenebris dolos persensit Nam quedam ex bobus palentes in conspectū eius predicere. Quare timens ipsa in nocte insidias exercitū in acies redactū silentem tenuit. Postq; lux orta ē: Fabius ī vltimos hostiū irruit & per aspera iniquaq; loca magno cum tumultu prelia miscuit donec ab Hānibale missi Hispani homines leuissimo corpore celeribusq; plantis & ad montes superandos actissimi clamore in grauem armaturā Romanorum irruunt & magna edita cede Fabium ad castra cōcedere cogunt. Tunc accidit vt turpes de Fabio rumores fabularentur & per cōtemptionem haberetur. Nam cum non multum audacie vteretur in re militari tāq; consilio & prudentia Hannibalem expugnaturus esset iis duabus rebus superatus & astutia bellica victus apparuit. Cum enim Hānibal vellet Romanorum irā magis contra Fabium irritare: Postq; in agrum illius ventum est: omnia alia diripi ac incendio corrumpi iussit. Que autem Fabii erant tantūmodo seruanda curauit & custodias apposuit que vim atq; ferrum ignemq; a rebus Fabii propulsarent his Romani relatis multum a tribunis populi de Fabio in contione ad plebem inclamatum est Metellus suadendo atq; irritando non propter inimicitias erga Fabium sed Minutii magistri equitum familiaritate ad honorem atq; gloriam Minutii calumnias Fabii transferebat. Non parum etiam Senatus ira in eum afficiebatur: accusans pacti conditionem quam de captiuis cum Hannibale habuerat. Nam conuenerat inter Romanum: plenumq; ducem ex captiuis virum pro viro commutare: & qui plures reciperet quam redderet: pro quolibet drachmas quinquaginta & ducentas solueret. Postquā igitur compertum est dictatorem quadraginta & ducentos plures captiuos recepisse quam dedisse: Senatus pactam mercedem pro redēptione persoluere noluit: sed Fabiū accusauit quod inutiliter & incōsulte

Senatu homĩes q̃ui hostium preda ẽx ignauia facti essent redimeret ciuium iram
equo animo tulit. Sed cum sibi pecuniarũ inopia esset & fidem erga Hannibalem
violandam non censeret & ciues captiuos haud deserendos putaret filium Romã
l-gauit preceptiq; vt venditis agris argentũ e vestigio in castra ad eũ expectaret
venditis ab adolescente vil is acce'eratoq; ad patrẽ reditu ad Hannibalem redẽ-
ptionis promissam mercedem 'egauir captiuosq; recepit. Postea multis pecuniam
restituere volentibus illam penitus renuit atq; dimisit. Post hec romam sacrorum
causa accitus dictaror Minutio exercitum tradidit & non modo imperauit verum
etiam multis admonitiõibus atq; precibus egit vt cum hostibus preliũ miscere nõ
auderet hac oratiõe nequaq; persuasus inimicus repente animũ ad pugnandũ ap-
plicuit. Cum Hannibalem magna cũ parte exercitus frumentatum esse profectũ
animaduertisset ad reliquos irruens vsq; ad vallũ ingenti edita strage omnibus ter-
rorem obsidionis iniecit & ab Hãnibale recollecto exercitu tutus in castra sese re-
cepit seipsum ĩmensa iactatione atq; audatia extollebat. Confestim fama ipso faci-
nore maior Romam aduentauit. Fabius hac re accepta inquit magis secunda Mi-
nutii se pertimescere. Populus vero hoc successu elatus animo in forum letus con-
currebat. Metellus tribunus plebis orationem ad populum habẽs Minutium lau-
dibus extollebat. Fabium vero non ignauie sed proditionis accusabat. Non ex aliis
primos ac potentiores quod bellum ad populi interitum protraherent increpabat
inquiens vrbem statim in Monarchiam liberam atq; impunem futuram: Hãnibalẽ
q; propter rerum ĩmorationem vires aucturum qui tanq; Italie dictionem haberet
rursus indies ex libia alterum exercitum suscepturũ. Fabius progrediẽs nulla in re
dicta tribuni plebis diluere curauit. Sed inquit q; primũ sacra esse celebranda vt
exercitum repeteret & inimicitias pro neglecto imperio q; ĩ iussu suo pugnauerit
penas lueret. Ingens in populo his verbis tumultus ortus est tanq; ipse Minutius
in discrimen mortis futurus esset. Nam licebat dictatori hominem in vinculis con-
iicere & condemnatum necare. Preterea arbitrabantur animũ Fabii ex multa mã-
suetudine dimotum durum atq; inexecrabilem futurum. Quare alii timore affecti
silentium agebant: Metellus vero auctoritate tribunatus nam solus hic magistra-
tus designato dictatore auctoritatẽ suã aliis amittentib9 retinebit multis precib9
populum cohortabatur ne Minutiũ desereret neq; ea pati sineret que Mallius tor-
quatus filium subire coegit quem re bene gesta coronatum securi percuti iussit Se
Fabii tirannidem abolere curaturũ & pericula Minutii propulsurũ aiebat Roma-
ni hac oratione persuasi de abrogando Fabii imperio nihil audere: & si de Fabio fe-
da fama in vulgus dissipata fuisset. Sed Minutium dictatori imperium agendum
belloq; administrandum pari auctoritate equante: quod antea Rome nemini vnq;
acciderat. Deinde post cãnensem calamitatem hoc item actum. Nam tunc cum
in castris dictator preesset Marcus Iunius & cum in Vrbe opus esset ordinem se-
natorium repleri quod multi in bello Senatores ceciderãt alterum dictatorem cre-
auerunt Fabium Buteonem hic postq; ad bellum exiuit numerum hominum recen-
suit atq; Senatores inde mortuorũ loco suffecit eademq; die lictores amittens sese
inter turbam admiscuit & ad negocia peragenda cũ suis dispensatoribus tanq; pri-
uatus in forum se contulit. Minutio ad parem imperii portiõem designato opinio
erat Fabium tumultu acturum esse ac vehementer miserum fieri quod meũ haud
recte iudicatum fuisset. Sed non suam calamitatẽ esse censens illorum insitiam sa-
pientis Diogenis animum se induit qui quoddã ad eum dicẽte hi te risu prosequũt
Inquit at ego minime ridiculus sum cum arbitrer solo illos ridiculos esse qui alios
rideant & qui huiusmodi rebus moueãtur. Si Fabius equo animo semper tulit ea
que contra eum agebantur mentem sibi philosophorum fingens qui sentiũt nulla

iniuria virum probum atq; studiosum affici posse. Sed eum propter rempublicã temeritas populi qui formidabat de salute Minutii in famentis libidine conferende pugne cruciabat. Fabius pertimescens ne Minutius omnino demens gloria atq; elatione quid male ageret clam omnibus ex Vrbe ad castra discessit. Qui postq; in castris sese recepit: Minutio volẽti mutuis vicibus equatũ imperium agere haud cessit. Sed illud optimũ ratus exercitum cum eo diuisit vt solus ille non summam imperii sed partem retineret. Ipse primã & quartam regionem suo sub imperio aduocauit: Minutio autem pariter diuisis sociorum presidiis secundam ac tertiam impartiuit. Cum Minutius propter equatum sibi summum imperium spiritus extolleret & quodãmodo Fabii dignitatem per se delusam putaret: Fabius Minutiũ monuit si recte saperet arbitraretur non aduersus Fabium sed cõtra Hannibalem sibi bellum constare. Si vero cũ collega dimicaret et sibi persuaderet quãq; Fabium vinceret atq; male afficeret nõ tamen ciuibus vicisse & gloriam consecutus fuisse videretur: cũ salutem ipsorum contempsisset. Ille vero hec ironiam esse senilem putauit. Qui sortitum exercitũ accipiẽs priuatam diuisamq; militiã agebat. Hãnibal haud ignarus harum rerum insidias tendebat. Erat tumulus quidã medius inter castra Romanorũ atq; Penorum ad occupandũ facilis: & occupatus castris presidiũ erat & ad omnia congruus: hinc subiecta planicies propter nuditatẽ longe prospici poterat. habebat vero quasdam fossas aliasq; concauitates. Quapropter hac facilitate occupandi Hannibal tumulum occupare neglexerat. Sed vt dimicandi opportunitas in eo esset in medio illum reliquit. Postq; cognouit Minutiũ a Fabio seiunctum noctu per latebras tumuli quosdam ex militibus disposuit colles occupaturos vt illuxit dies aliquot palam mittit qui Minutiũ circa hunc locum ad pugnam prouocarent que res pro sententia Hãnibalis euenit. Primũ Minutius leuem armaturã deinde equites procedere iussit: postremo animaduertens hostibus qui erant in tumulo subsidia ab Hannibale mitti structis omnibus legiõibus procedit & fortiter atq; equo marte contra hostes in tumulo pugnauit donec Hannibal postq; ratio agẽde rei & tempus cõueniebant q; latera nuda insidentibus ille prebebat signũ aggrediendi insidiatoribus edidit. dato itaq; signo vna insurgũt insidie & clamore irrucsantes postremosq; trucidantes ingenti turbatiõe ac terrore Romanos opprimunt. Minutius cum lustraret oculis omnes duces locũ in acie reliquisse & desperata salute in fugam sese vertisse omnis animi sui ferocia concidit. Numide iam pugna superiores per planiciẽ vndiq; discurrentes dissipatos Romanos trucidant. Cum tãta calamitate Romani laborarẽt periculum minime Fabium latuit. Sed cũ videretur futuris rebus auxilia esse prestanda legiones in aciem struxit curauitq; quo in loco belli fortuna esset cognoscere sed nõ per exploratorẽ verum ipse pro vallo omnia speculabatur. Vt animaduertit dissipatas Romanorũ copias & vndiq; ab hoste circumuentas ingenti clamore suspirans coxamq; pulsans ad suos inquit o Hercules celeri q; ego exspectabam tardius vero q; Minutius accelarauerit seipsum perdidit cũ iũxisset signa statim efferri & milites sequi exclamauit nunc o milites quicumq; Marcum Minutiũ memoria tenet cursum properet. Est enim cũ splendore tum patrie amore vir prestantissimus Si autẽ sua celeritate in aggrediendis hostibus erratum est aliud succensendi tempus habendũ. Itaq; primum discurrẽtes Numidas per campum ferociter fundit fugatq; deĩde cõtra eos qui a tergo Romanos insectabãtur irruens obuios trucidat. Reliqui priusq; caperentur ac se effunderẽt inclinata acie diffugiunt. Hannibal cũ perspiceret suorum fugam videretq; Fabiũ strenue egregieq; inter Penos pugnantẽ supra ad Minutium in tumulo pugnã cohibuit & receptui dato signo Cartaginenses in castra reduxit. Necnon a Romanis libenter tentoria sua repetuntur. Ferũt Hannibalẽ e pugna descendentẽ loquẽtẽq;

de Fabio ad suos iocando dixisse. Nonne ego vobis predixeram sepius hanc nubem
que bis in montibus sedebat tempestatē & procellam nobis oblaturam? Confecto
prelio Fabius omnia hostium cadauera spoliauit atq; discessit & aduersus collegā
nihil superbe: nihil moleste predicauit. Minutius conuocatis militibus suis huius-
modi oratiōem habuit. Viri cōmilitones nihil errare magnis in rebus maius quod-
dā est q̄ sit pro natura humana. Sed boni sapientisq; viri est si ipse errauerit in reli-
quum tempus doctorem se sibi asciscere. Ego itaq; parum fortunā accusans fateor
circa res magnas laudem versari. Que enim per tantū eui non percepi exigua pars
diei me monuit. Nam cū minus idoneus sim aliis imperare opus mihi est alteri pa-
rere: nec illos velle vincere a quibus pulchrū esset superari. Vos ceteros q; sub im-
perio dictatoris militia agere decet. De officio autē quod erga nos Fabius contulit
ipse dux ad agēdas gratias futurus sum primūq; meipsum prebiturus ad eius ius-
sa atq; imperium subeundū hoc cum dixisset motis signis sequentibus omnibus ad
castra Fabii exercitum ductauit. Ingressus vallū cunctis admirantibus atq; ambi-
gentibus ad tabernaculū pretorium contendit & pro temptorio positis signis Fa-
bium egredientē eius parentem magna voce compellat. Milites quoq; militum pa-
tronum dicebāt. Nam hec erat ea appellatio qua seruati homines erga eos quibus
salutem cōparassent vtebantur. Facto silentio in hec verba Minutius sermonem i-
stituit: Binam o dictator victoriā eodem die ingenti cū gloria comparasti fortitu-
dine quidem hostes prudentia ac probitate collegam vicisti. Quarū altera nos ser-
uasti altera superatos docuisti turpi pugna ab illo a te autē & virtute & salute vi-
ctos. Quare cum digniorē appellationem non habeam optimum patrem te appello
Quoniam maiora in me merita sunt tua q̄ ea que a patre acceperim ab illo enim vi-
tam dumtaxat: a te vero salutem vna cū his accepi his dictis Fabium amplectitur
hoc idem milites faciētes adinuicē obseulabātur. Itaq; gaudium atq; suauissime la-
crime castra occupauerant. Deinde Fabio magistratū deponente consules rursus
designantur. Ex his primi speciem belli quam ille instituerat seruauerunt nam so-
ciis presidia ferentes defectionesq; prohibentes cum Hannibale manus in acie non
conserebāt. Terrentius varro consul designatus obscuro genere ortus vita autem
seditione populari atq; petulantia insignis videbatur cōfestim rerum imperitia at-
q; temeritate pro rerū summa talos iacturus in cōtione enim proclamauit bellū eo
vsq; duraturum quoad q; ex Fabiana familia imperatores crearentur ipsum vero eo-
dem die & hostes visurū esse & illos expugnaturum his dictis maiorem exercitum
q; per cetera superiora tempora lustrauit atq; cōscripsit. Nam octo & octuaginta ho-
minum milia ad bellum parauit hec res magnum terrorem Fabio omnibusq; pru-
dentibus prebuit nam si talis exercitus perderetur nunq̄ sperabāt rempublicam
sperare posse. Quapropter collegam Terrentii Paulum Emilium virum belli egre-
gium peritūq; sed populo non probatum qui terror multitudini erat propter dam-
nationem quādam contra eum publice factam Fabius admonuit vt illius insaniam i-
creparet nec minus certaminis cū collega quam contra Hannibalem sibi futurum
existimaret. Nam in aciem descendere velle est eius qui suam virtutem nō intelli-
git & eius qui suam inbecelitatē cognoscit. Mihi inquit o Paule maior fides pre-
standa est de rebus Hannibalis q; Terrentio. Quod si hoc anno in nullum cū eo cer-
tamen descendimus ipse in Italia permanens aut vires sua absummet aut fugam ac-
cipiet. Qui &si nunc superior in bello videatur nemo tamen si concesserit exercitus
autē quem ex Affrica portauit vix tertia pars superfit: Ad hec ferūt Paulū dixis-
se: Ego quidem o Fabi si mearum rerū rationem consul sanius mihi est hostium te-
lis: q; iterum decretis ciuiū accūbere Verum si huiusmodi loco rempublicā statam
habemus dabo operam pro viribus vt potius pro cupiditate animi tui quam pro

voluntate ceterorum omnium cui de sententia tua descicũt officium probi imperatoris perficiam: Hoc animo Paulus ad bellum egressus est. Terentius vices imperii per dies cũ illo sortitus: cum Hãnibal apud Aufidium fluuiũ castra haberet prope cannas orto die extemplo belli signũ extulit. Nam erat rubea quedam vestis supra consulis temptoriũ protensa Quare Cartaginẽses prospecta imperatoris audacia & copiarum multitudine cũ ipsi haud ad mediũ numerum attingerẽt principio ingenti trepidatione perculsi sunt Hãnibal iubens exercitũ arma capere ipse eques cum paucis ex quodam humili tumulo hostes qui iã legiones in aciem struxerãt speculatur cũ quidam ex iis qui circa ipsum erãt vir haud inglorius cui nomẽ erat Giscon diceret admirabilẽ sibi videri hostium multitudinem cõtrahens faciẽ Hannibal: inquit alterum vidisse te puto hoc admirabilius quod e memoria tua excessit: Interrogante Giscone quid illud esset? Respondit Hannibal quod inter hos tot homines nemo sit qui Giscõ appelletur hec scommata preter opinionem accidẽtia omnes in risum milites coniecerũt. Qui e colle degredientes occurrentibus hos iocos recensebãt. Itaq; multi in magnũ risum iniecti sunt. Et qui circa Hãnibalem erant nullo modo sese risu arcere poterant Quare Cartaginenses cum prospicerent imperatorem eorum in periculo iocari & rem paruifacere audaciores facti sunt. In bello conserendo Hannibal astutia militari vsus primo locũ ad pugnam aptiorẽ nactus ita aciem struxit vt a tergo ventus sibi spiraret. Nam in morẽ ardentis fluminis flabat rapiendũq; puluerem ex patentibus torridisq; campis eleuabat: & supra Cartaginensiũ phalanges ad ora Romanorum impellebat. Romani faciem percussi sese auertebant: deinde acies optimo cõsilio locauit. Nam milites fortiores bellicosiores'q; in extremitatib; disponẽs ipse cũ debilioribus mediũ vbi multi ex fortibus viris preerant tenuit hoc agmine vsus est quod multũ ex alia phalange pertinebat. Iusserat enim principibus: vt quando Romani in hos impetũ facerent & ad medium intra phalãgẽ venissent: celeri cõuersione irruerent & retro Romanos seperent atq; cõcluderent: hoc in agrum stragem edidisse videtur. Nã postq; Romanorum irruentiũ impetum medium ipsum suscepit phalanx Hãnibalis permutata acie forma illam in cornua protendit & ordinis duces viri fortes Romanos partim scutatos partim astatos inclinãtes extemplo in Indas partes irruũt: & omnes quos in medio cõclusos habuere trucidarũt. Fertur etiam equites Romanos in maximũ errorem incidisse. Nam cũ equus Pauli consulis sauciatus paulum in terram excussisset eorum qui erant circa ipsum nũc vnus nunc alter ad terrã descendebat & relicto equo pedestri certamine Paulum protegebant hoc cetri equites cũ intuerentur tanq; dato signo omnes ad pedes ad conserendas cum hostibus manus desilierunt. Quod Hannibalem perspicientẽ dixisse ferũt Malo hoc q̃ si vinctus mihi se traderent. Sed hec ab iis qui curiosiores historias scripsere narrantur Ex cõsulibus Varro cum paucis equo deuectus: Venusiam Vrbem defugit Paulus autẽ in strage: atq; fuga illa multis vulneribus animũ corpusq; cõfossus: tanta calamitate anxius in quodam saxo operiens hostem qui eum iugularet insederat. Sed habebat adeo sanguine opulẽtum caput: atq; ora vt a paucis cognosceretur & amici ministriq; eius eũ incognitum preterierãt. Solus vero Cornelius Lentulus adolescens nobilissimus cũ eum vidisset: consulẽq; esse cognouisset ab equo ad pedes desilit. Cui cũ se adhereret hortabatur illum vt se ciuibus suis seruare vellet: & equũ ascenderet tunc presertim cũ bono imperatore Romanis opus esset. Paulus haud precibus Lẽtuli suasus iterum illum lacrimantẽ equum ascendere cogebat. Deinde assurgẽs dexteram adolescentis amplexus nuntia inquit o Lentule Fabio maximo tuq; mihi ipse testis sis Paulum Emilium preceptorũ eius vsq; ad mortem memorem extitisse nec vllis in rebus sibi promissis fidem violasse: sed prius a Varrone: Deinde ab Hannibale

deuictum fuisse: hec cum dixisset Lentulum dimisisset: hostes dilapsum in eos paululum occidere. Ferunt in eo prelio ex Romanis quinquaginta hominũ milia cecidisse viuos autẽ captos quatuor milia Capti vero in ambobus castris post conflictum nõ pauciores decẽ milibus fuere. Amicis hortantibus Hannibalem in tali secunda fortuna vt fugientes hostes persequeretur & Vrbẽ peteret quoniam quinto die a victoria in Capitolio cenaturus esset admiranda profecto res est q̃ oratione ab hac sententia se auerterit. Verũ fortune vel dei cuiusdã opera ac impedimento mora & timor in hac re accidisse videntur Quare barchã Cartaginẽsem iratũ aduersus eũ dixisse ferunt vincere scis Hãnibal victoria vti nescis. Sed hec victoria tantam rerum permutationẽ prebuit vt cum neq̧ Vrbẽ neq̧ portum neq̧ forum ante victoriam Hãnibal occupasset & vix cum labore predando exercitum rebus necessariis aleret & bellum nulla ratione gereret sed tanq̧ predo magno cum exercitu erraret atq̧ discurreret tunc parum affuit quin omnem Italiam in suam dictionem redigeret. Nam plurimi magniq̧ populi post cannẽsem calamitatem sponte ad eum defecerunt & Capua cuius nomẽ post Romam inter Vrbes maximum erat in ius dictionemq̧ suam redegit. At non solum dicebat amicos vt Euripidis inquit non paruũ malum sed etiam prudẽtes imperatores experiri. Nam id quod ante bellum in Fabio timiditatem dicebant atq̧ ignauiã post dimicationem statim non humanum cõsilium sed diuinum quid ex mẽte illius profectum quod futura presagisset que vix credibilia ad ferendum erant esse apparuit. Vnde Romani cum subito reliquũ spei in illo coniecissent & omnia Fabio tanq̧ sacro numini crederẽt primam ac maximã illius cognoscendi prudentiam occasionem habuere. Quemadmodũ in Gallica calamitate contigit Nam ille qui illis temporibus nihil posse videbatur timidus despectusq̧ apparens nũc omnibus ceteris in maximo victu maximoq̧ animi merore occupatis solus per Vrbem miti incessu grauiq̧ aspectu gradiebatur & humana appellatione plantus conuentusq̧ feminarum que in publicis viis publici luctus gratia conuenerant cohercebat & Senatus vt congregaretur magistratus vt confiderent hortabatur in eum vt fortem & probum existentem omnis principatus oculos referebat ad portas qui egredientem turbam prohiberẽt custodias disposuit & cõplorantibus locum tempusq̧ assignauit. Iubens licere cuiq̧ valẽti intra suum limẽ per triginta dies suos luctus agere exinde omni luctu Vrbem soluit atq̧ purgauit Cum per eos dies festa Cereris instarent. Sanius est omnino sacrificia pompãq̧ dimittere q̧ magnitudo calamitatis paucitate ac merore conuenientium accusaretur Nam sacrificiũ illud gratũ erat si a letis hominibus celebraretur Omnia que aures deorum placandorum vel prodigiorum propulsandorũ gratia persuaserat cõfecta sunt in delphum enim Appollinis consulendi causa pictorem augurem Fabii cognatum legauerunt ex duabus vestalibus virginibus in stupro deprehensis altera sub terra pro consuetudine viua abruta altera sibimetipsa mortem consciuerat. Sed lõge prudentem & mansuetam Vrbem existimamus q̧ consuli Varroni ex fuga redeunti q̧ turpius atq̧ infelicius q̧ vnq̧ alter rediret humili mestoq̧ ad portas Senatus populusq̧ salutatum obuiam incessit. Optimates primoresq̧ ex senioribus inter quos erat Fabius facto silẽtio Varronem laudauerũt q̧ de salute reipublice post tãtam calamitatem non desperauisse verum presente animo visus de salute ciuium curã suscepisset. Postq̧ Romam acceperunt post pugnam Hãnibalem ad reliquã Italiam diuertere resumptis animis exercitum atq̧ imperatores cõtra Hãnibalem misere Marcellus enim vt de eo legimus strenuitate atq̧ animi elatione clarus erat & ad conserẽdas manus promptissimus ac tali informatus natura quales presertĩ vocat Homerus in impetu congressuq̧ bellicosos atq̧ superbos hic contra Hãnibalem primus audẽti animo preliũ conseruit: Fabius vero qui erat eodẽ animi cõsilio

euo antea cusq; nemo cũ Hãnibale in aciem descenderet atq; eũ prouocaret sperabat illum per se indies suas vires attriturũ ac queadmodũ athleta qui labores corporis laborib9 aggerat suũ robur amissurũ. Vnde possidonius refert hunc a Romanis clipeum: Marcellũ vero gladium vocitatum. Sed cõmixto Fabii consilio & cunctatione cũ audatia atq; prõptitudine Marcelli salutẽ Romani inuenere. Marcellus cũ Hannibali sepe vt torrens occurrẽt illius vires frãgebat ac dissipabat. Cum etiam haud furenti morte in illũ irrueret: Fugere cogebat & tandẽ in tantam rerũ indigentiam impulerat vt bello fessum reddiderit: Fabium vero non pugnantem Hannibal timuerat nam plurimum temporis cum iis quãdoq; pretoribus quãdoq; proconsulibus bellũ habuit ipsorum enim vterq; quinquies consulatus functus est. Sed Marcellum in quĩto eius magistratu insidiis interceptum hostes interfecere. Fabium autem cum Hãnibal omni fraudis genere & conatu prosecutus esset frustra omnia egit nisi quod semel paululũ affuit quin eum punica arte intercepisset. Nam simulatas epistolas nomine principum Metaponti ad Fabium misit q; si ipse adesset vrbem sibi fore illos daturos & eos qui hanc rem acturi essent expectare illum vt aduentaret & proprius cum exercitu appareret his litteris commotus Fabius assumpta copiarum parte noctu iter ingreditur deinde cum minus secũdum auium habuisset augurium pedem retulit & paulopost litteras ab Hannibale ad eum dolo scriptas animaduertit cognouitq; illum sub Vrbem insidiis consedisse. Verum ab hac fraude Fabium fuisse securatum deorum beniuolentia factum esse quidam arbitrabantur. Rebelliones vero Vrbium defectionesq; sociorum prohibẽdas placandasq; esse mansuetudine ac miti oratione Fabius censuit neq; omnem suspitionem accusare atq; omnino omnibus suspectis molestum esse. Cum animaduertisset militem quendam Marsum & fortitudine & genere inter socios primarium defectiõis accusari a quibusdã qui erãt in castris nullã in illum egit animaduersionem sed cum sineret se preter dignitatẽ neglectum iri nunc inquit duces ad gratiã ineundam potius accusantur qua pro eorum virtute honores impartiantur deinde illum accusauit quod nulla in re officium eius exposcebat hec cum dixisset acerrimo equo aliisq; muneribus illum orauit. Quare exinde vicum sibi fidelissimum studiosissimumq; effecit. Absurdum enim ducebat: si equi & canes venatici propter hominum curam atq; familiaritatem: victumq; potius quam verberibus aut catenis difficultatem & acerbitatem: feritatemq; deponerent imperantes vero hominibus non gratia & mansuetudine rebelles animos hominum sibi conciliarent. Asperiora profecto violentioraq; sunt ea que agricole agunt de caprifico ac pirastro oleastroq;. Nam has arbores in oleas ficusq; ac piros domesticas fouendo ac blandienda conuertunt. Alterum militem genere Leucanum cohortum principes accusauerunt: quod ex castris se subripiens sepius ex ordine discesserat: hos Fabius interrogauit qualem hunc hominem esse animaduertissent: apporbantibus omnibus q; haud facile talis miles alter esset. Narrantibus etiam eius quasdam res gestas clarasq; virtutes cum Fabius causam scrutaretur: cum de ordine discederet comperit hominem ancille amore captum esse. Illamq; magno cum periculo longis itinerib9 ex castris petisse. Itaq; dimissis quibusdam qui mulierculam comprehenderent eã in temptorio abditam recõdidit & Leucanum ad se accitum benigne appellat. Nõ te fugit inquit quod preter leges ac mores Romanos multotiens e castris noctu discesseris. Sed antea bonum fuisse virum haud oblitus es: errores igitur tui cũ rebus abs te bene gestis recompensentur: sed in futurum aliis in rbus te obseruabo. Itaq; e ducte ex temptorio mulercule dexteram admirantis iuuenis dextere coniunxit. Inquitq; hec nobiscum in castris apud te propius manebit. Tu autem ita efficies: vt appareat hanc adesse nisi propter aliã quandã improbitatẽ hinc discedas

Fabius Maximus

Sed huius amore e castris te discedere ferebatur hec de iis apud historiam scribē
tes scripta comperio. Vrbem Tarentinā que proditione capta fuerat hoc modo re
cuperauit. Quidam adolescens Tarentinus qui Tarenti sororem sui amātissimā fi
delissimamq; habebat sub Fabio militabat hanc vir quidam Brutius quem Hānibal
presidio Vrbis prefecerat adamabat hoc in maximam spem rei conficiende Taren
tinum hominem coniecit. Consensu Fabii simulata ad sororem fuga ad Vrbem di
scessit Primis diebus cum illa hanc rem latere fratrem putaret vir Brutius sese ab
illius congressu quieuerat. Deinde adolescens sororem alloquitur profecto magnꝰ
rumor est inquit tecum quendam ex potentibus magnisq; viris congressum habe
re quis nam hic est? Si gloria & virtute vt ferunt insignis est bellum omnia miscēs
generis claritatem ostendit. Sed nihil turpe quod necessitas suaserit: verum feli
citas quedam est: eo tempore quod iustā habeat infirmitatē moderate desiderata
te potiri: deinde mulier virum Brutium accersiuit: fratremq; eius illi cognitum red
didit: ille cum statim animum suum apperuisset & maiori beniuolentia ac mansue
tudine q̄ antea Barbaro sororem prebuisset: illum sibi magna fide in sententiā suā
traxit. Quare rū Barbarus summa quiete amore suo potiretur allectus spe magno
rum munerum que nomine Fabii pollicebantur mentē militandi sub Hannibale cō
mutauit: hec de his rebus a plurimis scriptoribus traduntur. Quidam vero mulie
rem cuius amore Brutius ille deperibat nō Tarentinam sed Brutiam fuisse tradūt
Que cum Fabium alloqueretur vt cognouit & notum & conciuem esse Brutiorū
principem tunc Fabium certiorem huius rei fecisse quidam tradunt & cum in col
loquium sub muris venisset hominē persuasisse rem ꝑ verbis transegisse: his pera
ctis volutans animo Fabius qua arte Hannibalem castris longius abire impelleret
militibusq; qui in regio oppido erant iussit vt per litteras ī Brutium agrum incur
sionem facerent & per agrum Caulonium pro viribus irruentes cum octo milibus
militum agros hostiles inuaderent transfugas vero multos secum ducerent & ex
Sicilia a Marcello male honoratos & ignauosq; homines quibus parum doloris ac
detrimenti Vrbs capere posset si necarentur sumeret. Sperabat enim iis tanq̄ esca
obiectis Hannibali ipsum a Terenco habiturum quod ita contigit. Celeriter enim
Hannibal illuc cum exercitu aduolauit Sexto die Fabio Tarentinus obsidēte adole
scēs ad Brutium alloquutus cum sorore noctu ad eum venit. Et locum cuius custo
die Brutius preerat ante Fabius prorumpere volebat multa cum diligentia specu
latus Fabius tamen nō securus a proditione illuc cum paucis veniens silentiū egit
Reliquum quod erat exercitus ad muros terra mariq; magno clamore atq; tumul
tu iuit donec plurimis Tarentinorum illuc defendende Vrbis gratia concurren
tibus: Brutius Fabio signum dedit appositis scalis superatisq; muris Vrbs capta ē
hic videtur Fabium haut liberaliter rem gessisse. Nam vt obscurum esset per prodi
tionem Vrbem cepisse iussitq; primum Brutios interfici: hac re gloriam suam mi
nus splendidam effici & in perfidie & crudelitatis nomen incidit. Multi ex Tarē
tinis etiam abiere. Triginta milia hominū bona a militibus direpta dilata autem in
erarium talenta tria milia omnibus aliis rebus direptis cum scriba Fabium interro
gasset quid de aliis iuberet sic picturas statuasq; appellans inquit: deos Tarentinis
iratos dimittamus. Verum tamen ingentem statuam Herculis Romam delatam
in Capitolio cōstituit iuxtaq; ymaginē eius equestrem ex ere locauit qua ī re Mar
cello admirabilior apparebat. Sed vt scriptū est in rebus ab eo gestis multomagis
illa ostendebant illum mansuetudinis & humanitatis admiratione dignissimū Hā
nibalem ferunt quinquaginta stadiis procul a Tarento castra posuisse & aperte q̄
dem dixisse Romani alterum Hānibalem habent Vrbem Tarentinam ea arte qua
cepimus admisimus priuatim etiam ad amicos in hec verba sermonem habuit. Iam

antea Romanorũ fortunam aduersam grauem etiã prospexi. Nunc tales in Italia
imperatores habent vt impossibile esset nos bello superiores euadere. Fabius cla-
riore p̃mo hunc secundum triumphũ sibi cõparauit qui tanq̃ fortis athleta cum
Hãnibale bellauit & res ab illo gerẽdas vt nodos an ã q̃ nondũ ad perfectionẽ sũt
deductus resoluit nã Hãnibal parti propter delicias atq̃ diuitias suas vires diminu-
merat parti vero obtusus ac fractus ĩ (?)etus certaminibus fuit cũ Hãnibal Tarẽtũ
occupauit Marcus Liui9 presidii prefect9 arcẽ tutat9 illã seruauit quousq̃ Vrbs
a Fabio recuperata est hũc gl'a Fabii merore afficiebat hunc fuit q̃ quãdoq̃ apud
Senatũ inuidia & ambitiõe allectus inquit nõ Fabium sed ipsum recuperari Tarẽ
ti causam extitisse: Fabius ridens vera predicas inquit. Nã nisi tu Vrbẽ amisisses
ego illã non recuperassem. Romani aliis etiã in rebus Fabiũ multo splendiorẽ effe
cerunt & filio eius Fabio consulatũ demandauerũt qui cum magistratũ inisset &
quedã ad bellũ disponeret pater siue propter senectutẽ & ĩbecillitatẽ siue vt filiũ
experiretur: equo insidẽs per occurrẽtes & circũstantes proficiscitur: adolescẽs p̃
cul hoc intuẽs rem minime tulit sed ad eum lictorẽ misit q̃ iuberet equo desilire: &
patrem pedes incedere: siqua in re sibi magistratu opus esset: hec iussa alii moleste
ferentes Fabium tanq̃ indigna glorie sue patientẽ tacite intuebanẽ. Fabius repẽte
ex equo desiliẽs & celerius q̃ peditẽ filiũ mansuete petẽs & salutãs amplexãsq̃
bene inquit o fili sapis agisq̃: cũ imperii dignitatẽ ac magnitudinẽ amplificandam
curas sic nos maioresq̃ nostri ro. imperiũ auximus & liberos nepotesq̃ nostros sic
alimus vt semper patrie amplitudinẽ latiorẽ efficiãt. Ferunt quidẽ Fabii proauum
qui gloria & potentia Rome floruit q̃nquies consulẽ fuisse & clarissimos trium
phos ex maxĩs certaminibus egisse: & filio consulatum gerente legatũ ad bellum
venisse: in triumpho aũt alter quadriga inuectus est: alter in equo scilicet Fabius
exultans cũ aliis cõsequebaẽ quoniã filii dominus ciuiũ vero maximus erat. Sed il
lum aliis in rebus admirabãtur. Nam cũ filius eius diem suum obiisset. pro digni-
tate sapiẽtis viri optimi patris calamitatẽ modestissime tulit. Orationẽ laudatiuã
quã in funere clariss moꝝ virorum haberi vsurpatũ erat ipse ĩ foro p̃ filio habuit
& scriptã protulit. Postq̃ Cornelius Scipio ĩ yberiã missus Cartaginẽses plurimis
p̃liis fugauit & multas gẽtes multasq̃ Vrbes splẽdidissimas spolia referẽs ĩ ius ac
in dictionẽ populi Romani redegit: omnis superiores imperatores beniuolẽtia ac
gloria ĩ reditu superauit. Cũ consulatũ gereret. ani aduerteretq̃ magnas ab eo res
gestas a populo spectari cõtra Hannibalẽ exercicũ ducere priscum va de antiquũ
q̃ arbitrabaẽ Quare eũ statĩ agrũ Cartaginẽsẽ libicũq̃ armis & milite cõplesisset
ad depopulãdos agros & bellũ ex Italia in hostilẽ regionem reiicere animũ appli-
cuit & in hãc sententiã tuto animo popolũ prouocauit. Tũc Fabius in maximũ ter
rorem iniiciens ciuitatẽ q̃ imperito adolescẽti maximũ atq̃ vltimũ reipublice peri
culum demandareẽ cũ neq̃ vrbis neq̃ factis pepercisset ciues ĩ voluntatẽ suam cõ
uertit & Senatũ quidem persuasit populus aũt opinabatur Fabiũ inuidia secũdarũ
rerum Scipionis ductũ illi refragari timereq̃ si Scipio quid egregium gereret vel
bellum Italia exteret vel omnino hostẽ expugnaret ne ipse ignauie ac mollicie q̃ tã
diu rem bellicã administrasset accusareẽ: Fabius in pricipio magnopere sollicit9 vt
p̃ (?)multũ rei p. saluti prospiceret cõtra Scipionẽ sentire videbatur. Sed magis ap
& illustrandis exercitibus fit arma virosq; lauro de more coronabant. At qui sine
pugna beniuolentia & comitate orando rem bene gesserant iis imbellem hanc paci
ficamq; peanis cantu pompam lex sinebat agendam. Tibia enim pacis est veneris
quoq; arbuscula mirtus q̄ vim maxime bellūq; perosa ē. Ceterū hoc triumphi gen9
non ab ouatione hoc est clamore bacchico sicut multi putauere appellatē ouatio tam
& si illā ouantes canentesq; transmittāt. Credunt hoc a grecis nomen in consuetudi
nem deriuatum sicq; nec huius honoris quicq; ad liberū patrem pertinē quē enim
& Triambū nominant hoc nequaq; verum est. Ac tum milites in magno triumpho
bouem in hoc imolare ouem cōsueuerunt. Vnde huic triumphi generi nomen extat.
Dignum esse arbitror eum spartano᷑ legislatorem cōtemplari: qui contrario Ro-
manorū more sactificandum instituit. Nam siquis Lacedemoniorū dux quod velit
dolo aut psuasione confecerit bouem mactat. sin bello res gesta fuerit gallum. Is
enim tam & si bellatissimū genus sit: amplıora tamen magisq; homine digna que ra
tione ac prudentia q̄ que vi aut fortitudine cōfecta sint iudicabāt. Hec quoq; se ha
beant pacto cōsiderari possunt. Cete᷑ postq; Marcellus Consul quarto creatus est
eius inimici Siracusanos induxerūt vt de eo Romam questum vociferatumq; veni
rent. q grauissimas ab eo res contra federa & iura societatis passi forent. Tū Mar
cellus rem diuinā in capitolio faciebat. Sedentibus itaq; patribus Siracusani sup-
plices afferunt dicendi locum & pro violata ciuitate iusticiam implorantes quod
cum absentis gratia Marcelli egre collega pateretur Siracusanos arcebat. Id simul
atq; Marcellus accepit statim affuit & sella posita cum sedisset vt Consul ius dixit
prefectus ceteris descendens e sella in eum locum vti priuatus migrauit quo in ius
vocati solent. Siracusanis de se querendi facultatem prebuit. Qui vbi viri dignita
tem auctoritatem maiestatem & inuictum armis ducem secum versare confusi per
turbatiq; sunt terrorem magis agebat splendor purpure: qua nec eum cernere pa-
tiebantur. Ve᷑tamen aduersariorum exhortatiōibus excitati flebilibus lamentis
incusationem exorsi sunt. cuius summa hec fuit. Se cum socii amiciq; populi Roma
ni essent quod nec etiam sub reliquis imperatoribus pertulerint hostes perpessos
Ad ea Marcellus eos nil nisi q vi & bello capti quodq; arreri nequeat pertulisse
qui cum ab eo multa suaderentur & cōmonefireent audire sibi noluissent. Nec enī
a tirānis pugnare coactos verum & eos sub belli nomine dominatū vsurpasse. His
peroratis cum patres Siracusanos de more dimisissent Marcellus in senatu relicto
collega simul excessit ante fores curie expectans nil aut pene metu aut in Siracusa
nos ira solitam īmutauit habitudinē quin summa benignitate & modestia senat9

cõfu'tu finem oppeciebatur. Deinde patrum decreto Marcellus victor declarat
quapropter Siracusani sese ad eius genua proiecerunt lacrimis obsecrantes vt ab-
iecta aduersum presentes iracũdia reliquam miseraretur ciuitatem. īmortales sibi
gratias proinde habituram. Quibus placatus Marcellus cum iis presentibus cum
vniuersis cõciliatus est Siracusanis. quos inposterum perpetuus prosecutus est be
neficiis. Senatus quoq; restitutam libertatem illis leges impositas compluraq; ad
iudicata predia rata censuit habenda qoorũ gratia meritorũ cum īmensos alios bo
nores a Siracusanis assecut9 esset tũ decreuere vt quotiens Marcell9 aut eius quis
piam posterorũ in Siciliam traiecerent obuiam Siracusani coronati prodirent &
diis sacrificia instruerent. Hinc Marcellus ad Hannibalem vertitur versus quem
post Cannensem cladem ceteri Consules ac vniuersi ferme duces instructas cõsere-
re acies nusq; auderent & tumultuariis tantũmodo preliis vterent. ipse diuersam
aggressus viam versabat animo queadmodũ Hannibal postq; atticã vastasset ita-
liam nunc posset ab italia profligari. Fabium quoq; haud recte consulere: qui dum
semper tutis innititur. Vt languenti patrie mederetur differendum esse bellum cẽ
sebat: cũ interim labefactate vires contabescerent quemadmodũ trepidi ac minus
audentes medici factitant. qui cũ bona valitudo ac vigor absumitur opem egrotis
serius afferunt. In primis igitur quasdam sannitum amplissimas vrbes cepit. in q
bus ingentem tritici vim repositam & grandem pecuniã & tria penorũ milia que
inais presidii causa relicta fuerunt. Post hec cũ Hannibal. Gn. Fuluio proconsule
in Apulia cũ vndecim tribunis militum ceso maximam exercitus partem trucidas-
set Marcellus Romam litteras quibus ciues consolaretur dedit mox enim se vt ea
ex regione Hannibalem expelleret transgressurum. Que vbi lecte sunt haud dem-
ptum Romanis merorem verum etiam adiectum terrorem Liuius tradit eo ma-
gis accepta clade impendere discrimen ratis quo Fuluio longe Marcellus presta-
bat. Ceterum is queadmodũ scripserat continuo Hannibalem petens lucanians in-
greditur. Vbi cũ ad ministronem opidum penum munios tenere colles offendisset
ipse plano in loco castra posuit. postridie dũ prior ad pugnam copias eduxisset in a
ciem Hannibal descendit. Itaq; conflixere ingens atroxq; vtrinq; prelium gestum:
neutri victoriam adiudicauir. A tercia enim hora collatis manibus in multam vix
noctem dirempti sunt. Postera die cum primũ illuxit Marcellus productis copiis
pro acie per cadauera stetit & vt pro victoria decertaret Hãnibalem prouocabat
qui cum castra mouisset spolia hostiũ legit humatisq; suis hostem iterum insequit
pluribus sũmissis insidiis in nullas Marcellus incidit in omnibus tumultuariis pu
gnis superior quibus in rebus magna Marcelli laus erat & admiratio. Instantib9
idcirco comitiis senatos decreuit alterũ potius e Sicilia cõsulem q; implicitum Hã
nibali Marcellum subducere qui reuersus dictatorẽ dicere iussus est. Q. Fabium.
Non enim dictator a populo aut a senatu diligi potest. Verum alter consulum aut
imperator progressus ad populum quẽ censeat dictatorem dicit. Vnde quia dict9
sit dictatorem appellant. Nõnulli ab eo nuncupatũ dictatorem aiunt q non populi
suffragio aut assensu verũ qd is censeat imperet siquidem iussa magistratum que
greci diacagmata Romani vocant edicta. Is itaq; Marcelli collega e Sicilia reuer-
sus cũ alium dicere dictatorem mallet ne inuitus cogeretur noctu in Siciliam tra-
iecit Quamobrẽ. Q. Fabium dictatorem nominãte populo senatus ad Marcellum
litteras dedi vt hunc diceret. Sic Marcellus dixit & scito plebis auctoritatẽ adie-
cit Ipse dehinc procõsul designatus cũ Fabio maximo statuit vt is Tarentinos ad
oriretur ipse consertus Hãnibali eũ distraheret vt quo minus illis auxilium ferret i-
pedimento esset. Tum Canusiũ contendit penoq; sepenumero castra permutanti
pugnamq; detractanti vndiq; imminebat. tum vallum iacienti acrius istare leuib9

prelus eum vt migraret cogere. deniq; cum ipsum pelliceret nec pugnam Hanibal detractaret nox prelium diremit & primum dies illuxit Marcellus in armis structa inspectabatur acie. Qua re irritatus Hannibal coactus ad contionem Carthaginenses obsecrare vt pro vniuersis olim gestis eam decertarent pugnam. Cernitis inquit vt post tot partas bello victorias nulla nobis aut respirandi aut quietis facultas adsit nisi hunc propulsemus hominem At hisce adhortationibus prelium ineūt & quod ad rem Marcellus & intempestiua vsus est militia succubuisse videt. Dextro enim laborante cornu cum Marcellus ordines in primam succedere aciem iussisset turbatis ea mutatiōe ordinibus collata est hostibus victoria In ea pugna Romani ad duo milia septingentos cecidere. Marcellus vbi in vallum rediit cōuocato ad contionem exercitu multa se ait Romanorū arma & corpora at Romanum videre neminem. Eis autem veniam implorātibus non victus inquit sed si vicerint daturū eras denuo conflicturum vt antea victoriam & fugam ciues audiāt. Hec locutus victas cohortes pro tritico ordeo pauit. Quas ob res cum plures ex ea pugna summo cum discrimine egre se haberent neminem tamen accepta magis vulnera quā Marcelli confecerat oratio. prima hinc luce signum prelii rubicunda depromitur tunica. Tum cohortes que per ignominiā habite fuerant in primam educi aciem impetrant: reliquas tribuni militum copias productas proxime collocāt Id postq̄ Hanibal accepit dii boni inquit quisnam hunc tractarit hominem qui nec secundā nec aduersam ferre fortunam sciat Salus hic ocium nec vincendo prestat nec succumbendo suscipit. In hunc perpetuo videmur pugnaturi cui re tum aduerse tum prospere gesta audacie ac fiducie maiorem pudor causam inicit Tunc collate copie par vtriq; virorum fortitudo. Hannibal contra Romanos in primam aciem elephantos locari iubet ingenti mox tumultu primi turbati ordines sunt. Tum Flauius Tribunus militum correpto signo obuius fertur & primum elephantem aduersa percussum hasta vertit in fugam quare dum ille refugit proximum primo dehinc irruentes ceteros conturbat. Id conspicatus Marcellus tumultuantibus concitos pro viribus inferri iubet equites vt ipsos longe hostibus irritatiores redderet. Sic strenue inuadentes penos vsq; in castra trucidant. Plurimam eorum necem dum necantur caduntq; fecere belue. Ibi supra octomilia desiderati traduntur Romanorū cesa tria milia omnes ferme saucii: Que res Hānibali requiem ac spacium cōparauit & procul nocte insequenti castra mouendi. Marcellus enim cū ob sauciorum multitudinē persequi nequiret in Campaniam paulatim duxit exercitum: & dum curarent milites ad Suessam egit estiua. Hānibal vt primū sese a Marcello abrupit liberum recipiens exercitum intrepidus circūuagabatur vniuersam incendens italiam. Quapropter aduersus Rome de Marcello rumor dispergebatur. eius inimici Publium Bibulum tribunū plebis: qui illum accusaret incitabant. virum vtiq; ferocem & in dicendo grauissimū. Is vocato persepe ad contionē populo de abrogando Marcelli imperio: & altero subrogando imperatore egerat. Aiebat enim Marcellum paulo bellis exercitū perinde ac palestra fatigatum sese curandi gratia corporis ad calida conuertisse balnea. Hec vbi Marcellus accepit relicto legatis exercitu Romam ad deprecandas venit calumnias quacū paratam in se sententiam comperit: die ad circum flāminium prestituto ingens eo populi multitudo cōfluxit. Tum ascendēs bibulus accusator extitit. Marcellus pauca simp'itaq; de se cōmemorans refellit. Illustrissimi vero ciuitatis principes plurima de eo dilucide ac liberius plocuti orare ne iniquiores hoste iudices viderentur neq; formidine damnare Marcellū. quē is solum ex Romanis ducibus fugiat: semper cū eo imperatore pugnam detrectat cum ceteros lacessat ad prelium. His peroratis adeo iudicii spes fefellit accusatorē vt non modo ab hisce criminibus insons Marcellus mitteretur: verū etiā ipse quinto

consul designaretur. Initio consulatu intentus ad defectionem Etrurie ciuitates eius aduento sedauit placauitq;. Post hec cū ex Siculorum manubiis glorie ac virtutis edificatum templū dedicare vellet a pōtificibus inhibitus est. quod negarent vnā tam duobus deis edem haberi posse: quapropter aliā exedificare cepit haud facile se impeditum ferens quasi id ei dirum esset augurium multa quoq; illum signa p turbabant. Nonnulle icte fulminibus edes mures in cella Iouis aurū obrosere. Nūtiatū quoq; est bouem humanā emisisse vocem. infantem ex elephantis capite natū Que cum postea libationibus & sacrificiis expiaretur male libatum est: quare illū Rome augures detinebant bellī cupidicate flagrantem. Neminem enim cuiuspiā rei desiderio adeo affectum constat: quātum ille vir ut rem cū Hannibale ferro decerneret. Hoc illi nocturnum erat in somnium hoc vnum cum amicis collegisq; consilium hec vna vox ad deos ut cum Hānibale structa coniungeretur acie eumq; audissimum dixerim ut intra murum aut uallum quopiam incluso utrinq; decertaret exercitu & nisi uir parta insignis gloria & quod testatur experientia omnium imperatorum grauissimus idemq; sapientissimus extitisset ei iuuenili quoddam obtigasse vicium & preter ingrauescentē ipsius etatem gloriosum fuisse fortasse quis diceret supra sexaginta enim natus annos quintum agebat consulatum. Non tamē prius ab vrbe discessit q̄ vatum monitu sacrificia procurationesq; peregisset. quibus rite peractis cum collega profectus ad bellum est. Tum inter Bantiam ac Venusiū confidentem offendens Hannibalem eum ad prelium prouocabat. At ille pugnam detrectabat. Ceterum cum ad zephirios locros ac Petiliam consules partem copiarum mitterent idq; sensisset Hannibal locatis sub tumulum insidiis .ii. cccc. & d Romanos cecidit. ea res Marcellū iratum exciuit ad pugnam proinde propius admouit exercitum. Inter amborum castra munitus ad modum surgebat tumulus varia densus silua. Acclines vtrinq; specule inde fontani labuntur riuuli. Mirari profecto Romani q; hunc tam cōmodum genio locum haud prior occupās Hānibal eū reliquerat hostibus. Verum Hānibal illū cū castris aptum tū vero insidiis aptiorē iudicauerat: Ipsum itaq; ad huiuscemodi tantūmomdo rei vsum affectās siluam & cauernas iaculatoribus hastatisq; cōplerat: ratus huc ob loci cōmoditatē Romanos ituros. Nec illum spes fefellit. mox enim intra Romanorū castra fremebant eū occupari locū oportere. Ea res consules mouit monitiore q̄ hostes loco habituros castra vel castello tumulū firmaturos. Marcellus igitur locum cum paucis speculaturus equitibus sumpto vate imolauit. prime iecur hostie sine capite fuisse aruspex ostendit secūde quam imensium caput emicuit. Cetera quoq; mirum in modū leta apparuere. Quibus tū prioris solutus esse timor videretur responderūt aruspices se proinde veritos turbatosq; quod letissime post fedissimas atq; mestissimas hostie suspitionem absurde mutationis ingerunt. Sed enim fatum non ignis nō ferrea arcebūt menia vt est apud Pindarū. Marcellus sumpto collega Crispino & filio Tribuno militū egreditur cum equitibus ducentis & .xx. nullus Romanus aderat etrusci complures fregellani quadraginta fidelissimi s'quequaq; Marcello. Cererū in siluestria obtecta vertetis loca nulli visus insederat speculator. qui omnia in Romanorum castris facta prospectabat hic insideantibus aduentare Marcellū significat qui vbi propius illum accessisse sciuerūt repente ex insidiis prodeunt simulq; vndiq; circūfusi iaculantur feriūt fugientes insectantur in reluctantes manus conferunt Hi vero soli quadraginta fuerāt fregellani qui terrore confectos videntes etruscos protegendorū causa consulum pugnam cōmittunt quoad Crispinus duobus ictus iaculi verso profugit equo. Marcellū lata transfixit lancea quā lochen greci vocāt Tunc perpauci qui supererant fregellani eū prolabentem deserūt. filium vero saucium in castra fugientes arripiūt. cesi haud plures quadraginta capti lictores quiq;

equites duodeuiginti. Crispinus haud multis post diebus ex iis vulneribus dic̃ obiit. superiori tempore tanta nec dum Romanis clades obtigerat vno prelio vtrũq; mori consulem. Hannibal vbi Marcellum cecidisse nunciatum est ceteris pauci factis ad locũ cedis aduolat. vbi cadauer nactus diuq; formam roburq; membrorũ cõtemplatus nihil aut voce superbum aut vultu letus emisit. quẽadmodum nonnulli tam indomito tanq; difficili ceso fecissent hoste: verum necis indignitatem admiratus ei dempsit annulum. Inde corpus splendide ac magnifice ornatum cremauit Postmodum reliquis argentea in vrna conditis coronam imponens aureã filio mittere curauit· que dum ferrentur interuenere numide qui vt vas corriperent portantes adorti sunt. parte alia dum obsistitur viq; pugna cõmittitur ossa disperguntur. Id cum audisset factum Hannibal adstantibus dixisse fertur profecto nil fieri deo licet inuito: & affectis pena numidis amplius legendas transmittendasq; neglexit reliquias. quasi numen aliquod Marcellum sic vita defunctum indigne quoq; sepultura carere iussisset. Hec a Cornelio nepote atq; Valerio maximo scripta traduntur· Liuius autem & Cesar Augustus id vasculum ad filium deportatũ & splẽdide humatum prodidere. A Marcello complura preter ea que Rome extant diis dedicata cernuntur. nam catine scilicet opidi eius extitit gimnasium statue ac tabule ex iis q̃s Siracusis detraxit in Samotratia posite sunt ad deos q̃s Cabiros appellant. Inde Lindi in ede Paladis: ibi in Marcelli statua inscriptum hoc Possidonius refert. Claudius hic Rome quoddam memorabile sidus. Marcellus patrum stirpe satus veterum Septenas moderans per martia gesta secures. Cedibus hostiles sepe manus domuit. Nam huius Epigrammatis auctor proconsularem dignitatem ab eo bis administratam quinq; consulatibus annumerauit. Eius clarissima progenies ad Marcelum vsq; cesaris nepotem propagatur. quem Octauia Cesaris soror ex C. Marcello suscepit. Hic dum edilitatem ageret paulopost q̃ Cesaris filiã duxisset vxorem mortem sponsus obiit: Ad eius autem decus ac memoriam Octauia mater Bibliotecam instruxit. Cesar vero thetrum Marcelli nomine inscripsit.

T SI SCIO clarissime Petre illam hesiodi sentenciā landa-
ri a doctis·que hominē beneficii memorē eadē mensura red
dere iubet qua acceperit aut cumulatiore si posset. tamē il-
lud etiā non ignoro tantū esse ab vnoquoq; exigendū quan-
tum cuiusq; facultates prestare possunt. Equidē preter gra
tum animū & has litteras & vigilias meas non habeo quod
tibi reddam pro tantis beneficiis que non solū a te:sed etiā
a Cosimo patre tuo optimo ac sapientissimo viro accepi Que
enim illius erga me humanitas fuit:que meritaःqui amor erga studia litterarū
exercitacōnesq; virtutū:ille erat vnus doctoꝝ hominū pater:ille patronus ille per
petuus fautor atq; adiutor. Tu autē Petre non solū amplissimi patrimonii legiti-
mus heres:sed etiam admirabiliū virtutū suaꝝ diligentissimus imitator:in maxi-
mis occupacōibus quas tibi tum publica tum priuata negocia afferūt nunq; desi-
nis vel augere bonaꝝ artiū disciplinas uel tueri doctos viros.uel his honoribus cō-
modis beneficiis prosequi que ab hominibus expeti solent. Merito igitur qui in-
genuas artes profitent enti omni studio debent:nomen ac famā virtutū tuaꝝ per
petuis litteris celebrare. & quantū in eis est posteris tradere ad imitandū. Maxi-
me enim preter ceteros homines id prestare posse videntur vt excellentiū virorum
memoriā presidio litteraꝝ custodiāt:quibus nullū preconiū maius nullū monumē
tum perēnius reperitur. Quā obrem hortor omnis qui facere id possunt vt tibi be
nemerenti de optimis studiis viro certatim quisq; officiū suū exhibeant. Ego aūt
facultate copiaq; dicendi facile aliis cedam fascesq; submittā. Volūtate vero & p-
petuo studio ornande dignitatis tue nemo me vnquā superior erit. Veꝝ cum nup
quibusdam sermonibus interessem quos tu cum amicis vt pleꝝq; soles iocūdissime
conferebas:animaduerti te ex claroꝝ hominū memoria non mediocrē voluptatem
capere. Itaq; me domū recipiens constitui animo duoꝝ prestantiss.moꝝ ducū Sci-
pionis & Anibalis gesta:que ex variis auctoribus tum grecis tum latinis college
ram presenti uolumine cōplecti. idq; sicut alias lucubracōnes meas nomini tuo di-
care. ut quādo a maximis curis tibi ocium superesset paratum haberes opus:quod
ad solaciū animi:ad memorie dignitatē & obseruantie mee testimoniū pertineret.

SI PRIMI punici belli quod Carthaginenses cū populo Ro
meno gess-re memoria repetatur. multi Imperatores nobis
occurrent:qui ex rebus gestis gloriā consecuti celebrem fa
mam suis posteris reliquerūt. Sed ex penoꝝ ducibus nemo
est quem omnes greci Latiniq; scriptores magis extollant :
q; Amilcarem Anibalis patrem cognomento Barcham virū
sine dubio prestantē & rei militaris ut in illa quisq; esse eta
te poterat:peritiss.mū. Is primū in Sicilia Romanoꝝ impe
tum qui multas inflixerant sue rei p.clades diutius q; par erat sustinuit. Deinde
affrico bello cum mercennarii milites sedicōne facta rem Carthaginensiū in extre
mum periculū coniecissent. Sic strenue incendiū illud restinxit ut sit omniū sentē
cia iudicatū ea tempestate vnius Amilcaris opera patriā fuisse seruatam. In hispa
niam post hec cum imperio missus quo tempore Anibalem pueꝝ secum duxisse tra
ditur. Cum multa gessisset memoratu digna tandem nono anno q; in eam ꝑuinciā
uenerat aduersus Vetheones fortiter pugnans interiit post Emilcaris mortem :

Hasdrubal eius gener: quem carthaginenses fauente factione barchina exercitui
prefecerant octo ferme annos imperium obtinuit. Is Anibalem nõ multo tempore
post interitum patris repugnãtibus etiam alterius factionis principibus in hispa-
niam vocauit: vt sicut antea puer viuẽte Amilcare ceperat bellicis artibus erudiri
sic etiam tũc robustiore etate periculis: laboribus ac omnibus officiis militaribus
assuesceret. At vero & si ab initio mẽoria patris nõ parũ sibi in exercitu profuisset
ad fauorem conciliandum: paulo tamen postea sua opera atq; ingenio factum est vt
veteres milites aliorum ducum desiderio deposito hũc sibi animo proponerẽt: quẽ
precipue Imperatorem diligendum putarent. Omnia enĩ que magno futuro duci
expetenda esse videbant̃ abũde Anibali aderant. Quippe erat ei consiliũ ad egre-
gia facinora promptum: consilio autem neq; industria neq; audacia deerat. Nulla
pericula: nulla incommoda corporis: que ceteros remorari solent & a rebus geren-
dis abducere inuictum & animi virum terrebant. Vigilare: festinare: cuncta obire
que aut strenuo milite aut egregio Imperatore digna videbãtut. His artibus Ani-
bal sub Hasdrubale per trienniũ meruit: quo quidem tẽpore adeo totius exercitus
fauorem sibi conciliauit vt statim post Hasdrubalis mortem ingenti militum con-
sensu Imperator sit appellatus: quam prerogatiuã militarem fauente factione Bar-
china populus Carthaginensis sine contrauersia cõprobauit. Sex & viginti annos
cum est Imperator ab exercitu declaratus Anibalem natum comperio. Nouem enĩ
annoꝝ fuisse constat cum eũ pater in hispaniam duxit atq; ab eo tempore vsq; ad
interitum Hasdrubalis autore polibio Septem & decem numerantur anni. Verũ
ex quo die Anibal exercitum ac totius rei bellice administrationẽ suscepit nõ lõgã
moram interponendam putauit: quin populo Romano: quod multo ante aĩmo agi-
tauerat: bellũ inferret. Nam erat ei indignatio primũ aduersus Romanos obsici-
liam Sardiniamq; amissam cum omnibus Carthaginensibus pene cõmunis. Acce-
debat deinde priuatum odium & quasi hereditarium ab Amilcare patre acceptũ
quo nemo alter ex Carthaginensiũ ducibus nomini Romano fuerat infestior. Tra-
ditum quoq; memorie est Amilcare sacrificantem eo tempore quo in Hispaniã pro-
fectionem parabat. Anibalem admodum puerum iureiurando obstrinxisse: eũ pri-
mũ per etatem licẽt populi Romani fore inimicum: cuius quidem rei memoria &
acerba sane recordatio veluti quedam paterni odii imago ante oculos iuuenis ver-
sabatur animumq; vrgebat: vt ea semper moliretur: que ad euertendum Romanũ
Imperium pertinerent. Preterea factio barchina frequẽtibus stimulis eũ incitare
non desistebat: vt armis & imperio opes q̃maximas cõpararet. Ee igitur tũ publi-
cotum priuate cause cum Anibalem hortarẽt ad suscipiendum cum Romanis bel-
lum: ferox iuuenis occasionem nouandarum rerũ ex tali materia cepit. Erant in hi-
spania per id tempus saguntini quasi medii inter Romanorũ & Carthaginensium
fines iure federis ĩ libertate relicti. Hi postea se totos Romanis addixerunt inita-
q; societate Romani imperii fidissimi cultores habebantur. Quare Anibal consti-
tuit animo nihil oportunius fieri posse ad eliciẽdam Romanorum iram ac incendiũ
quod sibi optatissimũ erat concitandum: q̃ saguntinos armis belloq; lacessere. Sed
priusq; socius populi Romani aperte adorirẽt: statuit in olcadas aliosq; trans hiberũ
populos exercitum ducere ac iis ad deditionem compulsis aliquã sagunto nocendi
causam reperire qua non tam meditato consilio a se illatum q̃ a saguntinis cõtra-
ctum bellũ videri possit. Primũ igitur olcadum gente ad deditionẽ compulsa: uac-
ceos deinde aggreditur: agros depopulatur: opida permulta expugnat. Herman-
dicam & arbocolam vrbes opulentissimas capit ac iam ꝓpe omnẽ regionẽ in pote-
statem redegerat cum pleriq; ab hermãdica profugi se inuicem confirmantes ad-
uersus penum coniurant: multitudinẽ cogunt exules olcadum socios sibi adsiscunt

deinde persuadent carpentanis qui sibi finitimi erant:vt cōmuni consilio penum
in reditu suo nil tale expectantem inuadāt. Facile in hanc sentenciā discedentes
populi bellandi cupidi recentibusq̃ iniuriis lacessiti arma capiunt ac ingenti mul-
titudine coacti. Erant enim supra centum milia Anibalem redeuntem ex vacceis
prope flumen tagū adoriuntur. Ad quoꝝ conspectū subito cōstitē Carthaginēsiū
signa totoq̃ agmine pauor & trepidacio fuit. Nec ambigitur quin peni eo die in
signem cladē accepturi essent: si repentino hostium aduentu cōmoti predaq̃ onu-
sti cum ferocissimis gentibus conseruissent manus. Sed prouidus imperator Ani-
bal hec animaduertēs prelio supersedere statuit atq̃ ibi castra posuit. proxima de
inde nocte quanto maxime silentio potuit copiis amnē traductis: locum ea parte
q̄ transitus hosti facillimus dabatur ab omni p̄sidio vacuū reliquit vt partim simu
lato metu: partim occasione oblata barbaros ad transeundū flumen alliceret: nec
virum qui astucia omnes duces etatis sue sine controuersia superauit opinio in de
cipiendo hosce consiliūq̃ fefellit. Barbari enim natura feroces: multitudine quoq̃
sua plus nimio fidentes dum Cartaginenses perterritos esse arbitrantur: magno
impetu se in aquam proiciūt. Hos incompositos implicatosq̃ prius q̄ omnino flu
men traiciant equitibus primū mox omnibus copiis aggrediuntur peni magnoq̃
eorum numero interfecto reliquos infugam uertunt. Post hanc victoriam cuncti
trans hiberum populi deditionem faciunt p̄ter saguntinos: qui & si Anibalē suis
ceruicibus imminentem conspiciūt: tamē populi Romani societate confisi defensi
onem suscipiendā putant: Romam q̃ celerrime legatos mittunt: qui senatum do-
ceant quanto in periculo res eoꝝ sint & aduersus acerrimum hostem iam sibi vim
haud dubie inferentē auxilium petant. Vix saguntinoꝝ legati ex hispania discesse
rant Romam profecturi cū penus iam in apertum bellum prorumpens omnibus
copiis ad obsidendū oppugnandūq̃ saguntum accessit. Quod ubi Romam nuntia
tum est agitatumq̃ in senatu de socioꝝ iniuria miti sententia decreuerunt patres
vt P. Valerius flaccus & Q. Fabius Pamphilus ad Anibalem mitterent ut a sa
gunto recederet: qui si non pareret Carthaginem ire iussi sūt ad ducem ipsū pro
violato federe deposcendū. Hos oratores auditos esse ab Anibale vanaq̃ ab eo tu-
lisse responsa Polipius refert. Liuius cōtra nec auditos nec in castra admissos scri
bit. Ambo tamen in eo conueniunt: q̃ primum in hispaniam deinde in africam pro
fectos Cartaginem uenissent tradūt expositisq̃ patrum mandatis sic aduersū ha-
buisse dicunt factiōnem barchinam ut neglecti despectiq̃ re infecta Romam redi-
rent. Erant omnino in senatu Carthaginensiū factiones due quaꝝ altera iam inde
ab Amilcare cognomento barcha initiū trahens Anibali filio quasi ex hereditate
obuenerat: auctaq̃ deinceps in tantas creuerat opes ut domi forisq̃ in omī re de-
cernenda superior haberet. Altera vero principem habebat Hannonē virum gra-
uem sūmeq̃ in ea re p. dignitatis. toga tamē magis quā armis egregiū. Is ea tēpe
state: qua legati Romanoꝝ Carthaginem venerūt questū de socioꝝ iniuriis sol9
fuisse traditur: qui omī prope repugnāte senatu fedus cum populo Romano ser-
uādum censuit: monuitq̃ ut ab eo cauerent bello: quod extremā erat sue patrie p
nitiem allaturum. In quo si Carthaginēses nō tam animum hannonis q̃ eius con-
silium respicere voluissent & pacis potius q̃ belli auctorem audiēdum censuissent
sanctius sibi sueq̃ rei p. foret consultum. At illi vnius iuuenis seu furorem seu cu
piditatem secuti tantoꝝ maloꝝ que postea in sua capita redundarūt ex eo tempo
re occasionem dedere. Quocirca sapientes viros & optimos reꝝ p. gubernatores
finem magis in rebus humanis: q̃ initiū spectari & priusq̃ ad arma bellaq̃ prorū
pant experiri omnia consilio decet. Ceteꝝ saguntini p id tempus quo ab Anibale
obsessi sūt cum preter ius phasq̃ sibi bellū inferri viderēt plures mēses obstinatis

animis obſidionem tulerunt. Ad extremum multitudine hominũ ſuperante peno ad centum enĩ & .L. milia habuiſſe in armis creditur cũ iam magna ex parte di-ruta menia eſſent excidium vrbis expectare maluerunt q̃ in acerbiſſimi hoſtis po testatem venire. Octauo menſe q̃ ceptum oppugnari: captum ſaguntum quidam auctores ſũt quibus nec Liuius aſſentiri videtur nec aliud certum tempus obſidi onis illius in medium afferre. At vero expugnatio huius opulentiſſime vrbis ce-ptis Anibalis multis in rebus adiumento fuit. Nam ciuitates nonnullas que puni-ci Imperii pertesẽ metum defectionis prebebant exemplo saguntine cladis in fi-de retinuit: militum animos confirmauit ditato exercitu ingenti preda: precioſa munera ex ſpoliis ſagũtinoꝝ Carthaginem miſit quibus ſibi primarios obligauit ciues paratioreſq̃ reddidit ad futurũ bellum: quod cum populo Romano nõ in hi ſpania ut multi arbitrabant̃: ſed in Italia ſibi erat in animo gerere: Inter hec legati Romanoꝝ cum in vrbem a Carthagine rediſſent: vara que ibi acceperant referẽ tes reſponſa & ſub idem prope tempus excidiũ ſaguntinum nũciatum eſſet: ſera tandem populum Romanum penitentia cepit: q̃ labenti rei p. ſocioꝝ operemq̃ in ex tremo periculo poſtulanti non ſubueniſſet. Itaq̃ plebs patreſq̃ incredibili miſeri-cordia moti ſimul indignacõne accenſi. Conſules prouincias ſortiri iubent P. Cor nelio hiſpania T. ſempronio africa. Ii enim tum Conſules erant: cum ſicilia euenit. Legatos deinde Carthaginem mittũt principes ciuitatis: qui coram ſenatu poſt longam diſceptacõnem de federe iure cũ ſemina future contencõnis quaſi in cõſpe-ctum omniũ effudiſſent magnaq̃ ferocitate obtuliſſent bellum: Carthaginenſes e contra non minore audacia oblatum ſuſcipere: malo tamen conſilio ut poſtea res ipſa & belli exitus declarauit. Verũ Anibal cognitis iis que in ſenatu carthaginẽ ſiũ acta erant: cum iam tempus eſſe arbitrarẽt vt ſicut ab inicio inſtituerat. Italiã peteret res neceſſarias ingenti ſtudio parat: claſſem inſtruit: ex fidiſſimis ciuitati bus auxilia accerſit: omnes copias Carthaginem nouam conuenire iubet. Poſt hec gades ꝓfectus ante omnia cõmodiſſimũ eſſe ſtatuit oportunis cuſtodiis africam hiſpaniamq̃ munire: ne dum ipſe in Italiã contendit vacue ab omĩ preſidio Roma-nis relinquantur Itaq̃ primum in africam mittit equites mille & ducentos pedi-tum ex hiſpanis ad tredecim milia. Deinde ex diuerſis ciuitatibus africe quatuor milia peditũ euocat: quos carthaginem tueri iubet obſides ſimul habiturus & mi-lites Hiſpanie aũt preficit haſdrubalem fratrem eiq̃ relinquit. L. nauiũ claſſem & ad duo equitum milia. Peditũ vero ad duodecim milia. Atq̃ iis preſidiis vtrã q̃ prouinciã firmat non quia ea ſufficere arbitretur aduerſus Romanas opes ſi mo les belli aut in hiſpania aut in africa ſuſtinẽda foret: ſed q̃ hec ſatis eſſe exiſtimet ad hoſtem ſuis finibus arcendum: dum ipſe terreſtri itinere exercitũ ducens bellũ in Italiam transferat. Sciebat preterea populum Carthaginenſem ꝓ magnitudĩe imperii facile poſſe cũ vellet nouas copias parare nec ſolum reficere exercitũ do-mi ſi opus eſſet ſed etiam ſupplementũ ſibi in Italiam mittere. Ex quo enĩ graue ac periculoſũ bellum mercennarioꝝ indignacõne contractũ a ſuis ceruicibus de-pulerant Amilcare primũ: deinde haſdrubale: poſtremo Anibale duce continẽter victores ita punicum Imperiũ auxerant: vt ea tẽpeſtate qua Anibal in italiã venit longe lateq̃ eoꝝ paterent opes Nam omnẽ africe oram que noſtro mari abluit̃: te-nebant ab aris philenoꝝ haud multum diſtantibus a magna ſirte vſq̃ ad colũpnas herculis continet ea longitudo duo milia paſſuum transgreſſiq̃ paruũ fretum q̃d africam europamq̃ interiacet omni prope hiſpnia potiti erant vſq̃ ad pireneum montẽ qui eam prouinciã a gallis diuidit. His rebus in hiſpania atq̃ africa cõſti-tutis Anibal carthaginẽ nouam reuertitur: ubi iam copie inſtructe parateq̃ in ar-mis erant. Quapꝓpt̃ nichil ultra expectandum ratus aduocata concione militum

animos verbis confirmat: spem magnarum rerũ ꝓponit. fertilitatem Italie predicat
amiciciã gallorum cõmemorat. Demũ hortatẽ ut letis animis profectionẽ suscipiant.
Sequenti die a Carthagine mouens per maritimã oram ad hiberum ducit. Sũt qui
proxima nocte quiescenti Anibali iuuenem admirabili specie visum in somnis tra
dunt hortantẽ primo vt se ducem in Italiam sequeretᷣ. Deinde cum magno strepi
tu serpentem apparuisse rare magnitudinis cupientiq; scire quidnam id porten-
deret visum sibi audire uastitatẽ Italie esse. Nec mirandũ fuisset stantente Aniba
lis cure cogitacõnesq; vehementes quibus ille uigilans bellum Italicum agitabat:
quasdam nocturnas peperissent species nunc victorie nunc redis & incendii aliarumq;
belli calamitatũ similitudinẽ pre se ferentes. Fit enim interdũ sicut orator inqt.
ut cogitacões sermonesq; nostri pariãt aliquid in somno tale quale de Homero scri
bit Ennius de quo videlicet sepissime vigilans solebat cogitare & loqui Anibal su
peratis pirenei iugis cõciliatisq; sibi multis donis gallorum animis paucis diebus ad
Rhodanũ venit. Rhodanus amnis non longe ab histre Rhenique fontibus surgens
octingentis prope emensis stadiis in lacum lemannũ se condit. indeq; egressus ĩ oc
cidentem se vertens gallias aliq̃diu dirimit. ararisq; & aliorum fluminũ accessione
non mediocriter auctus tandẽ inter Volcas & Cauares pluribus capitibus in ma
re influit. Volcarum gens ea tempestate circa vtranq; ripam colebatᷣ Rodani hominũ
abundatissima erat & inter gallicas gentes opulentissima. Hi primo Anibalis ad
uentu amnem transgressi constiterant in ripa fluminis ut penos transitu prohibe
rent. Nam ceteris pacatis gallis hos neq; donis capere Anibal: neq; metu cõpelle-
re potuit ut amiciciã expeririq; vim Cartaginensiũ mallent. Igitur dolis cum tali
hoste agendũ ratus. Hannoni bomilcaris filio precipit ut occulte rhodanũ trans-
mittat & cum parte copiarum gallos nil tale opinantes adoriatᷣ. Is ut imperatũ erat
longiore itinere progressus ubi cõmodissimũ visum est flumen traicit & circum
ductis copiis prius ad hostiũ castra peruenit q̃ plane ab his videri aut quid rei ge
reretur cognosci posset. Galli clamore a tergo audito cum neq; consilii habendi re
q; arma capiendi spaciũ daretᷣ. & iam a fronte instaret Anibal pluribus nauigiis
ad traiciendũ paratus. subito castris excessere & quantũ cursu ac viribus efficẽ
potuerũt se ĩ precipitem dederũt fugam. Sic igitur ex aduersa ripa hostibus pul
sis relique Cartaginensiũ copie incolumes traducuntur. Interim crebri rumores
de aduentu Anibalis ad P. Corneliũ Scipionẽ qui paulo ante masiliã venerat de-
ferebantur. Que ut certius cognosceret consul alam lectissimorum equitum ad explo
randa consilia hostium mittit: quibus ut mandatũ erat celeriter proficiscentibus.
quingenti numide equites obuii fiunt missi & ipsi a peno speculatum Romana ca
stra: nulla mora interiecta est quin prelio contenderent. pugnatum est acriter ab
vtrisq;. Tandem superiores Romani multis ex suis amissis: pluribus ex hostibus
cesis reliquos in fugam coniecerũt. Post hec Anibal certior factus quo in loco Ro
manorum copie essent agitate secũ cepit prestaret ne ceptũ iter in Italiam prosequi
an aduersus presentẽ consulem exercitũ ducere & euentũ tocius rei experiri. Cũ
multe vtrinq; racões occurrerent. tãdem fluctuantẽ animo boiorum legati in eã
partem traxerũt ut omnibus rebus postpositis in Italiam contenderet. Nam Boi
iam ante pirenei transitũ legatis romanorum per fraudem captis. Manlio pretore
magna clade affecto sollicitatis in subribus ad penum defecerant ea precipue cau
sa indignati q̃ Romani paulo ante placentiã cremonamq; colonias miserant. Itaq;
horum consiliis persuasus Anibal castra mouit & per ripam Rhodani aduerso flumĩ
ne profectus paucis diebus peruenit ad locũ quem insulam galli appellant. Hanc
Arar & Rhodanus amnis ex diuersis montibus confluentes efficiunt. ibiq; nunc
Lugdunnũ est celeberrima gallie vrbs. quam longis postea temporibus a Plãco

Numatio conditam fuisse accepimus. Hinc profectus Anibal regionē Allobrogū ingreditur discordijsq; duoꝝ fratrū de regno inter se certantiū sublatis per castinoꝝ & vocontioꝝ fines ad flumen druentiā venit. Druentia oritur ex alpibus & citato descendēs cursu in Rhodanū sese effundit & quia uada frequenter mutat egre pedibus transiri potest. Eo tamē transmisso amne per aperta loca quantū facultas dari potuit exercitū ducens alpes petit. Veꝝ in superandis alpibus tot tātaq; incōmoda perpessum Anibalem tradūt ut quidā autores equales temporib9 eius belli ex ipso peno audisse dicant se supra. xxx. hominū milia maximūq; iumentoꝝ numeꝝ in trāsitu alpiū amisisse. Non solum enim cum montanis incolis multociens sibi pugnandū sed etiā aduersus angustias asperitateq; viaꝝ sic ei laborandū fuit: ut quibusdā locis per ingentia saxa igni acetoq; putrefacta sibi aparuerit iter Quintodecimo die superatis alpibus in agrū taurinū descendit. Quo michi verisimilius videtur per montē genue sic enim vulgo appellāt qui ex altero latere flumen druenciā: ex altero exitū in taurinos habet penum transisse. Postq; in italiam ventum est que aut quante copie Anibali fuerint. quia diuersa autores retulere. difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Alii centū milia peditū. xx. equitum. alii. xx. peditū. vi. equitū ex afris hispanisq;. Quidā vero gallis liguribusq; additis. Lxxx. millia peditū. x. equitū fuisse scribūt. Sed credere libet neq; magnum sibi fuisse numeꝝ copiaꝝ ut asserant primi post tot emensa terrarū spacia tantaq; detrimenta accepta. neq; ita exiguū ut secundi volunt: cum maxime res quas postea gessit menti occurrūt Qui vero mediam sequunt viam probabiliora dicere videntur: cum ex. Lxx. milibus peditū. x milibus equitū: que ex hispania mouit magnā partem in Italiam duxerit satisq; constet confluxisse ad eum ingentē multitudinem Liguꝝ galloꝝq; qui ea tempestate non minore odio in Romanos q̄ peni ardebant. cum ex taurinis in agꝝ in Subriū venisset Anibal aduersum habuit P. cor. Scipionē: qui a massilia ingenti celeritate in Italiā reuersus pado ticinoq; traiectis haud procul ab hoste consedit. breuiq; interiecto spacio ambo ii duces alter alterius castra speculaꝝ profecti equestri preliū cōmiserūt: in quo aliquādiu pari prope certamine dimicatū est. Ad extremū Romani cum vulneratus esset Cōsul & numide equites paulatim circūeundo a tergo imminerēt pedem referre coacti sunt. Itaq; sensim cedendo & consulem protegendo se in castra receperūt. Sūt qui ab africano filio iam tum pubescente seruatum patrem Corneliū scribūt. que quidem laus & si maxima sit in tam recenti teneraq; etate non tamen a uero nec a preclaris rebus quas postea gessit aliena uidetur. Hoc prelio expertus Scipio quātū equitatu preualeret hostis: statuit sibi ea loca petenda esse in quibus pedestres copie & consistere tucius & dimicare cōmodius posset. Itaq; sequenti nocte quanto maxime silencio potuit omni exercitu padū traducto in agrum Placentinū contēdit. Eodem venit paulo post T. Sempronius longus litteris senatus ex Sicilia accersitus ut ambo consules cōmuni imperio cōmuniq; consilio rem p. administrarēt Anibal etiā post equestrē pugnam cum omnibus copiis Scipionē secutus ad flumen Trebiā consederat sperans ꝓpinquitate castroꝝ fore aliquā dimicandi facultatem. quā sibi datum iri vehemētissime cupiebat: non quia longam morā sustinē nō poterat ob cōmeatus inopiam: sed etiā q̄ uia verebat infirmitatē galloꝝ: qui & spem nouaꝝ rerū & equestris victorie famā secuti ut facile in suā fidem atq; amiciciā concesserāt. sic etiā leui momēto fieri posse credebat. ut durante in suis sedibus bello odiū a Romanis in se vnum auctorē belli transferent. Igitur omnib9 modis materiē querebat vnde occasio cōmittendi prelii oriretur Accidit aūt optune per eos dies ut Sempronius consul nactus hostiū agmen preda graue palatumq; per agros inuaderet in fugamq; coniiceret atq; ex ea re prospere gesta de euentu

tocius rei coniecturā faciens in maximā spem veniret victorie consequende si iusta acie consererētur manus. Quare priusq̄ Scipio conualesceret & noui consules crearentur alicuius preclari facinoris edendi cupidus in certamen prodire decreuit rem improbante collega clamanteq; nihil intempestiuius agi posse q̄ omnibus prope aduersantibus gallis sūmam rei p. in discrimen offerri: Hoꝝ dissensiōes per occultos exploratores deferebant̄ ad penum Quibus cognitis callidus imperator extemplo locum inter vtraq; castra septū vndiq; & vestitū vepribus & dumetis inuenit ibiq; Magonem cum dilecta manu consistere iussit. Deinde equitibus numidis negociū dedit ut adicent Romana castra hostemq; lacessentes ad preliū exirent Ipse interim reliquū exercitū cibo potuq; refectū in aciem deducit. ut in omnē occasionē gerende rei intentus paratusq; in armis esset Sempronius consul ad primū tumultū numidaꝝ subito equitatū: deinde sex milia peditū: postremo omnes copias ex castris educit. Erat aūt brume tempus & summa vigebat asperitas hiemis in iis presertim locis que alpibus apenninoq; claudunt̄. Numide ut preceptū erat citra flumen Trebiā Romanū sensi trahentes vbi ad eum locū venerūt vnde suoꝝ signa conspici poterant: subito verterūt in effusū hostē equos Est enim Numidaꝝ consuetudo ut sponte pleꝝq; cedant mox vbi uisū fuerit sistant rursus maioreq; impetu q̄ prius hostem inuadāt. Sempronius extemplo equitibo ad subsidia reuocatis pro necessitate temporis aciem instruit: pugnā cum hoste cui omnia ad futurum certamen preparauerat cōmissurus Iam enim cum instructis copiis aderat Anibal ut presenti occasiōe certandi vteret̄. pugna primū a leui armatura. deinde ab equitatu inita est. In qua Romani equites cum impetū hostium sustinē non possent fa ile cesserunt loco prelium deinde legiones excepere tanta contentione tamq; paratis ad dimicandū animis ut resistere posse viderent̄: si eis fuisset cum solo pedite decernendum. Sed hinc equites elephantiq; terrebant. hinc pedites instabant acriter pugnantes aduersus rorpora fame frigoreq; confecta. Itaq; magis animis q̄ viribus hanc molem circumstantiū incōmodoꝝ sustinētes Romani pugnam extraxere. quousq; Mago ex insidiis exortus cum clamore ac tumultu incautos inuasit & media penoꝝ acies iussu Anibalis impetū in Cenomannos fecit. Tunc fuga ab auxiliaribus cepta Romanoꝝ fregit animos. Nam ad decē milia peditum ex Romano exercitu fuisse dicunt̄: qui per medios erumpētes hostes se placentiam contulere. Ex reliquis copiis fugientes persecuti maiorē partē concīderunt peni. Euasit tamē Sempronius consul sūmo periculo manibus hostiū eui tatis. Nec penis incruenta victoria fuit: multis ex suis militibus ac omnibus prope elephantis amissis. Post hanc pugnā Anibal per omnē regionē vagatus cuncta ferro igniq; vastauit. opida quedā cepit ac ingentē multitudinē incolaꝝ nullo ordine militari in certamen euntē parua manu fudit fugauitq; Vere primo maturius q̄ tempus postulabat ex hibernis mouens cum in Eutruriā contendēt & prope apenini iuga seua tēpestate repulsus exercitū in agrum placentinū reduxit. breuiq; interiecto spacio cum multe necessarie vrgerent cause. rursus eandē profectionem sicut instituerat suscipiendā putauit Nam galloꝝ insidiis prope circūuentus calliditate ingenii periculum capitis euitauerat. Egre enim ferentes galli bellū in suis agris diutius consistē. vnum Anibalē caput belli petebant Quo periculo cōpulsus penus maturandū sibi atq; in aliam ꝓuinciā omnē exercitum traducēdum putabat. Accedebat preterea q̄ ad opinionē gentium & suoꝝ militum alacritatē magni interesse arbitrabat̄ tantas videri Cartaginensium vires: tantum ducis animum vt in ꝓpinquas romane vrbi regiones arma transferre auderet. Quare post positis omnibꝫ rebus castra mouit superatisq; Apennini iugis per Ligures ea via qua ad paludes ac planiciem fluminis Arni est iter in Etruriā descendit. Armis

uehemencius excreuerat per eos dies atq; omnes circūadiacentes campos aquis
inundauerat. Igitur Anibal tantū exercitū secum trahens priusꝙ e palustribus lo
cis egrederetur vitare non potuit quin ingentem hominū ac iumentoꝝ iacturam
faceret. Ipse quoq; dux &si elephanto qui vnus superfuerat ex multis eminēs ve-
heretur. plures tamē dies ac noctes aeris intēperie vigilusq; confectus alteꝝ ami
sit oculum. Inter hec C. Flamminius consul exercitu a Sempronio accepto aretiū
venerat in consulto senatu egreq; ferente ꝙ relicto Rome. CN. Seruilio collega si
ne insignibus sine lictoribus furtim in prouinciā contēdisset. Hunc virum natura
ferocem plebis fauor supra modum extulerat atq; ita audacem reddiderat ut ap-
pareret omnia inraute inconsulteq; actuꝝ. Quod ubi Anibal comperit cōmodissi-
mum esse statuit ingenium consulis irritare conariq; omnibus modis ut anteꝙ col
lege eius gererē ad pugnam allıceret. Itaq; castra mouens per agꝝ Fesulanum arre-
tinumq; magno impetu vagaē. omnē regionē terroribus implet. cuncta ferro igni
q; peruastat nec prius populacōibus aut incēdus finē facit ꝙ passim vastatis agris
ad montes Cortonēses atq; inde ad transimenū lacum peruenit. Ibi locum contem
platus cum capere insidiis hostem quereret: prope angustā viam que ad transime
num ducit sub quibusdam tumulis equitatū locat: post montes leuē armaturā con
sidere iubet. Ipse cum reliquis copiis in planiciē descendit suspicatus id quod acci
dit Romanū consulē non quietuꝝ. Homines enim furentes ingenio facile ad om-
nes machinas atq; insidias hostium patēt sepeq; salutaribus consilus spretis sūmā
reꝝ in discrimē obiciunt. Flamminius ubi passim agros socioꝝ diripi: frumēta suc
cidi. edificia incendi sensit. subito contra omniū sentēciam qui collegam expectā-
dum censebant castra mouit iratumq; agmen ad hostem duxit. Cum occidēte iā
sole ad angustias Transimeni lacus peruenisset: eo in loco cōstitit continēti itinere
defessus miles: Sequenti die sub primam lucē nulla re antea explorata saltum trā
cendit. Anibal vero qui omnibus antea preparatis occasionē expectabat gerende
rei: ubi in patentiorē campum Romanū deductum cernit: dat omnibus inuadēdi
signum. Tunc vndiq; surgentes peni hostē lacu & montibus clausū adoriunē. nec
solum a fronte sed etiam a tergo & lateribus instant. Contra Romani nullo ordi-
ne militari prelium ineuntes cōstipati cōglobatiq; in nebula: que omniū oculos oc
cupauerat ueluti in vmbra pugnant: ut mirandū fuerat cum ab omni parte circū
septi tenerenē quibus rebus freti tamdiu pugnam distulerint. Nam supra tres ho
ras ita acriter certatū constat ut neq; maximus terremotus eo tempore a pugnan
tibus auditus sit: nec prius Romana acies inclinata ꝙ manu equitis cui Ducario
nomen erat cōsulem tota acie volitantē interfectū fama vulgauit. Tunc Romani
spoliati ꝓsidio ducis ac omni spe destituti tergauerterūt: alii mōtes: alii lacū petē
tes. quoꝝ multi in fuga sūt cōprehēsi atq; interfecti. Cecidere in ea pugna ex co-
piis romanoꝝ ad. xv. milia hominū. & ad. x. milia variis itineribus euasere. Fuis-
se etiam dicunē sex milia peditū: qui ab inicio pugne impetu facto saltum supera-
runt: & in eminēti quodam tumulo cōstiterūt. postea uero finito prelio accepta a
penis fide proditi fraudatiq; in victoris potestatē venerunt. Anibal ac ingenti vi-
ctoria parta: multos ex captiuis Italici generis liberaliter ꝑsecutus sine precio di
mitti iussit. vt humanitatis & indulgētie fama per populos vulgarē. a quibus ta
men virtutibus ingeniū eius longissime aberat. Fuit enim Anibal ferus immanis
q; natura & adiunxit etiam a prima puericia disciplinā: qua non iura: nō leges: nō
ciuiles cōsuetudines: sed bella cedesq; & hostiles ꝓditiōes tractare didicerat. Ita
q; crudelissimus euasit dux & in fallendis hominibus callidissimus. Nam ad deci-
piendum hostem semper intentus quos aperto marte superare non poterit dolis
aggrediebaē. ut facile ex presenti pugna & ex prelio quod antea cū Sempronio

ad trebiā cōmisit possumus iudicare. Sed hec in aliū locum differant̄. Romā vero vbi Flamminiū consulē uictum cesūq; cum magna parte copiaꝝ nunciatū est. ingens repente luctus ciuitatem inuasit. alii publicā: alii priuatam: quidā vtranq; calamitatem deplorabant. Miserabile spectaculū erat multitudinis mulieꝝ viroꝝq; confluentis ad portas. ut priuatim quisq; de suis necessariis certior redderet̄. pditum quoq; memorie est mulieres duas stantes sollicitis ac pendētibus animis pro salute filioꝝ: cum preter spem filii occurrissent subita leticia expirasse. Sub idem tempus quatuor milia equitū ad Flamminiū consulem mittebant̄ a Seruilio collega nōdū sciēte preliū ad transimenū factū. Hi in itinere audita suoꝝ clade cū in vmbriam se reciperēt: ab equitatu hostiū accepti ad hanibalem deducunt̄. Ceterum cum tot tamq; multiplicibus acceptis in sūmo periculo res Romana esset: placuit extra ordinariū imperiū queri dictatoreq; creari. quod vnum remedium aienissimis temporibus reipublice adhiberi solitū erat. Sed cum obsessis omnibus viis Seruilius consul Romam venire non posset, nouo exemplo populus romanus dictatorem Q. Fabiū: cui postea maximo fuit cognomen. & M. Minutius magistrum equitū dixit. Erat aūt Fabius vir magni consilii atq; prudentie & sūme in re p. dignitatis. Itaq; eo tempore omnes ciues hunc vnū intuebant̄: iamq; sibi persuaserāt eo duce aut nullo alio defendi statum ciuitatis posse. Hec ille nō ignorās ingenti cura rebus necessariis comparatis ab urbe proficiscit̄: & exercitu a Seruilio cōsule accepto duabusq; legionibus additis ad hostem pergit. Iam anibal a trāsimenno lacu recto itinere spoletū profectus tentauerat primo impetu si id opidū capi posset. cōcursu opidanoꝝ ad tuenda menia facto cum egregie defenderet̄ vastatis omnibus eoꝝ agris: vicis edificiisq; incensis. in picentes atq; inde per marsos & pelignos in apuliā contenderat. Dictator hostem secutus prope arpos haud pcul a Punicis castris consedit eo consilio ut morando cunctandoq; bellū traheret. Nimia enim superioꝝ ducū ferocia in eum locum rem romanā deduxerat: ut a totiens victore hoste non vinci eo tempore pro victoria haberetur. Itaq; omnia repēte mutauit Imperator mutatus. Nam cum anibal primo in aciem deduceret: deinde quiescente hoste omnē regionē popularet̄ ut vastando in oculis agros sociorū dictatorem exciret ad preliū capessendū. nihilo magis motus Fabius suos in castris continebat. Hanc cūctationē Romani ducis iniquo animo ferens Hanibal frequenter castra mutare cōstituit ut pluribus adeundis locis aliqua vel fallendi hostem vel cōmittendi prelii occasio oriretur. Quapropt̄ superato apennino ex agro arpinati in samniū venit. pauloq; post quibusdā campanis quos ad transimenū captos liberaliter dimiserat: afferentibus spem capue potiunde castra mouit perito quodam regionis admonito ut in agrū cassinatem exercitū duceret. Similitudine nominis casilinū dux itineris pro casino accipiens longe diuersa uia per Calentinum & Calenum agrum in campum stellatem Anibalem traxit. Vbi cum septa undiq; montibus & fluminibus regio teneretur cognito errore penus hominem crudeliter excruciatum necari iussit. Fabius per id tempus incredibili patientia usus uagari penum permisit donec occupato gallicano & casilino mōte oportuna loca presidiis firmauit. Quo factum est ut punicus exercitus prope circūuetus uel opprimi cōmeatus inopia uel turpi fuga sibi consulere cogeretur: nisi Anibal arguta fallacia frustrato hoste periculum euitasset. Nam hac re animaduersa: cum sibi oportunū uisum est: imperat militibus suis ut ex agresti preda: quā ab unde in castris habebat ad duo milia boum ad se deducant. Horum cornua facibus vinciri iubet. Deinde quosdam idoneos deligit viros: qui sub primam uigiliam facibus incensis ad sūmos mōtes beluas cōcitent. Nichil ex iis que imperata erāt: pretermissum fuit. Agitati boues ardentibus facibus sūma montium petunt. Copie paulatim

sequunt̃ Romani qui multo ante firmis presidiis saltus occupauerãt: re noua per
territi & insidias esse rati subito ex oportunis locis discessere. Fabius quoq; puni-
cam fraudẽ suspectã habens cum non satis cõstaret quidnã rei esset: suos in castris
continuit. Interim penus haud procul ab aquis sinuessanis quẽ locũ hac tẽpestate
incole regionis turrim balneoꝝ appellãt. saltũ transgredit̃ atq; in agrũ albarũ cũ
omnibus copiis incolumibus sese recipit: breuiq; interiecto spacio castra mouet q̃si
recta via Romã petiturus. sed postea conuerso itinere In Apuliã redijt. Ibi poti-
tus opido glereno opulento sane & habundãti omni copiaꝝ rerũ hiberna in iis locis
habere constituit. Nec multo post Dictator subsecutus haud procul a punicis ca-
stris in agro Larinati consedit. Inde rei p. causa Romã accersitus cũ celeriter sibi
proficiscendũ esset magistro equitũ denũciat: ut sese loco teneret ne absente se cũ
hoste manũ consereret. Nam sicut ab inicio ꝓpositũ fuerat animo: ita etiã postea in eo
perseuerandũ putabat. ut neq; hostẽ in prelio lacesseret: neq; lacessitus in aciẽ de-
scẽderet. Sed accidit post discessum eius ut M. Minutius preceptoꝝ immemor
hostiũ manũ adoriret̃ frumentatũ ab anibale missam palantemq; per agros cum
multa cede in castra compulerit. Extẽplo huius rei fama Romã perlata ac cetẽq; ru
moribus veluti adepte victorie nomen obtinuit. ac ita multitudinis impleuit au-
res ut repente sit magistro equitũ: quod ante id tempus cõtigit nunq̃: cum Fabio
dictaret equatũ Imperiũ. Hanc iniuriã sibi indigno illatã magno animo ferens Fa
bius in castra reuertit̃. Iam duo Dictatores vno tẽpore erant res ante eã diem in-
audita diuisisq; inter se copiis sicuti consulibus mos fuit: pari imperio exercitibus
preerant. At M. Minutius ex iis rebus tantã sibi arrogantiã sumpserat ut quod
vix anibal tociens victor auderet: ausus sit quadã die inconsulto collega certamen
inire ac in eum locũ copias suas perducere vbi punicis insidiis circũeunte ad arbi-
triũ hostiũ cedebant̃. nec vllam euadendi uiam habebãt nisi Fabius publice salu-
tis magis q̃ accepte iniurie memor in tẽpore subuenisset. Nam recentibus copiis
certamini superueniẽs haud dubie territ penũ & facultatẽ legionibus Romanis
dedit ut sese in locũ tutũ reciperẽt. Maximã hinc virtutis & prudentie famã cũ
apud suos tum apud hostes est Fabius consecutus. Nã & anibalẽ in castra redeun
tem dixisse tradũt eo prelio a se. M. Minutiũ se autẽ a Fabio esse superatum. Et
ipse Minutius cognita prudentia viri iuxta Hesiodi sentenciã meliori parendũ ra
tus cũ omnibus copiis in castra Fabii venit. magistratuq; deposito honorificentissi
mis verbis patrẽ Fabiũ salutauit. longeq; is fuit cunctis militibus letissimus dies
Ceteꝝ vtrisq; exercitibus in hiberna discedentibus post longã contentionẽ creati
sũt Consules noui L. Paulus Emilius & C. Therẽtius homo Varro ex infima ple
be populari aura ad cõsulatũ euectus. His concessum est vt maioribus copiis q̃ cõ
sueuerãt priores duces rẽ romanã gererent. Aucte legiones & noue quoq; veteri
bus addite. profecti ad exercitũ consules diuersi ingenii diuersam in administran
do imperio rationẽ seruabãt. L. Paulus vir prudens & fabiane artis & consilii me
mor. bellũ trahere hostẽ morari prelio abstinere. Varro contra furere audere cer-
tamen exposcere. At breui spacio interposito patefactũ est cũ magna calamitate
ac pernicie ciuitatis quantũ inter modestiã Emilii & Varronis arrogantiã interes
set. Nam anibal inopia frumenti timens ne aliquis motus in castris oriret̃ ex Gle-
reno profectus cũ calidiora pecisset apulie loca cũ omnibus copiis ad cannas con
sedit. quem insecuti Romani consules bina prope posuerũt castra ita inter se seiun
cta vt tantũ aufido dirimerent̃ Amne. Is solus fluuioꝝ ut tradũt quidã apenninũ
diuidit. atq; ex ea parte qua montes ad mare inferũ spectãt oritur in adriaticum
influit sinum. Verũ L. Paulus cũ videret penũ in aliena morantẽ terra. non posse
tot tamq; diuersaꝝ gentiũ copias diutius sustinere: in eadem sententia ꝑseuerabat

ut bellum duceret. Hanc vnam tutã vincẽdi viam: hanc hosti perniciosam: sue rei
p. salutarẽ esse cẽsebat. Quod si hoc C. Terẽcio persuasũ esset satis apparebat a
sedentibus rõnis frangi posse anibalis opes Sed vir inquieti animi non solũ nõ mo
uebatẽ auctoritate Emilii prudẽtissime consulentis: sed ipsũ etiã increpabat fre-
mebatq; per vulgus q in aciem prodeũte hoste militem ociosũ in castris continẽt
Quãobrem cum venisset dies in qua sũma imperii sibi obtigerat. vicissim enim ex
ercitibus preerant prima luce transmisso aufido signũ dimicandi, ppõit inconsul
to collega inuitoq; magis quia repugnare non poterat. q sponte eũ sequente. Ani
bal letus occasione q omnẽ dilacõem sibi aduersam esse censebat: copias amnẽ tra-
ducit paratissimas quidẽ atq; omni armoꝝ genere ornatissimas. Multa enim spo-
lia ex hostibus parta materiem prebuerant ad ornatũ. Erat autẽ Romanoꝝ acies
in meridiem versa. Hoꝝ oculos occupabat puluis meridiano excitatus vento: quẽ
incole vulturnũ appellãt. Hostes cõtra septẽtrionẽ spectabãt atq; ita in acie dispo
siti erant ut vtrũq; cornu tenerent afri: in medio consisterẽt galli atq; hispani. pri-
mũ a leui armatura deinde ab equitibus concursũ est. & quia exiguũ ad peruagã
dum spaciũ inter amnẽ peditatũq; relictũ erat atrox magis q longũ fuit certamẽ
pulso tamẽ equitatu Romano pedestris acies prelũ excepit tanto ardore animoꝝ
ut nullũ aliud tempus ad dimicandũ habitura uideretur. Sed nimia vincendi cu
piditas ut primo congressu iniciũ letum. sic etiã postea exitũ tristem romanis de
dit. Nam galli atq; hispani quos in medio locatos supra ostendimus. nõ substinen
tes impetũ Romanoꝝ sese ad afroꝝ subsidia recepere. Romani vero effuso cursu
in hostem delati dum urgẽdo cedentes in mediũ coeũt occasionem dederũt penis
ut ex vtraq; parte cornua circũducerẽt. Quingenti quoq; numide equites qui pau
lo ante simulata fuga a cõsulibꝰ fuerãt comiter accepti ac in postremo agmine cõ-
sistere iussi: ubi tempus visũ est gerende rei a tergo sese ostendũt subitoq; impudẽ
tes atq; inopinãtes hostes aggrediunẽ. Tũ vndiq; perturbata Romana acies haud
dubiã pro victoria dedit ad. xl. milia peditũ: ad duo milia supra septingẽtos equi
tes auctore Liuio eo prelio cesa dicunẽ. Polibius lõge maiorẽ numeꝝ cesoꝝ affert
Sed his in medio relictis illud affirmare libet hac cãnensi clade nullã maiorem vn
quã nec primo nec secũdo punico bello a peno hoste illatã esse romanis. Nam in ea
pugna cesus est Paulus consul vir memoria dignus. & vsq; ad supremũ diem om-
ni officio in patriã functus. Seruilius quoq; prioris anni consul: & alii consulares.
tum pretores pretoriiq; viri Tribuni militũ ac edilicii quidã: aliiq; permulti hone
stissimi senatores. tum oportunoꝝ ciuiũ exercitus: qui ad facietatẽ crudelissimi ho
stis interempti cecidecũt. Terentius consul qui auctor fuerat prelii cõmittendi.
ubi in omni parte penum superiorẽ uidit salutem sibi cõparauit fuga. Et Tudita-
nus tribunus militũ cum magna manu per medios hostes erumpens Cannusiũ ve
nit. Ibi ad decẽ milia hominũ ex manibus hostiũ tanquã ex tempestate emersa cõ-
uenerũt. sũmaq; imperii omniũ consensu ad appiũ pulcrũ & P. Corneliũ Scipio-
nem qui postea hoc bellũ confecit delata est. Hunc tandẽ exitũ Cannensis habuit
pugna. que celeriter Romam perlata & si omnẽ ciuitatẽ ut par erat mesticia lu-
ctuq; repleuit. Senatus tamẽ populusq; Romanus in tam aduersis rebus dignita-
te retenta: nõ modo de seruanda vrbe sed etiã de reparando exercitu cogitauit: iu
niores ad arma conciuit: nec Siciliã Hispaniãq; neg'exit: ut hec considerãs mirari
debeat tantũ ea tempestate vel animi uel cõsilii in illo ordine populoq; fuisse. Nã
vt ceteras omittam clades ad ticinũ: ad trebiã: ad transimẽnum acceptas. hoc po-
stremũ vulnus quo pene Romani imperii opes conciderũt: que alia gens sustinere
potuisset? Tulit tamen populus Romanus atq; ita tulit ut neq; industria consilio
neq; cõsiliũ magnitudini animoꝝ defuisse viderẽ. Anibal quoq; victor ĩ reficiẽdo

exercitu tempus terens spaciū uictis dedit ad respirandū. Nam si extēplo finita
pugna victorem exercitū Romam duxisset proculdubio aut succūbendā omnino
aut extremū subeundū discrimē Romanis erat. Huius postea tarditatis sepe per-
tesū anibalē tradūt palāq; conquestū quid cōsulentibus quieti militū magis eo tē-
pore credidisset q̄ Mabarbali prefecto equitū qui subito Romā caput belli petē-
dum censuit: cunctātiq; peno illud vulgatū protulisse dicitur. Vincere scis anibal:
sed victoria uti nescis. Verum nō omnia ut Nestor ille apud Homerū inquit da-
ta sūt hominibus simul. Aliis enim ars vincendi: aliis celeritas cōficiendi: quibus-
dam etiā conseruandi studiū defuit. Pirrhū Epirotarū Regem qui bellū intulit
populo Romano prestātissimū belli ducē fuisse accepimus. hunc tamē memorie p-
ditū est egregiū in acquirēdo imperio. in conseruādo vero minime aptū fuisse vi-
rum. Sic etiā alia aliis adfuisse: quedā etiā defuisse bellicis laudibus digna perve-
teres historias cognoscere licet. Ceterū post hoc preliū ad cannas cōmissum Atelā
Calatini: Sāmites: Brutii preterea atq; lucani aliiq; permulti Italie populi fama
ingentis victorie moti ad anibalē defecerūt. Capua quoq; quid multo ante concu
piuerat anibal veteribus relictis sociis noua se ei societate cōiunxit idq; ad opinio
nem gentiū magnū momentū rebus Cartaginensiū attulit. Erat enim ea tēpesta-
te validissima urbs multitudine ciuiū incolarūq;: & post Romā florētissima omniū
Italie ciuitatū. Hanc Etruscorū coloniā ut multa que de ea referunt paucis verbis
cōplectar. Vulturnū primo Capuā deinde a duce eorū capio: uel quod propius ue
ro est a campestri agro appellatā constat. Circū enim adiacēt campi omni fertili-
tate terre pulchritudineq; agrorū insignes: quos appellāt greci. Hanc
quoq; regionē ex omni parte illustres populi cingūt. Nam Maritimā oram inco-
lunt Suessani: Cumani Neapolitani. Mediterraneā a Septentrione Calentini &
Calem. ab oriente & meridie Dauni & Nolani. Preterea locus ipse natura muni-
tissimus est. Hinc mari: illinc maximis perpetuisq; montibus cingit. Ea vero tem
pestate florentes mira felicitate Campani cū viderent prope ad internicōem Ro
mani imperii pugnatū esse ad cannas facile ut plerūq; fit ad victoriā inclinarunt.
Anibalemq; victorem nō solū sibi societate iunxerūt: sed etiam incredibili honore
acceperūt in urbē sperantibus ciuibus confecto bello se inter Italos potentia atq;
opibus lōge primos fore. adeo plerūq; mortales in rebus humanis spes ac opinio fal
lit. Venīēti capuā anibali ingens multitudo obuiā effundit studio visendi celeber
rimi nominis ducem. cuius tot victorie & secunda cōmissa prelia in ore atq; oculis
omniū uersabāt. ingressus urbē deducitur ad domū Pacuuii familiaris viri & po-
tencia atq; existimacōe facile principis campanorū. Cena conquisitissimis epulis cō
paratur. ex campanis ciuibus nemo ad cōuiuiū adhiberetur: preter Vibelliū tare
am virū fortissimū & filiū Pacuuii hospitis: cui pater iratum anibalē eo q̄ Deciū
Magiū pro Romana societate pugnantem secutus erat magno negocio placauit.
Sed operepreciū est videre quāta & q̄ varia pericula pret opinionē hominū maxi
mis interdū accidāt viris. Nam is iuuenis licet simulacōne anibali: nocendi tamen
occasionē expectās. dū celebrat omniū sermone leticiaq; cōuiuiū patrē i interiorē
partē ediū abducit: eūq; hortatur ut simul secū graciā populi romani peccato am
missam sūmo beneficio redimere velit. Consiliū deinde aperit quo animū induxe-
rat: Anibalē patrie sue tocius Italie hostē de medio tollere. Homo qui id auctori-
tatis & parens esset filii dicto vehementer obstupuit iuuenēq; complexus: magno
labore: multis cum lacrimis vix tandē exorauit: abiecto gladio domi sue hospitē
tuto esse sineret. Ita Anibal qui ab occeano hispanieq; vltimis oris per ingentia ter
rarū spacia militē trahens nunc hostiū telis: nunc gallorū insidiis petitus euaserat
parū abfuit quin vnius iuuenis manu inter epulas mēsasq; necaretur. Postero die

frequẽs senatus Anibali datus est a campanis. in quo ille gratissimis verbis audiẽ
tum impleuit aures: multa promittẽs: multa suadẽs que facile credebãt campani.
propterea que sibi opinionis errore de italie principatu sperabãt. Quare ita turpi
ter se submiserũt peno ut quasi libertatis obliti non sociũ in vrbem sed dominũ ac
cepisse viderenẽ. Quin etiã preter alia petenti anibali sibi tradi Deciũ magiũ prin
cipem factõnis aduerse non modo seruili decreto est senatus assensus: sed etiã pas
sus est ut spectante populo carbenis vinctus in castra duceretẽ vir antique societa
tis memor reiq; publice magis q̃ barbaris gentibus affectus ciuis. Dũ hec capue
geruntur interim Mago anibalis frater carthaginẽ profectus felicissime victorie
nunciũ suis ciuibus detulit: resq; ab anibale gestas magnificentissimis verbis in se
natu exposuit. & ad faciendã fidem oracõi sue effundi iussit in vestibulo curie au
reos anulos Romanis equitibus ademptos: quoꝝ cumulũ alii modii vnius alii tri
um modioꝝ dimidiiq; mensurã excessisse tradũt. petitũ deinde supplementũ: con
cessumq; a senatu ẽ maiore studio q̃ postea missum. Nã presentibus rebus cõmoti
Cartaginenses ut iniciũ letũ: sic prosperũ belli finem sibi animis proponẽtes fauen
dum anibali: delectũ habendũ perseuerandũq; in armis censuerũt vno tantũ re
pugnante Hannone perpetuo hoste factionis barchine cuius salutare consiliũ pacẽ
suadens cum alias sepe: tum eo tẽpore maxime posthabitũ reiectumq; a penis est.
Anibal post societatẽ cum campanis initam ad vrbem Nolam exercitũ admouit.
oblata sibi spe per volũtariã deditionẽ illius oppidi Potiundi. Nec iã enim fefel
lisset opinio nisi pretor Marcellus concitatã multitudinẽ subito aduentu repres
sisset succedentẽq; menibus hostẽ tribus portis erupcõe facta cum magna cede in
castra adegisset: Hic est Marcellus vir bello insignis & militari gloria clarus. qui
primus magnitudine quadã animi atq; ingenii anibalẽ docuit posse vinci Post hec
Anibal rem nolanã in aliud tempus differendã ratus acerras petit: nullo negocio
vrbem capit diripitq;. Maiore deinde conatu casilinũ aggressus locum ad nocẽdũ
capue p opportunũ: cũ oppidanos prenestinosq; q ibi presidio erant: neq; pollicitacõi
bus neq; denunciacõe periculi permouẽ posset. exiguã partem copiaꝝ ad obsiden
dum oppidũ relinquit. ipse reliquũ exercitũ in hiberna deducit. Capua autẽ lo
cum statiuis delegit vrbem amenã & omni deliciaꝝ genere abundantẽ. Ibi miles
assuetus sub diuo vitam agere: frigus: famẽ: sitim: patienti animo tolerare: cũ ua
rie species voluptatũ sibi quotidie offerentẽ: breui ex strẽnuo ignauus: ex forti ti
midus: ex sollerti iners mollisq; euasit. Corrumpũt enim blande voluptates omne
robur animi indolemq; uirtutis: ingeniũ labefactãt: consiliũ eripiũt: quo quid per
niciosius humano generi afferri potest; Merito igitur Plato escam maloꝝ appel
lat uoluptatẽ. Et in presentibus rebus campane delicie magis q̃ alpiũ iuga q̃ ar
mati Romanoꝝ exercitus penis obfuerũt. Nam vna hiems segniter molliterq; a
cta tantũ valuit ad extinguendũ vigorẽ animoꝝ ut milites principio veris in cam
pum progressi omnis virtutis bellice obliti viderentẽ. Anibal exacta hieme ad ca
silinũ reuertitẽ sperans opidanos post tam longã obsidionẽ etiã inuitos in suã pote
statẽ venturos. At ii & si omniũ rerũ inopia laborarẽt: tamẽ cõstituerant animis
extrema etiã experiri prius q̃ se crudelissimi hostis fidei arbitrioq; permitterent
Quãobrem farre primũ: nucibus deinde per Vulturnũ a Romanis acceptis rẽ eo
usq; extraxere: ut cõfectis tedio Anibal: pactione quod antea recusauerat oppidũ
reciperet. Ceteꝝ hoc bellũ in quo mira felicitate omnia prope leta secũdaq; euene
rãt penis: nulla tot victoriis intercedẽte clade memoria digna: cepit per id tẽpus
varios euentus variãq; reꝝ condicõnem sortiri. Nam societas inita cum Philippo
Macedonũ rege & supplementũ a Carthagine missum & petilia consentia aliaq;
in brutiis expugnatẽ urbes spes Carthaginẽsiũ cõfirmabãt. Ex altera parte rõni

maximis prelis in Hispania Sardiniaq; hostibus fusis animos vehement erexerāt ad spem bene gerende rei prestātissimos eo tēpore quesiuerāt duces Fabiū maximū Semproniū graccū: & M. Marcellū virū omni bellica laude dignum. qui ita impigre rem romanā administrabāt vt sentiret penus sibi cū acerrimo simul prudētissimoq; hoste bellū esse gerendū. Primū enim apud cumas a Sempronio gracco magna suoꝝ cede repulsus coactus est obsidionē relinquere. pauloq; post apud nolam iusta acie cum Marcello congressus magnā plagam accepit. Nam ex Romanis citra mille: ex penis sex milia partim prelio cesa: partim in fuga capta dicūtur. Hec autē pugna quanti momenti fuerit facile ex eo intelligi licet: quid extēplo Anibal nole oppugnacōne omissa apuliā petens militem in Hiberna deduxit. His factū est ut veluti ex graui morbo respirātes Romani summis viribus aduersus hostē contenderēt: iamq; non solū tueri sua sed etiā aliena aggredi auderent. Maxime vero cōuersi erant ad Capuā oppugnandā refricāte animos frequēti cāpanoꝝ iniuria quid extemplo post Cānensem pugnā alienissimo rei p. tempore defecerāt ad victorē penū multoꝝ beneficioꝝ obliti que olim Romani in eam ciuitatem cōtulerāt. Campani contra sui delicti conscii nouoq; apparatu Romanoꝝ perterriti ad Anibalē in apuliam mittūt oratū ut maxime necessario tēpore socie vrbi subueniat. Is nulla interposita mora ex apulia profectus magnis itineribꝰ in cāpaniā venit. castrisq; ad tifata super capuā positis magis distulit in aliud tempus. q̄ prohibuit imminentē pestē campanis. Sed cum crebris excursionibus per agrū Neapolitanū uagaretꝰ: oblata est sibi denuo spes nole per proditionē occupande. Erat enim in ea vrbe sicut in plerisq; Italie ciuitatibus plebs a senatu diuisa. Multitudo auida nouaꝝ rerū Anibali: optimates meliores consilio populo Romano fauebāt. Peno igitur ad occupandā Nolam proficiscēti ut alias sepe sic etiā tunc cū instructis copiis Marcellus occurrit: primoq; cōgressu prelū cōmittere nō dubitauit. in quo superior Romanus tanta alacritate hostē reiecit ut satis appareret eo die calamitosam fuisse carthaginēsibus futurā pugnā si equites diuerso itinere profecti ut a Marcello institutū erat in tēpore adfuissent. Anibal nō sine magno detrimēto copiis in castra deductis paulo post ex eo loco ꝓficiscitur atq; in agrū Salētinū exercitū ducit. Nam quidā iuuenes Tarentini in aduersis prelis Romanorum iam pridē capti liberaliterq; dimissi cum in referēda gracia memores esse vellent: spem Tarenti recipiendi anibali fecerāt si propius vrbem exercitū admouisset. Quoꝝ pollicitacōibus cōpulsus penus omnibus modis huic rei studendū cēsuit: ut quod multo aute animo cōcupiuerat aliquo maritimo opido potiretꝰ. Erat autē ex maritimis vrbibus nulla alia tarento cōmodior ad auxilia ex grecia accersenda & multa in exercitū transportāda: que indies ad necessariū vsum expetebāt. Veꝝ & si aduersante Romanoꝝ presidio res in longū ꝓtracta sit: tamē nō prius ab incepto destitit anibal q̄ Nico & Philomenus autores defectōnis ꝓdiderūt vrbem. Arx solū a Romanis retenta que tribus fere partibus mari abluitꝰ: reliqua quarta est que aditū habet a terra quā murus & fossa muniebat. Ab hac parte anibal frustra expugnacōem expertus cū strennue defenderetꝰ fauces Tarentini portus impedire instituit: ratus hanc vnam superesse viā in qua Romani cōmeatu exclusi ad deditionē cōpellantꝰ. Sed difficile opus apparebat futuꝝ cum claustra portus possiderēt hostes & naues quibus exitus obsidēdi erant exiguo spacio inclusę tenerentꝰ. Has ex portu cui arx supererat subducę oportebat. & in proximū mare deferre. Nemo ex tarentinis reperiebatꝰ qui racōem huius rei explicande in medium afferret. Anibal tamē cū optarēt ſe'iqui \ mus vidit naues machinis ex portu subduci plaustrisq; impositas per mediā vrbem ad mare deferri posse. Itaq; adhibita sollertia hominū paucis post diebꝰ subducte naues ī altūq; delate cōtra fauces

portus stetere. Anibal recupata post centesimũ prope annũ q̃ in Romanoꝝ potestatem venerat. Tarentinis vrbe & arce terra mariq; obsessa in Sanniũ redit. Nã consules Romani frumẽtatoribus campanis oppressis direptisq; ad capuã duxerãt legiones ac omnia studia belli in expugnacõem eius vrbis intenderãt. Quãobrem prius cogitacõem cãpane rei studio ingenti suscipiens cũ omnibus copiis aduersus hostẽ contendit. breuiq; interiecto spacio non detrectantibus pugnam Romanis vtriq; in certamẽ progrediũtur: preliũq; insigne apparebat futuꝝ nisi eodem tẽpore Sempeonianus exercitus: qui Sempronio gracco in lucanis amisso a CN. Cornelio in campaniã ducebatur: certantes dirimisset. His enim copiis procul visis priusq̃ discernerent quis esset: teriti romani pariter peniq; copias in castra reducunt. Post hec consules ut capua auerterent penũ cum diuersas regiões: alter Lucaniã: alter cumas petiissent. Anibal in Lucanos profectus occasionẽ cepit cũ M. centenio configẽdi: qui temeritate atq; audacia insignis exercitũ sibi a senatu parũ prudenter creditũ callidissimo hosti obiecit. Cõmisso prelio Centenius audacissime pugnãs occiditur: ex reliquis pauci euadũt. Accessit tũc ad hoc incõmodũ ut anibal paulo post in apuliã proficiscẽs aliũ exercitũ Romanoꝝ: cui preerat Fuluius pretor insidiis circũuentũ profligaret deleretq;. Nam ex xx. milibus hominũ cum ad libidinẽ crudelissimi ducis trucidarentur: vix duo milia superfuere. Cõsules inter hec ex discessu anibalis occasionẽ nacti cum omnibus copiis ad capuam redeuntes vndiq; cinxerunt vrbem. Quod vbi anibal cognouit cum expedito exercitu in Campaniam profectus primo aduentu castra Romanorum inuadit. monitis antea campanis ut eodẽ tempore erupcõem faciãt. Imperatores Romani ad primũ tumultũ hostiũ partitis inter se copiis obuiam pgrediuntur. Cãpanis nullo negocio in vrbem cõpulsis durior aduersus penũ dimicatio fuit: qui cum alias sepe tum eo die acerrimũ Imperatorem se prestitit in prelio conserẽdo. Tentauit etiã siqua fallacia capere hostem posset. Nam cũ sui castra Romanoꝝ irrumpere conarentur. misit quendã latine peritũ lingue: qui iussu consulũ alta voce denunciaret Romanis ut castris iam prope amissis in proximos montes confugerent. Vox inopinata facile audiẽtes mouisset: nisi Romani punicis dolis assueti cognouissent freudem. Itaq; celeriter se inuicem confirmãtes hostem pedem referre seq; in castra recipere coegerũt. Anibal tentatis omnibus cum videret nullã facultatem sibi relinqui: qua duces Romanos a Capua remoueret pro socioꝝ periculo anxius confugit ad iam multo ante agitatũ & veluti ad extremũ reseruatũ consiliũ. Cunctis enim necessariis cõparatis castra mouet & quãto maxime silencio potest transmisso Vulturno amne per agrũ Sidicinũ: Allifanũ: Cassinatem infestis signis romam petit ratus aut hac via nulla alia solui tam pertinacẽ obsidionẽ posse. Quod ubi Romã certis autoribus nunciatũ est: tantus repente terror inuasit ut raro sit unquã intra menia vehementius trepidatũ: Cernebãt enim acerrimã hostem quẽ tociẽs in magnis rei p. malis experti erãt. infesta iam patrie signa inferre: & quẽ absentem sustinere non poterant: presentẽ senatui populoq; Romano seruitutem minari. Igitur in tam trepida re placuit ut Fuluius Flaccus alter ex ducibus Romanis a Capua accersitus & Consules noui Sulpitius galba & Cornelius Centimalus extra vrbem haberẽt castra: & C. Calphurnius pretor ualido presidio Capitoliũ tueretur: & ii ciues qui sũmos magistratus gessissent: repentinos tumultus auctoritate imperioq; sedarent. Anibal continuato itinere non prius constitit q̃ ad anienem tria milia passuũ ab urbe posuit castra: pauloq; post cum duobus milibus equitũ ex eo loco profectus ita vrbi appropinquauit ut a porta Collina vsq; ad templũ Herculis obequitãs situm meniaq; tam ample ciuitatis non solum spectaret sed etiam ociose contemplaretur. Quem cõspicatus Fuluius Flaccus ferre

indignitatem nõ potuit. Itaq; celeriter Ro manos equites aduersus hostem imma
sit, qui ut imperatũ erat magno impetu preliũ ineuntes facile ex eo loco submoue
runt penũ. Sequẽti die Anibal exercitũ ex castris educit. aciem instruit nullã di-
micandi morã facturus si allicere hostem ad certamẽ possit. Idem Romani facien-
dum & preliũ cõmittendũ putãt Quare progrediunt̃ in campũ armate vtrinq; co
pie tanta alacritate animoꝝ ut nullũ periculũ recusaẽ viderent̃ ꝑ eius diei victo-
ria consequẽda Etenim carthagirẽses de imperio orbis terre quod in eo veluti su
premo certamine collocatũ putabãt Romani de patria de libertate de bonis omni
bus: vtp; sua uel in hostiũ potestate futura essent: paulo post dimicaturi erãt. Sed
accidit res memoratu digna. Nam dũ parati in armis signũ dimicandi expectant
repente superuenit imber frequẽtibus procellis effusus: cuius tanta vis & aspe-
ritas fuit ut cogeret̃ quisq; militẽ in castra reducere. proximo quoq; die in quem
pugna dilata videbat̃ Rursus in aciem vtrisq; exeũtibus similis tempestas exorit̃
que non minus q̃ superior romanos pariter ac penos afflixit cõpulitq; ut instãtis
dimicacõnis obliti de salute tantũ & fuga cogitarent. Hec animaduertens anibal
conuersus ad suos exclamasse dicitur modo sibi mentẽ potiũde vrbis Rome modo
facultatem non dari. Id quoq; turbauit penum q̃ se tantis equitũ peditumq; copi
is ex propinquo Romã urgente supplementũ in Hispaniã missum & agrũ in quo
ipse constiterat longe maiore precio q̃ par erat emptũ fuisse cognouit. Quare in-
dignacõe accersus argẽtarius officinas ciuiũ Romanoꝝ per precon̄ uenire iussit
Verum post hec siue animo reputãs quãte molis esset expugnare Romanã vrbẽ:
siue inopiam frumẽti metuens. Decem enim dieꝝ secum cibaria tulerat castra mo
uere cõstituit. Itaq; ex eo loco decedẽs ad lucũ feronie se recipit: ac templũ quod
ibi opulentissimũ fuisse tradũt diripit. pauloq; post in Brutios Lucanosq; conten
dit Quod ubi Campani cognouere desperantes de sũma rerũ dederũt vrbem Ro
manis. Sic igitur capua recepta & in Romanoꝝ potestatẽ redacta: magnũ mon̄-
tum apud omnis Italie populos: magnũq; nouaꝝ rerũ desideriũ fecit. Mouit etiã
animos gentiũ ipse anibal hostis: qui multa oppida que tueri non poterat malo cõ
silio diripi vastariq; iussit. Nã ut antea sepe uictor plerisq; captiuis sine ꝓcio dimis
sis multoꝝ uoluntates liberali officio deiunxerat sic etiã per id tẽpus inhumana q̃
dam illius crudelitas causa fuit. ut multe vrbes punici in perii pertese in Roma-
norum fidem redirẽt. Quaꝝ in numero Salapiã fuisse tradũt: que autore Blacio
principe factionis Romane prodita consuli Marcello est: & lectissimoꝝ equitum
ala: que vrbi presidio erat prope ad internicionẽ deleta. Hec est vrbs in qua scrip-
tores nonnulli penum amore cuiusdam puelle captũ fuisse tradũt & in modicam
cupiditatẽ viri calumniis prosecuntur. Alii sũt qui huius ducis modestiã efferen-
tes: nec primũ cum bellũ in Italia gessit: nec postea cum in africã rediit aut cubã-
tem cenasse aut plus q̃ sextario vini indulsisse dicũt. Quidã etiã reperiunt̃ qui ani
bali crudelitatẽ: perfidiã: alia q; eiusdem generis vicia tribuẽtes: nullã de pudici-
cia aut impudicicia hominis mentionẽ faciũt. Vxorẽ tantũ ei fuisse scribũt Hispa
ni generis ex castulone non ignobili oppido: cui ob egregiã eoꝝ hominũ fidem car
thaginẽses indulgebãt precipue & cõfidebãt maxime. Veꝝ ut supra ostendimus
anibal amissã Salapia paulo post occasionẽ habuit longe maiorẽ q̃ acceperat reddẽ
di Romanis cladẽ Nam per id tẽpus Fuluius procõsul apud Herdoneã sedebat:
sperãs se vrbe sine vllo certamine potituꝝ. Sed quia nullus in propinquo esset ho-
stiũ metus concesserat enim in agrũ Brutiũ anibal negligenter obibat munera vi
giliaꝝ atq; in omni administracõne belli indignam Romano duci segniciẽ presta-
bat. Hanc negligentiã cum per occultos exploratores cognouisset penus non pu-
tauit occasionẽ negocii bene gerẽdi sibi omittẽdã esse. Itaq; in apuliã cũ expeditis

copiis profectus tanta celeritate ad Herdoneā uenit vt parū abfuerit quin Fuluium nil tale opinantē in ipsis castris opprimēt. Romani tamen ingenti animoꝝ fiducia primū impetū excipiētes pugnā diutius ꝙ par erat extraxere. Demū sicut biennio preterito circa ea loca duce alio fuluio. sic etiā auspicio huius fuluii precōsulis victe superateq; Romane legiones ꝓfligant̄. & Dux ipse cum magna parte copiaꝝ occiditur. Erat per id tempus in samnio Marcellus consul: quo cum esset nunciata clades imprudentia ducis accepta. quanq; serū auxiliū perditis rebus allaturus uidebat̄. tamē cupiens quod proximū auxilio erat detrimentū sarcire in agrum Lucanū eo enim post victoriā se receperat: anibal exercitū ducit. castrisq; in conspectu hostiū positis paulo post in aciem descendit. nec peni dimicacōem sibi fugiendā putant. preliū extemplo cōmittit̄ tanta obstinacōne animoꝝ ut eequis prope viribus usq; ad occasū solis certatū sit. nox dubie pugne finem fecit. Postero die Romani iterū in aciem exeūtes timoris confessionē expresserūt hosti. Anibal enim suos intra vallum tenuit: & sequenti nocte silenti profectus agmine in apuliam uenit. Marcellus quoq; per vestigia secutus penum occasionē querebat vt aliqua memorabili pugna de sūma belli decerneret. Iam enim sibi ꝑsuaserat maxime ex Romanis ducibus se consilio solertia disciplina ac omni munere milicie conferendū anibali esse. Sed tempus iam instantis hiemis impedimento fuit: ne iusta acie cum hoste contenderet. Nam leuibus quibusdā cōmissis preliis cum non fatigandi milites frustra viderent̄ in hiberna cōcessit. Principio ueris partim litteris fabii: qui alter ex nouis consulibus eius anni erat. partim natura sua excitatꝰ celerius opinione omniū ex hibernis egreditur: & aduersus sedentē eo tēpore ad Cannusiū penum exercitū ducit. Factū est autē ꝓpinquitate castroꝝ & certandi studio ut paucis diebus ter collatis signis acie dimicarent. primo die cum pari ꝑpe spe usq; ad noctem perduceret̄ pugna: & ad neutrā partem inclinaret victoria utriq; veluti ex cōposito se in castra recipiūt. Secundo die superior penus duobus prope milibus & septingentis ex hostibus cesis reliquas copias in fugam vertit. Tercio die Romani deluende ignominie cupidi quā ex proximo detrimēto acceperant primi pugnā exposcunt & a Marcello in aciem deducunt̄: cuius ferociam admiratus Anibal dixisse traditur rem cum eo hoste sibi esse gerendā: qui nec victor nec victus quiescere posset. preliū deinde attrocius ꝙ vīsum ex superioribus fuit nitentibus Romanis recens incōmodū resarcire. penis vero indignātibus ꝙ nuper victi victores ultro ad pugnā prouocarēt. Tandē Romani a Marcello increpiti monitiq; darent operā ut non ante cladis ꝙ victorie nuncius Romam uenire gradū acrius intulere nec prius dimicacōni finem fecere: ꝙ triplicata prope illata clade hostem in fugam conuicerēt. Sub idem tēpus simili prope ratione qua amissi fuerat Fabius maximus tarentū recepit. Quod vbi peno nunciatū est dixisse eū tradūt. & Romani suū anibalem habent. Sequenti anno Marcellus & Crispinus creati consules omnibus viribus incūbentes ad bellum duos consulares exercitus aduersus hostem ducunt. Quos anibal equo campo substinere posse diffidens cum alias sepe tum eo tempore omne ingeniū adhibendū putauit: ut hostem quē aperto marte superare nō poterat dolis caperet. Hec cogitāti longe maior ꝙ ausus esset optare occasio gerēde rei obicitur. Siluestris erat tumulus medius pene inter punica & Romana castra: sub quo turme quedā numidaꝝ latebant iussu anibalis oportunis locis constitute ut aliquos ex hostibus vagos palantes exciperēt. ex altera parte consules cōmuni omniū voce & sentencia moti visendū hunc tumulum. Deinde si opus foret occupandū censent ne eo neglecto potiātur hostes & suis desuper (?) de ceruicibus immineāt. Sed prius ꝙ exercitū moueant vt speculent̄ naturam loci. ambo ex castris exeūt & eo cū paucis equitibus proficiscēs incautius ꝙ tātos

uiros decebat in preparatas insidias incidũt. Momento temporis circũuenti cum neq; perrũpere a fronte possent & a tergo cederent necessitate magis ꝙ consilio preliũ ineunt. in quo Marcellus egregie pugnãs occiditur & Crispinus vulneratus uix tantũ spacii adeptus est vt se ex manibus hostiũ eriperet. Anibal postq̃m M. Marcellũ ꝙ maxime ex Romanis ducibus represserat cursũ victoriaꝝ suarũ interfectũ audiuit. subito in collem vbi pugnatũ fuerat trãstulit castra. Ibi inuentum Marcelli corpus honorificẽtissime sepeliri iussit: ex quo percipi licet quantũ ualeat apud omnis generis homines animi magnitudo excellentiaq; virtutis: cum interitum prestãtissimi ducis ne crudelissimus quidẽ hostis honore sepulture passus sit carere. Romani interim altero consule amisso: altero saucio extemplo se in proximos montes receperãt & in loco tuto posuerãt castra. Ipse autẽ Crispinus vicinas ciuitates monitũ miserat: quia collega interisset. & anulo eius potitus eēt hostis a litteris nomine Marcelli cõpositis ut cauerẽt. Salapiã iam Crispini nuncius venerat: cum littere ab anibali afferunt̃ significãtes Marcelli nomine se eo ꝓxima nocte ventuꝝ. Salapitani cognita fallacia viri nuncioq; remisso intentissima cura hostiũ aduentũ expectãt. Quarta uigilia anibal ad vrbem uenit. In primo agmine locati ex industria erant perfuge Romanoꝝ: ut latine loquẽtes fidem facerent Marcellũ adesse. Hoꝝ cum ad sexcẽtos oppidanos introduxissent clausa porta reliquas copias telis repellũt. introductos ad internicionẽ cedũt. Ita anibal irriti incepti pertesus castra mouet & in brutios proficiscit̃ ut locrensibus terra mariq; a romanis obsessis auxiliũ ferat. Post hec ingenti cura patrũ plebisq; noui consules facti duo peritissimi belli duces: M. Liuius: & Claudius Nero. qui partitis inter se copiis in prouincias ꝓficiscunt̃. Claudius in Salentinos. Liuius in galliã contẽdit aduersus Hasdrubalẽ barchinũ. qui superatis alpibus ingẽtibus peditũ equitumq; copiis iungere se fratri properabat. Accidit autẽ per id tempus vt anibal magnis afficeretur incõmodis a Claudio consule: qui primũ in Lucanis adhibitis etiã punica arte insidiis hostem fudit. Deinde in apulia prope venusiam peno congressus tumultuariã pugnam tanto impetu cõseruit vt magnũ numerũ hostium interficeret. Quo detrimẽto affectus anibal extẽplo ad reparãdũ exercitũ metapontum se contulit. Ibi paucos moratus dies copias ab Hannone accipit: & suis adiungit: ac rursus venusiam repetit. Claudius nõ longe a venusia habebat castra & interceptis hostiũ litteris cum Hasdrubalem appropinquare cognouisset dies noctesq; agitabat animo quibus modis efficere posset ne tantoꝝ ducum copie simul iungerent̃. Itaq; omni ratione subducta consiliũ cepit periculosũ ut apparebat futurũ: sed forsitan eo tempore necessariũ. Nam sub legati custodia castris relictis ipse cum parte exercitus magnis itineribus in picenũ profectus sexto die senam peruenit. ibi consules ambo iunctis copiis propter methauꝝ flumen Hasdrubalẽ adorti secũdissimo prelio conflixerũt ad LVI. hostiũ milia eo die cesa dicunt̃ parẽq; prope aiunt accepte ad cannas redditam hosti cladem. At Claudius Nero post hanc memorabilem victoriam nõ minus celeriter ꝙ profectus erat Venusiam repetens: caput Hasdrubalis prope stationes hostiũ poni captiuosq; dimitti iussit. qui tante calamitatis nunciũ ad penum deferrẽt. Nam cum ignorare cõpertũ est que parata primũ occultis consiliis: que deinde acta proximis diebus fuerant. In quo mirari libet callidissimi ducis sollerciã sic deceptam fuisse a Claudio in tã modico castroꝝ interuallo. vt prius cesum cum omnibus copiis fratrem ꝙ profectũ reuersumq; in castra consulem romanũ sciret. Veꝝ anibal hoc tam ingenti nõ solũ publico sed etiam priuato perculsus vulnere vicissitudinẽ Carthaginẽsium reꝝ se agnoscere inquit pauloq; post ex iis locis profectus in agrũ Brutiũ se recepit. Nõ enim latebat peritissimũ ducẽ quãtũ accessionis romane rei ea plaga ad methaurũ

accepta quãtũq; momenti ad sũmam vniuersi belli factura esset. Ipse tamẽ omnibus viribus que sibi in Italia post tot conserta prelia: tot expugnatas vrbes relinquebant: simul collectis inuicto animo per id tẽpus bellũ sustinuit. Et quod mirũ cuiq; videri debet: exercitũ ex hispanis afris gallis atq; ex aliis gentibus mixtum sic concordẽ siue auctoritate siue prudentia tenuit. ut ne minima quidẽ sedicio dissensione militaris sit in castris audita. Nec iam Romani sicilia sardinia hispaniaq; receptis hunc hostem aut in Italia delere: aut ex Italia deducere prius potuerunt ꝙ in africam mitterẽt. P. Corneliũ Scipionẽ: qui ex propinquo inferens penis arma in tantũ discrimẽ rem cartaginẽsem impulit: ut extẽplo necessitate coacti anibalem ex Italia reuocarẽt. Erat per id tempus sicut ante dictũ est in agro Brucio penus ac ex cursionibus magis ꝙ iustis preliis gerebat bellũ. nisi ꝙ aliquãdo cum Sempronio consule tumultuariã pugnam cõseruit: nec multo interiecto spacio cũ eodẽ iusta acie dimicauit. Primo certamine penus Secũdo Romanus superior fuit. Nec iam vltra in Italia quicq; memoria dignũ apud grecos latinosq; autores ab anibale gestum cõperio. Iussu enim Cartaginẽsiũ in africam accersitus post sextũ & decimũ huius punici belli annũ Italiã reliquit. multũ prius de senatu Cartaginẽsi: multũ etiã de seipso questus. De senatu quidẽ ꝙ se tam de diuturno tempore in hostili cõmorantẽ terra parz supplemẽto: pecunia & ceteris rebus que ad vsũ belli expetebant adiuuisset. De se vero ꝙ tociens Romanis legionibus fusis cesis ꝙ moram semper post victoriam trahens spacium dedisset hosti ad respirandum. Memorie quoq; proditũ est eum priusq; classem cõscenderet prope iunonis Licinie templũ arcum cõdidisse punicis grecisq; litteris insculptũ. in quo res a se magnifice geste sũmatim cõtinebant. Decedẽs autẽ ex Italia anibal satis prospera nauigacõne vsus paucis diebus leptim tenuit ac omnibus copiis in terram expositis ad rumentũ primo atq; inde camã ꝓfectus cum cognouisset quo statu res cartaginensiũ essent cõmodissimũ esse statuit de finiendo bello cõsiliũ inire. Itaq; placuit ei ut ad Scipionẽ mitteret ꝙ ab eo postularẽt vt aliquẽ locũ mediũ vtriusq; colloquio deligeret. Velle sese de sũmis rebus cum eo agere. Nec satis cõstat vtrũ iussu senatus an priuato cõsilio id factũ a peno sit. Colloquii renuendi Scipioni causa non est visa. Quãobrem cõstituto die cõuenere in patẽti campo cum singulis interpretibus duo celeberrimi duces & potẽtissimarz gentiũ imperatores diuersis sentenciis de pace & bello sermonẽ habituri. Nam anibal maxime ad pacem inclinauerat animũ: ꝙ cernebat rem Cartaginensiũ deteriorẽ indies fieri. Siciliã Sardiniã Hispanias iam esse amissas. bellũ ex Italia in africa translatũ. Siphacem potẽtissimum regem a Romanis captũ: omnẽ spem salutis in iis copiis esse repositã. quas ipse velut diutierni belli reliquias ex Italia traiecisset. quibus si quid durius cõtingeret: vix tantũ Carthaginẽsibus vel externi vel ciuilis roboris superesse vt ad tuenda Carthaginis menia sufficere posset. Igitur longa oracõne vsus vehementissime contẽdit Scipionẽ in eã sentenciã trahere vt pacem ꝙ bellũ mallet. Sed scipio cum in magna spe esset cõficiẽdi belli a pacis consiliis abhorrere videbatur. Itaq; post longũ sermonẽ ultro citroq; habitum re infecta ex colloquio discesserũt. Nec multo interiecto spacio preliũ illud memorabile apud camã conseruerũt: quod secundissimũ romanis accidit. primo cõcursu elephãti Carthaginẽsiũ in suos cõuersi equitatũ anibalis perturbarũt: & Lelius ac Masinissa ex vtroq; cornu pauorem augentes: nullũ equitibus spaciũ dederũt vt se ex fuga reciperẽt. pugnatũ est tamen a pedestri acie diu atq; acriter: cum peni superioribus victoriis freti in suis dextris totius africe salutẽ collocatã putarẽt. Romani autẽ animo pares spe etiã superiores essent. Sed Romanis non mediocre momentũ ad victoriã fuit ꝙ lelius ac Masinissa profligatis equitibus oportũe in prelium redeũtes maximũ terrorẽ

iniecerũt hosti. Eoꝝ enim aduentu celeriter factũ est ut pene remittẽtes ardorẽ pugne nullũ saluti sue preterq̃ in fuga remediũ quererẽt. Supra. xx. milia hostiũ eo die a Romanis cesa: totidẽ prope capta dicunt. Ipse anibal dux ad vltimũ euentum pugne moratus e media cede cum paucis effugit. Accersitus deinde Cartaginem vt labenti re p. subueniret ostendit senatui nullam spem in armis vlterius esse ponendã suasitq; vt postpositis ceteris rebus mitteret ad Imperatorẽ Romanum: qui quacũq; ratõne possent de pace agerẽt. Missi. x. legati cum pacis cõdiciones Carthaginẽ retulissent. ferũt Gisgonẽ quendã paci aduersantẽ sentenciam dixisse de renouando aduersus Romanos bello. que cũ a multis audiret: indignatus anibal eo tempore ab imperitis viris talia iactari: dicentẽ adhuc hominẽ ex superiore loco deturbauit: Et cum hoc audax negociũ ac libera ciuitate indignũ uisum multitudini esset suggestũ ascendẽs. Neminẽ inquit indignari oportere. si is qui a prima puericia a Carthagine profectus in bello & armis etatem egisset: vrbanas cõsuetudines ignoraret. Post hec de cõdicõnibus pacis ita prudenter disseruit: ut extẽplo Carthaginẽses tanti viri auctoritate cõmoti accipiẽdas eas leges quas victor & necessitas daret censerẽt. Fuerũt autẽ condicões admodũ dure: quales victores uictis in extremis rebus imponere consueuere. Sed preter cetera Carthaginẽses annuũ stipendiũ populo Romano usq; ad certũ tempus soluere tenebantur. Cum venisset dies in quo prima pensio conferẽda Romanis erat & ingemiscerẽt omnes ad vocem tributi: ferũt anibalem cõmotũ multi lamẽtacõe penoꝝ risum effudisse & increpitũ ab Hasdrubale hedo q̃ in cõmune totius ciuitatis mesticia tam effuse letaretur. respõdisse non letãtis hominis illũ esse risũ. sed eorum inanes lacrimas deridẽtis: que eo tempore in leuiore malo quod cuiusq; priuati ciuis pecuniã tangeret pocius manerẽt q̃ antea cum Romani classes arma & amplissimaꝝ victoriaꝝ spolia carthaginẽsibus detrahebãt victisq; imponebãt leges Non me preterit auctores esse: qui dicãt anibalẽ veritum ne petenti Scipioni dederetur statim re male gesta in asiam profugisse. Sed utrũ subito hoc factũ fuerit: an aliquãto post prelũ illud ad camã cõmissum parũ referre arbitramur. cum satis constet eum desperatis rebus in asiam profectũ exilioq; mulctatũ ad anthiochum peruenisse. Fama quoq; haud dubia est tam hospitaliter tamq; honorifice acceptũ esse a rege ut statim publicis pariter ac priuatis cõsiliis adhiberetur. Erat enim anibalis nomẽ magna apud omnes gloria: cõmunis insuper accedebat ira cõmuneq; in romanis odiũ nec leues stimulus ad excicandũ bellũ. Quare oportũe accessisse videbatur non solũ ad inflãmandũ animũ regis: sed etiam ad aperiendã viam gerendi aduersos Romanos belli: quã vnicam tantũ esse dicebat si arma in Italiã trãsferent: & italici generis cõpararent milites: quibus solis victrix aliaꝝ gentiũ prouincia superari posset. Centũ nauiũ classem: decẽ & sex milia peditũ: mille equites petebat a rege. His copiis se Italiã intraturũ pollicebatur ac turbaturũ italicas gentes: quas sciret ob recentẽ memoriã punici gesti belli uehementer horrere anibalis nomen. Spem insuper afferebat de punico renouãdo bello si per regem sibi liceret carthaginẽ mittere: qui factionẽ barchinã cõcitarent atq; eoꝝ animos pmouerẽt. quibus imperiũ populi romani erat inuisũ. Assentiẽte rege aristonẽ quẽdam tirum delegit hominẽ callidũ & idoneũ ad hoc negociũ cõficiendũ. Huic magnis premiis pollicitacõibusq; persuasit ut carthaginẽ peteret. amicos cõueniret: & mandata quedã verbis suis ad eos deferret. Ita Anibal patria exul per totum orbem terraꝝ aduersus romanos cõcitabat bellũ. Nec iam inanes hee cogitacões uidebantur future si anthiochus ut ab inicio cepit sic etiã postea ei magis q̃ adulatoribus & purpuratis suis fidem prestitisset. Sed inuidia quã plerũq; regie domus aũt. multos anibali aduersarios peperit: qui cũ vererent ne callidus impator

iis consiliis aucupãdo graciã regis : in maximũ auctoritatis & potentie gradum
ascenderet : eum suspectũ reddere nitebant̃. Accidit etiã per id tempus vt P. Vil
lius legatus ephesũ veniens frequẽtem cum peno sermonẽ haberet : ex quo facile
data est obtrectatoribus criminãdi facultas. & tanta suspicio de fide anibalis anti
ocho orta vt omnino a cõsilio regio excluderet̃. Sunt qui dicũt eodẽ tempore P.
africanũ vnũ ex legatis ad antiochũ missum cũ peno esse locutũ. & inter alia mul
ta ab anibale pecisse ut ex animi sentẽcia diceret : quẽ maximũ Imperatoꝝ fuisse
censeret. Anibalẽ autẽ respondisse primo loco sibi alexandrũ macedonũ regem : se
cundo pirchũ epirotã : tercio seipsũ collocandũ videri. Ad hoc leniter arridentem
africanũ dixisse. Quid censeres anibal si me vicisses? Me procul dubio inquit cun
ctis aliis imperatoribus anteferrẽ. Hoc responsũ Scipioni placuisse ferũt ꝙ se nec
posthabitũ nec adhibitũ in cõperacõem sed veluti incõperabilem occulta quadam
assertione a punico ingenio relictũ videret. Post hec anibal occasionẽ nactus An
thiochũ alloquẽdi iã inde a prima puericia repetẽs sic seipsũ purgauit : sic de odio
suo in romanos disseruit vt in pristinã graciã regis quã prope amiserat : amiciciã
ꝗ rediret. Itaq; rex cõstituerat animo hunc ducẽ cum regia classe in Italiã mittẽ.
ut prestantissimi viri & perpetui hostis populi romani sicuti iam sibi persuaserat
animũ ingeniũq; experiretur. Sed vnus Thoas princeps etholoꝝ huic sentẽcie ad
uersatus : seu inuidia seu ꝙ reuera ita agendum censeret. mutauit animũ regis. &
hanc deliberacõem que magnũ momentũ ad bellũ habitura videbat̃ omnino euer
tit. Hortatus est enim anthiochũ ut in greciã traiciẽs ipsemet rem suam ageret.
nec pateretur huius belli gloriã ad aliũ peruenire. Rex igit̃ persuasus paulopost
in greciã ꝓficiscitur ad excitãdũ aduersus Romanos bellũ. ubi non longo interie
cto spacio cum de cõciliãda thessaloꝝ gente cõmuni consilio agitaret. Anibal no
minatim sentenciã rogatus non tam de thessalis ꝙ de sũma rerum ita elato animo
disseruit ut ad probationẽ omniũ qui ibi aderãt assensũq; moueret. Non enim de
Thessalis magnopere laborandũ : sed curandũ omnibus modis censuit : ut Philippus
macedonũ rex aut in belli societatẽ veniret : aut neutri parti adherẽs dimicacõem
ociosus spectaret. Adiecit preterea cõsiliũ de inferẽdo ex propinquo romanis bel
lo : suã quoq; operã ad id conficiendũ amplissimis verbis pollicitus est & detulit.
Auditus est penus sũma attentione sentẽciaq; illius laudata magis ꝙ postea re aut
effectu cõprobata. Ex quo plerique mirant̃ hunc ducem : qui tot annos cum populo
Romano omniũ pene gentiũ victore certauerat eo tempore posthabitũ esse a re
ge : quo erit eius opera & consiliũ maxime expetendũ. Quis enim in toto orbe ter
raꝝ callidior imperator reperiri poterat? quis ad gerendũ cum Romanis bellũ ac
cõmodatior? Hunc tamẽ posthabuit rex inicio gerendaꝝ reꝝ : nec multũ tempus
preterit cum ceteroꝝ consilia deridens fassus est vnum Anibalẽ preuidisse ea q̃
in rem essent. Nam cum bellũ in Grecia prospere euenisset romanis : cessit ex eu
ropa anthiochus & ephesũ se recepit. Ibiq; solutus curis pacem animo destinabat
minima credẽs timẽda esse in asia romana arma. Nec deerat talia cõcupiscẽti adu
latoꝝ assentatio perpetuũ malũ regum : qui dum ea que volunt libenter audiunt :
se adulari sinũt & falli equo animo patiunt̃. Sed anibal cui nota erat potentia Ro
manoꝝ & dominãdi cupiditas : regem monuit ut de omnibus aliis preterq; de pa
ce cogitaret : Romanos crederet nunq; quieturos : nisi cum experti essent an sicut
in Africa Europaq; ita etiã in tercia parte orbis terraꝝ extendere fines imperii
possint. Motus auctoritate viri Antiochus extẽplo polixenidã hominẽ sagacẽ &
maritimis certaminibus assuetum aduentãti Romanoꝝ classi ire obuiam iussit &
penum in siriã misit ut magnã vim nauiũ compararet. Huic deinde classi anibalẽ
ipsũ & Appolloniũ quẽdã ex purpuratis suis prefecit. qui cũ audissent polixenidã

cum Romanis cõgressum haud prospere rem gessisse: preliũ ipsi cum rhodiis qui
socii erant populi romani cõmittendũ putarũt. Anibal in ea pugna eudamũ prefe
ctum rhodioꝝ a sinistro cornu inuadẽs iam pretoriã nauiũ circũuenerat & sine du-
bio superior erat: cum ex alio cornu hostes fugato appollonio aduolarũt & victori
am prope iam certã ex eius manibus extorserũt. Post hanc naualẽ pugnã paꝝ feli-
citer tentatã nihil fere memoria dignũ ab anibale gestũ accepimus. Nam debella
to antiocho romani preter alias condicões quas imposuerũt regi anibalẽ perpetu-
um sue reipublice hostẽ sibi tradi postulabãt. Hec anibal multo ante prospiciens
subito post illã memorabilẽ pugnã ad magnesiã cõmissam: qua regie opes concide-
rũt ab antiocho discessit & longis erroribus euagatus. tandẽ ad prusiã bithinie re
gem cõfugit: non q̃ in amicicia eius spem multã reponeret: sed quia per orbẽ ter
rarũ longe terra mariq; dominãtibus romanis armis locũ magis necessariũ quem
posset q̃ tutũ cuẽ vellet sibi petendũ censebat. Sunt qui victo anthiocho in cretã
profectũ ad cortinos Anibalẽ dicũt. ibiq; extẽplo vulgatũ esse eum magnam vim
auri argentiq; secũ ferre. Ex quo veritũ ne cretẽses sibi manus inicerent tale re-
mediũ inuenisse ad periculũ euitandũ. Amphoras plũbo aurato refectas in tem-
plo diane collocari iussit: simulãs se eaꝝ veluti thesauri sui maximã curã sollicitu-
dineq; habere. Ex altera parte statuas eneas quas pecunia impleuerat: domi abie
cit. Dum illi templũ custodiũt ne amphore se inscius auferant. interim anibal ve-
lis in altum datis in Bithiniã profugit. Est autẽ in bithinia vicus iuxta litus ma-
ris: quẽ incole regionis libissam appellãt. de quo vulgatũ carmẽ circũferri solitũ
aiunt. Corpus anibalis libissa tumulabit terra. Eo in loco diuersabatẽ penes rõ in-
erti quidẽ ocio vitã agens: sed in nautis equis ac militibus exercẽdis studiũ adhi
bens. Dicunt autẽ scriptores quidã hoc tẽpore prusiã gerentẽ bellũ cum Eume-
ne pergami regi: qui socius & amicus erat populi romani classi anibalẽ prefecisse.
Hũc vero nouo cõmento Eumenẽ aggressum ex nauali prelio victoriã reportasse
Nam priusq; pugnã inirent: Anibalẽ tradũt magnã serpentũ copiã in uasa ficti-
lia coniecisse. deinde inito prelio dum omniũ animos oculosq; occuparet certamen
uasa in hostium naues immisisse: atq; eo pacto implicatos hostes & re noua perter
ritos in fugam vertisse. Eius autẽ sic geste rei non vetustiores annales: sed emilius
& trogus meminerũt. Itaq; fides penes auctores sit. Ceteꝝ hoꝝ regum contẽtio-
nibus romã perlatis senatus T. Flãminiũ cuius ob res in grecia gestas celebre no
men est: legatũ in asiam misit ut quantum coniectura assequi possum cum vtroq;
rege de pace ageret. Is cum ad prusiã venisset iniquo animo ferens hominẽ inimi-
micissimũ nomini romano ex tot domitis gentibus populisq; cesis superesse: mag
na contentione a rege impetrauit ut sibi anibal dederet. Iam inde ab inicio penus
leuitatẽ prusie suspectã habens in diuersorio plures cuniculos fecerat septẽq; exi-
tus prepauerat ad capessendã fugam siqua repentina necessitas cõpulisset. Auxe
rat etiã nõ mediocriter hanc suspicionẽ suã Flãminii aduentus: quẽ sibi tum publi
ce ob cõmune odiũ vrbis: tum priuatim ob memoriã Flãminii patris ad trãsimen
num lacũ interempti omniũ romanoꝝ infestissimũ esse credebat. Ita anxius curis
remedia ut supra diximus ad euadẽdũ inuenerat paꝝ sibi aduersus tantas opes ꝓ
futura: cum milites regii frequentes ad eum capiendũ missi vndiq; cinxerũt do-
mũ. Ad primũ eoꝝ aduentũ tentauit anibal per quẽ occultissimũ exitũ fugam ca
pessere. Vbi eum locũ custodiis teneri censit: omni spe euadẽdi abiecta statuit mor
te volũtaria romanoꝝ manus effugere. Alii seruũ ab eo iussum cõpressa gula spiri
tum interclusisse tradũt. Quidã sanguinẽ tauri sicut clitarcus Stratoclesq; de Te
mistocle finxit: bibisse eum dicetur atq; eo potu mortuũ concidisse. Liuius autem
locupletissimus historie autor Anibalẽ scribit venenũ ad similes casus preparatũ

popoſciſſe & pene mortiferā illā potionē tenentē manu dixiſſe. Soluamus ingēti cura populū ro. ubi mortis iam conſūpti ſenis tantū tanq̄ preſens deſideriū tenet Romani patres pirrhū epirotaꝝ regem in feſtis ſignis appropinquātem menibus romane vrbis a veneno monuerūt ut caueret. Hi autores fuere vt regie dignitatis vincteq̄ dextre oblitus hoſpes hoſpitē ſcelere proderet. His dictis regem pruſiam multis execracōnibus deteſtatū veneno ſibi conſciuiſſe mortē. Lxx. etatis anno ut quidā memorie prodiderūt. Defuncti corpus apud libiſſam collocatū dicūt in lapideo ſepulcro in quo ſcriptū fuit Anibal hic ſitus eſt. Sed eius mortis nuncium accipientes Romani uarie id prout cuiuſq̄ ingeniū erat interpretabant. Pleriq̄ Flāminiū crudelitatis arguebāt: qđ veluti preclari cuiuſdā facinoris gloria adepturus auctor extitiſſet opprimēdi exacta etate virū: a quo nullū vlterius periculū rei p. iam prope victrici omniū gentiū timeri poterat. Quidā vero factū excuſantes Flāminio etiā tribuebāt laudi q̄ perpetuū hoſtem populi romani de medio ſuſtuliſſet: cui & ſi vires corporis ac robuſta etas: non tamē ingeniū conſilium rei militaris pericia deeſſet: quibus pruſiā ad arma concitare aſiamq̄ nouis bellis cōmouere ac perturbare potuiſſet. Erant enim per id tempus ita ample Bithinie regni opes vt non facile contemnēde viderent. Nam poſteris temporibus Mitridates Bithinie rex diu naualibus terreſtribusq̄ copiis populū romanū fatigauit. aduerſuſq̄ L. Lucullū ac CN. pompeiū preſtātiſſimos imperatores cum magnis exercitibus in acie ſtetit. Idem a rege pruſia duce preſertim anibale timeri poterat. Quare nōnulli ea precipue cauſa. Q. Flāminiū opinant ad pruſiā miſſum eſſe legatū ut anibalis nece ſecretis cōſiliis agitaret. Veꝝ credere libet hoc queſitum eſſe a Quincō nō tam ut preſenti morte anibalē de medio tolleret: q̄ ut homo qui tot inflixerat ſue rei p. clades romā viuus perduceretur: idq̄ populo Romano vtile: ſibi vero honorificū eſſe cenſeret. Tali genere mortis interiit anibal penus vir ut alia omittā bellicis ſine dubio laudibus uehementer excellēs. cuius ſiue animus ſiue ingeniū: ſiue egregia rei militaris diſciplina quāti momēti fuerit in rebus: facile ex eo intelligi licet q̄ Carthaginēſes bello tanta contentione ſuſcepto non prius ſe victos cōfeſſi ſūt: q̄ cum fuit anibal apud camā magno illo prelio ſuperatus: ut bellice eoꝝ vires ſtetiſſe ſimul cū anibale duce atq̄ vna cū eo concidiſſe viderent.

Plutarci Hiſtotiographi greci De Vita atq̄ geſtis Scipionis Africani Traducti in latinū linguagiū per Donatū Acciaiolū Incipit feliciter.

CORNELIO SCIPIONI qui primus nomine uicte a ſe gentis Africanus eſt dictus: patrem fuiſſe cōſtat P. Scipionē virū Patritiū ex nobiliſſima Cornelioꝝ gente: cum quo primū Romano imperatore anibal penus ſigna in Italia contulit. Is cum multas eſſet in Hiſpania victorias conſecutus: reſq̄ geſſiſſet memoratu dignas. Demū quodā prelio aduerſus hoſtes inito dū ſeſe offert vbi plurimus labor: plurimū periculi erat ſubito percuſſus ictu occiditur. Simili pene caſu CN. Scipio eius frater paucis poſt diebus fortiter pugnās interiit. Amboq̄ ii Imperatores preter reꝝ geſtarum nomē: magnū quoq̄ fidei temperātie virtutis deſideriū non modo militibus ſuis qui ſuperfuere: ſed etiā hiſpanis gentibus reliquerūt. At uero CN. Scipiōis P. Cornelius Naſica filius fuit vir cōſularis triūphaliſq̄: qui adoleſcēs cum eſſet

pro accipiēda matre idea in tota ciuitate est uir optimus iudicatus. Publii autem filii fuere Scipiones duo egregia sine dubio proles: quorum alterum ob asiam deuictam Asiaticū. alterum vero domitorē africe ob memorabilē victoriā de anibale & de Penis vt supra diximus Africanū appellāt. De quo hec scribēda suscepimus nō tam ut eius nomē a grecis latinisq; scriptoribus celebratū his litteris fieret illustrius: q̄ ut rerum gestarum series & domestica disciplina esset nostra opera in oculis hominū collocata. quā ueluti imaginē preclare uirtutis imperatores & duces cum intuerentur imitacōe dignissimā iudicarēt. P. Cornelius Scipio iam inde a puericia cū eximie indolis & sūme virtutis specimē pre se ferret sub auspicio patris cepit disciplinis militaribus erudiri. Ductus est enim in castra inicio secūdi punici belli. vii. & .x. agens annū ac breui tēporis spacio factū est ut magnā laudē a sūmo viro & ab exercitu cōsequerent equitādo vigilādo omīa militari labore tollerando. Ea insuper documēta animi atq; ingenii dedit ut graciā simul adipisceret & admiracōem gentiū cōmoueret. Nam equestri prelio quod ad Ticinū amnē P. Cornelius cōsul cum anibale cōmisit interfuisse Scipiorē constat: proditūq; memorie a quibusdā auctoribus est. Corneliū patrē Sauciū ac prope ab hostibus circūuentum a Scipione filio iam tum pubescente fuisse seruatū. Eo deinde tempore quo apud cannas cum magna calamitate ac prope pernicie Romani imperii certatum est cum ad decem milia hominū cānusiū perfugissent & omnes vno ore appio pulcro qui proxime edilis fuerat P. cornelio admodū iuueni imperiū detulissent: declarauit Scipio quanta sibi uirtus quātaq; animi magnitudo inesset. Nam quibusdam iuuenibus de relinquēda italia agitātibus incōsultantiū cetū prorupit ac stricto gladio iurare omnes coegit se rempublicā non deserturos. Hec aliaq; eiusdem generis magnitudine quadā animi atq; ingenii ab eo iuuene edita populū Romanum cōpulerūt ut ei supra etatē supra etiā cōsuetudinē magistratus curāq; maximarum rerum deferret. Quippe ante legitimū tempus edilitatem petens & si tribuni plebis aduersarent quia nondū satis annorum esset: peruicit tamē ut per tribus duceretur atq; extēplo frequētibus suffragiis quiritū edilis curulis est declaratus. Cum vero pater patruusq; duo egregii imperatores breui interuallo in Hispania cecidissent: curandūq; a populo Romano esset ut aliquis Dux singulari virtute in eorum locū succederet. nemo reperiebat qui ad hoc graue & periculosū bellum post tantorum Imperatorum interitū proficisci auderet. Itaq; habitis comiciis ut procōsul crearetur: cum ceteri reipublice principes in tanta facultate silerēt. Vnus Scipio quatuor & viginti annos natus in mediū prosiliēs ingenti fiducia professus est se hoc munus libenti animo suscepturum. Hac fortissimi iuuenis audita uoce nulla mora interposita est: quin incredibili studio suffragiorum imperiū in Hispaniā Scipiōi decernerēt. Sed paulo post secum reputātes quirites aduersus quos penorum duces & in quibus regionibus bellū gerendū esset: uix censebāt fieri posse ut imbecillitas etatis tantā grauitatē rerum substineret. Quare momēto tēporis quasi iam decrete rei centurias peniteret magna animorum cōmuratio facta est. Quod vbi animaduertit Scipio statim aduocata contione sic de etate sua ac de bello quod gerendum erat disseruit vt ad se vnū intuendū omnes audiētes cōuerteret. & ad pristinam spem bene gerende rei populū Romanū animi aliisq; virtutibus uehementer excellēs. sed prestās etiā pulcritudine oris & totius corporis forma cōspicuus: leta atq; hilare fronte que plurimū valent ad graciā hominū conciliandā. Habebat & in gestu & in motu sūmam dignitatem. Ad hec animi bona muneraq; nature: cum militaris accederet gloria dubiū erat gracior ne gentibus domesticis uirtutibus an mirabilior bellicis artibus foret. Imbuerat etiā animos multitudinis superstitione quadā q; singulis diebus ex quo virilem togam sūpserat in capitolium ascendere ac sine arbitris cedem ingredi consueuit vt crederēt homines sicut iam

multo ante Nũmam Pompiliũ ab egeria nimpha: sic etiã ipsũ archana quedã in tẽ
plo doceri:que ceteris non essẽt cõmunia. Preterea ut olim de Alexandro Mace-
donum rege Sic ea tempestate de Scipione quidam finxisse videntur anguẽ in
cubiculo matris frequentẽ visam. Ceteꝝ iis omissis. P. Scipio ex italia decedẽs cũ
decem milibus peditũ .xxx. nauiũ classe. omnes aũt quinqueremes erant in Hi-
spaniã ꝓficiscitur:ac paucis diebus ad emporia delatus copias exponit terrestri
q itinere tarraconẽ concedit. Ibi concilio indicto legatis ex sociis vrbibus freque-
tes cõuenire:qui comiter benigneq; accepti grata responsa domũ retulerunt. Post
hec Scipio ingenti cura ad futuꝝ bellum intentus cõmodissimum esse statuit reli
quias veteris exercitus:que virtute. L. Martii seruate erant suis copiis adiungẽ
Nam post duoꝝ Scipionũ interitum cũ Hispanie prope amisse Romane legiones
fuse fugateq; essent:vnus. L. Martius Romanus eques collectis duoꝝ exercitu-
um reliquiis ꝑter omniũ spem exultantes victoria hostes contriuit belluq; in Hi-
spania aduersus tres penoꝝ duces incredibili virtute industriaq; substinuit. Ad
has igitẽ copias que in Hibernis constitute erant cũ venisset Scipio excitati sunt
omniũ animi ad spem bene gerẽde rei & veterum imperatoꝝ memoria renouata
at nemo miles esset qui iuuenẽ intuendo explere desideriũ posset. Ipse vero collau
datis militibus ꝙ de re p. non desperassẽt ante omnes. L. Martiũ in ꝑcipuo ho-
nore habuit ut ostenderet virũ qui suis virtutibus confideret alterius glorie nõ in
uidere. Ex acta hieme cũ nouũ veterẽq; exercitum ex Hiberois deduxisset omniũ
primũ Carthaginẽ nouam oppugnare constituit. Nulla enim ex Hispanis ciuita-
tibus opulentior habebatẽ nulla cõmodior erat ad bellũ terra mariq; gerendũ. Quĩ
etiã Carthaginensiũ duces omnẽ apparatũ belli & quicquid precio dignum habe
bant in hãc vrbem congesserãt. Eam quoq; ac eius arcẽ validis presidiis munierãt
Ipsi vero ne tribus vna regio premeretẽ:diuersa pecierãt loca nihil minus eo tẽpo-
req; Carthaginis oppugnationẽ timentes. Scipio iam omĩbus necessariis cõpara
tis ad eam obsidendam cũ omĩ exercitu ꝓfectus terra mariq; vrbẽ aggreditẽ. Ne-
gociũ arduũ & diuturnum apparebat futurum ꝙ vrbs munita erat & defensores
ita animati. vt non modo tueri Carthaginis menia:sed etiã erumpere ĩ hostem &
castra Romanorũ aggredi auderent. Verũ multa interdum que viribus superare
non possunt:ingenio conficiuntẽ. Compertũ habebat Scipio stagnũ ꝙ haud procul
abest a Carthaginis menibus estu maritimo decrescere & vado ea parte transiri
posse:vnde ad murũ facilis esset accessus. Tali occasione qua nulla maior ad capien
dam Carthaginẽ dari poterat vtendũ ratus:cũ tempus cõmodum visũ est expedi-
ri acies & distributis copiis vrbẽ vehemẽtius ꝙ vnq; antea oppugnari iubet. Ipse
interim fortissimoꝝ viroꝝ manum deligit quibus imperat vt superato stagno:in
murũ ab ea parte que minĩe suspecta erat euadant. At ii quibus negociũ datũ est
ꝓspere traiecto stagno cũ ex alia parte vrbis accerrime pugnaretẽ locum quẽ pete
bãt neglectũ inueniũt celeriterq; scandentes murũ hostes a tergo adoriuntẽ. Oppi
dani & externi presidii milites:quibus tantũ repentini periculi preter opinionẽ
acciderat extemplo menia deserunt:ancipitiq; pauentes malo se in fugam coniciũt
Instant tergis. Romani subitoq; urbem capiunt diripiũtq;. Vbi ingens preda &
omnium rerũ que ad bellum usui erant sũma est facultas iuẽta. Scipio ob bene na
uatã operam collaudatis donatisq; militibus cũ ei:qui primus muꝝ ascẽderat mu-
ralis corona dãda esset & cõtentio inter duos milites orta omnẽ prope exercitũ in
certamen traxisset extemplo contione aduocata compertũ se habere dixit ambos
pariter murum ascendisse atq; ambos coronis muralibus donandos esse. Quo fa-
ctum est ut õnis contẽtio que iam ad sũmum peruenerat tolleretur. Post hec obsi
des quoꝝ in ea vrbe ingens copia erat ciuitatibus Hispanie restitui iussit exquo

maxime hu̅anitatis & clemencie nome̅ sibi comparauit: multosq̧ populos hac in/
dulgentia mouit vt ad romanu̅ redire̅t a punico imperio. Sed omniu̅ primu̅ eius fa/
ma̅ & beniuolentia̅ auxit id ꝙ a cu̅ctis scriptoribus vt su̅me virtutis exemplu̅ cele
brat̅. Adducta est eni̅ in co̅spectu̅ imperatoris vna ex captiuis virgo Longe ante
alias specie ac pulcritudinis insignis Hanc & Scipio custodiri diligentissime &
seruari integerrime iussit pauloq̧ post cu̅ desponsatam comperisset Lucejo prin/
cipi celtiberoꝝ sponso ad se accito is adolescens erat integram inuiolatamq̧ resti /
tuit. Res est ꝑfecto celebranda literis & ipse Scipio dignus ut tante ma̅suetudis
& continentie ab om̅ibus scriptoribus ferat fructu̅. Huius beneficii memor Lu/
ceius cu̅ liberalitate̅ modestia̅ & singulare̅ in omi̅ genere virtutis prestantia̅ Ro/
mani ducis per suos populos diuulgasset, paulopost cu̅ magna equitu̅ manu in Ro
manoꝝ castra rediit. Carthaginensiu̅ duces Mago Hastrubal: Barchinus & alter
Hastrubal Gisgonis filius Carthagine noua amissa. & si no̅ ignorabant quantu̅ ad
opinionem gentiu̅ & su̅ma̅ vniuersi belli esset detrimenti acceptum tame̅ rem prio
tegere: deinde uulgatam extenuare verbis quoad poterant nitebant̅. Scipio vero
multis populis principibusq̧ Hispanis inter quos duo reguli Mandonius & Indi/
bilis fuere sibi adiunctis: constituit animo in ea loca iter facere quibus in locis Ha
sdrubalem Barchinu̅ esse audiebat: ut prius cu̅ eo ꝙ Mago & alter Hasdrubal se
ei coniu̅gerent decretaret. Hasdrubal Barchinus prope flume̅ Besulam habebat
castra auidus & ipse certami̅s & suis copiis satis fidens. Veru̅ ubi appropinquare
Scipione̅ cognouit ex planicie in tumulu̅ queda̅ satis natura munitu̅ sese recepit
Que̅ insecute Romane legionis nulla̅ moram interponenda̅ putaru̅t: quin cedenti
instarent hosti & primo aduentu castra adorire̅t. Non secus ꝙ si vna expugnare̅t
vrbs circa castra pugnatum est. Carthaginenses natura loci & necessitate que eti
am ignauos excitare solet fidentes impetum hostiu̅ sustinere nitebant̅. Romani e/
contra spe & audacia pleni acriter dimicabant atq̧ eo magis ꝙ in conspectu Scipi
onis atq̧ om̅is exercitus res gerebat̅ ut nullum paulo fortius factu̅ latere posset.
Itaq̧ non prius remissa oppugnatio est ꝙ omni conatu annixi Romani vallu̅ supe/
rarunt pluribusq̧ locis castra irru̅pentes in fugam compuleru̅t penu̅. Hasdrubal
vero dux priusq̧ castra in potestatem Romanoꝝ venissent cu̅ paucis militibus fu
git. Hoc prelio facto Scipio consuetudine sua omnes captiuos hispani generis ad
se uocari & sine precio dimitti iussit. Adolescente̅ ex his regii generis Masinisse
ne pote̅ comiter benigneq̧ acceptum ad Masinissam remisit: magnificentissima
quoq̧ adiecit dona ut oste̅deret imperatorem exercitus non minus liberalitate &
domesticis uirtutibus: ꝙ bellicis artibus ornatu̅ esse oportere Est enim belli finis
uictoria cuius fructus maxime in liberalitate cleme̅ciaq̧ co̅sistit Hinc ducum glo
ria: hinc imperatorie laudes emana̅t ut in prese̅tibus accidit rebus Na̅ Hispanoꝝ
multitudo que ibi freque̅s aderat hanc indulgentiam Romani ducis admirara co̅
tineri no̅ poterat: quin eu̅ honoris & uirtutis gratia appellaret rege̅ Sed Scipio
hanc uocem Romanis auribus insuetam subito oppressit. nec eu̅ titulu̅ sibi tribui
passus est: quem optimorum ciuium consuetudini & Romani libertati aduersum
esse sciebat Hortatus est tantum hispanas gentes ut si in refere̅da gratia memores
esse uellent fidem in populum Romanum beniuolentiamq̧ seruare̅t. Dum hec a
Scipione gerebantur interim alii duo Carthaginensium duces accepto nu̅cio male
geste rei ad Besulam iungere copias properarunt pauloq̧ post Hasdrubali Barchi
no se coniuxeru̅t ut co̅muni co̅silio de su̅ma belli decernere̅t Itaq̧ inter se collocuti
post longam discentacionem in ea se̅tentia conuenere ut Hasdrubal Barchinus in
italia ubi Anibal frater & caput belli erat tra̅siret Mago uero & alter Hasdrubal
in Hispania remanerent: supplementum a Carthagine petere̅t nec prius cum im

peratore romano signa efferrent: q̄ vndiq; conuocatis auxiliis ingentes copias cō
traxissent Post hec petente italiam Hasdrubale missus est ex africa in eius locum
imperator Hanno: quē primo aduentu celtiberiā cōcitantē M. Sillanus iussu Sci
pionis aggrediť prelioq; cōmisso superat capitq;. Erat vna vrbs quam incole regi
anis Oringē appellāt opulentissima sane & accommodatissima ad renouandū bellū
AD hanc oppugnandam cum parte copiaꝝ missus. L. Scipio locum munitiorē in
uenit q̄ ut primo impetu capi posset. Itaq; corona circūdedit vrbem paucisq; die
bus expugnatā direptamq; in potestatem redegit. Instabat iam propinqua hiems
& tempus admonere videbanť ut hiberna vtrinq; peterent Quare iis rebus prospe
re gestis Scipio Tarraconē Mago & Hasdrubal Gisgonis filius se ad Oceanū re
ceperunt. Sequenti estate magna cōtencōne renouato in ulteriore Hispania bello
Romani Carthaginēsesq; prope Besulā congrediunť iustaq; acie preliū cōmittūt
in quo post longū certamen superior Scipio in fugam vertit hostes magnoq; nu
mero eoꝝ interfecto neq; sui colligendi neq; consistendi facultatem dedit neq; pri
us victorie modū imposuit q̄ Hasdrubal & mago ex continenti pulsi gades se re
cipere coacti sūt omnibus prope copiis amissis. Erat in exercitu. Carthaginensiū
Masinissa iuuenis magni animi magniq; consilii: qui oportunitate capta clam cū
Sillano congrediendi primos aperuit ei amicicie additus siue Scipionis liberalita
te allectus. siue tempus venisse ratus in quo victoribus Romanis adherendū esse
ret. Hic est Masinissa qui postea beneficio Romanoꝝ potentissimus euasit numi
die rex ac multis in rebus populo Romano vsui & adiumento fuit. Ceterū eo an
no qui erat. xiiii. secundi punici belli felici auspicio ꝓconsulis Scipionis Hispania
prima ex continētis regionibus victa. Postrema tamē in ꝓuincie formam redacta
ab augusto Cesare longo interuallo fuit. Scipio nō cōtentus maximis rebus: quas
breui tempore in Hispania gesserat cū iam sibi Africam animo destinaret cōmo
dissimū esse statuit Siphacē Massessuloꝝ regem omni arte in Romanoꝝ amiciciā
trahere. Itaq; explorata volūtate regis cū non alienam a societate populi Romani
comperisset: extemplo omnibus rebus postpositis duabus quinqueremibus in A
fricam contendit. Veniebat a Gadibus eodem tēpore Hasdrubal Gisgonis filius
ac veluti ex composito ii duo clarissimi imperatores regem adierūt certatim quasi
q; ꝓ sua re publica amiciciam petituri. Siphax hospitio ambos comiter benigneq;
accepit operamq; dedit ut pariter eadem mensa codē cubiculo vterenť: ne alter al
teri prelatus in honore videri posset. Tradūt Hasdrubalē ꝑsentis Scipionis ani
mū ingeniūq; admiratum secū agitasse quantū periculi ex eo viro sue ciuitati atq;
omī africe īmineret. Iuuenem enī acrem & sūmis virtutibus preditū: eū multis ꝑ
lus victorem esse cernebat nec in tā florenti etate adduci posse credebat ut pacē
q̄ȝ bellū mallet. Suspicabať etiā ne Siphax eius auctoritate & presentia motus ad
Romanos animum īclinaret. Nec iam eū fefellit opinio. Nam Siphax & si primo
aduentu parem se utrisq; prebens sermonē induxisset defendendo inter Romanos
Carthaginenses bello: tamē postea negante Scipione inconsulto senatu quicq; agi
de pace posse posthabēdū Hasdrubalē cēsuit ac desiderio Scipionis obsecutus cū
populo Romano fedus iniit. Scipio in Hispaniā reuersus Iliturgiū & Castulonem
& quasdā alias ciuitates: que populi Romani detrectabāt imperium: partim ipse
vi expugnauit: partim auspicio. L. Martii inditionem redegit. Et ne tot tantisq;
rebus ꝓspere gestis aliquod deesset leticie genus Carthaginem nouā ꝓfectus lu
dos gladiatoꝝ magnifico apparatu fecit: quibus nō solum spectando: sed etiā pu
gnando multi clari viri interfuerūt. Sed ex Hispanis duo preter alios insignes no
bilitate principes Corbis & Orsua de regno inter se dissidētes eo die cōtrouersiā
finire altero eoꝝ alterius manu interempto. Grauis spectantibus eoꝝ dimicacio

grauior etiã quia Patrueles erant mors interempti fuit. Post hec Scipionem lon
ge maiora quã ea que gesserat meditantẽ aduersa valitudo corripuit cuius fama
per Hispaniam vulgata & ut pleruq fit sermonibus aucta ad spem nouarũ rerũ nõ
solũ Hispanas gentes: Sed etiã Romanorũ exercitũ quẽ ille ad Sucronẽ relinque-
rat: cõcitauit. Soluta primũ militum disciplina imperatoris absencia fuerat: mox
rumores de egritudine eius & de periculo vite in exercitũ delati tantã sedicõnem
motũq fecerũt: ut quidã contempto tribunorũ imperio iisq deinde fugatis duos
gregarioa milites sibi crearent imperatores: qui non solũ nomẽ imperii a uanis au
ctoribus delatũ sed etiã fasces & secures pre se ferre ausi sũt adeo furor pleruq &
ambitio mortaliũ mentes exagitat. Nec quieuere Hispane gentes Mãdonius pre
sertim atq indibilis qui affectantea Hispanie regnũ post expugnacõnem Cartba-
ginis noue ad uictorẽ Scipionem defecerãt. deinde Romanorũ potentiã longe late
q diffusam iniquo animo tolerãtes aliquã nouandarũ rerũ occasionem querebant
Deceptis autẽ rumoribus non solũ de morbo sed prope etiã de morte .P. Scipio-
nis fideq adhibita extemplo exercitũ compararũt & suessitanis: qui socii & amici
erant populi Romani intulerũt bellum. Verũ cõualescente Scipione ut ex fama
eius mortis falso credita multiplex tumultus fuerat exortus: sic comperta uerita
te rei territi sũt omniũ animi ne quisq ausus est in nouandis rebus vlterius pro-
gredi. Scipio magis externis bellis q domesticis sedicõnibus assuetus & si mili-
tibus qui deliquerãt grauiter succensendũ putabat: tamẽ nedum ire indulget ex-
cessisse in puniendo modũ existimari posset: de hac re ad consiliũ refert. Maior ps
in eos a qbus initiũ tumultus ortũ erat: aniaduertendũ & reliquis ignoscendũ cen
suit. Sic enĩ fieri posse ostendit ut pena ad paucos: exemplũ ad multos perueniret
Hanc sententiã secutus Scipio extemplo exercitũ sedicõnis auctorẽ ad accipiẽdũ
stipendiũ Cartbaginẽ nouã acciri iubet. Edicto paruerũt milites alii suã culpam
ut pleruq sibi indulgent homĩes leuiorem rati: alii Scipionis freti ingenio quod mi
te in puniendo esse cõpererãt. Dicere enĩ solitus fuit malle se vnũ ciuem conserua
re q mille bostes perdere Vulgatũ quoq erat aliũ Scipionis exercitũ paratũ esse
in armis & aduentũ eorũ operiri ut omnes copie simul iuncte aduersus regulos in
suessitanos ducantur. Quãobrem ex sucrone discedẽtes magna spe venie cõsequẽ
de Cartbaginẽ veniunt. Sed postridie eius diei quo vrbem ingressi sũt: in forum
uocati ac inermes consistere iussi armatis legionibus circũdantẽ. Tum Imperator
Romanus tribunal ascendens vniuerse multitudini sese ostendit ea ualitudine: eo
vigore: qualis ĩ pubescente etate vnq fuerat. cõtionem deinde babuit longe accer
rimã & grauissimis querimoniis plenã: ut nemo miles ex inerme exercitu esset q
aut a terra oculos erigere aut dicentis vultum sustinere pre pudore posset. Conci
encia enĩ perpetrare rei ac suppliciorũ metus terrebat animos & optimi ducis pre
sentia nexiis pariter atq innoxiis ruborẽ incuciebat. Itaq tristi silentio torpebant
omnia. Posteaq finem dicendi fecit principes sedicõnis in cõspectũ multitudinis
ꝓducuntẽ. Ibi virgis cesi more maiorũ securiq percussi borribile spectaculũ viseu
tibus prebuere. His rebus ita cõpositis Scipio reliquisq militibus nouo sacramen
to ada ctis expedicõnem in Mandoniũ atq indibilẽ ꝓnũciari iubet. Nam ii secum
reputantesa militibus Romanis: qui Castrensis sedicõnis auctores fuerãt: penã
esse repertã: omnẽ spem abiecerant venie impetrande atq ex eo. xx. milia peditũ
duo milia equitum comparauerãt: ut iis copiis aduersus Romanos ꝓgrederentẽ
Quod ubi cognouit Scipio priusq augerentẽ regulorũ vires & plures populi con-
spirarent maturat a Cartbagine ꝓficisci: & quanta maxime celeritate potest ad
bostem pergit. Reguli loco satis munito babebant castra sicq suis copiis fidebant
ut nec alios ꝓuocare nec prouocati pugnam detrectare parati essent. Factum est

sūt propinquitate castroꝝ ut paucis post diebus a Romanis lacessiti in plūꝰ descē
derent: in quo quidem aliquādiu sūma ꝯtentione dimicatū ē. Tandē Hispani a ter
go circūuenti ac in orbē pugnare coacti superant̄. Vix tercia pars ex eoꝝ numero
aufugit. Mādonius atq̧ Indibilis nullū remediū pditis rebus esse cernentes lega
tos ad Scipionē miserunt qui supplicit̄ pacē peterēt & veniā depcarent̄. At Sci
pio & si quantū in se atq̧ in populū Romanū facinus admisissēt intelligebat tamē
nō minus de eoꝝ putans hostem clementia & mansuetudine superari q̄ armis re
gulis ignouit pecunia tantū ut militi ad stipendiū soluerēt imperata p id tēpus.
Masinissa a Gadibus pfectus in ꝯtinentē venit vt amicicie fidē quā p M. Silla
num absenti Scipioni obtulerat: psenti cōfirmaret. Simul ut ipsū Scipionē alloq
ret quē ob res egregie gestas pstantissimū esse virū constituerat aīo. Verū nec iā
opinioni numide virtus. P. Scipionis nec expectacōni ut pleriq̧ accidere cōsueuit
presentia defuit. Nam pter ingentia animi bona quibus Scipio enī ceteros alios
anteibat pre se etiā ferebat eximiā formā & omī amplo dignā imperio. Erat pte
rea vir benignus in audiendo. facundus in respōdendo & in cōciliādis hoībꝫ egre
gius artifex. Habitu corporis virili. Cesarie pmissa vtebat̄. Hūc igitur Masinissa
salutatū veniēs ut primū cōspexit sic virū admiratus esse dicit̄ vt nec ab eo dimo
uere oculos ne ītuendo explere desideriū posset. amplissimis verbis ei gratias egit
p nepote ad se remisso & fidē se pstatuꝝ inite amicicie dixit q̄ postea ergo popu
lū Romanū usq̧ ad exitū vite cōstantissime coluit. Iam vero omnes Hispanie po
puli aut imperiū aut societatē Romanoꝝ acceperāt cū Gaditoni idē sibi licere ar
bitrātes sponte Romanis se dedidere gens vetusta origine & si fame credere libet
vt Carthago in africa: in Boetia Chebeuta Gadis ad Occeanū Colonia Tiriorū
fuit Scipio receptis Hispanis: pulsis Carthaginēsibus cū nihil relinq̄retur quod
sī cōstituendū putaret. L. Lentulo & Manlio Accidino puincia tradita Romam
redit. Venienti senatus extra urbem datus est in ede Bellone vbi cum res a se p
multos ānos fortit̄ feliciterq̧ gestas exposuisset ostendissetq̧ quatuor hostiū du
ces quatuor exercitus multis plus a se victos Carthaginēses ex Hispaniis electos
nullas gentes in iis terris relictas: que nō venissent in populi Romani potestatem
res amplissimo triūpho dignas esse censebat senatus Sed quia nemī adhuc conti
gerat vt cum pcōsul & sine magistratu esset prebus gestis triūphāti inuehi lice
ret vrbē nec patribus visū est nec ipse Scipio magnopere cōtendit ut nouo exem
plo morē maiorū sui causa cōmutarent. Ingressus urbē paulopost īgenti studio po
puli Romani consul declarat̄. Tradūt raro unq̄ frequentiorē multitudinē non tā
ad celebrāda comitia q̄ ad cōspiciendū. P. Corneliū Scipionē Romā venisse. Ita
q̧ nō solū quirites: sed externi etiā homīes hūc vnū intuebant̄ publice priuatimq̧
dicebant mittendū ī africā esse ad inferendū ex propinquo Carthaginensibus bel
lū. Idē cum sentiret Scipio de hac re ad populū se relatuꝝ significabat si tam salu
tari ꝯsilio aduersaret̄ senatus. Quidā enī ex patribus atq̧ inter eos pcipue auctori
tatis Fabius maximus huic sētērie acriter reclamabat. Scipio in ꝯtrariū nitebat̄
rōnibꝫ multis ostendēs hac vna via superari penos & anibalē deduci ex Italia pos
se: cetera vana esse ꝯsilia. Post longā altercacōnem. Scipioni Sicilia decreta pmis
sumq̧ a senatu ē ut si arbitraret̄ utile esse re p esse cū omī exercitu in africā traice
ret. Hoc senatus ꝯsulto in populo edito sic erecti sūt oīm animi ad spem magnaꝝ
rerū ut iā de africa cogitarēt & bellū posse confici nō diffiderēt. Sed Scipioni in
rebus necessariis cōparandis maxīa difficultas pponebat̄. cū ob erarii inopiā: tum
ob iuuētutis penuriā: cuius florē pterite clades a peno illate absūpserant. Ipse tā
ne tante expectacōni deesset ingēti studio in apparatū belli intendit. Et adfuerēt
ei multi Etrurie atq̧ vmbrie populi: quoꝝ alii materiā ad fabricandas naues: alii
arma: qdā frumētū ac oīs generis ꝯmeatū adiuuandū exercitum detulerūt. Qua

dragesimo quīto die qđ vix cuiq̃ credibile videret̄ fabrica īstructaq̃ classe ex ita-
lia decedēs Scipio ī Siciliā ↄtēdit .atq̃ exercitū in ordines redigeret :eos p̄cipue
seligendos putauit qui sub M. Marcello multos ānos meruerant sūmaq̃ scientiam
rei militaris habere existimabant̄. Siculos aūt partim auctoritate :ptim gr̄a ipu-
lit ad subministrandū auxiliū futuro bello :qđ in Africā transferre cū p̄miū p anni tē-
pus posset omī studio parabat. Tradūt p̄ter alia Scipionē ex variis ciuitatibus.
ccc. iuuenes legisse tocius ꝓuincie nobilissimos ac eis p̄cipisse ut certa die cum ar-
mis equisq̃ adessent. Ii ut imperatū erat cū p̄sto fuissent ad ↄstitutā diē: optionē
detulit consul .q̄ uel ipsi secū in africa militarēt uel totidē aliis substitutis equos
armaq̃ largirent̄ utrū uellent acciperēt. Singulis remissionē milicie petentibꝫ da-
ti sūt vicarii ·ccc· Romani iuuenes quos Scipio inermes ex italia adduxerat eo ↄsi-
lio uel Siculoꝝ impensa sicut euenit armis equisq̃ instruerent̄. Hoꝝ opera multis
postea certamībus fideli atq̃ utili in africa usus est. Iam tempus Hibernoꝝ erat.
cū Scipio nō solū in apparatibus belli :sed etiā in ↄponendis Sicilie rebus curā ad-
hibendā ratus Siracusas petit. Vbi cum ex multoꝝ querimoniis cognouisset satis
magnā copiā Italicoꝝ militū in eadē urbe uersari qui res bello partas deinde Sira-
cusanis per senatū restitutas retinerent :statim eos ptim edictis ptim iudiciis cō-
pulit ad ea implēda q̄ senatus censuisset. Qua ex re magnā graciā & iusti ↄsulis fa-
mā apud Siculas gētes ē adeptus Interim p. C. Leliū multa cū p̄da ex africa re-
deuntē cercior fit Masinissam regē cupidissime aduentū suū operiri monere atq̃
rogare ut si rei p. ↄmodo facere possit q̄ p̄mū in africā traiciat. Idē cupere mul-
tos africe populos qui odio habētes Carthaginēsiū Imperiū aliquā nouādaꝝ rerū
occasionē expectēt· Nec iā ulla Scipionis socordia eā ꝓfectionē distulerat cū raro
quisq̃ alter Imperator aut efficatior aut solertior in rebus agendis fuerit. Verū
sicule res & occasio recipiendi locros īpedimēto fuere quo minꝰ negociū ꝓ suo ar-
bitratu ↄficeret. Accessit etiā cā quedā Pleminii legati qui Locris a Scipione re-
lictus cū omne genus impꝛbitatis libidinis auaricie in oppidanos exercuisset: faci-
le in multitudinē perpulit ut oīa mallet q̄ impurissimi homīs imperiū ferre. Mis-
si igit̄ a Locrēsibus Romā legati cū in senatū venissent & grauissimas iniurias a
Plemimo acceptas questi essent: sic patres mouerūt ut nō solum in Pleminiū: sed
etiā in Publiū Scipionē Atroces sentencie dicerent̄. Hinc obtrectatores Scipiōis
amplā materiā Calumnie nacti asserere nō dubitabāt eū cognouisse Locrensiū in-
iurias Pleminii scelera suoꝝ militum dissensiones atq̃ omīa Lentius tulisse q̄ opti-
mū ↄsulē deceret. Addebāt p̄terea exercitū in Sicilia habere vecordē & omī disci-
plina solutū militari. Ipsū ducē oscitātē totū se ad voluptates & ociū ↄtulisse. Et p̄-
ter ceteros Fabius maximꝰ ī Scipionē īuectus sic modū excessit ut extēplo reuo-
cādū ex Sicilia abrogādūq̃ ei īperiū cēseret. Hec nimis aspera visa oībꝫ sentēcia ē
Quāobrē. Q. Metelli ↄsiliū secuti patres decreuerūt ut decē legati ī Siciliā trās-
mittētes cūcta :q̄ de. P. Scipione ad senatū delata erāt :diligēti studio ꝓquirent.
Si nocētē īuenissent statim iussu senatus ī italiā reuocarēt. Sin vero falsa eēnt cri-
mīa & vane inuidoꝝ calūnie dimitterēt ad exercitū hortarentq̃ ut fidēti aīo bel-
lū susciperet. Profecti ī Siciliā legati in discuciendis singulis rebꝫ nullā Scipionis
culpā inuenire potuerūt :nisi q̄ iniurias a Pleminio Locrensibus illatas nimis leni
animo ptulisset. Erat enim Scipio in remunerādo largus :in puniēdo mitis & cle-
mēs. Exercitū vero classem & omnē apparatū belli cū intuerentᷣ sic admirati esse
dicūt̄ copiā & ordinē singulaꝝ rerū ut postea in vrbē redeūtes amplissimis laudibꝫ
P. Scipionē efferrēt & reiectis īuidoꝝ calūniis ad certissimā victorie spē senatū
populūq̃ Romanū reuocarēr. Ceteꝝ domesticis īpedimētis sublatis alie foris su-
puenerūt cure :q̄ non mediocrit̄ animū Scipionis mentēq̃ turbacūt. Nā oratores
a Siphace missi denūtiarūt ei nouū sibi fedus cū Carthaginēsibꝫ ictū affinitatē cū

Scipio Africanus

Hasdrubale contractam filiã eius sibi matrimonio iunctã: propterea monere ut si
sue rei publice consulere uelit: africa abstineat. eosdem enĩ quos peni haberent se
amicos inimicosq; habiturũ. Hos legatos Scipio ne mandata regis offerent exẽ-
plo ad Siphacẽ remisit cum literis: quibus postulabat ut inite societatis iunctęq;
dextre memor caueret nequid nomine Romano & regia fide indignum moliret.
Post hec concõne aduocata legatos Siphacis venisse in Siciliam dixit ut sicut an
tea Masinissa sic etiã ii nimiã delacõnem aduentus sui quererẽt. Itaq; maturandũ
in africam esse atq; ideo cunctis militibus edicere ut arma expediant & ad pfectõ
nem necessaria comparent. Hoc edictũ Romani ducis vbi per Siciliã vulgatum ẽ
statim multitudo ingens Lilibeũ confluxit nõ hominũ solum qui in africam traie
cturi erant: sed eoꝝ etiã qui spectatũ uenerant Romanã classem: qua raro vnq; in-
structior aut omni armorũ genere ornatior visa fuerat. Ipse vero Scipio satis iam
omnibus constitutis e Lilibeo soluit tanta cupiditate transmittendi ut nulli ei ne-
q; remi neq; venti satisfacerent. Deuectus est tamẽ paucis diebus ad promuntori
um pulcri atq; ibi omẽs copias in terram exposuit. Sed celeriter eius aduentus
Carthaginẽ nũciatus sic ciuitatẽ turbauit ut conclamatũ esse ad arma statõne sq;
in portis murisq; dispositas quidam auctores sint. Nã a. M. Regulo usq; ad eum
diẽ. L. prope ãnoꝝ intercesserat spaciũ: exquo nullus imparator Romanus cũ ua-
lido exercitu terrã africam intrauerat. Merito igitur pauoris ac tumultus omĩa
erant plena. Augebat etiã terrorẽ Scipionis nomẽ: cui Carthaginẽses quẽ ducẽ
aut opponerent aut parem arbitrarent: non reperiebant: Hasdrubal Gisgonis fili9
egregius ea tempestate imperator habebat: quẽ victum a Scipione fugatumq; ex
Hispania meminerant: in eo tamẽ atq; in Siphace potentissimo rege magnã spem
seruande prie reponentes peni hunc rogare illum monere nõ desistunt ut quanta
maxime celeritate possunt africe rebus subueniant. Sed dũ ii copias iungũt inte-
rim Hanno Amilcaris filius proximã regionẽ tueri iussus obuiã Romanis pgredi
tur. Scipio populatis agris ditatoq; exercitu ingenti preda prope Vticam cũ omĩ
bus copiis consederat ut celebrem urbem & oportunã ad bellũ terra mariq; gerẽ-
dum siqua via fieri posset in potestatem redigeret. Et sub idẽ tempus Masinissa
in castra Romanoꝝ venerat ardens incredibili cupiditare belli gerende aduersus
Siphacẽ regem a quo non multo antea paterno regno fuerat expulsus. Hunc Sci-
pio quia iuuenẽ acrem & manu promptũ in Hispania cognouerat priusq̃3 maio-
res copie a Carthaginensibus cogerent speculatũ mittit hostiũ castra atq; ei precę
pit ut omĩ ingenio adhibito Hãnonem ad pugnam eliciat. Masinissa ut imperatũ
erat hostem irritando sensimq; trahendo perducit ad ea loca quib9 in locis Scipio
cũ armatis legionibus ↄstiterat expectans occasionem gerende rei. Defessa iam
erat hostium acies cum Romani recentibus copiis obuiã facti prelium ineunt. pri
mo congressu superatẽ Hanno & ipse cũ partec opiaꝝ occidit. Reliqui terga dãtes
qua potest quisq; fugam per diuersa petunt. Post hãc victoriã Scipionem ad op-
pugnandam Vticam redeuntem absistere incepto coegit subitus Hasdrubalis &
Siphacis aduentus qui ingentes peditũ equitumq; copias secum ducentes haud
procul a Romanis posuerunt castra. Quod vbi animaduertit Scipio statim soluta
obsidione castra in quodã pmũtorio cõmuniuit. Vnde pcedere obuiã hosti & uex
are Vticenses & classem subductam tueri posset. Ceteꝝ cum tempus postulare
videret ut Hiberna vtrinq; peterent: placuit ei ad Siphacẽ mittere: qui tentarẽt
animũ regis & quãtum in eis esset a Carthaginensium amicicia abducerent. Hũc
enĩ sciebat Sophonisbe nupciis aggrauatũ & quasi muliebribus instructũ furiis
eo insanie deuenisse vt nõ modo Romanos nõ iuuandos: sed etiã cõtra ius federis
oppugnãdos cẽseret. Quod siqua vxoris facietas homiem cepisset iã ad sanitatẽ

eum reuerti posse arbitrabatur. Siphax auditis his que nomīe Scipionis ad eum
deferebantꝰ tempus iam esse respondit ut non de relinquenda penoꝝ societate: sed
de abiciēdis belli cōsiliis agatꝰ. se optimū pacis auctorē fore pollicetꝰ. Huic sermoni
Scipio aures adhibendas putat solerti animo rē nouam meditatus. Nam ex omni
exercitu strenuos milites deligit: quos seruiles uestes īdutos comitari oratores
iubet & quid fieri uelit ostendit. Hi ut preceptū erat: dū legati & Siphax de cō-
dicōnibus pacis inter se agunt & longior consulto ꝑducitur sermo speculatū pro-
ficiscuntꝰ hostium castra: omēs aditus exitusq explorant. Hoc sepius facto ad Sci-
pionē reuertuntꝰ. Cereumerat induciaꝝ constitutū tempus: quo elapso Scipio si-
mular se omī spe pacis abiecta arma: classem machinasq parare: ut antea orsus fue
rat. Vticam oppugnatū redeat. Hoc q̄ late per regionem uulgari: Hoc ab hostib9
credi uolebat. Ipse vero Tribunis militum cōuocatis cōsiliū suum aperit. Docet
bina esse hostium castra paruo inter se diuisa spatio quoꝝ altera ex lignis Hiber-
narula: altera ex harundinibus contexta habeant. Vtraq deleri incendio posse.
Quāobrē Masinissam & C. Lelium ad se vocat atq eis precipit vt intempesta no
cte Siphacē aggrediantꝰ: ignem castris initiant: se ex altera parte Carthaginēses
inuasurū polliretur. Hi mandata impigre exequentes cōstituta hora numidaꝝ ca
stra adoriuntꝰ & ignem harūdinibus applicant que subito incēdium effuderūt &
pene in omnē locum castroꝝ distulerunt. Numide fortuitum primo incendiū ar-
bitrati ad opem ferendam celeriter ꝯcurrerunt mox ubi in legiones hostiū incidē-
tes trucidari cepti sūt: ancipiti pauentes metu sese fuge mandarunt. Simili pene
rōne ab altera parte exercitus: cui Scipio preerat incensa sūt Carthaginensiū ca-
stra & ꝑfligati hostes tanta fugiētium strage ut ad. xl. milia hominum ex penis
numidisq ea nocte absūpta quidā auctores sint. Hec clades Carthaginē delata sic
terruit ciuiū animos ut alii ex italia Anibalē reuocandum: alii pacem petendam a
Scipione censerent. Sed factio Barchina potens pollensq cum abhorrerent a con-
siliis pacis: peruicit vt noui delectus haberentur ad restituendum bellum. Igitur
Siphax & Hasdrubal magna multitudine peditatus equitatusq coacta celerius
opinione omnium exercitum repararunt atq rursus in conspectu Romanorum
posuerunt castra Qua re cognita Scipio non cunctandum existimauit dum mili-
tes sui alacres essent & fiducie pleni: quin pugna decertaret. Accidit autem ab
initio ex propinquitate castroꝝ ut leuia quedā ꝯmitterētꝰ prelia. ad extremum ve
ro omībus copiis concursum est tantusq ardor Romanoꝝ militum fuit ut primo
impetu numidas penosq in fugam cōuerterent. magnāq partem fugientiū inter-
ficerēt. Hasdrubal & Siphax citato cursu ex media cede ꝑfugerūt: ad quos cōse-
ctandos Scipio Masinissam & C. Leliū cū expedito eqtatu misit Siphax in numi
diā atq inde in antiquū regnū ꝓfectus ex omī genere hominū exercitū coegit ob
uiamq Masinisse & Lelio factus ꝓlium cōmittere nō dubitauit. malo tamē cōsilio
cū esset hostibus longe inferior nō tam dimicanciū numero: q̄ q nec miles cū mi-
lite nec duces cum ducibus erāt conferendi. Itaq a bellicissimis viris facile supe-
ratur & q Masinissa vix ausus esset optare in prelio capitꝰ: & cum multis nobili-
bus viris ad Scipionē ꝑducitur. Ceperat primū leticia omniū animos cū Siphacē
in castra adduci nūciatum est: deinde vbi uinctus in cōspectum multitudinis est ꝑ
ductus tanti viri ꝓsencia & pristine maiestatis recordacio misericordiā intuenti-
bus mouit. Meminerant enī q̄ celebre eius regis nomē q̄ florentes opes & amplis
simi regni vires paulo ante extiterant: Postea vero ex tanto fastigio ꝓlapsū cernē-
tes miserebantꝰ. Ipse autē imparator Romanus benigne eum affatus quesiuit que
nam tāta causa animū eius mutasset impulissetq ad inferendum Romanis bellum
Tum rex veteris hospitalitatis inicteq dextre memor fidēti aīo Scipioni rñdit

se coniugis Sophonisbe amore captū tantum facinus quantū omnes scirent in po-
pulum Romanū admisisse atq; extemplo eas dedisse penas: quas ceteri pro docu-
mento habere possent. vt in fide atq; officio permanerent. Sed in extremis malis
hoc sibi solacii contigisse: ꝙ inimicissimum hominem Masinissam eadem insania
qua ipse laborasset correptum videret. Nam post victū captūq; Siphacem Masi-
nissa Cirtham caput regni petens cū vrbem in potestatē redegisset. Sophonisbam
multis precibus sibi blandientem ardere ceperat mulieriq; fidem dederat se eam a
Romanorum manibus vendicaturum & vt id cōmodius prestare posset nouis nu-
ptiis sibi deuictam vxorem duxerat. Hec celeriter ad Scipionē delata magnopere
hominē perturbarūt. Constabat enim auspiciis Romanoꝝ victū Siphacem esse &
quecūq; sue ditionis fuerant ad eoꝝ iuditiū pertinere: Quod si Masinissa incōsulto
Scipione Patrociniū Sophonisbe suscipiendū putarat simul & imperium ducis &
maiestatem populi Romani visus fuerat cōtempsisse. Accedebat huic culpe tor-
pissima libidinis causa. que tanto grauior videri debuit: quanto erat Romani im-
peratoris continentia maior: quam Masinissa ante oculos habebat ad imitandum
Nam Scipio preter cetera virtutis documēta in omnibus locis quibus hostē supe-
rauerat: a captiuis mulieribus victrices semper abstinuerat manus. Indignatus
igitur aduersus Masinissam & si primum in castra redeuntē presente multitudine
benigne accepit: postea tū ex iūctū a ceteris ita obiurgauit vt sentiret numida mo
deratissimo sibi & seuerissimo imperatori sibi esse parendū. Itaq; lacrimās & ꝯsilii i-
ops in tentoriū abiit pauloq; post cū fidem Sophonisbe datā pstare nō posse cerne-
ret atq; ex eo grauiter angeretur venenū ei cū mandatis misit: quo mulier repēte
hausto voluntariam sibi consciuit mortē Ceterū Carthaginenses tot tanq; multipli
cibus acceptis cladibus cū res in eum locū deductas viderent vt iam nō de propa
gando imperio sed de seruāda patria esse cogitandū. Anibalem ex italia reuocarūt
qui celeriter in africā reuersus siue ꝙ presentis iuuenis felicitatē horreret: siue ꝙ
labenti & pene inclinate rei p. diffideret: omniū primū cum P. Scipione de pace
agendū censuit Quapropter petenti locus ad colloquiū datus: in quo simul ꝯgres-
si longū sermonē de tollendis ꝯtrouersiis habuere. ad extremū Scipio eas conditio
nes detulit peno: quibus facile appareret non tedere belli populū Romanū & ipsū
iuuenē spe victorie magis: q̃ cōcordie desiderio trahi: Itaq; omni spe pacis adempta
colloquiū dirimūt atq; in posteꝝ diem certamē parant duaꝝ nobilissimarū bello
gentiū duo clarissimi duces imperiū orbis terre breui spacio suis rebus p. aut da-
turi aut erepturi. Locus prope camā fuisse traditē vbi supremas vires quasi in me-
diū effundentes pugnā memorabilē ꝯseruere in qua uictores Romani primū hosti
um elephantos: deinde equites in fugam uerterūt: deīn acrius inferentes pedem
totā aciem pfligarūt. Cesa aut capta ex Carthaginensiū copiis supra. xl milia ho
minū a Romanis ferunt. anibal ex tanta clade incolomis euasit nullo strenui ducis
eo die munere ptermisso. Nā si vnq; antea: tum ea pugna aciē peritissime instruxe
rat loco subsidiisq; firmauerat atq; in ipso certamine dum manus conserebantur sic
militibus suis officiū pstiterat vt summi imperatoris laudē etiā ab hostibus tulerit.
Post hanc victoriā Scipio Nactus Verminā Siphacis filium opem Carthaginensi
bus afferentē fugauit & usq; ad menia portumq; Carthaginis exercitū admouit
ratus id quod accidit penos supplices ad pacem petendā venturos Nam ut ad bel
la suscipienda alacer & promptus fuerat Carthaginensiū animus: sic eo tēpore mol
lis ac minime resistens mens eoꝝ fuit. anibale psertim superato in quo antea omnē
spem seruande patrie collocatā habebat. Itaq; consternati animo legatos ad Scipi
onem mittūt qui clementiā victoris implorent & multis pcibus pacem exposcant
Iam Rome de puintia africa ꝯtenciōnes erant & alter ex nouis ꝯsulibus in exercitū

properabat pari imperio ad gerendũ bellũ. Quãobrem veritus Scipio ne tanti bel
li confecti gloria ad aliũ perueniret: equo animo a legatis Carthaginensiũ se exorari
passus est. Condicões igit̃ pacis Carthaginẽsibus date ex victoris arbitrio & pre
ter alia omĩs classis qua maxime confidebant adempta. Ea cũ cremeret̃ tam mise
rabile spectaculũ intuentibꝰ prebuit ut nõ secus in vrbe: quã si Carthago a stirpe ĩ
teriisset comploratũ sit. ad quingentas enĩ naues omnis generis crematas quidam
auctores sũt. Verũ hec nos admonere debent fragilitatis humane: cuius nimia ut
ille inquit in ꝓsperis rebus obliuio est. Qui enĩ antea amplissimis victoriis confecu
tis omni prope italia indicionẽ redacta: vrbe Roma audacissime obsessa imperiũ or
bis terre animis destinabãt: non multo interiecto spacio in eũ locum deducti sunt:
ut omĩ imperio amisso nihil ꝑter Carthaginis menia possiderent eaq; seruare posse
diffiderẽt: nisi salua esse sineret hostiũ exorata clementia. Post hec Scipio ex sentẽ
tia senatus Masinissam regẽ nõ solum in patriũ regnum restituit: sed adiecta opu
lentissima parte Siphacis regni ꝑpotentẽ inter africe reges fecit: singulis deinde
ꝓ meritis premia tribuit. Demũ cõpositis africe rebus exercitũ ĩ italiã reportauit
sub cuius aduentũ multi mortales Romã cõfluxere ut ꝑstantissimũ belli ducem
post tãtas res gestas intuerent̃. Itaq; celeberrimo triũpho vrbem est inuectus quẽ
secutus est Terentius Culeo Senator pileato capite: quia beneficio eius ex seruitu
te fuerat exemptus. Siphacẽ viro regem Polibius in triũpho ductũ: quidã prius
q; Scipio triũpharet mortuũ scribunt. Multi antea Punico & postea Macedonico
atq; Asiatico bello triũphantes plura vasa aurea argenteaq; & maiorem copiam ca
ptiuoꝝ pre se tulerũt. Sed vnus anibal victus & tanti belli confecti gloria triũphũ
P. Scipionis sic celebrẽ reddidit ut facile ceteroꝝ aurũ pompamq; superaret. afri
ca enim sub acta nulla gens postea fuit que vinci a populo Romano erubesceret.
Quãobrem ex hac ꝓuincia gradus imperii in Macedoniã: in asiam atq; in reliquas
partes orbis terre est factus. Ceteꝝ Scipioni quẽ post africam deuictã iam africa
nũ appellare licet Romam reuerso neq; ciuiles dignitates neq; vrbani honores de
fuerunt. Nam cũ censoꝝ comicia haberent̃ & multi cõpetitores ex suprema nobilita
te concurrerent: ipse & Elius Petus ꝑlari omĩbus sũt creatiq; censores magistra
tũ postea sũma integritate concordiaq; gessecũt. Sequẽtes deinde censores alii atq;
alii ꝑncipem senatus africanũ legerũt: quod genus honoris iis tantũ viris deferri
consueuit: qui auctoritatẽ & gloriã maximis in rem p. meritis ꝑstantissimisq; rebꝰ
gestis essent consecuti. Nec mulro interiecto spatio creatus est iterũ consul collega
q; ei datus Sempronius longus Sempronii illius filius quẽ anibal magna affectũ
clade ad flumẽ Trebiam superauit. Hi ꝑmi fuisse dicunt̃ qui in spectandis ludis pa
tres a populo secreuerũt: quã selectõnem plebs Romana molestissime tulit aduer
sus consules indignata: qui honorẽ Senatorii ordinis extulisse suũ contempsisse visi
erat. Et ipsũ etiã africanũ aliquãdo penituisse tradũt se veteris moris tollendi: no
ui introducendi auctorẽ fuisse. Erant ꝑ id tempus quedã contẽciones de finibꝰ im
perii inter Masinissam & Carthaginẽses exorte ad quas cõponendas Scipio duoq;
alii legati a senatu missi cũ causam discordie cognouissent: rem totã integrã suspẽ
samq; reliquerũt atq; eo consilio id factũ dicunt: ut peni domesticis cõtencionibꝰ oc
cupati tenerent̃: nec aliis negociis vacare uel ad spem nouaꝝ rerũ erigere animos
possent. Vigebat enĩ cũ rege Antiocho bellũ & anibal penes cum eo erat: qui nun
q̃ cessabat in populũ Romanum veteres hostes concitare: nouos acquirere & omĩ
bus modis Carthaginẽsibus suadere ut seruitutis iugum sub titulo federis sibi a
Romanis impositũ abicerent & regem amiciciã experirent̃. Verũ paulo post Ro
mani rebus prospere gestis Antiocho egregia pulso cum iam Asiam animis desti
narent: africanũ intuebant̃ ueluti hominem natũ ad bella magni ponderis finienda

L. autem Scipio & C Lelius ꝯsules erāt & uterq; sibi asiam prouinciam decerni
cupiebat. Res arbitrio senatus ꝑmissa erexit studia patrū senatoresq; dubios red
didit de tantis viris iudiciū facturos. Sed cum apud patres maior Lelii gracia
maior etiā existimacō esset & senatus ad eum inclinaret negociūq; deferret: sur-
rexit. P. africanus frater maior. L. Scipionis & illā ignominiā familie deꝑcat⁹
ē: dixitq; & in fratre suo sūmā virtutem esse sūmumq; ꝯsilium neq; se ei legatum
defuturū. Extemplo hec vox ingenti patrum leticia excepta omnē dubitacōnem
ex eoꝝ animis dempsit. Decretū est igit̄ frequēti senatu ut. L. Scipio ī greciā ad
uersus Etholos. Deinde ī asiam si ei uisū esset transiret ad inferendū antiocho bel
lum &. P. africanum secum duceret: quē anibali victo & ꝓ antiocho in acie stan
ti victorem opponeret. At vero. P. Scipionis pietatem quis nō iure miret̄ quā nō
solum a ꝑma adolescencia Cornelio patri: sed etiā L. fatri id etatis usq; rebus e-
gregiam prestitit: & quamq; erat africanus qui aniba'em vicerat de penis trium
phatat omnes belli gloria & virtute anteibat. imperio tamē minoris natu se spon-
te submisit ut is in honore obtinēde ꝓuincie gracioso college ꝓfetretur. Ex eo au
tem bello. L. Scipio consul Africani ꝯsilio egregio quidem & fideli usus maxi-
mā gloriā in patriam reportauit. Nam ꝑmū in greciam traiciens inducias sex mē
siū Etholis dedit suadente africano posthabitis omībus asiam caput belli peteret
Prusiam deinde Bithinie regem animo fluctuātē africani opera ab antiochi socie
tate auertit. Magnū enī erat africani nomē & oēs qui consulē adibant rē aliquā
impetraturi eo patrono utebant̄. Cum vero in asiam peruenisset & legatos antio-
chi & Heraclides Bicantius presto fuisset ut de pace ageret & publice expositis
mandatis equas ꝯdicōnes impetrare nō potuisset: priuatim sicut ꝓceptū erat afri-
canum adisse tradit̄ ac multis modis tentasse animū uiri ut in regis desiderium
trabaret. Nam & filium adolescentē: quē captū in potestate haberet: antiochū re-
missurū dixit & africanum in tocius regni societatē titulo tantū sibi referuato li-
bentissime susceptuꝝ adiecit. P. autē Scipio sicut multis aliis virtutibus ita fide
& ꝓbitate prestans ceteris posthabitis filiū ut gratum munus se acceptuꝝ respō
dit & ꝓ priuato officio quantū in eo esset ꝑuatam graciā relaturum. Sed ante om
nia regem hortari ut abiectis belli consiliis quascunq; dederit senatus populusq;
Romanus ꝯdiciones accipiat. Paucis vero post diebus antiochus filiū ad. P. Sci-
pionem ut pollicitus erat remisit: quē alii iam inde ab initio belli a Chalcide Ori-
cum petentem alii prauo nauigio traicientē: quidā ꝓficiscentem exploratū ꝯsilia
hostiū captum fuisse tradūt atq; eo tempore ad patrē Elee egrotantem remissum
dicunt. Ea indulgentia regis gratissima ut par erat africano fuit uisusq; ex longo
interuallo adolescens animū eius sollicitum & corpus egrum magnopere recreauit
Veꝝ. P. Scipio ut aliquod grati animi iudiciū pre se ferret. ꝑ legatos qui ad eum
venerant amplissimas gracias antiocho egit ꝓ filio ad se remisso. Deinde eum mo
nuit ne prius in aciem descenderet: q; se ab Elea in castra reuersū sciret. Motus
auctoritate viri antiochus aliquādiu se castris continuit & preliū in longū differē
dū putauit sperans per africanū se aliquē aditū ad consulē habiturū. Postea vero
cū consul ad Magnesiam consedisset & lacessendo atq; irritando hostē ad pugnam
excivisset: continere se nō potuit rex: quin iusta acie decertaret. Eo prelio inter a-
lios regios duces Anibal Carthaginēsis interfuisse tradit̄. Victus ꝓfligatusq; an-
tiochus cum perditis rebus nullum remediū esse censeret ad africanū qui paulo
post ꝯmissam pugnam leuatus morbo in castra uenerat: confugit ac per eū a consu
le impetrauit ut de paci agi liceret. Venientibus ergo in castra legatis antiochi pe
tentibusq; ut regi suo ignoscerent & quascunq; uellent condicōnes dicerent pacis
africanum ex cōmuni omniū sentencia respondisse tradūt non esse consutudinem

Romanoꝝ ut uel aduersis rebus succumbere uel secundis efferri sciāt. Easdem cō-
diciones quas ante victoriam detulissent se deferre ut Europa abstineat rex: cis
thaurū montem usq; ad Tanaim amnem possessione Asie cedat. In. xx. annos tri-
butū pendat. xx. obsides ex arbitrio consulis dedat. Et ante omnes Anibalem pe-
num concitatorē belli poposcit. Sed is ut in eius vita scripsimus terra mariq; fra-
ctas videns Antiochi opes se manibus Romanoꝝ subripuerat & ad Prusiam Bi-
thinie regē perfugerat. Antiochus acceptis ɔdicōnibus pacis benigne sibi a popu-
lo Romano factū dixit: q; magna cura liberatus modicis regni terminis uteretur.
Ampla enī imperia & nimie que expetunᷣ opes tot rāq; varias & vndiq; circumfu-
sas molestias habent ut non minus vere q̄ eleganter a Theocrito dictū sit. Nō mi-
hi sint opes Pelopis nec multa talenta. Nec releri cursu ventos superare fugaces.
At va-uo curis liceat cantare sub antro. Et ꝓcul e specula mare spectare profun-
dum Consul de bellato potentissimo rege Asie celeriusq; opinione omniū bello max-
imo cōfecto Romā rediit & specioso triūpho vrbem est inuectus. Cognomē quo-
q; ex deuicta ꝓuincia meruit ut sicut ante Africanus ob africam: sic etiā iste Asia-
ticus ob asiam subactam diceretᷣ. Nec. P. Scipio cuius consilio. L. frater rem pu.
felicissime gesserat: expers honoꝝ fuit. Nam paulopost duo clari censores. T. Q.
Flaminius & . M. Claudius Marcellus eū ꝑncipem senatus tercio legerūt: sicq; is
duobus lustris: ex quo est ab inicio ɔstitutus in ea dignitate permansit. Veꝝ ope-
preciū est contemplari q̄ uaria & q; imbecillis sit rerū humanaꝝ cōdicio. Erat
ea tempestate cumulata omī genere honoris Scipionum Corneliq; gentis gloria
& africani auctoritas in eum gradū peruenerat ut nō esset ꝑuato viro in libera ci-
uitate ulterius expetendū. Hanc magnitudinē sustinere nō potuit inimicoꝝ inui-
dia: sed erupit tandē ea que animis latebat & in tantaꝝ rerū auctores sese effudit
Nam duo Q. Petilii tribuni plebis portii Catonis ut quidā suspicanᷣ opera conci-
tati diem. P. africano dicunt & pecunie ab antiocho rege accepte & nō in publicū
relate eum insimulant. Is sue ꝓbitatis conscius vocanti magistratui paret ac ingē-
ti fiducia animi in forū ꝓgressus oracionē amplam magnificāq; habet de rebꝫ a se
pro re publica gestis: quaꝝ ɔmemoracio nō ꝑ gloria sed pro suo periculo habita a
multitudine que ibi frequēs aderat equis animis accipitᷣ. Instāt tamē tribuni: mul-
tis calumniis hominē onerant & quasi culpe obnoxiū suspicōnibus magis q̄ argu-
mentis accusant. Sequenti die citatus iterum africanus ad constitutam horā pre-
sto adest & cum magno comitatu amicoꝝ per mediam concionē ad rostra ꝓgredi-
tur. Ibi silentibus cunctis Memini inquit Quirites me tali die de anibale & de pe-
nis egregiam victoriam ɔsecutū. Quāobrem postpositis litibus hinc eundū in Ca-
pitoliū censeo ut pro re p. felicissime gesta diuino numini gracias agamus: profici-
scentem deinde. P. Scipionem non modo Capitoliū: sed etiā ad omnia templa ur-
bis secuta vniuersa concio est magistratu cum solis ministris relicto. Hec uelut ulti-
ma ꝓsperitatis dies & frequencia hominū & beniuolentie significacōne quacūq;
antecedenti felicior africano illuxit. Nam postea ruri agere vitam ꝓcul ambicio-
ne ac foro constituit. Itaq; literniū se contulisse traditᷣ seu vehementi indignacōne
ɔmotus q; post tanta beneficia in ciuitatem collata: ꝓ mercede ignominiā reporta-
ret: sē quia facietate glorie captus generosius duceret sponte inimicoꝝ inuidie cede-
re q̄3 vi & armis magnitudinē suā tueri. accusātibus deīde tribunis ɔtumaciā viri
ac. L. fratre absentie sue causam in egritudinē referente. vnus e tribunis plebis
Tiberius Graccus cui simultates cū africano erant contra opinionē omniū hāc ex-
cusacionē accepit & Scipionis causam modo eū summis laudibus efferendo: modo
aduersarios deterrēdo sic egregie tutatus est ut postea senatus frequens qui hanc
iniuriam iniquo ferebat animo: amplissimas ei gracias egerit. Sūt autem q nolūt

Publium Scipionem priusq̃ Liternum concederet librum ꝓ reddenda racione a
L. fratre in senatum allatum suis manibus compressisse atq; id non fraude aut arro
gantia fecisse: sed eadem fiducia animi qua aliquando in questores est usus cũ cla
uis ad aperiendũ erarium contra leges poposcit ut necessitati rei pu. subueniret.
Quidam etiã dicunt nõ Africanũ: sed Asiaticũ fuisse: quẽ tribuni plebis in iudi-
cium uocarunt & P. Scipionem qui in Etruria per id tempus erat legatus: hac re
cognita celeriter in urbem redisse & primo aduentu cum offendisset. L. fratrẽ
damnatum & paratos ministros: qui eum uinctũ in carcerem ducerent: sic animo
exarsisse ut viatorẽ tribunosq; plebis vi a corpore fratris repulerit. Adiciũt prete
rea Tiberiũ Graecum tribunum plebis questũ primo solutam esse a priuato tri-
bunciã potestatem: deinde postpositis simultatibus: que sibi cũ Scipionibus int-
cedebant eoꝝ patrocinũ suscepisse ut tribuni potius a Tribuno: q̃ a priuato vi-
cti viderẽtur Eodẽ die senatum ĩ Capitolio cenãtẽ auctorem fuisse scribunt vt A
fricanus minorẽ ex filiabus Tiberio Gracco desponderet. Hac sponsione facta re-
diens domũ. P. Scipio cum uxori nouam affinitatem nunciasset: indignata mu-
lier dixisse fertur non debuisse eũ in consulta matre filiã despondere etiã si Tibe-
rio Gracco locare potuisset. Id responsũ Scipioni iocandissimũ fuit: cũ vidit cõiu-
gem in eandẽ sententiam: in qua ipse constiterat: de locanda filia incidisse. Nec sa
ne me fugit hec que modo dixi: non nullos de Tiberio filio & Appio Claudio eius
socero tradidisse. Nam Polibius Plutarchus & alii locupletissimi auctores Corne
liam: que Caium & Tiberium peperit post mortẽ africani Gracco nupsisse scribũt
Fuit enĩ africano Emilia vxor. L. Pauli filia: qui consul ꝓ re publica ad cannas oc
cubuit. Ex ea genuit filias duas: quaꝝ maiorem natu. P. Cornelio Nasice: mino-
rem seu in vita seu post mortem patris Tiberio certe Gracco nuptam constat De
filiis vero pauca reperiunt̃: que ꝓ certis afferri possint. Diximus de adolescẽte ab
antiocho capto & ad patrem liberaliter remisso: de quo nullam postea scriptores
quod compertum habeam mencionẽ faciũt: nisi quod cum preturã gessisset & in
magistratu consequendo a Cicereio patris scriba adiutũ fuisse quidã auctores sũt
Proditum quoq; memorie est africanũ minorẽ a filio. P. Scipionis adoptatũ fuisse
M Cicero in eo libro qui Cato maior inscribit̃. Quã fuit imbecillis inquit. P. afri
cani filius is qui te adoptauit. Et in sexto de re p. libro pater Emilius Scipionẽ
filium hortatur ut sicut africanus auus colat iusticiam & pietatem. De exitu au
tem. P. Scipionis varia scriptores tradidere. Alii Rome mortuũ elatũq; scribũt
& ad fidem huius rei monumentũ ad portam capenam ei factũ & tres statuas su-
perlocatas ferunt quaꝝ due. P. & L. Scipionũ dicantur esse. Tercia. Q. Enni
poete Huic sentencie illud. Ciceronis cõuenire videt̃. Carus inquit Africano supe
riori fuit noster Ennius. Itaq; etiã in sepulcro Scipionũ putatur is esse constitutꝰ
Alii auctores sũt & frequencior fama est Literni africanũ mortuũ ibiq; ex sua in
stitucõne sepultũ esse ne patria parum memor beneficioꝝ suum funus celebraret.
monumentũq; ei factũ ac statuã superpositam: quã postea tempestate disiectã Li-
uius se vidisse testatur. preterea apud Caietã in marmoreo sepulcro eneaq; vrna
hec inscripta reperiunt̃. Deuicto anibale capta Carthagine & aucto imperio hos
cineres marmore tectos habes. Cui non europa non obstitit africa quondã. Respi
ce res hominũ q̃ breuis vrna premit. Ego vero queritans quo anno etatis africa-
nus obierit. IIII. & .L. annos eũ vixisse pauloq; post interisse apud quosdam orato
res grecos inueni. Fuit autẽ vir non solũ omĩ bellica laude dignus: sed etiã dome-
sticis virtutibus ꝓstans que sic eius animũ ingeniũq; alebant ut dicere solitus sit
nunq̃ se minus ociosũ esse q̃ cũ ociosus nec minus solũ q̃ cũ solus esset. Interdũ enĩ
multitudinem cõsulto fugiens tanq̃ in portum se in solitudinem recipiebat. Sed

ea erat rerū gestaꝝ gloria ut quocūq ꝓficisceret: concursū omnis generis hominū
cōmoueret. Tradit fama cum in Liternū secessisset ꝑdones quosdā eum salutatū
venisse ut tantū virum intuerent dextramq illius fide & victoris prestantē con-
tigerent. Magna est enī virtutis vis & magna apud omnes gentes cū non solum
bonos: sed etiā improbos ad se amandū alliciat. Iam vero res admonere videt ut
Scipionis & Anibalis gesta & ea que ad domesticam pertinent disciplinā paucis
verbis conferamus. Primū si res bellicas considerare velimus satis constat ambos
fuisse sūmos prestantissimosq belli duces ac non modo etatis sue: qua nulla bella-
cissimoꝝ viroꝝ ferocior fuit sed etiā superioꝝ tempoꝝ cuilibet regum imperatoꝝ
ue pares. Id autem mirari libet: cū potentissimos aduersarios domi haberent: qui
omnia sua cōsilia oppugnare nitebant: tanta eos in externis bellis sustinere aut ꝑ-
ficere potuisse. Nam ut cetera omittā. P. Scipio aduersante Fabio maximo aliis
q ꝑncipibus ciuitatis quāta contencōne perficit in Africam mitteret ad gerendū
ex propinquo Carthaginensibus bellū. anibal vero quē aut qualē aduersariū habuit
Hannonem ꝑncipem factionis aduerse. ambo igit multis domi forisq difficultati-
bus victis non felici quadam temeritate ut plerisq contigat: sed arte ingenio cō-
silio: res omī memoria dignas gessere. Verū anibalis ferociam plerique mirant qui
expugnato sagunto ausus sit ab ultimis terraꝝ finibus in italiam ingentes
peditum equitumq copias secum ducere: ualidissimā rem p. quā maiores sui non
mediocriter formidauerant: bello lacessere: multis exercitibus cōsulibus imperato-
ribus cesis sub menibus Romane urbis castra ponere: externos reges longinquas
nacōnes cōmouere ad īferenda romanis arma. Hec qui fecerit maximū ac fortissi-
mū ducē habendū putant. Alii vero in Scipionē conuersi sūmis eū efferunt laudi-
bus: quatuor nobilissimos duces quatuor exercitus in hispania fusos fugatosque de-
uictū & captū ingentis nomīs regem enarrant. Postremo illā memorabilē pugnā
extollūt: qua Scipio collatis signis anibalē ꝓfligauit. Nam si Fabio inquiunt lau-
di datum fuit: quia nō est a peno superatus: quid de africano dicendū erit: qui ce-
leberrimū ducem magno prelio fudit & grauissimū bellū confecit. Hunc insuper
aperto marte bella gerere: cū hoste equo campo congredi consuesse memorāt. A-
nibalem econtra insidiis: dolis atq omī genere fallacie uti solitum tradūt. Itaq om-
nes greci latiniq sciptores calidissimū ducem appellāt. Sunt preterea qui anibalē
laudandū censent: q tam diuturno tempore: quo bellū cum Romanis gessit exerci-
tum conflatum ex omni genere hominū sic quietum & concordem tenuit ut nulla
unq in castris audita seditio sit. Vituperandum econtra arbitrantur q post illam
memorabilem cladem. Romanis illatā segniter sit victoria usus: q campanie apu-
lieq deliciis sic milites suos corruperit: ut nō iidem postea uiderētur: qui Roma-
nos ad Trebiam: ad Transimenum: ad cannas fudissent. Hec cum omnes auctores
in eo duce reprehēdant: tum perfidiam & crudelitatem maxime detestātur. Nā
ut cetera omittam que immanitas illa fuit: cum hominis arpinatis uxorem & libe-
ros in castra accitos viuos cōbussit. Quid de illis dicēdū: quos ex italia decedens
in Iunonis Lacinie delubro necari iussit. ac Scipionē si scriptoribus magis quā mi-
doꝝ calūniis credere libet moderatissimū ducē: nec solū in pugna strenuum: sed
etiā post victoriā clementē fuisse dicemus. Itaq sepissime accidit ut eiusdem vir-
tutē hostes misericordiā victi: fidem cetere gentes experirent. Iam vero contine-
tia & liberalitas viri quanta aut qualis fuit: qua in virginē captiuam qua in Lu-
ceum ꝑncipem celtiberoꝝ est in Hispania usus. Quod autem adutrumq attinet am-
bo liberalibus artibus eruditi: ambo doctoꝝ hominū amatores fuisse dicunt. Tra-
dunt enī ut Africanū Ennio: sic Anibalē Sosillo Lacedemonio familiarissime usū.
Sunt etiā qui penū Litteraꝝ grecaꝝ non modo nō ignaꝝ fuisse scribūt. Sed in hoc

quoq; genere laudis tantum ei tribuunt ut historiam de reb; gestis Manlii Vul-
sonis greco sermone scripsisse velint. Ego uero. M. Tullio libenter adhereo qui in
libero de oratore Anibalem dicit audiuisse Ephesi Peripateticũ Phormionem de
imperatoris officio & de omĩ re militari copiosissime differentem pauloq; post ro
gatum quidnam de illo philosopho iudicaret respondisse nõ optime grece :attamẽ
grece: multos se deliros uidisse senes: sed qui magis q̃ Phormio deliraret vidisse
neminem . Ambo preterea apti in dicendo . anibal etiã acutus in respondendo fuis-
se tradit̃ Cum aliquando antiochus populo Romano bellũ illaturus copias in aci
em deduxisset non tam armis q̃ auro argentoq; ornatas quesiuit a peno an satis he
copie sibi uiderent̃ Tum ille satis inquit o rex q̃uis hostes auarissimi sint illud au
tem uere dici potest anibalem res gessisse magnas. attamẽ sue rei p. calamitosas.
Causa enĩ perniciosissimi belli :causa pestis atq; exitu fuit. Scipio contra sic rem p.
suam ꝓtexit: patriam conseruauit imperiũ auxit. ut qui ea meminerunt Romam
ingratam appallare non dubitent : que Affricanum seruatorem vrbis cedere ex vr
be maluit : q̃ paucorum furorem audaciamq; reprimere . Ego vero nec eam ciuita
tem gratam appellare possum :que prestantissimi viri simul et innocentissimi tam
abiecte ignominiã tulit: nec tam uituperare scio q̃ uituperandam censerem si ad eã
iniuriam inferendam contulisset manus . Verum senatus ut omnes auctores asse-
uerant Tiberio Gracco opem Scipioribus afferenti gracias egit & plebs relictis
tribunis qui reum citabant per omnia templa urbis africanum secuta facile decla
rauit quanta beniuolentia quãtoq; honore dignũ censeret Scipionũ nomẽ. Quod
si ex talibus iudiciis ciuium animi metiẽdi sint nõ tam ingrata ciuitas in abiciẽda
beneficioꝝ memoria : q̃ in toleranda iniuria lenis mollisq; censenda erit. Pauci enĩ
fuere qui reliquis indignantibus tale facinus audiendũ putarũt. Ceterũ vir ma-
gni aĩmi Scipio facile cõtẽnens inimicoꝝ inuidiã cedere ex vrbe maluit: q̃ intesti-
nis discordiis ciuitatem euertere. Nec iam ipse ut Coreolanus : Alcibiades aliq;
permulti ex antiquoꝝ memoria infesta patrie signa inferenda putauit: nec exte-
ras gentes potentissimos reges cõmouendos censuit: ut eoꝝ auxilius fultus ei ciui
tati vim afferret: quã spoliis triomphisq; decorarat. Quãtum enĩ Romane liberta-
ti consulerit: facile intelligi potuit: cũ regale nomẽ ab Hispanis delatum repudia
uit: cũ populo Romano succensuit: quod eũ perpetuũ consulẽ & dictatorẽ uellet
facere: cũ in comitio in rostris in Capitolio sibi statuas fieri vetuit: que omnia po
steris temporibus ad resarẽ qui Pompeiũ profligauit a seruientib; ciuibus sunt
delata Ee igitur alieq; eiusdem generis sũt Africani proprie virtutis: maxime ac
verissime laudes continentur. Verum ut hec omnia ad vnam sũmam referant̃ ii
duo celeberrimi duces non tam domesticis virtutibus: quibus Scipio magnopere
prestitit q̃ bellicis artibus & rerũ gestaꝝ gloria comparabiles esse videntur. Exi-
tus quoq; vite similitudinem quandam pre se ferunt: q̃ ambu extra patrium solũ
obierunt: quanq; Scipio non a re publica damnatus ut Anibal: sed uoluntario sibi
exilio indicto uitam. extra urbem finiendã potauit.

Epistola Guarini oratoris eximii In vitam atq; gesta Philopomenis incipit feliciter

76

OC TEMPORE Quo poeta noster diceret: spumat plenis vindemia labris. Cum in agrum me polyceian rei domestice munus & diligentia constituissent: omittēdū non putaui: ut quantum a negocio suffurari me potui: hosce dies amussis inertes perire sinerem. Huius autē rusticacionis racionem tibi reddere institui. Madi uir clarissime: quem & studiorum censorem & litterarum ornamentum ac lumen nostra ciuitas & intuetur & imitatur Nam cum iuri ciuili: quod nō secus familie uestre ac sceuolarum quondam generi cognatum est: sūma cum integritate laude & nomis celebebritate inuigilasses: historie cognicionem & reliquas bonas artes quasi necessarium erudicōis & beneuiuendi cumulum adoptasti: ut vero Plutarchus quem peregrinaciūcule comitem habui in manus desūpsi. Primus sese legendū Philopomenes & vir seuerus & imperator illustris obtulit. Is meam tacitus implorare fidem uisus est: ut cum superiori tempore Titum Flaminium equalem suum & honoris emulū latinū fecissem: & sociū distraxissem: solum ac destitutū se nequaquam esse paterer. Audiui hominē & orantem & orare sciui. Idq; uel precandi equitate: uel precantis auctoritate libens feci. Nam cum magnos & excellentes viros illustret antiquitas: tū vero vna etate & mirum in modum intra se pares editos duces celebrat. Scipionē romanum: anibalem Carthaginensem & Megalopolitanū Philopomenem Ne putes igitr Plebeum quempiam aut vilem te nunc habiturū hospitem: quē uel eo tempestiuius ad te deduxi: quod eodem ex aliqua italia nobilissimos & rei militaris prefectos ac principes cōfluxisse cernimus: dum dux illustrissimus: vereq; dignitate sapientia & gloria princeps Frācıscus Foscarus & senatus venetus Philippū Mediolani ducē qui paulo ante & tuscos & apulos nomis sui terrore impellebat te autore represserunt conciliaueruntq; Tuum est Madi vir insignis ut Philopomenem Tito qui tuus quoq; hospes est concilies. Si tamē cū legeris tue prudentie testimonio comprobaris nec dignā qui in lucem emitatur ipse censueris

Plutarchi Histographi greci de vita atq; gestis Philopomenis traducti in latinū linguagium per Guarinū oratorem incipit feliciter

LEDNDER GENERE. primarius et inter amplissimos Mantinee ciues egregia potestate pollens fuit. Is ut fortune mos est & eius vrbe profugus Megalopolim peruenit: maxime ob Crausin Philopomenis patrem uirum cū omnibus in rebus clarissimū: tum vero precipua se cū familiaritate deuinctum Eleander quo ad Crausis muita fuit: rerum omniū facultatem assecutus est. Ei autem mortuo amoris vicissitudinem & hospicii premia reddidit. eius siquidem filium parente destitutū educauit. quēadmodū Achillem sub fenice enutritum Homerus tradidit. Cum illius mores statim generosam quādā ab initio vereq; regiam confirmacōnem incrementū ue capesserent. Verū pubescente iam Philopomene Eudemus ac Megalophanes Megalopolitani imprimis

curam subire. viri cum archesilao plurimū in achademia obuersati: maximi omniū
etatis sue Philosophoꝝ ad res vrbanas & actōnes studia ꝑduxerant. ii cum occul
tos Aristodemi interfectores instruxissent: & propriam a tirannide patriam libe
ram reddiderūt: & vna cum arato nicodem quoq; Sicinidum tirannū eiecerunt
Deprecantibusq; Cireneis: deinde eum perturbata eoꝝ ciuitas intestino mor-
bo teneret eo nauigarunt: prestantissimisq; legibus ab se positis ciuilem statū op
timis institutis adornarūt. Nimirum inter alia eoꝝ opera & Philopomenis insti-
tucōnem plurimi faciebant: ut qui in bonis huius bonis artibus publicum grecie
emolumentum efficerēt Eteni grecia cū post eximias antiquissimoꝝ ducū virtutes
hunc vitū perinde ac extrema senectute filiū in lucem ꝑduxisset: ipsū precipua be
niuolentia complexa est: simulq; cū gloria eius potestatem adauxit. Romanus qui
dam Philopomenem laudibꝫ extollens grecoꝝ postremū appellauit quasi grecia
nullū amplitudinis vitū nec vere grecia dignū post Philopomenē edidisset: fuit
forma minime sane turpi queadmodū quidam opinant. Nam eius imaginē specta
mus delphis permanentem. Mulieris autē hospite Megarensis ignoracōnem ob
indumentoꝝ tenuitatem & frugalitatem eius euenisse tradit. Illa eni cū Acheoꝝ
imperatorem ad se aduentare accepisset ingenti animi tumultu fluctuabat: & in
ipso cene apparatu forte enim maritus aberat agitabat Interim Philopomenes te
nui ad modū cum clamide subit edes: quem mulier ex ministris quempiam precur
rentem ante uertisse suspicata ut ministranti sibi opem adhiberet precabatur. Cō
tinuo Philopemen relicta clamide scindere ligna cepit: inter hec hospes ingressus
ubi rem suspicat; quidnā hoc est inquit O philopomen Cui Philopomenes dorica
respondens lingua; Quid nam aliud ait ꝙ in decore faciei suppliciū do. reliqui cor
poris effigiem Titus Flaminius mordens aliquando O Philopemen dixit ꝙ pul-
cras manus habes & crura: ceterum ventrem nō haberes: & erat sane medius ex
partibus gracilior. Verū in ipsius facultatem relatus est Titi morsus: nam cū bo
nos equites ac pedites haberet: interdū pecuniaꝝ inopia laborabat. Hec quidē p
scolas de Philopomene dictari solent: mores autem eius propter ingenitā honoris
cupiditatē contenciosi: crimine omnino nō caruerunt: nec iracundia liberi fuere.
Et licet Epaminunde inprimis emulus esse nollet: eius ꝑfecto strenuitatem intel
ligenciā ītegritatē ita ut nullis efficeret pecuniis magnū īmodum imitabat. Ve-
rum cū in māsuetudine grauitate humanitate ad ciuiles disceptacōnes permanē-
iracundia & contemtione nequiret: ad rei militaris ꝙ urbanas virtutes acōmoda-
cior censebat: eteni ut primū ex ephebis excessit ingēti quodam rei militaris stu
dio tenebatur. & eaꝝ que ad hoc conducerent disciplinaꝝ auditor erat equitandi
tractandoꝝ armoꝝ & pugnandū cupidissimus. Cum aūt luctari commode videre
tur: inuitantibus amicis & tutoribꝫ ur Athletarum arti quicꝙ opere impartiret
eos interrogat: nū quid ex Athletacū arte ad res militaris exercitacōnem detri
menti paterec. Cui id quod erat asseuerant: cū omnibus rebus inter Athleticū &
militare corpus & uita interesset. Tum uere aliam uidendi formulā: Et aliud exer
citacōnis genus esse. pugiles quidam permultos sopore assidua saturitate agitacō
nibus ad certam modū & ordinem institutis eoꝝ habitudinē tutari: que quouis
momento & noua consuetudinis excursione ad permutacōnem dubia & periculo-
sa sit Miliciam vero nullius erroris expertem per inequalia cūcta uersari: precipue
inopiam] ac vigilias tollerare & facile quidem solitam. Quibus auditis Philopo-
men non modo per se studium omne pugilum fugit & derisioni habuit: sed etiam
postea cum exercitus ductaret: cum ignominia & probris quantū in eo fuit ha-
buit quippe cū aptissima ad dimicacōnes ineptissima redderet: & prorsus inutilia
A pedagogoꝝ & preceptoꝝ cura solutū in expedicōnibꝫ quas rapine populacōisq;

gratia in ſpartanoꝝ fines ciues incurſantes faciebant:ita ſe ipſũ conſuefecit:ut
quotiens educeret exercitus primus. Quotiẽs reduceret poſtremus uaderet. Vbi
vero ocium ab armis eſſet: corpus defatigabat. & aut uenacõibus. aut agricultu
ra agile pariter robuſtum ue comparabat. Agrum enim bonum uiginti ab urbe
ſtadia poſſidebat Et poſt prandiu aut cene tempus quotidie cõmigrabat ubi ſuper
ſtramenta prout ſeſe obtulerant:ſicut queuis colonum deiectus quieti ſe debebat
prima deinde luce ſurgẽs vna cum viuitoribus:aut bubulcis opus aliquid ſuſcipie
bat Inde in urbem denuo cõmeabat Vbi rei p. negocijs:aut cũ amicis:aut cũ ma-
giſtratibus occupatus erat. Quecũq; illi bellicis artibꝰ parta fuerant:aut in equis
atq; armis comparandis aut in captiuis redimendis expendebant Rem vero do-
meſticã ex agricultura iuſtiſſimo ſane queſtu amplificare & collocupletare nite
bat. Illud videlicet inter ſuperuacanea minime ponens opera. Verũ maiorem imo
dum ad officium pertinere ratus:ſi ita rem familiarem poſſideret ut ab alienorũ
iniuria manus continere:eloquencie & philoſophoꝝ operibus aſſiduam curam ad-
hibebat:nec tamẽ omnibus. ſed que ad uirtutem capeſſendam uſui ſibi fore iudica
bat. Homericis uero figmentis:quecunq; ad ingeniũ virtuti excitandũ & ſtimu-
landũ attinere putabat animũ interdebat. Ceteꝝ lectionibus euangelii precipue
de re militari ſtudioſius incumbebat. Hiſtorias Alexandri cõplectabat. Id ſemper
ſecum uerſans:quo nam modo ad Actionem uerba conuerteret:niſi quippiam ocio
ſe & inſtructuoſo ſermone uideret abſolutũ Eteni que ad rerum militariũ ſpecula
cõnem intalibus pingunt prorſus omittens. ex locis ipſius experientiã argumen-
tum ue captabat. At meditans exercitacõnem faciebat proclives locoꝝ deſcenſus
preruptaq; precipicia & quicquid ad fluenta. foſſas. angiportus: caſus & forme
i dilatanda rurſus in contrahenda phalange obuenire poſſet Ipſe ſecum dumiter
faceret conſiderare:aut comitibus proponere ſolitus erat Hunc ſiquidẽ uirũ plus
q̃ neceſſe fuerit rerum militariũ ſtudio & ornamentis incubuiſſe: & bellicas artis
perinde ac variam multimodamq; virtutis materiam caritate cõplexum fuiſſe cõ
ſtat:quas qui omitterent velut ignauos & ad nihil agendũ natos contẽptui pror
ſus habuit. Cum Philopomen annos uiginti natus eſſet. Rex lacedemonioꝝ Cleo-
menes. Megalopolim noctu repentino adortus impetu: vi deturbatis excubiis. &
intra menia inrũpens forũ omne captauerat. Conta Philopomen auxiliũ querens
quanq; ſũmis uiribus & magno capitis periculo decertarit. Hoſtem enĩ reiicere
nõ ualuit. Ceteꝝ ſubducit furtim ex urbe ciues aduerſus. inſectantes armis occur
rens:qua in re ita Cleomenẽ in ſeipſũ elicuit:ut amiſſo prius equo & vulneribus
acceptis difficile poſtremus euaſerit His Meſſanam cõtendentibus Cleomenes p
legatos nunciat locũ ſe illis cũ pecuniis reddere. Eam cõdicõnem Megalopolita-
ni libenter aſſummebãt in patriam redire properantes Quod Philopomen cõſpi-
catus obſtitit: inhibuitq; oracõnis grauitate:cõmonefaciens Cleomenem haud ſa
ne oppidũ reddere. Vecũ oppidanos ſibi uendicare:ut firmius oppidũ tenere que
at. Haud enĩ habituꝝ Cleomenẽ. qua racõne Domicilia & inanes muros ſedendo
rueatur. Veꝝ ob ſolitudinem eueſtigio ab turũ quibus vocibus reditum ciuibus
diſſuadens:occaſionem Cleomeni prebuit ut magna ex parte diruta & uaſtata ur
be grandi pecunia ditatus abierit. Poſtea vero Antigonus rex adiumento futu-
rus aduerſus Cleomenẽ vna cũ Acheis ductauit exercitũ. Quo Selaſſie colles &
aditum occupante Antigonus admotas propius inſtruit copias:eo conſi'io ut viri
bus aggredit boſtem. Erat aũt ſuis cũ ciuibus in equitũ ordine Philopomen con
ſtitus:proxime ſubinde illiru quibus uallãtibus pro eoꝝ multitudine ac robore ex
tremũ agmen editũ erat:ut reſidẽtes quieti preſtarent:donec ab altero cornu ru
bicũdam a rege tunicam in ſublime tolli Sariſſa proſpicerent. At conantibus per

illiricos ducibus in Lacedemonios aggredi. Acheis aūt vti fuerat editum ordinē
residendi seruantibus. Cleomenis frater Euchidas cognito quod disiūcti hostes
degrederētur: leuis armature milites prope circūmittit quos in Illiricos impetū
a tergo facere eosq̧ distrahere imperat seorsum ab equitū auxilio distitutos His
igitur iussa facessentibus ac perturbantibus rem conspicatus Philopomen facile
ratus leuis armature milites aggredi p̄sertim cū ad id cōducat temporis occasio
Primū quidem regis prefectis mentem aperit. Postea ut persuadere se minime
posse cernit: suos secum rapiens ciues hostem inuadit. nondū enim ad tantū impe
ratoris facinus satis ampla eius fides erat & auctoritas. Hoste igiẗ ab inicio per
turbato: tum multis cadentibus fugam capessente: ut magis regios animaret &
tumultuātibus aduersariis ocius immisceret: equū dimittit ipse per obliquas con
ualles: confragosoſq̧ torrentes in equestri thorice & armatura grauior difficulẗ
ac labore permaximo decertabat Cum interim sub natibus vno pretoxam vtranq̧
telo transuerberaẗ. Vehemens quidā plaga: sed nequaq̧ letalis erat: ita ut teli cuſ
pis īmineret principio igiẗ nō secus ac colligatus mansit immobilis. Ipsius enim
iaculi infixa penitus acies durum ac grauem dū retraheret motū faciebat. Veren
tibus autē qui aderant contractare: ac subinde ardētibus seuiente pugna: indigna
cōne & de coris auiditate animo discrutiatus ad dimicādū ferebaẗ paruo eadem
modo & altera crurum supinacōne confracto iaculo: frustum utrunq̧ per se iussit
educi: hoc pacto liberatus stricto ense per propugnatores ī hostem uadebat. Qua
ex re nō mediocrem preliantibus promptitudinē & virtutis emulacōnem iniecit
victor igiẗ Antigonus Macedones temptabat: interrogās quamobrem suo iniuſ
su equitatum concitassent Quibus respondentibus se in opinātis & inuitos manū
cum hoste conferre coactos Cū adolescens Megalopolitanus prior incurrisset. Ri
dens Antigonus ille inquit adolescens amplissimi opus ductoris effecit. Hoc insi
gne facinus plurimū glorie vti par erat Philopomeni peperit. cūq̧ Antigonus ut
secū militaret sūmo studio peteret: ac prefecturam simul & grandē pecuniam ex
hiberet Repudiauit precipue quia se esse eius sciebat ingenii ut aliorū subici ditio
ni non nisi grauiter & moleste posset. Vitam uero ocio & secordia terere minime
cupiens usu ac rerum bellicarū disciplina incretam militatū nauigauit. Vbi aliquā
diu preliandi genera inter bellicosissimos viros continentes & viuendi norma ca
stigatos sciencia & exercitacōne uersatus. Tanto ad Acheos splendore reuersus ē
ut q̄ primū prefectus equitum designareẗ. Solebant equites si quando in expedi
cōnem eundū erat: pusillis & vilissimis equis qui forte ad manus obuenerant uti
ac multotiens militiā detrectantes alios in eorum loco suffectos emittere. Quare
omnes & bellorū imperiti: & audacie prorsus expertes erant. Hec aūt superiores
semper prefecti neglexerant. Quia inter Acheos equestris dignitas eximia pote
state & honoris ac supplicii auctoritate p̄cellere tales itaq̧ Philopomen accipiens
haud cessit neq̧ omittendos esse sane duxit Ad vrbes obiens iuuentutem ad decꝰ
& laudem ad magnificentiam virtutum excitabat: quosq̧ necessariis indigere cer
neret mulctabat. Vbi uero frequens futurū erat spectaculū exercicia ludos & mu
tuas concertacōnes instituere consuerat. Paruo igiẗ tempore mirandū cunctis ro
bur & promptissimos adhibuit animos. & quod in re militari maximū habeẗ. A
giles acres q̧ reddidit. Et ī acie ambire circūflecti equos uersare: declinare: stre
nuos habilesq̧ usu & industria perfecit: adeo ut tocius agminis dexteritas varias
mutando figuras unius ue corporis alacritate inter mouendū simillima esset Qui
bus & ipse exemplū erat: circa Larissum fluuium acerrima cōtra Etholos & Eli
enses constante pugna. Eliensium equitū prefectus Demophontus in philopome
nen citato cursu adegtat. Cuiꝰ ille impetū excipiēs & hasta occupās Demophātū

fortissimo prostrauit ictu: statim eo collabēte hostes fugam faciūt. Itaq iam late
philopoemenen illustre nomen erat: quippe qui neq iuuentibus manu: neq seniori-
bus prudentia cederet. Verum in prelio & fortis militis operā & sapientis ducis
officium satis superq fungeretur. Rem Acheorum publicam primus aratus ex hu-
mili fane atq abiecta ad dignitatis fastigium potentiamq prouexit. Qui concilia-
tis ciuitatibus greciensi ritu & humanis institutis ciuilem induxit statum: dein-
de quemadmodū in aquis ut pauca quedam & minuta subsistere ceperunt: reliqua
prioribus affluentia validiore firmamento configuntur. & inter se mutuo implica-
ta stabilius choerente. Ita cū imbecilla & ad omniū incursum facile ruitura gre-
cia per ciuitates dilaberetur: constātes in vnum. Achei finitimas ciuitates quaq
versum ea tempestate nunc iuuādo nunc a factiosis liberando suscipere. Alias con-
cordia & ciuitatis iure secum permiscentes vniuersam Peloponesum vnum cor-
pus vnam potentiā componere cogitarant. Ceterum uiuente adhuc Arato ciuitates
magna ex parte morem Ptolomeo gerentes Macedonicis subiiciebātur armis. De-
hinc antigono & Philippo ītra grecie negotia obuersatis adherebāt. Vt vero Phi-
lopemen ad rerum culmen prouectus est ii contra potentissimos per se iam armis
pares externis uti prefectis desiere. Aratus quidem ad dimicandum lentior iocun-
dissima consuetudine comitatis & regiis familiaritatibus maximam rerum partē
absoluit ut in eius vita litteris cōmendatum est. Philopemen vero bellator opti-
mus & ad res armis gerendas strenuus Itemq in negociis magnifice administrā-
dis & confectis superiori tempore pugnis secunda sus fortuna vna cum potentia
& Acheis animos extulit cum eo prospere sepissime bella facere & victoriam re-
portare solitis principio itaq quacumq in acie struenda & arma que forū formis
male ac inutiliter se habebant permouit. Nam scutis tenioribus & angustioribus
q̄ ad protegēda corpora satis essent vtebāt. Hastilia quoq longe Sarissis minora
gestabant Quo circa eminus quidem pugilles & bellatores erant agiles: cominus
autem hostibus usquequaq cedebāt in acie forma illius ad spartā consueta non erat
Quociens phalange utendum esset: cum neq frontem neq testudinem ritu Nace-
donico haberēt: facile detrudi dissipari ue contingebat Hec Philopemē alio captās
ordīe: eis ut pro scuto clipeum pro hastili Sarissā capescerēt: persuasit utq Galea
thorace ocrea tectos statariā gradariāq propulsatili ac tumultuaria pugnam ex-
ercerent: cumq omnes militari etate florēres arma īduere docuisset: primo qui-
dem ipsos eo extulit: ut sese bellis inuictos esse considerēt Deinde delicatas & lux-
uriosas eorum impensas ad optimū ornamentoꝝ genus transposuit Siquidem fas
non erat inane penitus ac fatuū aufferre certamē: emulationē ue hominū diucius
ante languencium supeuracuis studētiū indumentis prupura: lectos iningencium
in censis ac mensarum lauticia plurimū sibi honoris & glorie vendicātiū Hos igi-
tur cū a minime necessariis ad utilia & honesta ex policionis cupiditate auertisset
omnes ita continuo promouit: & induxit: ut quotidianis corporū vetitis impensis
in militaribus & bellicis apparatibus singulari se decore per ornatos spectari con-
cupiscerēt ita cernere erat refertas calicibus fractis & patheris officinas Alii tho-
racas inaurabāt: Quidam scutis & frenis argentū imprimebant stadia domanti-
bus equos aut addiscentibus arma tractātibus plena: inter muliecꝝ manus galeaꝝ
coni penne uariis distincte coloribus: equorum uelamia floride militum clamides
earum rerum aspectus maiorem in modum fiduciā adaugens atq cohortās ad sub-
eundum terrores impetum & strenuos ad pericula spiritus ingerebat: Nam luxu-
riosa in reliquis spectaculis impensa delicias affert: & mollitiē utenti subpeditat
quasi sensus ipse cogitationem picturis frangat & titillacione corrumpat Huius
autem generis inspectio mentem roborat: ac uires exacuit uelut Homerus prope

nouis ante oculos positis armis Achillem estuãtem animis: & ad ea tractãda prorsus ardentem decantauit. adornatis hunc inmodum nunc cogitando nunc defatigando ipsos promptissime sane obtemperantes Philopemẽ exercebat: nam ipsius agminis ordo mirifice dirigebatur: quia solitã integramq; firmitatẽ suscepisse uidebatur tantus erat gestantiũ splendor & pulchritudo: ut arma iam ipsa corpori mansuera familiaria & cum iocũditate leuia forẽt. Bellum itaq; cupiebãt. & mox cum hostibus rem ferro decernere. Eo tempore Achei aduersus Machanidam Lacedemoniorũ tyrannum bellũ gerebant: qui pro ingenti potentia cunctis Peloponensibus insidias ordiebatur. Is ergo ut ad mantineã incurrisse renũtiatus est Philopemen illico in eum suos eduxit. Vterq; penes urbem multis peregrinis omnibus ciuibus suas istituẽ copias cõserta manu Machanidas externo milite iaculatores Acheorum & astatos equites in prima locatos acie uertit in fugam. Cumq; in confertissimos pugnatores citato gradu proficiscendum: ac perrumpendum esset in sectandi cupidus elapsus est. & acheis ipsis phalangis ordinem statim seruantibus Machanidas preteruectus est. Hunc ĩitio perpatratum errorem cum res amissa & admodum deleta putaretur: Philopemen aspectans negligere ac dissimulanter ferre. Nihil graue ducere uidebatur. Hostes autem conspicatus: quãtum ĩsectando aberrauerant a phalange disiunctos uacuum prestitisse locũ: haud illis ĩcubuit Ceterum lõgius abire sinit: quibus magno diuulsis interuallo: suos mox in grauẽ. armaturam infert cernebat enim Lacedemoniorũ phalangem nudatam ac destitutam. Rupto ue incursans curru ĩtendit: ut neq; prĩceps presto adesset: neq; pugnã expectarent. Nam cum machanidam hostes fugantem inspexissent: penes se uictoriam esse non dubitant. Philopemen autem cum hos multa cede fudisset. Supra enim quatuor milia cecidisse dicuntur: reuertentem ab insecutõne cum peregrino milite. Machanidam concitatus agreditur: ingenti ac profunda in mediũ arcẽte fossa. Vtrinq; mutuos conatus edebant. Ille quidem ut traiciẽs fugam capesseret Philopemen uti inpedimento esset. Erat autem spectaculũ non uti dimicãtium ĩperatorum: sed uti beluarũ totas ĩ se uires necessitate uertentium: cũ fortissimus venator Philopemeni incumberet: uti robustus tiranni equus animosus & calcaribus ceuentis utrinq; stimulatus saltu trãsuadere ausus est: & a moto iã fosse pectore priores figere ulteriori margini tibias enitebatur: interim Simias & Pholienus qui assidue Philopomeni interprehandũ ad esse protegere consuerãt in festis ambo incursant hastis: quos Philopemen ante uertens obuiũ sese machanide offert Cuius equus cum corpus caput attolleret. Philopemen suo paulisper seorsũ inclinato. manu telum adigit & obnixe simul incutiens effusum sternit hominem. Hoc gestu Philopemen Achei delphis ex re locauere: & insigne ipsius facinus & expeditionem illam singulari admiratione prosecuti sunt. Cum Philopemen iterum ĩperator instante Nemeorum celebritate nõ longe post Mantine uictoriam ociosus per dies festos esset. Tunc primum grecis phalangem ornatissimam ostẽtasse proditum est. Quonam pacto motus illos cõtinua quadam aptitudine: compositos nõ minori agilitate q̃ robore militariter ederet. Certantibus inde citharedis: spectaculum ingressos secũ adolescentes militaribus clamidibus & purpureis indumẽtis ornatos habebat. Cernere erat uniuersos & corporum & etatis uigore florentes.

Magnam erga imperatorem uenerationem & iuuenibus animis elationem pre se ferentes quam multis claris ue certaminibus contraxerant: quibus nuper intrantibus forte Pilades Citaredus illustris Timothei uersus inceptarat: hoc duce libẽtas grecas ornauerat urbes cũ uocis magnitudo & poetici stili pariter alti loquentia decorem mutuum afferrent. Omnium spectatorum oculi in Philopomenẽ conuersi. & letissimus undiq; grecorum sublatus applausus: cum pristine dignitatis

recuperande spes esset iniecta: & ad eum animorum magnitudinem fiducia etiā pxi
me accederet Acheorum copiis ad dimicandū & subeunda pericula id contingebat
quod & equis nouellis usu euenit: qui consuetos affectant equites: sin aliū gestare
obtingat stare loco nesciunt emicant. & nouo quodāmodo afficiunt̄. Sic & milites
ipsi. Siquidem alter ductaret exercitum tristes erant. illū Spectabant: illum ocu
lis, illū mente queritabant: Sin eius modo conspectus esset oblatus: confestim ob
latam fiduciā erepros & ad aliquid agendū strenuos animosos cerneres. Que &
ipsi hostes intelligentes huius duntaxat imperatoris aspectū ferre non quibant:
ob nomīs sui gloriam pauore perculsus velut ex rebus eorum gestis manifestum est.
Rex Macedorum Philippus eo peruenerat opinionis ut modo Philopomen abeēt
Acheos denuo romīs sui rerrore sibi subdere: qui Philopomenē obtrūcarent Clā
destinos mittit. Cognitis autem insidiis tantum odii apud vniuersos cōtraxit gre
cos: ut passim homiem probro & conuicio insectarent̄. Boecii Megara obsidione
cinxerant. Cumq mox potiēde urbis spe tenerent̄. Ecce repentinus rumor ingruit
qui conuictus erat importantem obsessis auxilium Philopomenem propius adesse
Quo circa herentes iam menibus scalas omittentes fuga capta abscessere. Onabis
post Machanidam Lacedemoniorum tirannum derepēte messanam occuparat Phi
lopomen per id tempus haud illarum copiarū dominus priuatus erat. Orat itaq Ly
sipum Acheorum imperatorem ut Messanis succurrat. quod cū ab eo impetrare nō
posset . potitis enī urbe hostibus res omnino perditas esse aiebant. Ipse nulla lege
nullo decreto assumptis secum ciuibus opem prestare constituit. Eum perinde ac
prestanciorē principem sibi a natura conciliatū vniuersi sectabant̄ Ergo iam pro
pinquū Onabis audiens: tametsi castra inter muros haberet haud expectandū eē
duxit. Verum per alias elapsus portas celerato gradu suos eduxit. Haud parua se
usurū felicitate existimans: si profugere cōtigisset. effugit itaq & Messaniorum ci
uitas pristine libertati restituta est. Hec quidē ad Philopomenis decus & digni
tatem: ipsum vero cretam repetisse: ut petentibus Gortiniis belli usibus se ducem
exhiberet Crimini datū est. quod videlicet eo potissimū tempore: quo eius patria
ab Onabile bello vexaret̄ abesset: aut bellum fugitando: aut honorem apud exte
ras nacōnes intempestiue queritando. adeo autem mature tunc Megalopolide bel
lati sūt: ut & se menibꝰ tenerent & intercepto ab hostibꝰ agro: & sub ipsas pene
portas locatis castris angiportas seminare cogerent̄. Cum longinquis interim cre
rensibus imperator belligerans ac domesticum euitans bellum inimicis in se ansas
criminacōnis suppeditaret. Erant nonnulli qui dicerent Philopomenē idcirco oci
um suū Gortiniorum postulantium vsibus ad bellum concessisse quia Acheis alios di
ligentibus pretores priuatam vitam degeret: Ab ocio vehementer abhorrebat:
presertim cū imperatorias artes & militarem virrutē supra rōnem omnē usu &
exercitacōne tenendam sibi esse censeret. sicut & scitū illud Ptholomei declarauit
Nam quibusdam per eximias laudes illū extollentibus: qui exercitiū quotidianis
exerciciis agitaret. & corpus laborū & armorum studio haud torpere sineret Quis
nam inquit regem admiret̄ qui hoc etatis non re ipsa se cōprobet ac obstentet. ve
rū meditacōne & cogitacōne ducat̄ Hoc igitur grauiter ferentes seq proditos ar
bitrantes extorrē eum facere conati sūt. Quod Achei inhibuere Misso Megalopo
lim aristeo pretore: qui licet Philopomeni aduersaret̄: cum eo de re p. cōtencionē
habere solitus illum damnari minime permisit. Hanc ob causam Philopomenē ex
tra suos ciues habitus multos ex adiacentibus vicis ad defectōnem concitauit eos
allegare docens ꝙ ex initio neq illis tributa penderent: neq Megalopolitanorum le
gibus tenerent̄ neq eorum iuris essent ea dicentibus illis aperte se patronū adiuto
remq prebebat: simulq in Acheos sediciosam ciuitatem perturbabat Hec autem

posterius acta in Creta bellum pro Gortiniorum causa gerebant: non uti Peloponensis aut ex Archadia natus homo non simplici quodam ut ingenuo bellãdi ritu: sed Cretẽsiũ mores induens: & illorum versutas fraudes furta & insidiosas in eos vsurpãs artes. Ipsos contra ueram periciam insipienti ac ĩani Calliditate contendentes puellos demonstrauit. Rebus igitur magnifice gestis singulari admiracõne & nominis claritate celebratus in Peloponensiũ relatus Philippum a Tito debellatũ offendit. Onabim quoq; Acheorum atq; Romanorum armis implicitum aduersus hunc dux creatus naualem aggressus pugnam Epamynũde casus cucurrisse visus est: sue longe deterius virtutis opinione ac gloria maritimo congressus prelio: attamẽ nõ nulli qui Epaminundã segniorem idcirco extitisse tradunt: ut suos degustare maris emolumenta ciues pateretur: ne prostatarius militibus nautas ut inquit Plato rorruptos sensim haberet. Et ita ex Asia & insulis ultro re infecta reuertisse Philopomẽ: pedestris pugne scienciã ad conferendũ: mari quoq; certamẽ sat fore sibi ipsi persuadens exercitatõnem intellexit: & qualis virtutis portio: cuantã omnes ad res assuetis facultatem adhibebat: nõ modo enĩ in ipso naualí prelio propter impericiam minus habuit. verum etiã quandam nauem famosam quidẽ ceterũ ab annis quadraginta peruetustam deducens expleuit: qua fatiscente magnũ nauigantibus discrimen importasse. Ad hec cognito qui hostes per ipsius contemtum perinde ac ex mari prorsus fugatis superbe Githium obsedissent: confestim in eos victoria sparsos dissolutos ue haud quaq; expectantes annauigat: deinde noctu milites adducens immissis intra tentoria ignibus: & castra incendio uastauit: & multos obtruncauit. Paucis post diebus: cum per aspera quedã loca iter ageret: derepente Onabis interuenit. Que res tantũ Acheis intulit trepidacõnis ut ex locis difficillimis & in hostium potestate constitutis salutem desperarent. Paululũ inde subsistens ac loci ingenium oculis amplexus stcuendarum acierum solerciam sũmum in re bellica fastigium obtinere demonstrauit. Paulisper nanq; multa phalange & ad presentis loci naturã accomodata: facillime nullu tumultu ancipitem statum ac periculũ propulsauit. Tum hostes aggressus late fusos terga uertere coegit. Postea vero q; profugientes non directo quidẽ ad oppidũ cursu sed alium alia palantem & dispersos cernit: cunctis autem ager propter saltus & collis frequentis minimum sed equis sese perfluenta vallesq; precipites prebet suos ab insequendo reuocauit: & nõdum ad uesperascente castrametatus est. Promiserat enĩ hostes sese ex fuga in urbem singulos binos ue per tenebras recepturos Complures igitur ex Acheis per ripas & tumulos circa menia cum pugionibus ex insidiis locat: hic plures ex Onabidis cõmilitonibus cecidere: ut qui minime conferti pariter regrederent: sed uelut vnicuiq; fuga obtigerat instar animi sub ipsa urbe captabantur in ipsas hostiũ manus incidentes quibus in rebus cum greci & sũma eum caritate complecterẽt: & magnificis intra spectacula honoribus con sequerẽtur: Titũ honoris auiditate flagrantem tacitus dolor inurebat quoniam romanũ consulem maiori q; ex Archadia natum hoĩem penes Acheos admiracõne dignũ dictabat: cum & beneficiorum magnitudine nõ mediocriter antecelleret: qui vna precoĩs voce greciam pristine libertati reddiderit: que Philippo & macedonibus subiecta seruiret Deinde Titus deposito cum Onabide bello pacẽ pepegit. Nec multo post Onabis Etholorum fraude interceptus occidit. Qua ex re Sparte perturbatõne orta. Philopemen occasionem nactus cum exercitu eos facit impetũ: & alios vi alios suasione adducens cũ Acheis ciuitatẽ compositam adiunxit. quo facto Philopomenis nomen apud acheos mirifice illustratũ est. Quibus ex tam preclara ciuitate tantum dignitatis tantum potestatis vĩndicasset haud enĩ parum erat Spartanum ciuitatem Achaie partem effecisse. Optimates Lacedemoniorum sibi desũpsit. qui eum

libertatis custodem & defensatorē sese habituros esse in spem venerant Quapropt
venundatis Onabidis edibus & suppellectile in xx· ac centum talentū argenteum
redactis: eius illi muneris erogandi decretum fecere. Missi ad eum ciuitatis no-
mine legati. Vbi Philopomenis integritas & ab omni labe purus animus enituit
Quippe non modo videri sed esse vir optimus studeret. Itaq; primū Spartanoꝝ le
gati tali viro ne uerbum quidē facere de largitate voluerunt veriti autem inter se
reluctantes hospitem eius Thimolaum intercessorem posuere. Deinde Timolaus
ipse Megalopolim profectus & cū Philopomene consiliū agitās: cepit austeritatem
eius sermonis & honestam simul & tenuissimam vite frugalitatem intueri. Quib
cum ad inuictos ipsius mores pecuniam nullo pacto penetrare posse intelligeret d
munere quidē fregit silentiū: ficta vero alia ad se veniendi causa ex vrbe concessit
Rursus ac secundo missus idem passus est. Tercio regressus vix affari ausus q; pro
ptus esset in eum ciuitatis animus explicauit. Philopomen verba comiter ac iocū
de accipiens Lacedemona peruenit Quibus consiliū prebet: ne & amicos & bonos
viros largicōnibus contaminare querant quia illoꝝ virtute vel gratis frui liceat:
sed improbos & eos qui ciuitatē in senatu & contécōne quotidianis sedicōnibus
& discordiis eruendos corrumpendos esse: & acceptis preciis ore compresso min9
turbatum atq; tumultuatū eant. Longe enī prestantius esse hostibus dicendi li-
cenciā adimere q̄ amicis: hunc īmodū Philopomenis ad pecuniam splendor appa
ruit. Diophanes deinde Acheoꝝ imperator Lacedemonios nouis studere reb9 au
diens eos suppliciis afficere volebat. Arilli contra ad bellū intenti cunctam Philo
ponessum perturbabant: conabat̄ vero Philopmoen mitiorem hominem reddere:
iracundiamq; sedare: temporis genus docens. Quo rex Antiochus & Romani tā
instructis in terra grecia exercitibus sublimes animis incumbant: oportere prefe
ctum huc mentem huc cogitacōnem vertere. Domestica minime cōmouere. Que
dam videntē dissimulare: & nōnulla hec obaudire. Dicta hec aspernatus Diophā
nes vnaq; cum Tito Laconicos fines ingressus confestim ad urbem commeabat
Quod Philopomen iniquo ferens animo opus non sane legitimū aut ex equitatis
diligentia: sed ingens ingenti spiritu confectū ausus Lacedemonem aduentat. Et
Acheoꝝ imperatorem Et Romanoꝝ consulem homo priuati iuris excludit: ciui-
les tumultus sopit Cōmunē ut antea Lacedemonis statum iterum inducit. Poste
riore deinde tempore cū preturam Philopomen administrauit quadam eoꝝ cul-
pa Spartanos reduxit exules & Lacedemonios. ut quidē Polibius scribit octua-
ginta ut autē Aristocrates trecentos & quinquaginta interfecit. & menia diruit
& magnam agri partem interceptam Megapolitenoꝝ iuri adiudicauit: quicunq;
ab tirannis Spartana ciuitate donati fuerant Omnes in Achaiam migrare iussit
tribus milibus dūtaxat exceptis. Hos cū ex parte discedere neglecto īperio noluis
sent: venunderit. Postmodū veluti in rebus insultans hisce pecuniis Megalopoli
porticū edificauit. Saciatus demū & expletus Lacedemoniis: & indigna oppres-
sos Calamitate calcans immanissimū & iniquissimū in rem p· perfecit opus. Licur
gi enī institucōne deleta & omnio sublata pueros ac pubures immutata patrie di
sciplina Achaie moribus & ritu informare coegit. Hos enī inter Licurgi legem et
instituta haud unq; mediocre quippiam sapere posse. Nunc igit̄ ex miseriaꝝ ma-
gnitudine quasi Philopomenem ciuitatis neruos concidendo mansueti humiles &
dimissi facti sūt Posterius tamē petita ex Romanis venia ciuilem achaie institu-
cōnem fugientes: ritus patrios atq; precepta sicut ex tot malis & tam corruptis
moribus fas erat. Recuperarunt & restituta sūt: romanis deinde aduersus antio
chum bellū in traciam gerentibus Philopomen angebat̄ animi qui eo potissimum
tempore priuatus acheorum dux nō esset: Quo antiochus ipse calcide residens in

tempestiuis nuptiis & uirginis amoribus ocia tereret. Sirosq nullo sparsos ordi-
ne sine prefectis intra oppida segnes & delicus immersos sedere spectaret. Ad Ro
manos dictare solebat. Vestre equidem inuideo uictorie. Nam si mihi ut ducatū
gerere inpresentiarū obuenisset hostes omnis intra uinarias tabernas obtruncassē
Anthiocho deinde superato Romani magis atq magis grecie rebus incūbentes.
Acheos postetate quaq uersum ambibant: Iam enim primores urbium sūmissiores
erant: iam omniū uires cum fortuna latefereba ntur. Iam prope finis aderat: quo
felicitatis ambitus aduentabat. Tum Philopemen boni ac periti more gubernato
ris ad undarum incursum firmiter obsistens: tum cedendo tum subinclinādo mo
derabatur. Hi autem plurimis disceptationibus quibus & dicēdi & agēdi ius in
erat: eos ad tutandum libertatem allicere conciliareue omni studio cōtēdebat: cū
Aristeus Megapolita inter Acheos promptissimus & Romanoꝝ semper studens
partium Nulla in re Romanis aduersandum aut in senatu cuippiā ingratū agen-
dum esse censeret. Philopemen taciturnus audiebat: & dicētem grauiter ferebat
Tandem stimulante ira indignabundus ad Aristeū conuersus quid nam homo in-
quit grecie fatum inspectare properas Post hec romanorum consule Manlio rum
Anthiochum profligasset & lacedemoniorū exules reduci sineret: petente idē etiā
postulante Tito: Philopemen inhibuit haud exulibus sane obstiturus sed sibi & ac
heis: non autem Titi uel romanorū gratia factum illud adscribi uolens postmodū
ipse creatus imperator eiectos in exilium reuocauit. Sic enim magistratibꝰ ex ani
mo cum elatione litigator aliqua ex parte atq contentiosus erat Philopemen: sep-
tuagesimum iam natus annum & octauum iam creatus imperator in spē deuene-
rat non solum bellorum experte meam se deducturum prefecturam: sed uite reli-
quum a rebus gerendis ociosum quietum ue sibi datum iri. Nam sicut tabescenti-
bus corporum uiribus una & morbi ipsi contabescunt. Sic & in grecanicis ciuita-
tibus diminuta potentia contentionum studia ipsa desinebant Verum enim uero
sors inuida: eum perinde ac pugilem egregia currendi agilitate uolantem sub ipsū
iam uite metam aduentantem precipitauit ad terramq deiecit. Quidam ī freque-
ti conuentu uirum quempiam idoneum sane ac imperatorem prestantem laudibꝰ
efferebant: quibus Philopemen. Quo nam ait modo eius uiri digne habenda men
tio est qui in hostiū potestatē uiuus peruenit Paucorū interiectione dierū Dina-
crates Messenius homo cum priuatis cōtentionibus Philopemeni semper aduersa
tus: tum uero inprobitate ac flagiciis aliorū odio insectatus & Messaniā ut ab ac-
heis desisterit induxerat & uicum quem colonidem appellant mox occupaturus
& in potestatem redacturus nuntiabatur. Forte Philopemen argis id tēporis fe-
bricitans. Ea ut ad eius aures peruenerunt Megalopolim plus quadringenta sta-
dia die una contendit: eo ex loco ut succureret e uestigio equites accepit ii ciues
illustrissimi & quam iuuenibus uigentibusq annis eximia quadam Philopomeīs
beniuolentia & pietate secum miliciam sponte ferebāt Messaniam itaq uersus
adequitantes ad euandri tumulū obuium abicere Dynocratem Marte collato eū
fundunt infugamq uertūt: quingenti milites quibus Messeniorū fines tuenda-
tum erat auxilium laturi sero aduetant: quos ut aspectant ii qui modo superati
fugerant statim per colles congregātur Veritus Philopemē ne hostes circūducta
clauderetur suorum saluti consulens reuocatis equitibus per durissima loca sese re
cipit. Ipse in extremo agmine sepenumero inaduersū se se īferebat hostem: cūctos
in se pellitiens. Cum tamen congredi nullus auderet & uociferationibus circum
agitatis cursibus eminus uterētur. Multotiens igitur assisteus dum singulos intu
tum iuuenes premittit inter frequentes ab incauto solus hostes destituitur. Nec
sic conferre quem manum cepit audatia: procul tantum ictibus pulsatus: cum ad

lapidosos precipitesue locos vrgeret: nunc huc nunc illuc crebris perfossum calcaribus equũ agitabat. Nec vero seniles anni aut ingrauescẽs etas quo minus salutẽ compararet. Vlli sibi impedimento erat. Quippe quã per multum exercitã laboribus alacrẽ strenuãq; reddiderat. Verum cum debilitatũ ualitudine corpus & iã graue ac peregrini itineris & viaꝝ longitudo fatigasset: equus offenso pede eum deiecit ad terram: quo casu duro quidẽ atq; aspero cũ vehemẽs atroxq; capiti dolor infligeret aliq̃diu intercepta voce iacuit. Illum ig itẽ hostes expirasse rati. Versato corpore spolia rapere ceperũt. Postq̃ autẽ caput attollens oculos aperuit cateruatim irruentes manus ĩ tergra inflexas colligant & ingenti dedecore & cõtumeliosissimis uocibus homĩem ducũt. Quem a Dinocrate hisce probris affectum iri ne in somnis quidem vnq̃ ab ullo speratũ est. Oppidani hoc accepto nuncio mirum ĩmodũ elati ad portas confertissimi congregant̃: ut vero Philopomenẽ pre glorie superioris rerum gestarum triumphoꝝq; dignitatem raptatũ conspexere maxima ex parte obortis lacrimis miserantes condoluere. Subinde existimantes q̃ caduce q̃ infide sermo emanauit: reuocandũ esse prioꝝ beneficioꝝ memoriam & libertatis quã eiecto Onabide tiranno sibi reddit. Pauci Dinocratis gracie assentantes torqueri homĩem & ut infestum inimicũ & implicabilem necari iubebant. Terribiliorem ipsi Dinocrati si euaserit fore a quo tã ignominiose habitus & in captiuitatem redactus extiterit. Ipsũ igit̃ in subterraneũ ferunt domiciliũ: cui thesauro nomen indiderunt: neq; auras neq; lucem extrinsecus excipiens. Cumq; fores nullas haberet saxum immane obtrudentes includunt: vbiq; circũlocatis militibus deponunt. Interea equites ut sese ex fuga receperũt comparentes nusq̃ Philopomenem extinctum esse credentes: dudum substitere iactatis late vocibus hominẽ reuocare. Inq; uicem sermones edere: iniustam profecto turpemq; sibi salutem uẽdicatam: eoꝝ imperatore hostibus omisso: qui ipsoꝝ gratia ne proprie quidem vite pepercit. deinde progressi accurata indagine cuncta perlustrant: donec illius captiuitate accepta nuncios ad Acheoꝝ oppida dimisere: qui permagnam eam infelicitatẽ facientes virum ex Messenis missa legacõe reposcere decreuerũt exercitum interim apparantes. Hec quidẽ apud Acheos agebant̃. At vero Dinocrates Philopomenis tempus q̃ maxime salutare metuens vt Acheoꝝ apparatibus anteuerteret: vbi primũ intendentibus tenebris Messeneoꝝ uulgus abscessit: carcerẽ aperit. seruũ publicũ intromittit. Venenũ afferre iubet: donec illud epotarit presentem astare mandat. Philopomen clamide obuolutus decubabat: nõ sopore quidem veꝝ tristicia & mentis estu tenebat̃. Lumen itaq; & hominẽ propius cũ veneni calice adstantem conspicatus: si quid de equitibus presertimq; de Lycorta audisset eum percontat̃. respondente homine euasisse q̃ plures. capite annuit et comiter intuens hominẽ recte inquit dicis si omni ex parte nobiscum infeliciter actum nõ est. Nec alia emissa voce venenũ hausit: & iterato recubuit. Nec ulla pocõni pertubacõne exhibita statim adiuuante morbo extinctus. cũ primũ ad Acheos de Philopomenis interitu perlatum est: publicus meror & luctus ciuitates habuit. Qui per etatẽ ferre arma poterant simul & vrbium primates Megalopolim cõuenientes nullã vindicte moram facere: sed delecto imperatore Lycorta fines Messenioꝝ ingressi: cuncta ferro igniq; peruastant: donec concordi cõsilio ciuitas Acheos acciperet. Dinocrates hostilem occupans senciã: necem ipse sibi consciuit Quicunq; occidendo Philopomen assensũ tribuere: ultro vitam finiere. Quisquis eum torquendũ esse censuit: eum Licortas in uinculis cõiecit. Postq̃ uero eius cadauer combustum & compositis in vrna reliquiis castra mouerunt: nõ quidẽ confuso aut temerario incedendi ordine. Sed triumphali quadam & victrici pompa sacris parẽtalibus immixta: cernere erat eosdem & coronis ornatos & lacrimis afflictos

colligati subinde ducebantur inimici urna pre corona; & teriorum cuiusq; ue[illegible] pendentium multitudine vix apparebat. Hanc ferebat imperatoris filius Polibius circumstantibus Acheoꝝ viris primariis: & excellentissimis milites armis insignes ornatis sequebant̃ equis: neq; ut in tanti viri luctu merentes neq; in victoria exultantes. Ex mediis urbibus & vicis multi mortales obuiam perinde ac ab expeditióne reuertenti prodibant & beniuole salutato urnam attingentes Megalopolim frequenti comitatu deducebant. Vt vero grandiores natu mulieres ac pueri sese aduentãtibus immiscuerunt: luctus uniuersi exercitus suspiria querimonia vociferacónes ad urbem usq; perueniebant. Pre desiderio casus hominis acerbissime ferentes. Simul q; cum Philopomenis iactura & maiestatem & fastigiũ dignitatis mẽ Acheos tenuisse reputãtes. Sic pro meritis summa cum gloria humatus est circa monumentum Messenioꝝ. captiui lapidibus obtriti sũt. cũq; statue illius permulte & ingentes pro ciuitatũ decretis honores extarent: Romanus homo in euersione corinthi cunctas diruere conatus est illum non secus ac superstitem Romanorum hostem atq; maliuolum insectari gloriabundus. Verum eius rei disseminato rumore ac multa in calumniatorem referente Polibio: neq; Manius neq; legati honores clarissimi viri deleri passi sũt. tametsi maxima Tito & Manio impedimẽta infestus obiecisset. etenĩ illi a commoditate virtutem: & honestum ut par erat ab utilitate recte proq; officio distinxerunt: cum his qui de nobis benemeriti sũt mercedem & graciã ab ipsis in quos beneficia collata fuere. Bonis autẽ decus & honorem a bonis referri debere existimarent; & de Philopomene quidẽ hactenus.

Epistola Guarini Oratoris in vitam atq; gesta Quinti Flamminii incipit feliciter

VPER RVBERTE suauissime cũ ex labore in ocium uel inuitus incidissem cuius rõnẽ in presentiaꝝ tibi reddẽ instituui exercendi simul ingenioli ac memorie causa. Titi quinti Flamminii vitam Plutarcho latine conuertere aggressus sum. Nam quid melius nihil agens agere possum. Vbi explosa secordia plerosq; fortassis aliqua ex parte delectare & mihi certe ipsi non mediocriter prodesse valeam. Ceterũ cum te litteris & grecis & latinis egregie preditũ & instructum sciam tu inprimis occurristi ad quem hasce lugubraciunculas mitterem. Tibi nimirũ in utraq; re cum alia permulta. tum princeps philosophoꝝ testimonio est Aristoteles. Is enĩ antea sentis inrultus horrens per latinoꝝ Gimnasia uersabat̃: ut qui propriis exutus indumentis: nullo dictionis lepore aut amenitate lectorem alliceret. Nunc autem tua cultus eloquentia tuis florens ornamẽtis tuaq; gratissimus suauitate uisetur legetur amabitur. Que res tibi quidem decus & sempiterni propagacõnem nomĩs. venturis autẽ studioꝝ subsidium comparabit. Nam perpetuo Rubertus in Aristotele & maiori quidẽ cum voluntate lectitaberis: semperq; per philosophoꝝ ora uolitabis. Hec vero ad te misi haud ulla inductus spe laudis aut glorie. Nec enĩ eo temeritatis & ignorancie deductus sum ut ullã thersiti forme ac decoris laudem ab Vlixe tribui potuisse putem: cũ Humerus illo deformiorem neminẽ Troyam petisse ceemerit. Verum enĩuero cum prudentissimum atq; grauissimum in omni re iudicium tuum nouerim tu mihi iudex censorq; sis vehementer exopto. ut quid de me ipso expectem in posterum tua auctoritate velut oraculo quodam aut cõmonefactus aut confirmatus intelligam

Quod quidem ad anus amice & beniuole suscipiendum tua te scio persuadebit humanitas & mansuetudo. Quaqꝫ rerum palmam ita cunctoꝫ suffragio & extimacione reportasti. Vt nichil quod auxiliū aut consiliū deposcat abs te putes alienum. Accedit inter nos necessitudo quedam atqꝫ ꝓpinquitas: ex viro antiqua virtute ac disciplina prestantissimo & etate nostra clarissimo Chrisolora: ex eius opera & liberalitate manauit quicquid gaecarū hisce temporibus litterarū nostrates hausere Ille cōmunis vtriqꝫ parens dulcissimusqꝫ preceptor arctissimo nos ita quodam cognationis genere cōciliauit: sicuti quos vno procreatos genitore eademqꝫ ortos familia cernimus Quid plura ·Ipsum iam Plutarchū audiamus quem ita leges vt ipsū in rostra sub tuū iudiciū seuerissimāqꝫ censurā ꝓductū existimes atqꝫ ꝑpēdas

Plutarchi Historiographi greci De vitā atqꝫ gestis. T. Q. Flaminii Historia In Latatinum per Cuarinum Oratorem traducta Incipit feliciter



HILOPOMENI. T. quintum Flamminium comparamus. Is quali statura fuerit ab erea licet imagine cerni que Rome apud Apollinem magnum e Carthagine aduectum contra circūposita est grecis inscripta litteris. Natura utro huiuscemodi ad iram & graciam celer fuisse tradi tur: haud tamen ad utranqꝫ rem similis. Nam in puniendo mitis ac minime pertinax: ad gratificandum efficax & assiduus quibusqꝫ beneficia contulerat: perinde ac recepisset promptus & perpetua beniuolentia affectus: quod ii rem pulcerrimā colendi conseruandiqꝫ causa essent. honoris & glorie cupidissimus prestantissima queqꝫ atqꝫ eadem maxima ipse agere volebat: longe magis beneficium affectantibus q̄ erogantibus gratulari solitus quod illos virtutis materiam: hos autem glorie competitoris duceret. Ceteꝝ cum multa & ingentia romanos implicarent bella: statimqꝫ ab ineunte etate iuuentus ad res bellicas instcoeretur. Titus mores ac disciplinam assecutus militarem tribunus militum sub marcello consule in eo quod aduersus Annibalem gerebatur bello primam egit militiam. Postqꝫ voro Marcellus per insidias mortē oppetisset: capto iteꝝ Tarento: Titus eius prouintie ꝑfect9 creatus plurimū glīe splēdorē veco minus in admīstrāda iusticia q̄ bello ꝯparauit. Quā obrem ad duas colonias alterā Narniam alterā cōsam deducēdas prīceps delectus est. que res ad medias quasdam & iunioribus tribui consuetas dignitates omittēdas tribunatum videlicet preturam & edilitatem illum extollebat statimqꝫ in petitione consulatus prona in se habuit suffragia. Fuluius tamen & Manlius tribuni plebis ei magnopere resistebāt: iniquum esse asserentes iuuenem vicom ad vsurpādā summā dignitattē preter leges irrumpere: qui ad sacra reip. misteria nec dū iniciatus accederat. Ea propter senatus sententiā reiecit ad populū. At populus Thitum euestigio triginta nondum annos natum consulē cū sexto Elio designat aduersus Philippum ac Macedones bellum sortitus est. In quo deligendo romanis idcirco rebus fortune fauor aspirauit quod greci homīes non tam bello ac viribus qꝫ facundia & comitate vincendi captandiqꝫ erant. Quippe Philippo cum ad propulsandam pugnam sat esset Macedonicus principatus ad inferendum etiam ipsa grecorum potentia sue omnino phalangis instrumentum durante bello vires sumptus inpensam refugiūqꝫ suppeditabat Nec profecto nisi disiūctis a Philippo grecorum auxiliis in eo bello vnius prelii opus extitisset. Grecia queqꝫ necdom.

Romanis inclita rebus tum primum gerendis implicita nisi frugi natura ducē &
eloquentia magis quam uiribus fretum quiq; oratione ac lepore tum monendo tū
audiendo homines alliceret & iusticie rigorem seruaret nacta esset non facile pro
suis alienigenam optasset principatū. Que omnia in eo extitisse uiro suo gesta de-
clarant. Ceterum cum superiores audisset imperatores tum P. sulpitium tum P
uillium tarde in Macedoniam profectos: lente quoq; bellū administrasse eosq; mo
do pro locis leuibus prelis modo pro uis inter frumētandum a Philippo fusos nō
eos duxit imitandos. Ii enim cum omnem ferme annum dignitatibus & officiis rei
p. domi consumpsissent ad belligerandum postmodum sese contulerant. Titus sui
consulatus annum partim domi partim milicie nequaq; ducendi ratus amplierem
comparaturus gloriam: quod simul imperio cōsularis associabitur dignitas urba-
nos magistratus ac dignitates omisit fratrem. Lutium cum classis prefectū a Se-
natu sibi in ea expeditione dari impetrasse: deinde ex iis qui in Hyspania cum Has
drubale conflixerant: Hanibalemq; in Affrica Scipionis auspiciis profligauerant
lectis tribus milibus adhuc etate robustis & ad dimicandum impigris tutus in e
piram traiecit. Vbi Publium cum copiis aduersus Philippum metatum offendit
Contra Philippus ubi Hapsus irrumpit fluuius pro statione dudum tenuerat āgu
stias. Et ne Publius egregium quicq; efficeret impedimēto erat locorū asperitas
Titus autem simul atq; exercitum accepit dimisso Publio loca exploraturus adit.
Ea sunt uero minus q̄ tempore munita. Ceterum arbustorum pulchritudo quem
admodum illis & spaciosa siluarum uiredo eaq; pratorū amenitas nequaquā adest
inter magnos & celsos utrinq; montes uasta profundaq; uallis deducitur: per quā
cursu atq; celeritate par penro Habsus elabitur qui omnem ferme radicem mōtis
occupans precipitem angustamq; relinquit in ripa semitam haud exercitui transi-
tu facilis si pro statione teneatur omnino insuperabilis. Erant qui circumducto p
dassaretida penes lincum tramite habilem Tito aditum patefacerēt. Ille ueritus
ne longius a mari sterilia & inculta ingressus. Tesqua detrectante pugnā Philip-
po rebus infectis quod & superiori duci contingerat mare iterom ob commeata
inopiam cohactus repeteret sūma ope contendit per montis fastigia occupare trā
situm. At ea res nullum belli finem afferre nihilq; conducere uisa est. Siquidem.
Philippus cum cacumina phalange teneret: obliquis undiq; missilium atq; sagit-
tarum ictibus. Romanos petebat. Acri pugna commissa fauci & exangues cadūt
plurimi. Accedunt interea pastores quidam indigene qui per quosdam neglectos
ab hostibus anfractus exercitum sese ducturos & tertio demum die in sūmis con-
stituere montibus pollicerantur fidei uero cognitorem confirmatoremq; prestite-
re. Charopen Machatanis erat inter Epirotas homo primarius, plurima Roma-
nis affectus beniuolentia clam eis ob Philippi metum fauens Cui fide habita. Ti
tus quendam ex tribunis militum cum peditibus iiii milibus & equitibus trecen
tis mittit pastores illi reuincti precedebant. Inter diu quidem per cauernas & lo
ca siluestria taciti sedebant nocta uero per lunam que semi pleno lucebat orbe iter
agebant. Titus diebus quibus eos emisit cessantem tenuit exercitū: adeo ut leui-
bus prelis exciter hostem. Qua uero die premissi sese collibꝰ desuper ostētare mi
lites debebant cū primū illucescit: uniuersos & grauis & leuis armature mouet &
tripartito agmine ipse per angustū fluminis marginē rectas agens cohortes mace
donibus qui sese per rupes opposuerant cōseritur ceteros qui duabꝰ illati partibꝰ
per locoꝝ peritates impigre adoriantur immittit. exorto iam sole fumus montane
more caliginis incertus procul ascendens emergabat. Is hostes eis enī atergo erat
latuit. Iamq; occupati montes erant. Romanis inter certandum laborandūq; fides
ambigua uersabatur spemq; pro cupiditate sūmebant. Postq̄ uero crescens magis

atq; magis aerem denigraret: Iamq; plurimis scandens sociorum ignis esse cernebat: sublato clamore acriter incubunt: ut hostem ad superiora iuga pellirerent. alii quoq; summis de collibus contra inclamitant. Quas ob res in fugam cuncti mox uersi sunt. Et quia montis iniquitas ultra insequi uetuit: haud amplius duo milia cecidere. Romani rebus seruis castrisq; direptis angustiisq; potiti inde per Epirum ea modestia eaq; abstinentia transcurrunt: vt cum procul a mari ac nauibus essent nec vnius fruges mensis haberent nec emendi facultas adesset: ab eius causam regionis preda multifariam sibi temperauerint. Philippus autem fugatis more Thessaliam percureens abductis quidem in montis incolis vrbes incendebat suppellectilia vero que aut multitudine aut onere relinquebantur militibus diripienda proponebat: ita vt quodammodo Romanis regione cedere videretur. Hec vbi Titus accepit egregia quadam liberalitate milites obsecrabat: vt derelicta ab hostibus loca perinde ac propria peragrantes obseruarent curarentq;. Cuius quidem pendentis concilii & optime dispositionis fructum mature sensere: Nam cum primum Thessaliam attigere: eis sese ciuitates sponte dedidere greci autem qui intra thermophilas sunt spe ac desiderio afficiebantur ad Titum Achei Philippi societate repudiata cum Romanis bellum aduersus Philippum gerere statuunt: Hopuntii vero cum eorum vrbem etholi recipere ac custodia tenere concupiscerent quanquam Romanorum arma iuuarent eos aspernati sunt accito autem Tito statim se illius fidei commiserunt. Pirebus cum primum e specula ornatissimum Romanorum conspexisset exercitum dixisse traditur haud barbaricam sibi videri illam barbarorom aciem. Eos quoq; qui obuiam primo habuere Titum easdem emisisse voces oportuit. Ex Macedonibus enim audiuerant barbarici ducem exercitus aduentare: qui armis cuncta prosternens omnes in seruitutem detraheret. At postea virum etatis flore virentem aspectu benignum greca voce ac eloquentia suauem & glorie haud inanis cupidum conspicati ob eius beniuolentiam mirum immodum demulcebantur. Ceteri ciuitates obeuntes eius hominis studio & amore vniuersa complebant: quod eas iam libertatis ducem asseuitas esse predicaret. Postq; Philippum ad pacem inclinatum audisset: habito cum eo colloquio pacem illi amiciciamq; populi Romani proposuit: modo grecos ab eius presidiis liberatos suo iure legibusq; viuentes sineret. Quod omnino Philippus facturum se esse negauit apud eos qui rerum Philippi studiosi erant vulgatum est Romaros non aduersum grecos sed pro grecis aduersum macedones bella gesturos aduentasse. Dehinc cum cetera Tito tranquilla succederent in boeciam sine ulla belli facie proficiscenti primores Thebanorum obuiam prodierant. Ii tam & si macedonire partis per Brachillelim essent tamen perinde ac vtriusq; fouentes amiciciam Titum honorifice salutatum exierunt: quos dextera prensos benigne admodum allocutus: Titus intereundum nunc summa comitate percontabatur: nunc de industria nonnulla narrabat quoad ex itinere sese milires reciperent. Hoc pacto vna cum Thebanis vrbem ingressus est: quem cum id haud satis collibuisset arrere tamen veriti sunt: quod non parua iam militum manus fuerat consecuta. Titus attamen perinde ac ciuitatem in potestate non haberet persuadere Thebanis cepit ve eos ad suscipiendam Romanorum societatem induceret. Ad idem quoq; fariundum cum rex attalus orando Thebanos pelliceret supra senectutis vires: suam in dicendo potenciam per quandam laudis & glorie cupiditatem ostentare conatus: subita inter orandum capitis vertigine aut humoris descensu correptus amissis sensibus contulit. paulo post nauibus relatus in asiam supremum vite diem obiit. Thebani Romanis concessere. postea romam euntibus a Philippo legatis: suos quoq; Titus mittit qui durante bello tempus sibi prorogari ab senatu impeterent: aut saltem ab eo pacem fieri decernant. Is enim honoris percupidus: ne alter suffectus ad bellum Imperator suam illi gloriam interciperet magis atq; magis

uerebatꝛ Ceterũ cũ eius amicoꝝ opera Philippus ex his que cũ postularet nihil im
petrasset eius administratio belli ac imperiũ Tito demandant. Qua de re ubi sena
tus decretũ accepit spe elatus statim in Thessaliã ad debellandũ Philippũ conci-
tatus est: supra uiginti sex millia hominũ habens. ex quibus peditũ quidẽ sex mil
lia: equites uero quadringẽtos ceperũt Etholi: tantus ferme Philippi exercitus.
Postq̃ uero ad scotussam castris castra collata sũt ubi futuꝝ erat vtrinq̃ periculũ
non vt fit trepidare duces inuicem sed impetu magis & glorie cupiditate cõple-
ri. Romani macedones quoq̃ in fortitudĩe ac virtute plurimũ per Alexandrũ no-
men erat uincere contẽdebãt. Macedones si Romanos quos certe persaꝝ fortissi-
mos arbitrabanꝛ superassent: clariorẽ alexãdro Philippũ se demõstraturos eẽ spe
rebant. Titus igitur militis pro contione hortari ut fortes ac strennui forent eos
in grecia pulcerrimo quidem orbis terraꝝ spectaculo aduersus prestãtissimos iã-
iam decertaturos hostis. Philippus seu forte seu opera dedita bustũ quoddã ex-
celsũ quod extra uallũ prominet intẽpestiuus ascendit. ex eo priusq̃ pugnã inir et
de more ad concitandos suoꝝ amicos contionẽ orsus que res ubi dirũ animis ac tri
ste obiecit auguriũ turbatus ea die preliũ abstinuit. Postridie ante solis ortum ob
mollem ac humidũ eius noctis austrum versis in caliginem nubibus profunde cam
pos compleuerant tenebre. Summis quoq̃ de montibus inter amborum castra cras
sus delabebatur aer: qui mox inchoãte die locorum faciem obduxerat: Qua proptẽ
qui speculandi & insidiandi gracia utrinq̃ prodierant mox inuicem illabentes pre
lium acre cõmittunt ubi nunc appellant canis capita enim Densi enĩcumuli & par
ui mutuo colles prominẽt: quibus ex forme similitudine id nomẽ extat. Cum ĩter
locorum iniquitates varie nũe fugando nunc fugiendo fierent mutationes laborã-
tibus cadentibusq̃ e castris amborum immittebantur auxilia.. Cumq̃ in clarescẽ
te iam aere que gesta sunt cernerent tota signis signa conferunt Philippus qui dex
tro preerat cornu ad testudinem structa phalãge e superioribus locis enixe contra
romanos infertur cuius grauissimum impetum nec ipsi romanorum strenuissimi
sufferre poterant. Interea cũ locorum asperitatems & montis iniqui iuga constare
phalanx & densa prodire acie qua in re totius agmini uis roburq̃ cõsistit nequiret
turbari ac dispgi sinistrum cornu cepit Quod ubi Titus animaduertit desperata
aliorum uictoria huc suos acerrime concitat. Quippe Macedonibus ut uirum uiro
conferrent impedimento erat armorum onus. Phalanx enim quoad menbra con
iuncta prestãt & testudinem vno conseruat ordĩe sicut inuictum quoddam animal
suas gerit uires. Ceterum ea dissoluta cõpage uniuscuiusq̃ robur ac fortitudo pro
pter armature genus ammittũtur que prius connexis mutuo partibus uehemẽtẽ
pollebant. His uersis romani alios fugiẽtes insectari alios interpugnãdum discur
rentes ex obliquo truncare Que res ita uictores Macedones profligauit ut repen
te proiectis armis fugam capescerent. In eo prelio octo milia hostium cecidere cir
citer quinq̃ capta. Etholorum uero culpa. Philippum euasisse contigit. qui roma
nis adhuc hostem insequentibus prede se se ac diripiendis castris accĩxerat ita ut
redeuntes illi nihil offenderint. Quamobrem grauissimis inter se contumeliis tũ
primum disceptarunt: ita ut merore deinceps Titum angere non desisterent. Sibi
totam eius uictorie laudem adscribere grecosq̃ ita rumoribus occupare ut cũ Po
ete id facinus celebrarent primos. Etholos suis carminibus scriberent. Ex quibus
hoc cunctorum ora uolitabat epigramina fletibus et busto indecores terdena uia
tor. Thessalie oppetimus milia ĩ hoc tumulo. Marte sub Etholũ domiti et uirtute
latinum. Quos Titus inmensa duxit ab italia. Emachie cladem trux spiritus ille.
Philippi. Ceruorum cursu prepete lapsus abit· Hec Alceus in Philippi uituperi
um edidit in quibus & cesorum numerum ementitus est ea eum passim canerenꝛ

duce libertas oppida greca tenet Appolini quoq; auream īponens coronam in hūc
modum īscripsit. Hec tibi Latone stirpis o preclara corona Aurea cesariem conte-
git ambrosiam. Quam Titus Eneadum dux ingens attulit ipsi Da pharetrate ui-
ro forcia gesta cani. Iam per Isthmiorum celebritatem terrā greciam pristina li-
bertate donatam suisq; restitura legibus. Corintheorum ciuitati bis saltem aspex-
isse contingit primum quidem uoce preconis a Tito quemadmodū superius enar-
ratum est & etate nostra iterum a Nerone: dum is in foro Corinthi e sugesto con-
cionem habuisset ad populū. Verum hec posterius Titus cum aduersus Onabim
perniciosissimū flagiciosissimumq; Lacedemonium tyrannum longe pulcerrimum
atq; iustissimum bellū inchoasset: grecos ad extremum sua spe fefellit quod cū eū
capturus existimaretur haud uoluit. Verum icto secū federe sparten īdignissima
seruitute cōpressam omiserat siu ueritus ne diutius durante bello alter ex Roma
succedens imperator suam illi gloriam interciperet. seu philopomenis honoribus
emulus et contentiosus. Dum enim philopomenes uir cum ceteris in rebus greco-
rum strenuissimus: cum in eo bello per quedam audatie & fortitudinis opera cla-
rissimus: equalem Tito gloriam & pares in Theatris honores apud Acheos conse-
queretur nimirum Titum dolor angebat indignissimū existimantem ut Archas
homo finitimorū ac exiguorum dux bellorum similes Romano consuli & grecie p-
pugnatori laudes decusq; vendicaret. Verum enim vero Titus aliam pro hisce re-
bus excusationē afferebat cernere se nō sine magno sparthanorū exitio perditū iri ty-
rannum. Achei postq; honores illi complures decreuissent nullus profecto suis ad-
equari posse beneficiis uidebatur vnico dumtaxat excepto munere: quod ei pre
uniuersis carum acceptūq; fuit Id autem est huiusmodi Romani acceptis ab Hani-
bale cladibus rū uenundati & per uaria dispersi loca seruirent: mille & ducenti in
grecia uersabantur ii ex eo casu cum semper miserabiles rū eo uero tempore ma-
gis cum isti quidem filiis Alii fratribus Alii familiaribus & quod acerbius est ser-
ui liberis & captiui uictoribus occurrerēt. Titus quāq; molestissime ferret haud
tamē illis quenq; priuandum esse dominū iudicabat. Achei rū eos minis quinq; col-
latis in capita redemissent coactus unum in locum vniuersos conscendenti nauem
Tito redidere. Quapropter summa Titus alacritate discessit. pulchra nimirū hec
clarissimorum operum premia amplissimum uirum ciuem ornatissimū & amātē
patrie decent. Ea illi ua triumpho maximum attulisse splendorem uidetur Ii enī
qui mos seruorū est cū libertate donātur rasis capitibus Pileati in triūpho titū sūt
consectati. Speciosius uero spectaculū longo transiuisse ordine prebebant eximie
grecie Cassides Macedonice Pelte & Sarisse. Grandem quoq; pecunie uim in eo
triumpho translatam Hicanus perhibet: defecati auri pondo tria milia septingēta
tredecim argenti quadraginta tria ducenta septuaginta. aureos philippeos xiiii
milia d. xiiii preterea mille talēta que Philippus tributi nomine debebat ea in po-
sterū Romani Tito presertim opitulante ac persuadēte remisere Philipppo & rū
eo decreto senatus societatem iūxere: filium quoq; obsidem absoluerūt. Inde cum
Anthiochus in greciam ingenti classe & magna copiis traiecisset ciuitates ad de-
fectionē solicitatas seditionibus perturbabat. quam quidem ad rem Etholos po-
puli Romani dudum hostes ac inimicos socios & conspirantes habebat. Ii belli cau-
sam & pretexum afferebant grecorum libertatem quibus rum liberi forent huiu-
scemodi re haud quaq; opus existebat. Verum cum ad id honestiorem titulum non
haberent ipsum pulcerrimo atq; optimo nomine uti condoce faciebat. Eius itaq;
motus & potentie rumor cum vehemētem Romanis terrorem intulisset Man-
lius acilius consul & imperator & Titus grecorum gracia legatos eo missi. ex qui-
bus cum primum apparuit confirmatiores reddidit. languescētes alios & dubios

cum suam illis beniuolentiam perinde ac & tempestiuum aliquod medicamen ad
bibuisset in fide tenuit & ne qua in re peccarent aut perfide flagitioseq; perpetra
rent metuit. Eũ tamen effugere perpauci quos iam pridem ab Etholis occupatos
& corruptis penitus animis contaminatos offenderat quibꝰ tametsi Titus acriter
succenseret confecto tamen postea bello ipsos tueri ipsisq; propicius esse nũq; desti
tit. Postq; Anthiochus apud Thermopbilas victus salutem sibi fuga cõparans tra
iecit in Asiam: cõsul manus Etholis partim obsidiõe captis parti eos Philippo va
standos debellãdosq; demandauit. Macedo tum Delopbas ac magnesios tũ Achas
manos & Aperãtos uexare et abigere. Manius post direptã Etacleam Etholos in
tra naupacton obsidere: quibus in rebus Titus grecorũ misericordia comotus ex
Peloponneso ad consulem nauigans Primũ increpare quod suaz premia victoria
rum Philippũ sibi uendicare sinat cũq; Macedones gentes plurimas regesq; sub
uertant: is frustra tempus cõterens unum oppidũ & p iracũdiã quidem obsidiõe
cingat. Inde cũ obsessi Titũ e muris conspicati ꝑtensis palmis supplices cõuoca
rent nullo tũc verbo lacrimis effusis abcessit. Debine iram cõsulis placida oratiõe
mittigans Etholis inducias ac tempus tantũ impetrauit: quo missis Romã lega
tis ab senatu quicq; clementie ac humanitatis exorarent. Plurimum uero laboris
& molestiarum pro exorando Calcidensibus Manio superat quibus infensus ad
modũ erat quod Anthiochus uxorem intempestiue quidem ac preter etatem suã
ex illorum ciuitate duxerat: quam constante utrinq; bello is iam natu grandior ex
imia forma Cleoptolem filiam adamauit. Ea res Calcidensiũ animos ad Anthio
chum promptius inclinauit: & ipsorum urbem ei ad bellorũ usus oportunũ recep
taculum adsciuerat. Anthiochus inde prelio fugiens tum Calcidem appulisset cor
reptis opibus cum uxore ac amicis continuo transmisit in Asiam. Manio igitur p
iracundiam illis exercitum admuoẽti Titus presto aderat, eumq; simul & ceteros
Romanorum proceres nunc excusando ita placatos reddidit ut Calcidenses omni
soluti metu ac liberi omni supplicio euaserint Quorum gracia Calcidensium meri
torum ciuitas quicquid in eorum vrbe splendide ac magnifice extructum erat de
dicauere Tito. ubi adhuc talia cerni licet Epigrammata Populus Calcidensis hoc
Tito Herculiq; consecrauere. Gimnasium alio in loco. Populus Calcidensis hoc Ti
to & Appollini delphinia. Nostra etiam etate Tito sacerdos publice creari & res
diuina fieri solet. Perfectis libamentis uersibus editum quendã pena canũt. Cu
ius reliquas quidem partes ob prolixitatem omisimus: que autem post decantatũ
carmen dicitent scribenda esse censuimus. Candissimã Romanorum fidem cõstã
tissimo iureiurando colimus: Iouem maximum Romam Titumq; simul Romanã
fidem puelle canite Io. Pean io Tito Soter. Ab reteris quoq; grecis dignissimos
honores & que ueros parit honores mirificam beniuolentiam ex morum comitate
cõpararet. Enimuero si ob rerum gestarum gloriam cuipiam ueluti philopoemen
aut achcorum duci Diophani disceptasse: aut controuersiam egisse contigit: haud
propterea graue aut incommodum aliquid per furorem perpetrauit. Eius quidẽ
fiducie plena & ciuilis erat oratio postmodum tamen acerba nemini. Ea propter
eum nonnulli tum iracundum: tum fortuna leuem existimabant. Alioquin consue
tudine & familiaritate iocundissimus non sine gracia & grauitate facetiis & sali
bus vtebatur. Cum Achei Iacinthiorum insulam suo iuri vendicare cõcupiscerent
ut eos ab incepto deterret periculosum illis futurum ait: si quemadmodum testu
dies ita illi lõgius a Pelopõneso caput abducerent Philippus cũ pacẽ ac federa tra
ctare cepisset Titum cum pluribus se uero solum aduentasse dixerat. cui Titus ab
iecit. Te quidem ipsũ necessariis ac familiaribus obtruncatis solũ reddidisti Mes
sanus dinocrates in cõuiuio Rome temulẽtus muliebri saltarat habitu postera die

ab Tito subsidium inuocabat quod ab Acheorũ imperio ad defectionem solicitare Mesanam uersaret animo Tum Titus de iis uiderin us: te uero miror inquit cum res huiuscemodi moliri audeas una saltare & canere posse Cum anthiochi legati ingentium copiarum numerum delectumq; Acheis pmultis uocabulis iactitarẽt Titus olim se cum hospite quodam cenitantem inquit multitudinem carnium admiratum sub incusasse atq; interrogasse unde tantam ferculorum uarietatem comparasset. Ea autem hospitem porcina omnia respondisse: uerum ea apparatu saporibus condimentoq; differre. Vos item uiri Achei cum astatos iaculatores auditis & peditos: ne propterea tantopere Anthiochi uires admiramini quod eos armorum tantũmodo genere differentis uniuersos Siros esse constat Post res in grecia gestas ac bellũ cum anthiocho confectum. Titus creatus est censor Is autẽ amplissimus est magistratus & quodammodo perfectissimũ rei .p. culmen huic Marcelli quinquies cõsulis filius collega obtigit. Ii quatuor illustres admodũ uiros e senatu mouerũt. Vniuersos censos liberis natos parentibus inter ciuiũ Romanoȝ numerum receperũt: ab Terentio leone tribuno: plurimi coacti qui maxime ut nobilitatẽ offenderet ad id scito cõfirmandum plebem induxit Erant eo tempore nobilissimi ac excellentissimi uiri priuatis inter se cõtentionibus disceptantes Scipio affricanus & .M Cato ex quibus uirum optimũ ac primariũ Scipionẽ in senatu pricipem perscipsit. Cum Catone autẽ huiusmodi calamitatis de causa acerrimas egit inimicitias Tito frater erat .L. Flaminius cũ ceteris in rebus Tito ꝑquã dissimilis: tum ob illiberalis libidinosasq; uoluptates omnis contẽptor honestatis atq; decoris hic puellã deperibat: adeo ut siue exercitus ductaret siue prouĩcias administraret ab eius nunquam latere discederet Is ut aliquando Lucium perlasciuiã. mollius culis ad se blandimentis allіceret: se magnopere illum accla mare dictauit quod tam & si quempiam ne dum truncari uidisset hominem: tamen ut sue potius quam proprie morem gereret uoluptati gladiatorium spectaculum omisisset. Eo delectatus sermone Lucius haud ardua inquit res est. Ego uero tue iamiam cupiditati remedium ac medelam adhibeo: simulq; ex damnatis unum adduci iubens ĩ conuiuio accito lictore securi percuti hominem imperauit Valerius antias nõ ad pueri sed mulieris cuius amore teneretur arbitrium id ab Lucio perpetratum affirmat Liuius autẽ scriptũ in oratione Catonis asserit gallum transfugam cũ uxore ac liberis uenisse & ab Lucio inter epulas exceptum mox ut scorto quod ardebas obsequerent ab eo propria manu confossum. Hoc ad exacerbanda Lucii crimina iure dictum a Catone crediderim. ipsũ autem occisum minime transfugam uerum exclamantis unum in uincula coniectum extitisse cum aliquã plures tum uero testis est Cicero ĩ eo qui est de senectute libro. Vbi omnẽ Catonі sermonem & ipsius rei narrationẽ tribuit. Cato deinde censor cratus ut curiam tam libidinosis expiaret maculis Lucium quamuis consularis dignitatis uirum e senatorio eiecit loco Eius ignominiam cum Titus ad se quoq; pertinere arbitraretur is paritẽ et frater dic Catoni ad populum dicta lacrimis supplices Quirites orabant: ut Catho rationem afferret quamobrem illustrem adeo familiam tam Tetra affecisset nota .Catho minime tetardatus in medium tum collega procedens . Titum si quid de ipso cõuiuio cõpertũ haberet ĩterrogauit: eo negante Cato rẽ examussĩ exposuit: Luciũ subinde percũctatus si quicq; emẽtiretur tacẽte lucio populus eũ iure notatũ cẽsuit & catonẽ sollissima cũ frequẽtia domũ e foro reduxit post modũ cũ Titus fraternũ accerbissiẽ casum ptulisset aduersus Catonẽ cũ eius inimicis cõsperãs qdcũq; is ex erario cõductionis aut ẽptionis nomine erogasset irritũ fecit & senatus auctoritate rescidit eumq; sepenumero in grauissima uocauit iuditia . Ceterum haud scio quam recte quamq; ciuili more factum: quippe cum propter

hominem propinquum quidem uerũ indignum & meritas dãtem penas aduersus
elegantissimum principẽ & optimũ ciuem capitales inimicicias suscepisset. Illi ta
men postea Romanus populus non mediocrem aliquãdo restituit honorem. Nam
cum ludi publice spectarentur & patres conscripti digniori de more sedissẽt ordi
ne: Lutius in extrema Theatri sede abiectus humilisq; conspectus: populi in se mi
sericordiam cõmouit. Mox itaq; populus id acerbis ferens oculis crebris eum cla-
moribus superiorem in partem transire coegit: quem e uestigio consulares inter
se uiri sessum receperunt. Titus natura uir laudis & honoris studio incensus: quo
ad idoneam belligerandi nactus erat materiam clarissimũ sibi nomen comparauit
Post cõsulatũ tametsi nullius rei usus exigeret tribunatum militum iniit Deinde
ingrauescente magis etate cum magistratus gerere desisset reliquae illius uite p
tes per ocium improbabant: ut qui immensa glorie cupiditate & iuuenili quodã
animi ardore stimulatus seipsũ cõtinere nequiret. Tali contra Hanibalẽ usus im-
petu plurimam in se conflauit inuidiam. Hannybal enim postq; ex Carthagine ad
Antiochum confugisset isq; post cõfectum in Phrigia prelium pacem & libens q
dem impetrasset: rursũ longis erroribus exul demũ ad Bithinie regem Prusiã se
contulit: que res cũ nemini Romanorũ esset incognita: tamen hominem senio & im
becillitate confectũ & ab fortuna deiectum paruipenderant. Eodem tempore Ti
tus alia de causa legatus ab senatu missus ad Prusiã cum ibi diuertentem uidisset
Hanibalem quod uitã degeret uehementer indoluit Prusias qui supplicem illum
susceperat: cum pro mutua ipsorum consuetudine permultis Titus precibus obse-
crasset pro eius salute nihil impetrauit. Ceterum cum uetus quoddã de Haniba-
lis morte hoc pacto uulgaretur oraculum: corpus Hãnibalis Libissa tumulabit gle
ba: ille quidem de Libia dictum & si carthagine uicturum ac humatum iri suspi-
cabatur. Brithinie autem locus est in littore: propter hunc haud amplius quidã
uicus adiacet: quem Libissam appellant: in eo tunc diuersabatur Hanibal cum se-
per leuitatem Prusie infidam ducens: tum Romanos reformidans. Quamobrem
ipse domũ ibi septennis sub terra cuniculis aliis alio longe ferentibus clã instruxit
Postq; in se factum a Tito audisset edictum: per exitus illos conatus effugere in
regias incidit custodias itaq; mori statuit: dequo nõnulli perhibent. Postq; is collũ
inseruisset amiculo seruum ab eo iussum genu in aduersis. obluctantem uiribus de
hinc magnis trahentem uiribus obtortam fregisse gulam donec compresso neca-
retur spiritu. Alii cõmemorant eum Mide & Themistoclis exẽplo tauri cruore au
so perisse. Liuius refert uenenum quod habebat temperasse: deinde sũpto poculo
ita dixisse Per magnam populi Romani curam solicitudinemq; soluamus qui diu
turnam & graue nimis censẽt odiosi mortem senis expectare Nec uero Titus pre
clarum ex hac uictoria nomen reportabit haud suorum dignitatem maiorum imi-
tatus qui pirro & hosti & uictori impendentes ueneni insidias renũtiatum miserũt
Hic uite exitus Hanibalis fuisse traditur De cuius morte cum relatum est senatui
plerisq; Titi facinus ut uacuum & crudele nimiũ carpebant qui Hanibalẽ sicut auẽ
quampiam senectute nudatam explumem ac mancam & ex sua mansuetudine uite
reseruatam: nulla de causa nisi ut illius interitu nomen sibi ac laudem quereret oc-
ciderat. Tũ magis atq; magis Scipionis a ffricani clementiam & animi magnitu-
dinem edisserebant: eũ mirũ inmodũ inuictũ & fortissimũ predicantes qui Hani-
balem a se in Affrica superatũ nec ex urbe deturbauerat: nec a ciuibus tradi sibi po
stulauerat. uerũ ante preliũ eum iunctis dextris benigne allocutum: post prelium
federibus compositis nihil in eum audacius commisisse aut fortune hominis insul-
tasse. Eos rursũ Ephesi conuenisse dicitur ubi cum Hanibal digniorem deambulã
do locum primus arripuisset: id Affricanus equo tulit animo ut facile nulla cum

contentione ea fuerit ambulatio. Orta postmodum inter eos de ducibus mentione
cum Hannibal excellentissimű primo ducem Alexandrum deinde Pirrhum se au-
tem tercium demonstrasset. subridens paululű Affricanus quid nisi te uicissem in
quit. Tum Hannibal non tertiű Scipio sed me ceteris anteposuissem ducibus iqt
Hec cum de Scipione mirificis efferrent laudibus Titű uituperabant quod alieno
cadaueri manus intulisset. Erãt qui id collaudarẽt factum Hannybalẽ dű uita su-
peresset ignem quendã arbitrantes cui excitantis opus esset flatibus. Non eni dű
vires integre ac robusta vigebat etas eius corpus aut manus: verű consiliű atq; rei
militaris periciam errori Romanis extitisse. Accedebant preterea odium & in-
nata quedam acerbitas: que res haud senectute tollűtur Verum cum fortuna im-
mutetur mores ac natura permanent Qui uero per odium inimicitiasq; disceptãt
etiam variante fortuna ad agrediendum semper aliquod vocante spe cõcitãt Qua
in re Titi testimonio erant: Aristonicus Cithatedi a quo per Eumenis gloriã uni-
uersa bellis Asia defectionibusq; refecta est. Et Mitridates qui post Syllam & Fi
briam postq; tantam exercituű & imperatorű stragẽ rursum tot terrestribus ma-
ritimisq; copiis aduersus Luculum stetit. Nec uero magis quam C. marius depres
sus iacebat Hannibal cum regis amicitia familiaritasq; contigerat in nauiű pre
terea equorum ac militum studiis & assidua cura versabatur. Romani fata Marii
dű Affricam mendicus errabat irridebant quẽ paulo post dű ab eo iugularent vir
gisq; cederentur per sűmam uenerationem colentes adorabant. Hoc pacto nihil est
quod paruum aut magnű dici queat. Verum unus qui uite idem & melioris for-
tune modus ac finis est Quas ob res nõnulli hec ab Tito aut sponte facta cõmemo
rant: quin missum propterea cum. L. Scipione legat inuit de Hanibalis nece tantű
modo tractarent. Nullam amplius ab Tito rem domi miliciaeq; gestam accepimus
Qui cum uitam tranquillus ageret uita defunctus est.

Epistola Leonardi Arentini poete laureati de Vita atq; gestis Aristidis. Incipit
feliciter.

ANIMADVERTI Zacharia frater te ueram illam & sa
pientem Petri emiliam pontificis Vicentini sententiã pro
bare. qua uir ille ingenio doctrina prudentia primarius cű
pro sua consuetudie & me & equales meos ac ceteros fami
liares suos ad probitatem ad ludum ad decus ortari solet.
Historiam uirtutis parentem & uite magistram appellat.
Artes enim optime que de moribus & prestantissimis in-
stitutis tradite sunt. apud omnes longe plus possunt si uita
ac factis clarissimorum hominum illustrantur. Quis enim dubitat ea que ab aliis
gesta didicimus quanq; admirabilia sunt faciliora nobis uideri: & promptius ad-
honestatem icitare quam si preceptionem solum lenius disputentur. Ideoq; lectis
simos eis uiros proponimus a quibus ut dignitati & glorie seruiant impetrare cõ
tendimus. Hec enim veteris memorie uocio facit ut sűmos homines quos & pro-
bamus & admiramur magno studio imitari uelimus. Sic pelopidas Trasibulű sic
Fabius periclem sic Portius cato Curiű sic cesar alexandrű sic. M. Brutus Iunium
gentilem illum suum. Sic denicq; multi incredibili ardore ad imitandos prestantis-
simos uiros incensi sűt qui ut iñ peritos constare uideo historie imitatu maximas
ac honestissimas res gesserűt. Hinc pro suo quisq; studio nostri maiores socratis:
Platonis Aristotelis: aliorumq; non modo imagines i tabulis & uasis habuere. sed

etiam in foro in templis eneas statuas collocauerūt ut uel tacita eorum monumen
ta uite sue conferrent. Quanto rectius id historie tribuemus: que mirum quoddā
simulacrū appellari pt. Cuius hortatu ad pietatem iustitiam continentiam prudē
tiam liberalitatem virtutem humanitatem ac doctrinam inducimur. Preclare enī
Demetrius Phalerius Ptholomeum egiptium admonuit ut libros in quibus iusti
regis officia & illustrissimorū principum uite litteris mandata sunt studiose lege
ret & de manibus nūq̄ dimitteret. Nam quemadmodum hos quecūq̄ ad se tanto
in munere pertinebant facile edocere: sic ea ab iis quos regie opes alebant expecta
re non debere. Apud nos mi frater suauissime quantū domestica exempla pondus
habeant in foro in curia in comitiis & experimur & cernimus eum uel ex ānalib9
& pr͂opta sunt uel a prudentissimis maioribus natu singulari cum auctoritate īrefe
runtur. Quod si minus ut ita dicam etatis & ciuitatis acta magno momento sunt
quid oīm urbium omnium temporū facta putemus. Quocirea sepenumero Alexā
dri cesaris institutū scitū mihi uideri solet. qui quasi sapientes obeundis in rebus
consiliarios historicos cōsulebat ut quid huiuscemodi superiori etate bene factum
esset id uel usu probaret uel melius ac prudentius decerneret. Quapropter cū otio
sus apud Plutarchum doctissimū ac grauissimum philosophum. Aristidis iusti &
Catonis illius maioris uitas lectitarem de quibus in hoc tēpus admodū pauca la
tinis litteris extant digni michi uise sunt quas tuo nomine interpretarer. Quanq̄
enim natura eruditione ui sis preditus iam nō mediocribus nostre reip. muneribus
dignus sis & habeatis tamē ut opinor bene de te & ceteris claris uiris merit9 ero
si quasi norma quadam bene uiuendi ante oculos subiecta hoc meo ingenio laboreq̄
quantum in me est & meliores & doctiores eritis. Nam ut industriis pictoribus
ex olimpio Ioue phidie & sculptoribus ex argolica Iunone policliti: Sic tibi & re
liquis qui hec attēte cognoscēt eximiū ac preclarū aliquid effingere licebit. Quod
enim ueteris sanctimonie illustrius exemplum proferre possem q̄ aristidis & cato
nis. quibus nec athene: nec vrbs romana ullum uel solida ac expressa gloria clario
rem uel auctoritate grauiorem uel propemodū in omni laudationis genere prestā
tiorem unq̄ tulerunt. Nam quis aristide fortior integrior aut illustrior fuit: qui
bellicis in rebus & a nullo summi ducis ac ciuis offitio defuit. & artibus pacis ab
ineunte adolescentia tantum prestitit ut perpetua sanctitate ac grauitate uite iu
sti cognomen quod nemini prope concessum est ad ultimū seruarit. Diuiciarū pre
terea contemptor adeo inuicti a cupiditatibus animi & rigide innocentie fuit: ut
nemo etiam laudis auidissimus amplius optauerit quam ipsi in hoc suo genere fa
cile concesserit. Quid de. M. Catone Prisco diuino homine dicam: qui omniū con
sensu frugalis maritus accuratus in liberos pater peritissim9 iuriscōsultus eloquē
tissimus orator fortissimus miles equissimus pretor egregius consul optimus sena
tor seuerissimus censor habitus est. Hic deniq̄ adeo omni ex parte summus uir fuit
ut ei nihil ferme neq̄ a natura denegatū neq̄ a doctrina & virtute non delatū esse
uideatur. Hos igitur frater optime ad quem potius mittam quam ad te: q̄ui cū a
puero ad hec studia humanitatis me conferrem nullo mihi loco gracia ope opera
defueris quasi tue in me pietatis testimoniū optimo iure dedicaui. Accedit etiā
quod cum sic in rep: in domesticis in amicorum negotiis verseris ut boni ciuis dili
gentis patr. familias studiosi hominis offitia in te eximia atq̄ prestantia sint. Hec
in alterum recognoscēs confirmatus probabis coles diliges. Qua quidē ī re maxi
mas habebis gracias scio modestissimo ac eloquentissimo Guarino Veronesi cōmu
ni preceptori nostro quo hospite non enim verebor quod sentio dicere prope nō mi
nus q̄ Lucullus archia & Pompeius Theophane & Cornelius Ennio gloriamur.
Cuius beneficio factum est quemadmodum maiores nostri bene de rep: meritis ad

uirtutis imitationem corporis monumenta decernebant. Sic ego ut tibi & ceteris quibus hec mecũ studia cõmunia sunt prodesse. Aristidi & Catoni has litterarias statuas collocarim. Ceterum ex greca Guarini nostri disciplina nõ paruũ vel huic fructum cepisse uideor: quod eius diligentia intra paucos dies Aristidem athenẽsium pricipem non ciuitare sed quod amplius est Latinis litteris donare. Et Catonẽ illũ grauissimũ lõgo ut aiũt postliminio ad nrõs hoĩes reducere mihi licuerit. Quid plura iam Plutarchum audies quo auctore quid de iis clarissimis uiris sentiendum sit facile iudicabis.

Plutarchi historiographi greci de Vita atq gestis Aristidis per Leonardum poetam laureatum in latinum linguaũ traducta Incipit feliciter

A RISTIDES LYSIMACHI filius ex anthiochide tribu & populo Alopeceno ortus est de cuius fortunis ac facultatibꝫ penes scriptores magna uarietas est. Sunt enim qui eum ita egregie inopem fuisse cõmemorent ut & in sũma tenuitate uixerit & uita functus duas filias reliquerit. que multis ãnis nubiles egestatis causa sine maritis fuerũt Hoc tam&si cõplures patronos ac defensores inuenerit cõtra tamen in eo libro qui socrates inscribitur Demetrius Phalerius eum locupletem fuisse auctor est. apud phalerios enim fundũ qui Aristidis extitisse dicitur cognoscere se refert ubi ipse sepultus est Eius domũ opibꝫ abundasse pleraq argumẽto sibi sũt & illud ĩ primis quod magistratũ illũ insignẽ fabis ac suffragiis sortitus est. qui maximo cẽsu censitis obuenire solebat quos quingentum modiũ vulgus appellat. Secũdum autem relegatio quam exostracismũ uocant nullos enim inopes sed amplissimo loco natos & qui superbia ac tumore ceteris anteirent in exiliũ id genus missos esse. Tertium & extremum ẽ quod ĩ liberi patris templo tripodes victorie uoto ad celebritatem dedicatos reliquit qui in nostram etiam etatem hoc epigrãmate seruatur. Anthiochis tribus uicit Aristides ludis prefectus fuit Archestratus docuit. Hoc tã&si maximi momenti speciem pꝛe ferre uideatur minimum tamen pondus habet. Nam & Epaminundas quẽ omnes mortales a pueritia uitam tenuiter egisse sciunt & Plato philosophus nõ ignobiles ludos ediderunt quorũ alter per tibicine alter per cunctos cyrcos celebritatem nobilitauit. Cum huic Dion syracusanus epaminunde vero pelopidas sumptꝰ ipsos suppeditauerint. Haud iniuria quando bonis uiris cum amicoꝝ donis pinde ac inexorabile bellũ indictum nõ sit. sed cum ab illiberalibus muneribus que lucri questusue causa suscipiuntur aborreant si temporis maturitas obuenerit ea nõ repudiabũt que honori laudi ac splendori coniuncta sunt. Panetius uero Demetriũ carpit qui errore nominis captus in iis que de Tripode scripsit mentitus est. Nã queecũq aduersus Persas gesta sunt usq ad Peloponessiaci belli finem memoriare petẽs solũ duos aristidas ludorũ prefectos uictores inscriptos fuisse tradidit quoꝝ neuter Lisimachi filius fuit sed alter quidẽ Xenophilo patre natus est alter uero longe posterior. Vt & post Euclidem scripta declarãt & inscriptus insuper Archestratus quem modicis temporibus nemo nec Peloponessiacis pleriq chori magistrum fuisse prodiderunt. Verum enim uero quod a Penetio dicitur diligentius considerandum est. De relegatione autem quis dubitat eos qui uel gloria uel generis nobilitate uel eloquentia maxime prestarent ostraco idest huiuscemodi exilio quam primum electos esse. Quo in numero Damon Periclis preceptor est

qui cum plus sapere videretur quā oporteret hunc in modū urbe exactus est. At Idomeneus scriptum reliquit Aristidem non suffragiis aut fabis sed Atheniensiū delectu illo magistratu functum esse. quem si post plateense preliū gessit ut a De- metrio refertur & uerissimum est ipse magna gloria & magnis rebus gestis in eo loco ciuitatis propter sūmam uirtutem cōstitutus est. quem reliqui propter diuiti as capescerent. Sed certum et exploratū est non solum Aristidem uerum etiā so- cratem inopia quasi grauissimis malis a Demetrio liberatos esse. Hunc enim non solum domum peculiari iuri suo uendicasse sed etiam septuaginta minas Critonis fenoris causa mutuasse perhibet. Aristides uero Elisthenis qui post exactos tiran nos rem p. constituit factus socius supra ceteros qui se ad gubernādas ciuitates cō tulisset Licurgū Lacedemonium admiratus & imitatus est. Eū enim statū maxi me probauit in quo bonis & optimatibus primus locus esset. Aduersus eū plebs ac multitudo Themistoclem Neoclis filium coluit & gracia & studio prosecuta ē Eos a pueris cū una educarēt prope singulis & iocosis & seriis in rebus ac uerbis cōtendisse suisq; cōtrouersiis utriusq; naturam mores institutionem quam primum detexisse multi auctores sūt. Nam ut hic leuitatem temeritatē calliditatem & in omnes impetū sic aristides constantiā modestiā equitatem pre se tulit qui nec n ē dacii nec ludos inter perantius dictum nec fraudē uel ioco probare potuit. Hoꝝ inter se animos ut Aristoni cio placet amoris cōtentio quedam primū abalienauit Stesiliam enim ciam que specie vultus ac corporis forma primaria erat uehemen tius quam par erat deperibāt qui etiam postq; illius uenustas defloruit graues ini micitias quas huius leuitate cause inuicem superiori tēpore cōflauerāt retinuere His rebus incensi hoc quasi preludio freti conflictationes suas statim i ipsam rē p. cōtulerūt. Quo circa Themistocles facilitatis artibus instructus adeo grandē ac popularē potentiam est assecutus vt cupiā eū admonē ti optimo iure principē athe niensiū futurū si cūctis equalis & cōmunis esset responderit. nūq; profecto ea in sella sedere statuissē ex qua mei studiosi nihil āplius a me quā alieni habituri essēt Aristides autē cui propria in rep. via cōstituta erat animū induxit primū ne soci quenq; suo cōsensu iniuriis afficerēt aut nequaq; uereri quicq; negare quod cupiā memorem inferret. Dehinc eam amicorū potestatē declinauit qua velut peccandi licentia plerosq; fretos obseruabat Grauiter enī & uere sibi psuaserat hoc dūtaxat studio bonū ciuem affici si uita & oratiōe que iusta & recta esset cōstātissime de- fenderet a quo uite instituto parūper deflectere coactus est cū Themistocles te- meritate quadā ut ei resisteret ac ipsius auctoritatem refringeret multa in re p. cō moueret. Vnde et aduersari9 īterdum quedā ineū tutatus est & ne ab ipso nōnulla ferent eo cōsilio prohibuit ut Themistoclis potestas, que multitudinis gratia cre uerat nihil accederet. Prestantius ac Salutarius ratus si aliqua ex iis que ad ciui- tatis utilitatem conducerent pretermitterentur quam si facta ex eius scientia de cretis supra modū posset Denique cum Themistocle auctore cōmodum ac necessari um quippiā deliberatū esset & Aristides frustra contradixisset: haud sibi tempe rauit quin cū ex Contione discederet clara uoce testatus sit nisi Themistoclē & se ipsū in Barathrū cōicerēt rem atheniēsium saluā esse non posse. Rursus ad populū rogationem ferebat quam cū sibi uehemēnius exibilatū at repugnatū esset reuoca uit tamē & si consilii principem populū rogaturū esse & plurimos in eam ituros pla ne cognosceret: quoniā inter altercādum decretū illud reip: detrimēto fore didicis set. Ad hec in cōtione sepe nōnullos earū rerū quas erat cōmētatus auctores sub- iecit ne perpetua Themistoclis altercatio ac dissensio comuni utilitati īpedimēto esset. Eius in cōuersiōe rerum urbanarū constātia laude & admiratiōe dignissima uidetur. Nec enim ulli honorum gradus ipsius animi magnitudinem extulerunt nec

ulli casus aut offensiones demiserũt. Vbi se ad rem p. contulit sibi nimirum persua sit etiam nulla pecuniarũ nulla glorie mercede proposita i offitio non manẽdũ esse Quo factũ est ut cum in theatro uersus quos Eschilus ad amphiarũ scripsit refe rẽt hic esse iustus acuideri nihil auet magnos profundi pectoris fructus legẽs Cõ silia de quo germinant clarissima omnes in Aristidem oculos cõuerteret. uelud in eum cui optimo iure in hoc uirtutis genere primas partes sine cõtrouersia tribue rent. Sic igitur institutus erat ut non modo popularibus in causis quibus se beni uolentia ciuiũ muniret: acerrimus equitatis defensor esset: sed ut eam fortissime ac seuerissime tueretur nullius iracundiã nullius inimicitiam nullius denique simul tatem declinaret. Qua de re memorie traditũ est rũ aliquando quẽpiam initũ uo casset: & ii cui rem illam iudicabant post aristidis accusationẽ reum causam dicen tem audire nollet cum suffragia quibus eũ damnarent extemplo postularẽt: assur gens Aristides supplex apud iudices intercessit ut illũ quemadmodũ legibus sta tutum erat diligenter audirent Rursus arbiter inter duos delectus cum alter ut ipsũ in aduersariũ magis ac magis afficeret extra causam pleraque illius in aristidẽ maledicta recẽseret Hec missa faciamus ait tu uero bone uir siquid in te cõmisit ex plica quoniã in presentia tibi non mihi iuditiũ exerceo. Fisci postea procurator de signatus non etatis sue solum magistratus sed & superiores multa que ad rem p. p tirebant in rem suam vertisse declarauit In primisque Themistoclem qui tam&si sa piens vir parũ tamen cõtinentes manus habuisse iudicaẽ Quapropter collectis ope ris suis aristides ab ipso accusatus & ut Idomeneus refert repetundarum dãnatus est. Que res cum optimatib acerba & grauis esset aristides nõ modo illo mulcta tio argento liberatus sed de integro huic ipsi cure refectus est. quo in munere uni uersa mutasse administrationis rationem simulauit. Is siquidẽ qui rei p. prouẽtus sibi per iniuriam uindicassent leuis ac facilis videbaẽ ut qui nec eos more suo gra uitec persequeretur nec ut diligentissime rationẽ redderẽt laborarẽt. Quo facto omnes qui expilatione ciuitatis locupletabantur aristidẽ ferre in celũ laudibus & summo studio populo blandiri ut iterũ eum ad hoc munus diligeret: quem cũ nõ suf fragiis sed porrigenda manu magnã significationem uolũtates declaraturi forent aristides eos hunc in modũ acriter increpuit Cum probe inquit integreque rem p. ad ministro existimationem meam multis maculis aspergitis cum autem vrbanis ex pilatoribus multa cum fraude cõcedo me quasi summum uirum & ciuem admirati one dignissimũ reputatis. Que cũ ita sint atheniẽses iis honoribus quos mihi nũc decernere cõtẽditis ut ego sentio plus mihi dedecoris & turpitudinis afferẽque pri us allatũ est cũ mihi repetundarũ mulctam irrogastis. Quãobrem magnopere me vestri miseret apud quos iprobis obsequi gloriosius est quam fortunas publicas cõser uare. Hec cũ dixisset & in huiuscemodi furta vehementer inuectus esset: eos qui sue laudis bucinatores ac patroni fuissent tacere fecit solidam inde & expressam quãdã gloriam iustissimus ex causis adeptus. Postque Claris a Dario missus uerbis quidem ut atheniẽ ẽs qui Sardis igni uastauerãt penas darent reuero ipsa ut gre cos in ius ditiõemque suam redigeret omnibus copiis se Marathona recepit popula tionibus ac predis in agros hostiũ impetum fecit. Hoc in bello Athenienses decẽ imperatores prefecerũt inter quos dignitate gloria & potẽtia Milciades primas secundas autem aristides partes habuit. qui cũ sua sententia in bello gerẽdo miltia dis cõsilium confirmasset magno profecto momento fuit. Duces enim eius colle ge cũ sic inter se statuissent ut in singulos dies rei sũma ad unũ deferreẽ: ipse cũ ea sibi obtigisset ius imperii & auctoritatẽ suam in Miltiadẽ contulit & socios prici pes docuit melioribus ac prudẽtioribus parere sine vlla turpitudinis nota salutare ac decorũ esse. Hũc inmodũ animos pacans ac mitigãs contẽtiones eos induxit ut

quieto animo unam optimã sententiã cõiter usurparent. Quod Miltiadis imperium
poetua potestate firmissimũ reddidit. unus enim quisq₃ aristidis exẽplo se ab hoc
collato in diem munere sponte abdicãs Miltiadi suo ex iure cõcessit. De hinc cum
atheniẽses media acie cõstituti īter pugnãdum valde laborarẽt & Barbari satis su
perq₃ diu Leontidem ac anthiochidẽ tribu urgerẽt Themistocles & aristides e re
gione structus inter agminibus strenue ac fortissime dimicauerũt quorũ alter ex
Leontide aristides autem ex anthiochide tribu erat. Hi cũ Barbaros cedẽtes in fu
gam vertissent acri impetu naues adorti sunt que cum ad insulas ut ipsi cernebant
non se transmitterẽt sed uentorũ ac tempestatis vexate uim athicam terrã re
pente referrẽtur ueriti ne urbs sine militibus ac defensoribus destituta ī potesta
tem hostiũ ueniret in patriam nouem tribus subdito reducere statuũt quod eadẽ
die magnũ itineris spatiũ e mensi cõficiũt. Aristides sua cũ tribu Marathõe custo
die relictus ut captiuos predã q₃ seruaret opinionẽ quã de suis moribus prestiterat
non fefellit. Nam cũ argenti & auri uis passim & vestimẽtorũ omnis generis ac in
tabernaculis innumerabiles pecunie & in nauigiis eẽnt q̃bus Barbaros nudauerãt
nec ipse contrectare quippiam noluit nec ut ab aliis attingerentur passus est.
Quapropter subreptiones nulle factę nisi siquis eo ignaro nõ nihil p̃de sibi ademerit.
Ut de callia ãtistite traditũ est. quẽ cũ Babarꝰ ẽrore come ac corone captus quasi
regem adorasset ꝯprehensa dextra ei ubi magnũ auri põdus a Barbaris defossum
erat indicauit. Callias crudelitate ac iniustitia quibus reliquos homines antẽibat
fretus aurũ capit: & hominem ne suis rumusculis res ad alios deferãtur īmanissiẽ
necat. Hinc a comicis ceteri qui ex Callie familia fuerãt laccopluti idest ex fossa lo
cupletati cognomiati sũt cũ locũ illũ caperẽt ubi cõperto auro Callias diues factꝰ
est. Aristides ex templo magistratum ex quo singularem laudem cõparauit iniit.
Demetrius autem Phalerius ipsũ post Plateẽsem pugnam pauloante mortem hoc
munere functũ esse scribit. In iis uero post Xantippidẽ inscripti sunt: cuius tempo
re apud plateas Mardonius profligatus est: eius nominis inter multos neminẽ ac
cepimus. Ceterũ post Phampum in cuius magistratu ex prelio quod apud Mara
thana gestũ fuit victoriam retulerũt aristides illico principes īscriptus est qui cũ
omnis uirtutis tum maxime equitatis ac iusticie apud populũ periculũ fecit que
ad sũmam semper multitudinis utilitatẽ ac fructũ referũtur. Ex quibus aristides
quanq₃ uir inops & plebeius regium tamen in primis ac diuinissimũ iusti scilicet
cognomẽ assecutus est. Quod nullus unq̃ rex aut tyrãnus appetiuit. sed urbiũ ex
pugnatores fulmina uictores aquilas accipitres appellari se ingenti eum volupta
te uoluerũt. Quamobrem quia uiribus et potentia potius ut cõitat q₃ uirtute glo
riam consequi cupiere Deus cui se simillimos efficere studio cura opera cõatur iis
tribus maxime prestare ceteris omnibus uidẽt īmortalitate scilicet potestate atq₃
uirtute e quibus nihil uirtute pulchrius nihil honestius nihil diuinius est. Quid ni
nam & inane & elementa natura sua non intereũt terremotus autem fulmina uen
torũ impetus ac fluuiorum cursus ingentem potestatẽ habẽt sed nihil diuinũ esse
potest nisi quo prudẽtia ac sapientia preditũ ius fas q₃ sibi cõparant. Proinde cum
tria sint quibus omnes ad deũ reuocãtur beatitudinẽ videlicet metu ac honore eũ
quidem beatũ existimãt quod eam uitã uiuat. que cunctis seculis cõsequẽtibus ea
dem ac īmortalis futura sit Propter sũmã uero potẽtiã non timere nõ possunt. Ar
iustitia causa est cur ament honorent colant que quis sic se habeãt ipsi tamen īmor
talitatẽ quã natura sua non patitur & potestatẽ cuius plurima pars ī manu fortuẽ
posita est cõcupiscũt. Virtutẽ autẽ cuius solius ex rebus diuinis particeps esse pos
sumus post habent atq₃ abiciunt insipiẽter quidẽ quoniã illud mũdi genus quod
maximis copiis opibus principatibus nititur si cum iustitie dignitate coniungitur

diuinũ fit Sin disiũgitur a fera & agresti vita nihil distat Hoc igitur fundamẽtũ cum primum aristidi grãm & auctoritatẽ cõsecuẽti vero tẽpore odiũ ac inuidiam cõflauit presertim cũ Themistoclis sermones passim in vulgus dissiparẽtur quoꝫ sũma erat aristidem hac sua iudiciaria cõsuetudine & Forensi potestate Clam sublatis iudicijs sine stipatoribus sibi regnum cõparasse. Ciuitas quoq; victoria iã insolẽs facta atq; maximarũ rerum auida egre ferebat: cũ quosdã auctoritate & gloria anteire ceteris audiret. Itaq; postq̃ frequens vndiq; in urbem cõuenit Aristidẽ Ostraco in exiliũ non affectati regni suspitione vt prese ferebant sed glorie illius inuidia relegãt. Non enim ex Ostracismus improbitatis castigacio est sed ad honestandũ facinus elationis ac grauioris potestatis moderatio & pena dicebatẽ Erat si quidem humana liuoris cõsolacio que cũ haud intollerabilis esset merorem ac dolorem quem cuispiã amplitudo peperisset suis ex finibus decẽ annos exterminaret. Postq; autem iprobos ac humiles huic mulcte subici ceptũ & postremus omnium Hyperbolus id genus exilio mulctatus est mos ille destitit Eum vero hac de causa relegatum nonnulli tradidecũt. Alcibiades & nicias cũ in ciuitate plurimũ possẽt magna dissensione factionum pricipes erẽt qui partiũ studiis quã prin si prospexerunt Ostracũ scriptionis gracia in eorũ alterum peti vnam congressi cõmuni consilio cũ suis cõplicibus egerũt vt Hyperbolus hoc exilii genere plecteretur. Deinde facti indignitatem animaduertẽs populus q; rei magnitudini abiectũ hominis damnatio contẽptũ & turpes imisisset maculas deinceps Ostraci cõsuetudinẽ penitus antiquauit que scriptis nostris hic maxime in modũ adumbrari pt. Cstraci idest calculi viritim in concilio dabantur & in eis quisq; quẽ ex ciuibus vrbe cedere vellent litteris indicabant: quos postea in vnũ fori locum cancellis circũseptũ deferebãt Magistratus vero quibus negociũ dabatur primũ ouidem vniuersos simul rerensebant qui nisi sex milium numeꝝ excessissent nihil cõfectum esset postea vniuscuiusq; calculis sepositis eum quem pluribus sentẽtiis dãnatum cognoscerẽt decem ãnos extorrem fore declarabãt ea tamẽ cõditione vt fructus suos capere liberũ sibi relinqueretur. Multis itaq; vt vnde discessit reuertatur oratio in aristidem scriptis ignoratione litterarũ nõnulli penitus egrestes Ostracũ suum aristidi velud vni ad quem nihil tale pertineret vt in aristidem scriberet porrexerũt. Hic cũ multitudinis aduersus se cõcitate studiũ admiraretur quesiuit. Num ab eo quẽ in exiliũ mitere statuissent mali quicq; ppessi essent. Cui nihil sibi mali factũ nec a se virum cognitũ esse sed moleste ferre dixerũt quod omnibus in locis hunc ipsũ iustum audirẽt Que cum accepisset aristides nihil locutus illis quẽadmodũ contẽderãt inscriptũ Ostracum reddit. Dehinc cõcedens ex urbe manus ad celũ tẽdens non sicut achilles grecis iratus deprecatus est: sed vt athenẽsibus cuncũq; vellent sic bene fauste feliciter euenirent vt aristidis sibi nũq; veniret in mẽtẽ Tertio post anno cum Xerxes per Thesaliam ac Boetiam ductaret exercitum & Atthicã adoriri statuisset Athenẽses antiquata lege exules restituere aristidis causa presertim quem omnes si cum hostiũ copiis iungeretẽ rei p. perniciosũ fore & cõplures eius auctoritate & gracia ciues ad Barbarũ defecturos formidauerãt. Sed eorum quam falso metu preocupatus animus fuerit res hec testimonio erit. Antea enim quã reditum eius decreuisset ciuitas nihil sibi fuit ãtiquius q̃ vt grecos ad libertatem hortarẽ sollicitaret & studiosos & ardentes inflamaret. Post reuersionis sue decretum Themistoclem cui rerum sũma cõmissa erat cũctis in rebus consilio opera diligencia iuuit & cõmuni salutis gracia inimicissimũ sibi laude & gloria ornatissimũ ac cumulatissimũ prestitit. Cũ Euribiades Salaminã deserere deliberasset & regie Triremes noctu transuecte circũstarent transitũq; ac insulas corona cinxissent cunctis rei huius ignaris aristides aditis mille periculis ex egina per hostium

Classem Traiecens in tempore profectus est. Subinde noctu ad Themistoclis ta-
bernaculū venit quē solū euocatum remotis arbitris sic alloquitur. Nostre partes
sunt Themistocles si sapimus vt iam inani ac puerili dissensione posita: nouā de in
tegro rationē ineamus vt salutari ac honestissimo certamine cōtēdētes: tu quidē
imperio ac potestate: ego autem ministerio greciā terrā cōseruem⁹ Quam ad rem
tu solus optimā sentēciā attigisse ac probasse mihi videris cū īter angustias de ma
turādo nauali prelio decreuisti. quod si ɔtraria socioꝝ deliberatio nobis est hostes
vt augurari cōiectura possumus quodāmodo nobis adiumento sunt: quorū nauib⁹
vicinum mare a latere a fronte a deniq; omni parte tenerī vt etiam qui sua spōte di
micaturi nō sūt rebus desperatis strenue ac fortiter manū cōserere necessitas co-
gar. Eum enim in locum deducta res est vt nulla fuge uia reliqua sit. Ad hec The
mistocles vellē inquit o aristides vt in hac re mecū inito certamine superares: ideo
q; nihil pretermittā vt tecū hoc honesto cōtentionis genere decertās re ac factis su-
perior sim. Deinde fraudē qua Barbarū circūuenire machinabat̃ patefecit: & vt
Euribiadi suadeat nullā nisi in nauali prelio salutis opē relictā esse cohortatur eius
enim fidem pluris faciebat. Exquo Cleocritus Corithius imperatoribus ī cōcilio
coactis cum Themistoclem de sententia deicere cuperet dixit nec ipsi aristidi qui
presens tacet cōsiliū eius probari Cui sic refragatus aristides. Non tacerē inquit
si Themistocles que contra rē p. essent in mediū afferret. nec hoc tēpore cuius be
niuolentia & gracia sed decreti collaudacione tacebā Hec a grece Classis p̄fectis a
gebantur. Aristides autem vt aīaduertit Psitaliā insulam haud sane magnā que ī
trāsitu Salaminis sita est hostiū copiis refertā in positos leuibus nauibus ꝓmptissi
mos in eam trāsmisit vbi collato Marte barbaros uicit ac deleuit Omnes enim in
eo prelio desiderati preter nōnullos clarissimos ac primarios homines qui viui cap
ti sunt. Hoc in numero tres Sādauces sororis regis filii erāt quos cū aristides ex
templo ad Themistoclē deferri curasset Eufrantidis vatis iusso crudo libero pa-
tri statim īmolauit. Extrema insule stationibus militū cōmuniens insidias in illos
qui transueherētur ita disposuit vt nec insultus suis edem nec hostibus fugā affer
re posset. Hoc in loco quia magnis nauiū conatibus ac sūmis viribus decertatū est
Trophēū erexit. Prelio iam cōfecto Themistocles aristidis animū tēptare uolēs
illustres inquit res gessimus cōfiteor sed vt videre videor restat vt illustriores con
ficiamus vt scilicet asiam in europa capiamus. id facile cōsequemur si cōfestim ad
Hellespōtū annauigātes pontē refringemus His dictis aristides vt hec missa face
ret iussit. at vero potius quo pacto q; primum medū e grecia eiceret omni cura ī
dustria vigilātia cogitaret ne tātus militum numerus sublata fugiendi facultate
coactus ad dimicādū cōuertat̃. Que cū audisset Themistocles rursus aruacē Eu-
nucū vnum ex iis qui viui in deditionē accepti erāt internūcium emittit vt Clācu
lum regem edoceat grecos ad angustias trāsmittere & pontē rescindere properā
tes vt eius saluti cōsuleret aīaduertisse. Is igitur hoc nūtio accepto cōfestim inde
castra mouit & trepidatione ac metu plenus quāta celeritate poterat ad Hellespō
tum contendit. Quicquid vero floris & roboris in exercitu fuit trecenta autē fer-
me milia militū erant. Mardonio duci reliquit qui firmissimis pedestribus copiis
cōfisus adhuc magno terrore grecis erat quibus minitabūdus hunc in modū scrip
sit. Vicistis Maritimis lignis terrestres viros omni ex parte naualis artis ignaros
Ecce nūc amplissima ac fusa Thessalia atq; Boetie cāpus amplissima loca sunt. vbi
recta ac iusta pugna uera virtute magno equitatu ac p̄ditatu de sūma rerū decer-
namus. Atheniēsibus autē regis nomine litteras misit quibus in fidem suā recepit
eorū urbē ferro igniq; passim deuastatā reedificaturū: & ipsis magnū auri pōdus
daturū: eorūq; ciuitatē totius grecie principē facturū; si bello quod nūc aduersus

grecos gerēt absisterēt. Id cū Lacedemonii rescissēt magnope veriti legatos athenas dimittūt orant vt liberos & uxores spartā venire iubeant grandioribꝰ q̄ natu se lubēter alimēta suppediraturos. puastatis enī agris & vrbe eo res deducta erat vt populus nō modo caritate verū etiā fame grauiter laboraret: qđ quāq̄ sic se haberet nihil tamē actū est. Hec enī cū a legatis accepissent grauissimā aristidis sententiam qua sic Lacedemoniis respōderet secuti sūt Hostibꝰ minime succēsere athenięses si res oīs auro atq̄ opibꝰ venales existimēt penes quos iis imbecillis & innitabilibꝰ pecunie mēbris nihil pulcrius nihil pstātius nihil amabilius est Subirasci autē Lacedemoniis qui necessitatē solūmodo atq̄ inopiā quibus per id tēpus laborent diligent aiaduertāt: virtutē suā & laudis & glorie cupiditatē obliuiscātur cū in animū sibi inducē cōtendāt vt cibaria mercede sua armis p salute grecie dimicent. Hec cū aristides scripsisset legatis in cōciliū introductis Laredemoniis renūciari iussit. Atheniēses erga grecoꝝ libertatē sic aiatos vt nullū tantū auri pōdus supra subterq̄ terrā sit: quo adduci possint vt ipsū saluti grecie anteferent. Mardonii quoq̄ legationi respōdit Quousq̄ hic quē videtis sol cursū hūc currere pget atheniēses cū Persis belligerabāt: vt absūptos fines suos & uiolatas ac demolitas sacras edes vlciscant. Sacerdotes etiā publice execratiōes indicere constituit: siqs caduceatoribꝰ missis de federis pacis amicitie cōditionibꝰ cū medis ageret aut grecorū societatē deserēt. Mardonio vbi oīs mētio pacis excidit rursūs exercitū in acticā inducēte atheniēses denuo Salamina refecti sūt. Aristides Lacedemonē missus eoꝝ ignauiā tarditatē ac neghgentiā grauit castigauit quibus factum esset vt Barbari de integro athenas recepissent postremū orabat vt grecie q̄ reliqua erat saluti ope ac auxilio nō deessent Ephori ea re audita subsequēti nocte nā interdiu Hyacinthiorū celebritate ciuitas ludis & ocio teneri videbaṫ quiq̄ milia Sparciatarū quorū vnusquisq̄ septē secū ilotes trahebat insciis atheniēsibus emittūt Paulopost aristides cū se nihil impetrare cēseret aspere rursus societatis eos admonēs reuertiṫ. Id cū risu Ephori exciperēt eūq̄ garrire & somno intentū fuisse dicerēt suū si quid iam apud Oresū aduersos externos sic enim Persas appellant proficiscentē exercitū esse Tū aristies respōdere cauillādi ac ridendi tempus nō esse: nec ipsos amicos inimicorū loco fallere ac decipere pulcrū Hec ab Idomeneo tradūtur In eo autē decreto quo aristidi assensū est apparet nō ipsū sed Cimonē Xātippū & Mironidē hoc legationis officio functos esse. Ceteꝝ aristides oīum cōsensu Imperator ad id preliū creatus cū octo milibus atheniēsium militū plateas venit vbi cum Pausania se coniunxit qui quoniā grecis vnus princeps erat constitutus maximas vndiq̄ tū ex parta tū ex cetera grecia copias cōtraxerat. Barbaris vero adeo innumerosa multitudo presto fuit vt nullus penes asopum fluuiū collatis castris terminus esset. Sarcinas autem & īpedimēta ceterasq̄ pretiosas res in mediū coniectas muro quadrato circūuenierunt: cuius latera quaq̄ versum denū Stadium lōgitudinē procedebant. Pausanie greciscq̄ comiter Tisamenus Eleēsis Auguralisciam preditus portendi victoriam predixit si Scoto potius q̄ Ense uterentur presagiebat enī eos victores fore si in hostem nō progrederentur sed Vltores Barbarorum impetū exciperēt. Cū autē aristides Delpho misisset respōsum hoc relatū est Hoc in plio atheniēses superiores futuros si vouerēt Ioui Iunoni citeronie Pani nīphis Sphargiticis si Semideis quoq̄ androcati Leuconi Pisandro Damocrati Hypsioni Acteoni Polydo sacra facerēt: et in campo Cereri Cleusine atq̄ pserpine dicato periculū intra fines suos facerēt Hoc oraculo renūtiato Aristides anceps cura fuit Heroes quibus facere imperatum erat auctores Plateensium fuere. Sphargiticarumq̄ Nimpharum antbrum in altero Citheronis vertice extat quod ad estiuum solis occasum vergit in eoq̄ vt aiunt responsa superiori tempore dari solebant. vbi

Vbi accolarũ multos numine afflatos asseuerãt: quos Nympholeptos idest a nim-
phis raptos appellabãt. Cãpus autẽ Cereris Eulesine victorie significatio si suos ĩ
tra terminos cũ hoste pugnarẽt iterum athenienses in atthicã reuocabat ac tradu
cebat bellũ. Interĩ Arimnestus Platheẽsiũ dux p somnũ a Ioue cõseruatore quod
greci facturi essent interrogari visus ad Ionẽ cõuersus huc in modũ respõdit Die
crastina sũme rex motis castris apud Eleusina cõsidebimus quo ĩ locu Pithio frett
consilio vi & armis manus cum Barbaris conferemus: Cui tum iupiter eos penit⁹
falli ac decipi monuit ea sane que pithius iussisset prope Plateensem agrum si que
rerent inuenturos. Is per quietẽ manifeste visis Arimnestus somno excitus & pru
dentissimos ciues & etate maxime profectos confestim accersit: quibus cũ multis
verbis vltrocitroq̃ cõgressus sub Citheronẽ penes Niseos vetustissimũ templum
stare dprehẽdit. quod vt fama est ipsi Cereri Eleusine atq̃ proserpine dicatũ esset
Id ut prospexit Ascitum Aristidem ad locum deducit. qui natura sua ad instruen
dam ac disponendam pedestrem phalangẽ iis qui equitatu inferiores essent com-
modissimus erat. quoniam pars vna Citheronis cõterminos & cõtiguos agros cã-
po ĩ quo Sacellum edificatũ esset equitibus inuios & inaccessos aditus efficiebat
Haud longe hinc androcatis Herois delubrũ fuit. quod nemorũ densitate & arbo⁊
vmbra quasi quadã corona cĩgebatur atq̃ nihil ad victorie spem deesset quã oracu
lum sibi portendisset: Plateenses Arimnesto legem ferente fines suos qui ad terrã
atticam vergunt e medio sublatis grecie causa athenensibus dono dare decreue-
runt: vt inter suum agrũ quemadmodũ responsis admoniti sũt cum hoste signa con-
ferrent Hec Plateẽsiũ animi magnitudo ac magnificentia tãta omnium gentiũ p̃
dicatione celebrata est vt alexander multis post annis Asia potitus Plateas menti-
bus cinxerit & in Olimpicis ludis per preconem sic edixerit. Rex Plateensiũ for-
titudini ac magnitudini aĩorum hanc in presentia graciã refert quoniã bello medi
co agros grecis adiecerũt & promptissimis animis atq̃ corporibus omni ex parte ĩ
cõmunem grecie salutem se cõtulerũt. Deinde inter athenĩẽses vt de institutũ re
tertar & tegeatis de instruendis aciebus orta cõtentio est. Atheniẽses enim dig-
num esse censere ut nihil extra ordinẽ decerneretur sed ex more dextrũ cornu La
cedemonii ipsi sinistrũ haberẽt. Thegeate vero multis uerbis de magnitudine re-
rum differe quas maiores sui superiori tempore gessissent Id cũ atheniẽses equo a
nimo ferre non possent aristides assurgẽs tali oratione usus est. De nobilitate atq̃
fortitudine tegeatis respondere mihi per hoc tempus non licet. vobis autem a La
cedemonii & reliqui greci qui nũc adestis dicimus quoniam locus nec virtutẽ pre
stat: nec adimit quam uos nobis in acie partem dederitis eam instruere ac tueri co
nabimur ne rebus antea fortissime gestis dedecori simus. Venimus enim huc non
vt sedicionibus cũ socius cõflectemur verum ut sociorũ causa cũ hoste signis colla-
tis decertemus nec vt parentes vestros solũ sed ut nos ipsos laudibus celebremus
& grecie hodierna die strenue nauemus operam. In hoc certamen descendimus in-
quo talem ciuitatẽ imperatorem militem prestituri sumus qualem greco nomine
dignũ putare debemus. Secũdum aristidis orationem imperatores & qui in cõti-
one aduocati erant ad atheniẽses inclinauere & eis alterum cornu cõtulerũt. Per
id tempus res grecie fluctuaret & athenensiũ status multis obnoxius periculis
esset homines locupletissimi & clarissimo loco nati cũ belli causa in egestatẽ incidis
sent nouarum rerum cupidi facti sunt indignabãtur enim cũ gloriã & potentiam
quibus in ciuitate aliquãdo floruissent absũptis ac exhaustis opibus suis perisse &
ad nouos homines spectatissimos deferri magistratus cernerent. Quãobrem plate
is quodã in domicilio frequẽtes occulte cõuenĩẽtes ĩ populi perniciẽ cõiurauerũt
Quod nisi ad suũ sensũ succederet res disturbare & Barbaris p̃dere cõstituerant.

Dum hec in exercitu aguntur & huius mali cōtagio latius serperet ad aristidē es
tū omniū que acta erāt īditiū delatū est Qui ubi hunc nūtiū accepit temporis con
dicione solicitus nec rem tam fedam negligere nec prorsus detegere eē sunt ad mul
titudinem quoq; intestina hec discordia deferret iustam magis quā utilem ratio
nem vestigauit. Ex multis octo tantum cōprehensis solū in Eschinē lambreum &
Agisiā carnaniū duos coniurationis principes iudiciū latum est qui raptim ex ca
stris diffugiebāt Ceteros qui in ea noxa erāt dimissos bono aīo esse voluit eis quō
q; ut qui erratum suū obscurū esse crederent penitendi locum reliquit adiecitq; hoc
preliū iudicē futurū quo ipsi bene de patria meriti ab eis sic accusationibus recte
ac iuste liberarent. Post hec Mardonius qui plurimū grecis prestare videbat col
lectum equitatum in hostes īmittens eorum animos tentabat qui omnes radicem
Citheronis munitum ac petrosum locum preter Megarenses insederant. Is tribus
milibus militum freti campestri loco castra posuerant quo factum est ut temerita
tis sue penas darent: nam frequentē in eos ingruentem equitem & impetū undiq;
facientem cum sustinere non possent Pausaniam per nunciū orant ut integris subsi
diariis copiis ī preliū submissis pulsus ac cedentes & Barbaroꝝ multitudine turba
tos tueretur. Pausanias ea re audita anceps fuit: cernebat siquidem megarensium
castra ob missilium ac sagittaꝝ densitatē quasi e prospectu adempta eosq; confer
tos parum in orbem coactus quibus Phalange Sparciatū que grauis arma ferre es
set equitibus hostium inrūbentibus opem ferre non posset. Quo circa cohortiū pro
fectos & duces multis eni stipatus erat virtutis & honoris cupiditate intendit ut
tunc sponte cum hoste certarent Et reintegrata pugna recenti milite ad auxiliū
Magarensibus ferendum procurrēt. ceteris ob discriminis magnitudinem certa
men decertantibus. Aristides athenienses id facturos in se recipit. Olimpiodorū
igitur ultra omnes cohortum profectos manu promptissimū statim mittit qui tre
centis lectissimis militibus & permixtis secum sagitariis prepositus erat Is matu
re paratis ad se seruandos socios cursu properātibus Masistius inter Barbaros pre
fectus equitum iure fortitudine admirabili & magnitudine ac pulchritudine cor
poris singulari ut aīaduertit ī eos uersus subditis calcaribus q̄ꝫ concitatissimum e
quū immittit cuius imperium excipientibus collato marte pertinaciter pugnatum
est. Acrius etiam nitebantur quia hoc presenti certamine de summa rei experimē
tum erat Ruens autem equus Sagita Saucius Masistium precipitem ad terrā de
dit qui onere armorum iacens ammoueri nequibat & incumbentibus atheniensib;
ac manu cedentibus vix cōtrectare poterat. adeo pectus caput pedes auro ere ac
ferro muniērat Hunc tamen cum quis eam Gallee partē que superemmet oculo ad
uersa lancea percuteret occidit. ceteri perse dimisso cadauere fugam cepere Tum
deprehensū est rem egregie gestam esse non multa hostium occisione pauci enim
deciderant sed luctu ac clamore Barbarorum audito nam Masistiū obtrūcati dolo
re se ipsos & equos ac multos tondere & eiulatu ac plantibus campos inplere qui
bus tēperare nō poterāt. Cū post Mardoniū virū virtute ac potentia prestantissi
mum tumultuario illo prelio perdidissent. Post equestrē pugnā multos dies utri
q; nihil actum est. Vates enim ex sacris & Persis & grecis victotiam quidem polli
cebantur si se defendendo rem transigerēt cladem autem si primi certamen inirēt
Sub idem pene tempus Mardonius cum paucorū dierum commeatus superessent
quibus aleret tantum exercitum ac sustineret. Cōtra grecis frequēs quottidie mul
titudo coniungeretur: Mardonius in q̄ꝫ hec secum agitans animo nō amplius cūctā
de sed maturande rei consilium capit. Itaq; prima luce Asopum transgrediens gre
cos tale nihil expectātes adoriri statuit ducibus quid facto opus erat prima vespe
ra imperatum. Medio vero ferme nocte magno silentio eques ad exercitū grecoꝝ

venit militibus qui pro statione castrorum custodias habebant obuiã factus iubet
vt colloquendi sibi cũ Aristide potestas fiat. Cui uocato & quam primũ prodeun
ti dixit. Alexãder Macedo sum. qui pro mea erga uos beniuolẽtia maximũ discri
men subire nõ timui ne subito hostiũ insultu vos perturbati minus integris viribꝰ
dimiteretis. Mardonius cras de sũma rei vobiscum signis collatis dimicabit: nec ut
rem maturet ulla bona spes aut audatia facit: sed ulterius prorogãdi tempus rerũ
inopia non sinit. Vates etiam Diris oraculis ne prelium ineat cohibent & exercitꝰ
omnis merore ac stupore confectus est: Sed eo necessitatis ventum est ut vel audẽ
do fortuna tentanda uel diutius stando extrema fames expectãda sit. Hec cũ dix
isset Alexander aristidem orabat ut ipse conscius memoria teneret & neminẽ par
ticipem faceret. Cui tunc aristides iniquum esse Pausaniam cui sũma rerum com
missa erat hec ignorare. Cum ceteris autem nullũ se ante preliũ verbũ facturum.
At si vicerint quod dii faxit omnibus alexandri virtutem ac promptitudinẽ notã
fore. His vltrocitoq; dictis Rex macedonũ equo refectus est. Tũ aristides ad Pau-
saniae taberãculum profectus quo in statu res esset exposuit ceteris post aduocatis
ducibus imperatum vt quisq; suos in ordinem instituerent & paratos quasi iã pe-
de collato confligendum esset continerent. Per id ferme tempus pausanias vt scri
bit Herodotus aristide conuento dignũ putabat mutato loco athenienses dextro
loco constitui & aduersus persas obici, melius enim cũ ipsis decertaturos: cum &
eorum belligerandi arte experti & recenti victoria audaciores essent. Se autẽ Si
nistro in cornu futurũ quo ex loco grecos qui medorũ partes consectarent excipe-
ret. Reliqui atheniensium principes valde superflnis in rebus occupatum & diffi
cilem Pausaniam dictitabant si cunctis suis in locis dimissis solus athenienses velut
ilotes supra & infra collocaret & arbitratu suo nũc pugnatissime genti obiectaret
Aristidis autem eos magno in errore versari docuit. Nam si paulo ante contende-
re cũ tegeatis ĩquit ut sinistrum cornu haberetis ad uestram amplitudinem perti-
nere credidistis & eis iuditio prelati vos honestatos censuistis In presentia Lace-
demoniis sponte nobis ex dextro cõcedentibus & quo Dammõ sũmũ nobis princi-
patum cõferentibus: cur gloriã nobis prepositam non amatis: presertim cũ in lu-
cro ponere debeatis si vero aduersus Tribules & necessarios uestros sed Barbaros
hostes nobis a natura datos dimicandũ sit. Hec cũ disseruissent athenienses sinistrã
Lacedemoniis aciem sũmo studio dare in dextrã ipsi concedere. Plurime se inuicẽ
exortantium voces disperse hostes aduẽtare: qui nec armis nec animis superiores
illi essent: quos apud Marathona profligassent. Ast eosdem artus maiorum eandẽ
vestis uarietatem eundem auteum circa mollia corpora & iules animos apparatũ
Nobis eadẽ arma & corpora & plerisq; secundis prelus maiorẽ audatiam. Certa-
men vero non agrorum aut vrbis causa vt maiores nostri sed pro tropheis que Ma
rathone ac Salamine constituimus ut non Milciadis aut fortune sed atheniẽsium
potius esse videantur. Interea mutato loco aciem instruere & se inuicem cõponere
solliciti. Hec Thebani pertransfugas explorata Mardonio renuntiant. Qui extem-
plo siue Athenienses timeret siue cum Lacedemoniis maiori cum laude congredi
vellet dextro cornu persas aduersus Lacedemonios ĩstruxit. ceteros uero grecos
qui secum erant aduersus Athenienses stare iussit. Palam autem mutatione acieq;
facta Pausanias iterum in dextrum cornu se recepit & Mardonius sicut initio ha-
buerat ut manum cũ Lacedemoniis consereret in sinistrum reuertit Eo die nihil
actum grecis in concilium vocatis longius castra mouere visum atq; locum indaga
re vnde oportune aquationes essent propinqua enim omnia fluenta Barbari feda
uerant & maximo equitatu occupauerant. Sequẽti nocte cum duces ad destinatũ
castris locum suos agerent multitudo vix constare ac difficile subsequi. Vt enim

ex prioribus excesserunt n uniuertis magno numero versus Plateēsem vrbē pas-
sim discurrere Vnde cum sine imperio Palati dispergerētur & tabernacula nullo
ordine cōponerēt non mediocrem tumultum fecere. Lacedemoniis autem solis in
uitis obtigit vt postremi ceteris procurrētibus relinquerentur. Amōpharetus uir
animosus ac in adeundis periculis temerarius iam diu pugnādi cupiditate ardere
& discutiari animo quando huiuscemodi tarditate prorogari pugne tempus intel
ligeret castrorumq; mutatione latētem fugā uociferans exprobare & aperte dice
re non tergiuersabor aciem deserens sed meis cōmilitonibus hic perstans mardoni
am effuso impetu properātē excipiam. Cui cū Pausanias occurrisset iussissetq; ut
impigre faceret qui cōuocata cōcione greci faciundū esse decreuissent amonpha-
retus ante pedes eius ingens manibus saxum attollens iecit. Et hoc inquit qui ti-
mida cōsilia ac decreta repudio vt pugnandi copia fiat meū suffragiū est. Presens
hic rerū status pausanie dubitationem incussit Itaq; athenienses abscedentes mis-
so nuntio rogat vt manerēt & vna secū iter agerēt. alias ipse copias plateas ducta
bat vt amonpharetū inde submoueret Dum hoc gerūtur dilucescente iam die mar
donius aduentans non enim eum fugerat grecos uacuis relictis castris exisse cau-
to agmine ingenti clamore barbarorū ac strepitu in Lacedemonios repēte fereba-
tur: quod in grecos fuga per agros palantes non dimicaturus uerū spoliaturus ir-
rueret. quod ut cōtingeret paruo momento opus erat. Id ut Pausanias aīaduertit
iter cōtinuit & suos in ordinē redire quasi preliū inituros īperauit. Ceterū uel ira
cundia in amōpharetum concitus uel repentino hostis aduētu perturbatus grecis
signū dare oblitus est. Quo facto nec statim nec cōferti sed rari & sparsi ī ipso fer-
me certamine auxilio veniebant Vt uero primis hostiis litare non poterat sparcia-
tos scutis aū pedes positis quietos cōsidere iussit nec in iussu eius certamīs studio
in hostē exire. verū animū adhibēr si quid imparasset. Eo rursus imolāte cū equites
iactis comminus telis irruisset unus Lacedemonius ictus est. Int hec callicrates q
angusta forma & corpis magnitudine ceteros grecos qui in eo exercitu fuerūt su
perasse tradit sagitta percussus ac ppemodū exaīatus Ego quidem inquit mortē
non lugeo quādo domo pficiscēs ut p grecia morerer huc uenerim s; angor animo
q nec strenue nec fortiē dimicans oppeto. Hic casus atq; eciā grauis erat ubi tāta
illoꝝ hoīum cōtinētia fuit vt admiratione dignissima sit adeo ut irrūpētes hostes
mīme ppulsarint sed eoꝝ impetū a deo atq; eoꝝ duce dimicādi tēpus expectantes
substinuerūt. Cū tū interim hostis obnixius aggrederetr ac ptinacius aciē suā cō
fundē ac dissipare niteretr monumētis pditū est dū Pausanias paulisper extra mi-
litū stationes rem diuinā faceret ac adoraret nōnullos repēte ludos irrūpētes sacri
ficiorū apparatū diripuisse ac disiecisse quos ipse & qui lat9 eius cingebāt cū iner
mes essent virgis ac loris peusserūt. Ideoq; nūc Lacedemonie in huī9 excursionis
memoriā in Ephebos plagis circa aram seuiūt & deīceps lidorū celebritatē seruāt
Que cum ita essent meror ac grauior cura pausaniā incessit Ceterū vbi vates sa-
crificia instaurauit collacrimās cōuersus ad temp'ū oculis & manibus ad celū sub-
latis Iunonē Cirberoniā & reliquos deos in quoꝝ tutela plateēsis ager posit9 esse
obsecrauit si grecos victores fore fatatū non erat saltē factis ipsis re strenue gesta
hostibus ostēdant aduersus fortes uiros bellicis artibus instructos bellū gessisse.
Post Pausanie oracionē qua auxiliares sibi deos inuocarat sacrificia & augures in
manu uictoriā esse portendēt omnib9 deinde iussis ut aduersus hostē starēt salāx
uni aīati simulis uisaq; ferox & horrēs tota in audaciā ac uigorē cōuertit tū barba-
rus cū viris certamē fore sensit qui nō min9 acrit q ptiācit uel ī morte pugnaturi
eēnt qpobrē multis factis sacras sagittas ī lacedemoīos cōiciūt qui sil ad testudinē
īstructi hostē aggressi pficis kollis missilib9 gdū acri9 ītulē plaꝝ vult9 ac pectora

pilis ferientes cõpluris non impigre nec incassum cadẽtes prostrauerũt Nam cõprehensis nuda manu lanceis plurimas confringere & intrepide nudaco ferro procedẽtes gladiis & acinatibus diutius ex aduerso rem gessere. Atheniẽses uero Lacedemonios expectãtes quietem agere donec magno pugnãcium clamore & Pausanie nũtio cognita re mature ad subsidium ferẽdum impetum fecerũt Eis properantibus greci qui medis fauebant sese obuios intulerũt. Id ut aristides cernit ceteris relictis primus procedit & Grecienses deos testatus ipsos magna uoce rogabat ne secum prelium cõferrent nec sibi impedimento forent neq; probiberent laborantibus auxiliũ ferre qui pro salute grecie dimicarent. Postq; autem eos ab huiusmodi consiliis alienos & structis in se aciebus ĩ festiuus iter intẽdere sensit hũc in modum ab inferendo presidio reuocatus cũ istis congressus est qui ferme quinquaginta milia fuerunt. Horũ pars maxima cum magis tentassent preliũ quã insisent inclinauerũt & perinde ac Barbaris efusim iam in fugam versus abscesserunt Pugna vero in primis anceps fuit ubi Thebani promptissime pugnabãt quorum multitodo non ex sua sententia sed potentissimos ac primarios viros secuta medorum partes tuebatur. Sic itaq; diuisis copiis collato marte Lacedemonii primũ cõnixi persas cedere coactos aduertũt. Mardoni9 ab arimnesto spartiata saxo caput Saucius ut ab amphiarai oraculo sibi predictum erat occiditur. Illuc enim ludũ hominem Carem autem alterũ ad Trophonũ emisit. Cui cariga lingua vates respõdit Lido uero in Amphiarai templo dormienti quidã dei minister per quietẽ astitit a quo illinc lidus abscendere iussus cum dicto non audisset magno lapide caput ictus vulnerari deinde mori iussus est. Hec ita prorsus euenisse tradũtur. Lacedemonii lignea intra menia fugientes persas inclusere. Paulo post athenienses dare terga Thebanos coegerũt ubi trecẽtos qui primi aduersus se irruerãt inter preliãdum obtrũcarunt. His fusis iam & fugatis Barbaros intra vallum inclusos circũsederi nuntiatur. Sic salutis occasione grecis relicta pleno gradu ad hostium castra succedere & Lacedemoniis opem ferre pergũt qui circa munumẽrorum expugnationem per inperitiam tempus terebãt. Aduenientes itaq; athenienses magna cum Srage hostium vallum ceperunt Ex trecentis enim milibus quadragena dũtaxat milia cum artabaco fugisse traditum est. Eo prelio ex iis qui pro grecia pugnauerũt mille trecenti & sexaginta ad summũ cesi quorũ athenienses duo & quiquaginta ex Eantide tribu fuerunt que vt Clidemus auctor est acerrimã pugnam ediderat. Quocirca renuit consuetudo ut sacra victorie causa Pythio respõso Spargiticis Nimphis stata Eantidis tribules facerent quibus impensam res p. daret. Lacedemonii vnus & nonaginta. Thegeate vero sex & decem periere. Mirãdum igitẽ est illud Herodoci quo pacto solos istos omissis ceteris grecis manus cũ hoste cõseruisse scripsit. Cum esset desideratorũ multitudo & monumenta rem cõmuniter magnifice gestam eẽ testimonio sint. Nec enim aram sic inscripsissent si ceteris intra castra quietis tres tãtũ ciuitates decertassent. Victores Danai per Marcia gesta fugatis Persarũ ducibus generi coĩa greco. Ista Ioui statuunt altaria libera patri. Hoc prelium secũdum atheniẽses quartadecima Boedromonis secundum Boecios autem sexta & vigesima panemi mensis factum est. Quo die nostra etiam etate plateis frequens grecorum cõcilium babetur vbi victorie huius causa Ioui liberatori sacrificatur. Hanc dierum uarietatẽ nemo miretur cũ eos qui diligentissiẽ astrorũ rationem tenere hoc tempore profitentur aliud & aliud mẽsis pricipium & exitum agant. Sub inde momẽto ferme temporis fortuna grecorũ versa Nã cũ athenienses Lacedemoniis nec fortissime rei geste premiũ darent nec tropheũ erigere permitterent sed vtrinq; armati disceptarent magno in periculo res fuissent nisi aristides exercitus duces collegas suos mittigans ac cõmonefaciens precipue

Leocratem & Mironidem cōmisisset eisq; suasisset ut eam rem diiudicandā gre
corum arbitrio dimitterent. Hoc loco grecis ad deliberandum intentis Theogitō
Megarensis alteri dixit ciuitati premiū dandū nisi hoc iudicio intestinū bellū con
citare velint. Postq; Cleocritus Corintheus assurgens quasi Corinthus premium
postulaturus suspicionem iniecit quorū ciuitas post Lacedemonem atq; Athenas
sūma dignitate nitebatur. Hic autem grauissimā pro Plateensibus orationē dixit
cue vniuersis placuit Consuluit enī ut ei optime geste rei premiū decernētes quo
rum honores vtriq; bonam in partem acciperent graues lites ac cōtrouersias e me
dio tollerēt. His expositis primus atheniensiū nomine aristides deinde Lacedemo
niorum Pausanias in hanc sententiā iuere Hunc igitur in modū conciliati ex mani
bus exempta octuaginta talenta Plateēsibus dono dederūt. Quibus ede mineeue
locata & simulacro cōstituto picturis delubrū exornarunt que in hoc usq; tempus
integre visuntur. Trophea seorsū Lacedemonii seorsū athenienses posuerunt Po
stea cū de faciundo sacrificio percunctarent Pythius respondit Ioui in cuius tute
la libertas est Aram dicato ne prius rem diuinā faciunto q̄ uniuerse regionis hui
us ignem quasi a Barbaris uiolatū extinxeritis tum purum ex Delphis uelut a coī
bus laribus accensū capiunto Ea de causa grecorū principes e uestigio circūeuntes
omnes ignes restingui coegere. Euchidas Plateēses pollicitus ignem ab deo quā
ta fieri celeritate possent delaturum uelocissime Delphos prexit vbi Expiato ac
Resperso corpore laurea corona redimitus ex ara igne sūpto citato gradu ante so
lis occasum vno die mille stadiū inter emensus plateas reuertit Hic ubi ciues co
miter cōplexus salutauit reddito igne statim ī terram prolapsus haud multo post
expirauit cuius cadauer sublatū hoc epigramate in Euclie Diane templo a plateē
sibus sepultū est. It Pytheum Euchidas & luce reuertitur vna. Eucliā multi sunt
qui Dianam putent appellentq; Nōnulli autem Herculis & Mirthe filiā: que pa
trocli soror menetio patre nata est Hec cum virgo e uita migrasset magno in hono
re penes Boecios & Locros fuit eiq; ara & statuta in omni foro dicata spōse spon
siq; priusq; nuptie cōficiantur ex more sacra faciunt. Subinde cum frequētes greci
coī terq; conuenissent Aristides decretū scripsit ex cuius auctoritate edictum est
vt grecie principes & legati ad sacras celebritates publice missi quot annis apud
plateenses cōcilium haberēt quo ī loco liberalia quīquennali certamine celebraren
tur Expensam que ad hanc rem necessaria foret communi collatione grecia suppedi
taret. Scutorum decē milia mille equos naues cētum eius quod aduersos Barba
ros gestum est belli memoria. Ad hec Plateēses qui pro grecia deo sacrificarent sa
crosanctos esse. Is precone referente auctoritate publica cōfirmatis Plateēses pro
miserūt se grecis qui hic ceciderunt & humati essent imperpetuū parentaturos.
quod etiam nunc in arracterione mense quem Alalcomeniū Boecii nominant serua
ri videmus Celebrem enim Cetum sexto & decimo die ut priorū illuxit emittunt
cui tubicina bellicum canens itineris dux est Vehicula Mirtho & Coronis passim
completa Laurus deinceps colore fusco subsecuntur lactis & vini libaciones in am
phoris olei quoq; ac vngenti crossos id enim vasis nomen est liberi adolescentes de
ferunt. Nam cum viri quibus parentationes fiunt defenderde libertatis causa vi
ta excesserunt nulli seruo fas est quicq; contrectare quod ad hoc sacrorum ministe
rium pertineat. Summus deinde plateēsium princeps cui nec alio tempore ferrū
tangere nec nisi candidam vestem induere ius est puniciam nūc vestitus tunicam
e tella litteraria vas aquarum attollens nudato pugione per mediam vrbem proce
dit aqua de hinc ex fonte sūpta columnas abluens vnguēto aspergit postea macta
to ante Piram Thauro vbi Iouem & Mercurium infernum adorauit fortes viros
qui pro grecia mortem abierunt ad cenam & cruentum hoc ministerium inuitat.

Suppositum merum crathere temperās libansq̄ viris inquit propino: qui ut forti
ter grecorū libertatē tuerentur fato functi sunt. Plateēses hanc consuetudinem a
maioribus acceptā adhuc retinent. Aristides postq̄ athenienses in vrbē regressos
vt ciuitatis statum ad populi ditionem transferrēt studiosos aīaduertit plebis ob
res bene gestas merite curam suscipere non iniquum ratus est. Cum igitur haud
facile populum armatū & victoria exultantem cuercere posse videret illius sentē
tie auctor fuit que rem p. cōem fore & ex omni atheniēsiū ordine magistratus de
lectum iri decernebat. Tum Themistocles aliquādo cū populo agens asseuerasset
sibi consilium in mentem venisse quod si secreto transigeretur ad ciuitatis vtilita
tem & salutem plurimū conferret. Aristidi soli populus negotium dedit & ut ad
hanc rē diligenter animū intenderet & si e re p. videretur probaret. Cui vbi The
mistocles uersari animo dixit nauale grecorū succēdere: quo pacto athenienses vni
uerse grecie principes futuros sperabat. Aristides contionē habens exposuit The
mistoclis consilio nihil cōmodius esse sed nihil iniustius. Hec cum audissent atheniē
ses: tantum apud eos equitatis causa & integerrimi viri cōstantia pondus habuit:
vt Themistoclem hac de re nullū deinceps verbum facere iusserint. Postq̄ aristi
des belli gerendi causa cū Cymone imperator missus est Pausaniam ac ceteros La
cedemoniorum principes ob difficiles mores ac ferociam in socii nominis militem
plurimū in se maliuolentie ac simultatis conflasse cōspicatus benigne clemēter hu
maniter mā̄suete cū sociis versatus est & Cymonē multa dexteritate ad hominum
cōsuetudines concinnū & ī expeditionibus equabilem prestitit. Quibus ex rebus
latuit Lacedemonios cū eos nō armis nō classibus nō equestribus copiis sed comi
tate placabilitate atq̄ clemētia pricipatu grecie spoliabat. Nam cū aristides equi
tas & cimonis facilitas que apud omnes cōmendabilia erant athenienses grecis ca
ros fecisset Pausanie auaricia ac difficultas adhuc cariores reddidit haud iniuria
quando socium primores semper iracūde semper aspere semper cōtumeliose allo
queretur ac multitudinē plagis castigaret & ferreā anchorā ceruicibus subnectens
vniuersum diē ludibrio stare cogeret. Nemini preterea fas esse vellet ut ante spar
ciatas legendi stramēta pabulandi aut aquādi potestas esset. Quod nec cuiquā ob
scurū foret per suos lictores loris uenietes arcebat. Quapropter aristidi quid facto
opus esset docere ac increpare uolēti Pausanias contracto vultu ocium sibi nō esse
respondēs aurem minime prebuit. Quocirca nauiū prefecti & grecorū duces ipri
mis autem Chii Samii Lelbi cū aristide egerunt ut sociorū causam susciperet eos
q̄ sibi deuinciret quia iā diu a Lacedemoniorū imperio liberari & ad atheniēses trāf
ferri cuperent. Quibus cum aristides in eorum quidem oracionibus necessitatem
ac equitatem se facile intueri respōdisset ceterum ad id cōficiendū fide opus esse
qua deuicti de integro inceptū irritū relinquere non possent. Vliades Samius &
Antagoras Chius coniuratione inter se facta primo in cursu Pausanie triremē a
se circa Bizanciū rostris incussam reliquā eni Classem precedebat inter suas inter
ceperunt. Perculsus ea re Pausanias etiam atq̄ etiam iracunde se breui demōstra
turum interminatus est: eos nō in pretoriam nauem: verum in patriam suam im
petum fecisse. Hunc fortuna qua fretus feliciter apud plateas rem gessisset contē
tū abire iusserunt quia tamen sibi venerationes greci tribuant vt ne equam ac pa
rem meritis penam ab eo exigere velint. Hoc denique pacto ad athenienses defece
runt. Qua in re admirabilem Lacedemoniorū animi magnitudinem intelligere li
cet Nam vt principes suos per summā peccandi licentiā magna atq̄ magis corrūpi
ac deprauari sensere sponte principatu cedentes imperatores ad bellum gerendū
mittere destiterunt: suis rationibus conducibilibus esse rati ciuis moderatos qui
sanctissimis maiorum suorū legibus audirent q̄ tocius grecie principatū habere.

Sub idem tempus greci q̄ꝫ principe quoqꝫ Lacedemone belli administrādi cā pe-
cunias cōferebant. Ab atheniēsibus aristidem petunt vt eo auctore singulis ciuita
tibus iustus census describeretur eiqꝫ ne muneris cura rei familiari detrimēto esset
fundum ac fructus quos ipse redimeret constituere vt quasi quadā ī specula posit9
quantū uniuscuiusqꝫ dignitas & facultas pateret̄ extimaret. Hic tāte licētie crea-
tus dominus quodāmodo enim grecia omniū suarꝫ rerū sibi liberum ius ꝑmiserat
cum ad hoc munus obeundū tenuis exisset tenuior ea quoqꝫ existimatiōe reuersus
est ut nō modo iustissime ac ītegerrime offitio suo satisfaceret: sed apud oēs quo
rū censum destripsit caritatis facilitatisqꝫ perpetuū monumentū reliquerit. Quip
ꝑe ut ueteres etatem saturni: sic atheniēsium censum ab aristide statutū diuinis lau
dibus celebrātes quandam grecie felicitatē appellabant: prefertim cū paulo post
duplex deinde triplex factus sit. Quem enim aristides quater centies & sexagies
talentū explicuit. Hinc pericles tertiam ferme parē adiecit principio belli. Turbi
dides auctor est a sociis sexcenta talenta ad athenienses peruenisse Pericle vero vi
ta functo duces populi sensim vrgentes ad mille & tricentū sūmam talentum retu-
lerunt nō quia uel belli diuturnitas vel aduersa prelia tantū sumptū tantū dispē-
dium postularent sed ut īplebē publicū es diuiderēt & statuas & sacras edes mag
nificētissime apparerent ciuitates exauriebāt. Quocirca cū aristides ꝓpter cēs9 co
aptionem ingentē & admirabilem esset gloriam cōsecutus magnopere. Themisto
cles irrisisse fertur quasi id in quo existimationis sue fundamentū iecisset nō uiri
sed scrinii tuto aurū seruātis laus esset. Quo ī loco Aristidē parū apposite vlcisci
visus est q̄ sua loquēdi libērtate fret9 sic paulo āte Themistoclē īrepuērat Hic enim
cum hostium consilia scire ac presagire summam imperatoris virtutem esse diffini
ret aristides Aristides hoc necessarium est inquit o Themistocle sed manus absti
nentes habere pulcherrimum & veri imperatoris munus est Aristides athenien-
sium non reiuratos ceteros grecos sacramēto adeget Vtqꝫ rectum fedus firmaret
post execratiōes quas in perfidos fieri mos erat ignitos ferreos orbes in mare cō-
iecit magna postea vt appareret cōuersione rerū facta. athenienses tenaciorē imperā
di rationem ordiri coactos ipse ut periurationē in caput eius verterent iussit: & q̄
cunqꝫ ad salutem & publicā vtilitatem conducerēt facere non dubitarent Itaqꝫ nō
ab re Theofrastus scriptum reliquit in cūctis que vel ad suam rē familiarē vel pri-
uatim ad ciues pertinerent nūqꝫ enim ab equissimi hominis officio defuisse: In his
vero quā ad rem p. spectarent aliquādo vt patrie rationem haberet que salua hone
state non nunqꝫ saluari non poterant a uite sue curriculo deflexisse. Nam cū uola-
tis conuentis que cum Samiis haberent ex delo thesarum athenas delatum iri de
cerneret pricipio orationis affirmasse dicitur id de quo uerba facturus erat tā &
si non equum cōmodū tamē esse Ciuitate deniqꝫ tot mortaliū ab eo principe cōsti-
tuta īops esse ꝑseuerauit Nec minori studio ex paupertate qꝫ ex tropheis gloriā as
sequi cōtendit. Quod uel hinc facile demōstrauit. Callias Daduchus Id autē sacē
dotii nomē est sibi necessitudiē coniūctus inimicorū postulatiōe capitis reus fact9
est. Qui postqꝫ satis multa de accusatiōe dixisset extra causam tali oratione usi sūt
aristidē Lisimachi filiū cuius sūmam dignitatem vniuersi greci admirantur seue-
rissimi iudices plane cōgnoscitis. Eius quatenus res domestica sit certo scio ꝓue-
stra prudentia cogitatis cū ipsū trita adeo lacerna indutum ī luce omniū in oculis
ciuitatis uenire intueamini Quis tam male de rebus sentit vt non intelligat cū qui
aperte frigus patiatur domi fame ac multis que ad uitā necessaria sunt etiā atqꝫ
eciam laborare. Hunc tamen sūmum virum patruelem sibi a natura datū vxore ac
liberis & egregia paupertate grauatū Callias atheniēsium omnium sine cōtrouer
sia ditissimus cōtemnit. Cuius tamen opera fide ac diligentia sepenumero & intra

hos cancellos patrocinio fructũ est amplissimũ cõsecutus. Hanc orationem cum in
genti acerbitate vt ex murmure Callias aĩaduertit iudices accepissent aristidẽ
vocat rogat vt grauissimo suo testimonio iudicibus certũ ac exploratũ faciat cũ ei
multa dedisset & ut acciperet orasset vt caperet nunq̃ adduci potuisse. Tum ari
stides se longe magis inopia q̃ Calliam maximis opibus gloriari par esse. Compla
ris enim videre est qui fortunas quibus abũdãt vel turpes vel honestos ĩ vsus col
locent. Qui uero paupertatem generose ferant paucissimos. Quocirca pauperta
tem velud malum obiectare mihi desinant que nisi quibus inuitis accedit indecora
esse non debet. Hec cũ aristides sũma cũ dignitate Callie testificatus esset ex his
qui aderant nemo fuit quin eo cõsilio discesserit vt inops quemadmodũ Aristides
quam locuples vt Callias esse mallet. Hec ex monumentis litterarũ que Eschines
Sacraticus cõmendauit accepimus. Plato vero tamen aristidi tribuit vt p̃ ceteris
cunctis clarissimis viris qui athenis floruerunt eũ solũ existimatione, laude admi
racione dignum demõstrauit. Cum Themistoclem. Cymonem. Periclem portici
bus pecunus multis denique deliramentis ciuitatem cõplesse hũc vnum solida & ex
pressa virtute ad rem p. se contulisse contenderit que sue mansuetudinis & mode
rationis erga Themistoclem grauissimum sepe periculum fecit Nã cum in cũctis
publicis muneribus eo vno omniũ inimicissimo vteretur & exul ipsius artibus ope
ra calũnia ciuitate cessisset oblata sibi eadem malefaciẽdi occasione officium suum
tamẽ & decorem seruauit. Themistocli siquidem magestatis ad populũ arcessito
quasi tristem suorum temporũ memoriam oblitus nullo loco aduersatus est. Quin
potius tam&si Cymon & alcmeon aliique q̃ plures accusacioni studiose ac diligẽter
incũberẽt sol9 aristides inuẽtus est qui nec re nec uerbo quicq̃ fecerit vnde affli
ctis inimici rebus voluntatis fructum capere videretur sicut & pristine illius feli
citati nunq̃ inuidisset. Aristidem cum in pontũ rei p causa traiecisset nõnulli vl
timum ibi uite diem obisse quidam autem ad modum grandem natu magno inho
nore ac admiratione ciuium habitum athenis fato functum esse prodiderunt. Ce
terum Cratherus Macedo de eius morte quedam huiusmodi refert. Secundum
Themistoclis exiliũ contumelioso facto populo vberrima insimulatorũ multitudo
pullulauit qui cũ potentissimis ac optimis viris diem dicerent eos plebis ĩuidieque
potentia & fecũdissimis rebus insolens esset obiectabãt. Ex hoc fuisse numero ari
stidem scribit. Qui Diophanto Amphitropei populi accusatore subiecto reputun
darum conuictus est. Quod cũ tributa redimeret ab Ionibus magnã argenti uim
recepisset. hic cõdemnatione aduersus eum lata cum quinquaginta minas soluen
do non esset transfretauit. Deinde circa Ioniam vita excessit. Cratherus nullum
ad hanc rem sriptorum argumẽtũ adhibuit nec curiosissime more suo vllum decre
tum vel iudiciũ attulit nec auctores qui hanc sententiam probarent ut ipse consue
uit in suis libris adiecit. Reliqui autem ut ita dicam omnes qui plebis aduersus ĩ
paratores errata litteris mandauerũt Themistoclis exiliũ Milciadis Vincula Pe
riclis Multã & Pacheris miserabilem casum qui in forensis subgesto constitut9
vt se conuictum iri conspicatus est sibi ipsi mortem consciuit. Pleraque id genus in
unum locum collecta in vulgus effecũt Ex Ostracismo quoque aristidẽ vrbe exactũ
Nulla autem huiuscemodi damnatione affectũ esse cõmemorant. Apud phareos
etiam sepulcrum eius ostenditur quod sibi publice constrictum ferunt. Hic adeo
inops mortuus est vt suo sũptu sũmo die efferi non potuerit. Ad eius filias perhi
bent ex curia traductas maritis datas esse & ciuitatem vt eas publice despondit
vtrique dotem tria milia tragmarum decreuisse. Lysmacho quoque filio argenti mi
nas centũ & todidẽ consiti agri iugera populus erogauit & cotidie quatuor drag
mas adiecit quod plebescitũ alcibiade referente factũ est Lysmachus vita funct9

ut Calisteres auctor est Policritam filiam superstidem reliquit. Hinc tantum ali
menti quantū Olimpionicis populus decreuit. Demetrius. Phalerius Hierōnymus
Rhodius musicus. Aristoxenus & Aristoteles si librū qui de nobilitate scriptus est
inter ueros eius codices recensuerimus: Mirtham Neptem aristidis socrati illi sa
pienti qui aliam vxorē habebat matrimonio iunctā esse memorie tradiderunt Cū
illam ea potissimū ratione ceperit quia ob fortunarū tenuitatem nō modo in uidu
itate relinqui verū etiam rebus aduitam necessariis carere percepisset. His aucto
ribus Panecius in his que ab eo de socrate scripsita sunt cōmode ac grauiter contra
dixit. Ceterum Phalerius in socrate Lisimachū aristidis ex filia nepotem eximie
pauperem fuisse memoria tenere se refert qui penes Lachiū sic enim appellant resi
dens ex quadā tabella summa coniectans alimenta sibi suppeditabat. Quo rogatio
nem ferente populus matrem ipsius matrisq̄ sororē quot diebus triobolo donauit.
Ceterum lege a Demetrio lata decretū factum est vtriq̄ mulieri publice dragmā
dari Nemini mirum videri debet populum tantā eorum qui assidue in urbe versa
rentur curam egisse. Qui cum audisset apud Leranon aristogionis ex filia neptem
infimo statu esse & angustia rei domestice marito collocari non posse athenas re
uehi iusserit & hominē honestissimo loco natū sibi maritali copula deiunxerit eiq̄
prebiū quod Potanico populo adiacet dotis nomine dederunt. Quapropter ciui
tas multis humanitatis & benignitatis monumētis que nec etate nostra intermit
tit ab omnibus optimo iure & diligitur & admiratione digna iudicatur.

Plutarhi historiographi greci de Vita atq̄ gestis Marci Catonis seniotis historia
per Franciscum Barbarum oratorem in latinum traducta Incipit feliciter.

MARCVM AVTEM CATONEM genere Tusculā
num fuisse & priusq̄ ad militiam atq̄ remp. se conferret i
agro paterno circa sabinos vixisse memorie traditū est Cui9
cum maiores prorsus ignobiles esse uiderentur ipse Cato
Marcum patrem ut uirū bonū fortem ac in re militari uer
satum efferet laudibus Catonem etiam proauū sepenume
ro per premiorum opera ab īperatoribus laudatū & quīq̄
bellatiū equorum quos inter dimicandum amiserat preciū
fortitudinis sue testimoniū a populo sibi restitutum refert Cum ex more Romāi
eos qui generis gloria carentes a se ipsis initium caperent nominis sui nouos hoīes
queādmodū & ipsū Catonē appellarēt ipse ad gloriā quidē ac magistratus se no
uum esse rebus uero gestis ac uirtute maiorū vetustissimū predicabat Prīcipio au
tem tertio nomine non Cato sed Priscus vocabatur consequenti tempore Cato ei
uirtutis cognomentum extitit Nam. Romani eum ī quo multarum rerū usus ac
experiētia sic Catonem nominant. Fuit hic de quo verba facimus Cato specie sub
ruffus & Glaucus ut poeta quispiam haud amice scribens his uersibus expressit.
Portius hic Mordax Glaucis Subrufus Ocellis. Inreriens herebo sedes nō com
perit vllas. Verū enim uero corporis habitum a puero & a laboribus & moderate
uiuendi ratione ex rei militaris consuetudine ad Robur & bonam valitudinem cō
stantissimum nactus est. Orationem tamquam alteram personam magno studio
magna cura componebat quasi omnibus qui grauibus in rebus non per secordiam
sed cum dignitate versarentur necessarium id instrumentum esset. Quocirca
passim per accolarum vicos & castella se dicendo exercebat quique sua indigeret
opera deerant nemini Qua in re tantum valuit ut primum promptissimus discep
tator postea eloquentissimus orator iudicatus sit. Omnes preterea quibus cum

viuebat tãtam in eo morum grauitatem & animi magnitudinem aiaduertebãt ut
magnis operibus & magnificentissima quadam republica dignũ arbitraretur nõ
solum enim forensibus in causis ab opera mercenaria se liberauit sed nec eam gloriã
maximi facere visus est quam ex huiuscemodi contentionibus cõsequi posset. Lõ-
ge vero magis cũ adhuc esset adolescens ex pugnis quibus cum hoste manum con-
feret & bellicis artibus laudem vendicare sibi cupiens multis aduersis vulneribus
confossum corpus habuit ipse enim se septem decem ãnos natũ prima tũ meruisse
stipendia dicit cum Hanibal secundis preliis vsus incendebat italiam. Inter dimi-
candum autem talem se prestitit ut manu quidem pugnator egregius: In statatia
uero pugna immobilis ac cõstans oculis fronte vultu terribilis verbis minax esset
Asperitate preterea vocis vtebatur cum & si recte suasisset & ceteros ad moneret
plerumq; huiuscemodi res hostibus maiorem terrorem inferre q̃ enses. Cũ iter fa-
ceret ipse ferret arma vno subsequente ministro ferebat qui secũ ea que uite necessa-
ria erant comportarent. Huic uel prandium uel cenam ministranti nũq̃ Catonem
succensuisse aut male dixisse: quin eum plurimum iuuisse & vna minima quoq; pa-
rasse cum res ipsa militaris uocationem sibi liberã cõcessisse proditum est. In exer-
citu quasi semper aqua vtebatur quod si quando magis atq; magis calore percitus
sitiret aceti frequenter haustu sitim sedare vel si quando uires pristinas desideras-
set vegetandi corporis causã Leuiusculi non nihil vini delibare consueuerat Penes
agrum suum ciuis. M. curii villa fuit qui tertium triumphauit. Hanc cum sepe-
numero peteret & tenuitatem Agelli domicilii frugalitatem contemplaretur ce-
pit eum illius viri cogitatio qui tam&si princeps inter Romanos esset & ferocissi-
mas gentes subegisset Pirrumq; de possessiõe italie teiecisset Agellum tamẽ hũc
foderet & post tres honestissimos triumphos edículam hanc incoleret. Vbi cũ illũ
ad focum sedentem & rapas coquentem legati Samnitium offendissent magnum
auri pondus dabant. Quo q̃ primum repudiati illius auro minime opus esse iquit
quibus cena huiuscemodi satis esset. quiq; aurum habentes vincere longe pulchri9
q̃ aurum habere iudicaret. Hec secum animo versans Cato discedebat domũ suã
agros seruos & uite formulam diligenter intuens in opere faciũdo studiosior erat
& luxum etiam atq; etiam omni ex parte circũcidebat. Cato cum adhuc admodũ
adolescens sub Fabio maximo qui tarentum recepit militare Nearcho Pytagoreo
philosopho & hospite familiariter visus est. cui ut honestissimorum studiorum so-
cietate coniungeretur sũopere contẽdit a quo & cõplura accepit que & a Platone
qui voluptatem maximam malorum escam appellat vsurpatur & primariã aĩo no-
stro calamitatem accedere cum corpore cõiungitur depurationem autem dissolu-
tionem assequi cũ cogitationes eum a corporis cupiditatibus separant atq; disiun-
gunt. His ab ipso plane preceptis Cato longe magis frugalitatẽ ac continentiam
animo conplexus est eum sero grecas litteras didicisse pleriq; auctores sunt. In sũ-
ma enim senectute grecos libros in manu summens breues ex tucbidide cõmenta-
riolos plures autem ex Demosthene confecit quos in causis orãdis magno sibi vsui
fuisse constat. Scripta quoq; sua grecis & sententiis & historiis distincta etiã atq;
etiam exornauit. Pleraq; grauiter & sapienter dicta ad uerbũ e greco in latinum
traduxit. Erat per id tempus Rome Valerius Flaccus cum patricio genere cũ po-
testate primarius qui cũ virtutẽ a natura datã sagacissime adoriri posset magnã
beniuolẽtia liberaliter institutos educabat & ad gloriam promouebat. Hic fundo
M. Catonis vicina predia nactus a seruis & familiaribus singulari cũ admiratione
moderatissimũ ac operosum eius viuendi genus accepit. Catonẽ vt primũ illuxis-
set in forum descendere aiebãt quisq; sua fide ac industria vti uellent presto esse.
Cum autem domum reuerteret hieme quidem tunica demptus manicis indutum

estate uero nudum labore cũ seruis certare quibus cũ sedere solitũ eodem pane eo-
demq; vino uesci. Eius cum multis in rebus equitatem moderationẽ graues com-
memorantibus illis ac sapientes sententias precepisset ad cenam uocari hominẽ
iussit quo deinceps vsus mansuetus atq; urbanis ipsius moribus sicuti uirgulto cul
tura & preclara loci conditione opus esset aĩaduertit Quamobrem Catonẽ indux
it aĩ auitq; ut rem Romanam attingeret. Eo igitur profectus nõnullos statim ad-
eptus est quos & virtutis ipsius admiratione & forensi patrocinio sui studiosos fe-
cit. Cumq; Valerius multum dignitatis ac potestatis in Catonem contulisset Ca-
to primum tribunus militum deinde questor factus est. Postero autem tempore
cũ iam late clarus esset & cognitus foris maximis in magistratibus Valerio comes
fuit Ex maioribus natu Fabium maximum delegit cui quoniam gloria rebus ge
stis potentia primoribus urbis ãteiret se totũ dedicauit Illius mores & uitã uelut
pulcerrimum bene uiuendi exemplũ sibi proponẽs eius vestigia ingressus est. Hac
de causa Scipionis illius maioris qui cum nec dum ex adolescentibus excessisset p
quandam emulationem aduersatus maximi auctoritatem obsisteret inimicitias &
simultates parauit fecit. Cum quo bello punico questor missus ubi splendidos illius
sumptus & largitiones in exercitum aĩaduertit .in Scipionem multa cum grauit-
tate locutus est non quod impensam plurimi faceret sed quod maiorem continẽtiã
cortũpi quereretur. Cum militem ad uoluptates ad delitias affluẽti rerum usu cõ
uersum cerneret. Ei cum Scipio se cõquestore nimium diligẽti nequaq; egere re
spondisset sed qui plenis ad bellum velis ageretur & ciuitati rerum gestarum non
pecuniarum rationem deberet. Cato Sicilia excedens vna cum Fabio magnis in-
senatum clamoribus uenit Scipionem inconsulte publicum es effundere & in pale
stris ac spectaculis iuueniliter exerceri quasi nullum istic imperiũ gerat sed ludos
festos agitet. Quamobrem senatui tribunos plebis ad eum dimitti placuit qui si
vera fuisse accusationum capita rescissent ipsum Romam reducerent. Ceterũ Sci
pio victoriam in apparatu belli significans per otium quidem cũ amicis consuetu
dine romis ac iocundus in re autẽ seria & magna propter munifice aut liberaliter
expendendi studium nũq; segnis visus esset enauigauit ad bellum. Cato quoniam
eloquentia plurimum poterat vulgo Romanus Demoschenes dicebatur. At ipsius
vita longe clarior ac spectatior erat. Fuit per id tempus eo in loco proposita dicen
di facultas ut ad hanc iuuẽtus ipsa magno studio veluti ad commune certamen fer
retur. Qui uero pristinum illud & laboriosum viue genus sustineret & tenuem ce
nam incoctum prandium hirtam vestem plebeiam domũ libenter amplectaretur
quiq; superuacaneis rebus non indigere qu ẽ hanc minime necessaria suppellectilẽ
possidere preclarius putaret ea tempestate racus erat. Nam imperii magnitudi
ne priscam illam seueritatem ac puritatem minime respublica retinebat que diti-
onis amplitudine multas & consuetudines variis ex gentibus exempla uiuendi su-
scipert Quocirca iustis ex causis vniuersa ciuitas in Catonẽ versa vehemẽter admira
batur cum reliquos vel laboribus fractos vel voluptatibus eneruatos hunc utrinq;
inuictum esse intueretur. Nec id solum adolescens laudis & honoris causa fecisse
creditur sed post consulatum & triumphũ iam Grandeuus ut victor Athleta con
suetas exercitationes perpetuo seruauit a quibus non prius destitit quã e uita mi
grauit. Nunq; enim veste maiore centũ drachmarum sumptu usũ se refert. Et im
perator & consul eodem vino quo & operarii defunctus pulmentum ad cenam ex
foro assibus triginta comparare solebat nec id voluptatis sue sed cõmunis volunta
tis causa fecit vt rei militari corporis vigor sufficeret. Cũ Babilonia suplex here-
ditatis iure fortunis suis accessissʒ vt quam primum venũdaretur curauit nullam
eius villam tectoriũ habuisse nec vllum mãcipiũ vltra mille quingentas dragmas

emiss dicit quasi non delicatis & formosis sed colonis ac robustis vt stabulariis
& bubulcis sibi opus esset quos deinde senectute confectos nō pasci sed inutiles uē
di oportere iudicauit. Preterea nihil bene constare quod nequaq̄ necessariū esset
quin uel a se huiuscemodi quippiam emeretur plurisq̄ par est constitisse assueua-
bat. Pascuum & Seminarium agrum q̄ florem & irriguū maluit. Hec nonnulli ni
mie paruis in rebus diligentie tribuūt que plerīq̄ in eam partem accipiūt vt in e
mulandis ac moderandis ceteris factū putent. Verū illud institutū nimis rigidū
quo seruus seniorum debilitatos quemadmodū mutos aīantes eicere ac vēdere cō
sueuerit quasi cōmoditate e medio sublata nihil humanitatis ipsis hominibus debe
amus quanq̄ latiorem benignitati quāq̄ iusticie lorum cōcedi uideamus. Natura
nāq̄ nobis datum est ut in homines dumtaxat iustitia legittime vtamur ī eos autē
quibus aut gratia aut beneficio deuincti sumus etiā si rationis vsu priuati sint mā
suetudo uelut ex habundanti quodā fonte plerūq̄ defluat. Equis enim & canibus
cum cōfracte labore uires sunt non modo pabula sed etiā quedā senectutis indul-
gentia a bono uiro debent. Athenienses cū Heccatōpedon exedificarent quotquot
ex mulis egregie laborem tollerassent vīclis solutos libere pasci sinere quib9 quod
ammodo libertate donatis cū sponte quispiam ad operam descenderet & iumētis
que currus ad arcem vrbis uectarent exortantis specie ducis precurreret vt publi
ce ad extremū uite finem nutriretur decreuerunt. Ad hec equarum Cimonis se-
pulcra quibus Olimpia tertium uicit penes ipsius monumentū uidentur. Quid ca
nes familiares ac domesticos & alii multi et Xantippus ille Priscus diligētissime
humandos curauerunt. Is enim canem qui eo tempore quo ciuitas urbe relicta Sa
lamina trāsmittebat Triremi secū enatauerat ī arce sepeliuit cui loco etiā etate no
stra Cinthauium cognomentū est. Indecorū enim nos animātib9 uelud calceis aut
vasis vti: que vbi vsu fracta & attrita sūt abicimus Quod si nulla alia ratione sal-
tem exercēde humanitatis causa nosmetipsos cōsuefaciamus oportet: vt in hoc ge-
nere mansueti faciles iocundi simus. Nam ut de meipso dicam nec bouem laboris
socium senectutis iam vrgentis gratia venderem ne dum hominem grandē nato
ex loco in quo educatus est & ex instituta viuēdi consuetudine uelut ex patria re
legatūiis pariter qui emunt & iis qui vendunt in utilem factū parua pro stipe ue-
nire oportere censeam. Cato uero huiuscemodi rebus gloriari solitus equum quo.
Consul in rem militarem vsus est in Hyspania reliquisse se dicit ne vecture illius
reipublice rationem redderet. Que siue magnitudine animi siue tenuissime diligē
tie tribui debeant iuditio disputari licet In cetera vero continentia Cato magrope
re admiratione dignus fuit nūquam enim imperator & sui & contubernaliū cōme
atus causa nūq̄ inquam amplius quam tres tritici mendinos atticos & ī singulos
dies iumentis vnicū & dimidiū ordei mendinū cepit. Hic cū Sardiniam prouinti-
am obtinuisset sua parsimonia plurimū a ceteris qui ante ipsum preturam illā ad-
ministrassent differre se demōstrauit. Nam vt illi publicis tabernaculis lectis ue-
stimentis magnifico appratu numerosa seruoꝝ ac amicorum multitudine cōuiuiis
graues erant Sic ipsi nullam ad rem publico sūptu opus fuit. Cum vrbes adiret
sine rheda proficiscebatur vnus autem publicus administer vestem & turbiū ferēs
quo cum sacrificaret sequebatur. In iis adeo tenuis adeo facilis subditis visus alia
ex parte grauem & clarum se gerebat. Nam & ad ea que ad iurisdictionem suam
pertinerent inexorabilis & in his que ad imperiū spectarent adeo seuerus & inte-
gre fuit vt nūquam populi Romani maiestas illis terribilior nūq̄ carior extiterit
Ipsius orationis genus haud sane dissimile fuisse perspicuū est In eius enī sermone
comitate grauitas terrore iocunditas & salibus austeritas cōdiebatur. Qui si exte
rius in congressus spectaretur nullius dignitatis imaginem sed satiricū carpendi

studium pre se ferebat. Sin interius serius & dignitate rerum refertus erat vt iis
quibus cum loqueretur lacrimas mouere & animũ quo vellet trahere posset. Quo
circa haud satis scio quod nõnullis in mentem venerit vt genus dicendi quod a Ca
tone vsurpatum est Lisie conferrẽt. Verum hec viderint qui uarias orãdi formas
diiudicare suum esse officium putent. Nos vero breuia quedã scribemus: que me-
morie prodita sunt cũ longe significantius ac apertius ex sermonibꝫ quam ex lini
amentis oris ut plerięꝫ arbitrãtur de moribus hominum censeamus. Hic aliquan-
do cũ populum Romanũ importune tumultuantẽ a partiendo ac diuidẽdo frumẽ
to auertere statuisset huic immodũ orsus est. Difficile quidem est Quirites ad ca-
rentem auribus ventrẽ verba facere. Ciuitatis rursus mores increpans inquit. La
boriosum est illam rempublicam saluam fore vbi pisciculus pluris ꝙ bos venit. Ro
mãos etiam mutis pecudibus cõferre solebat: nam vt ille singule nemini obtempe-
rant vniuerse autem gregis principẽ secuntur. Sic & vos ab iis quos priuatim ne-
quaꝗ consiliarios habere uelletis. Hic frequentes coacti agi equo animo permitte
tis. De uxoria potestate sic eum locutum accepimus. Omnes homines vxoribus ĩ
perant nos omnibus hominibus nobis autem uxores. Hoc enim est ex eorum gene
re que a Themistocle grauiter ac prudenter dicta sunt nam cum sibi filius matris
intercessione pleraꝗ iuberet. O vxor inquit athenienses grecis imperant ego athe
niensibus tu mihi tibi filius. Quare licentiã moderetur qua fretus ĩprudens plus
potest quam uniuersa grecia. Populum Romanum Cato non modo purpure sed
studiis atꝗ exercitationibus cõferre magistratus dixit quemadmodũ enim tincto
res eum maxime colorem inducunt quo passim delectari mortales intuerẽtur. Sic
adolescentes ea magno studio discunt & consequi cupiũt que uos honore ac laude
digna iudicatis. Eos exhortabatur ut siquidem virtute ac moderatiõe magni fa-
cti essent ne ad deteriora se conuerterent. Sin incontinentia ac improbitate ampli-
tudinem essent consecuti ad meliora se referrẽt. Satis enim exploratũ habebat su
perioribus illis rationibus eos non mediocres honores adeptus esse qui summa cu
ra ac diligentia sepe magistratus ambirent eos velud ignaros vie dicere solebat
ne errarent. Lictores quibus cum incederent semper queritare ciues grauiter in-
crepabat qui eosdẽ frequenter publicis muneribus preficerent sic enim uel nõ mul
ti facere principatum videmini uel non multos qui principatu digni sint existima-
tis. Ex inimicis cũ quispiam turpiter ac ignominiose uiueret huius mater inquit
cum deos ĩmortales precaretur ut hic sibi uita functe superstes sit execrari nõ ora-
re se putat. Paternum quidam fundũ maritimũ venũdederat quo facto Cato ma
gis atꝗ magis se mirari simulauit ꝙ longe amplius ipse quam mare potuisset nam
que uix pontus alluebat iste facile absorbuit. Cum Eumenes rex Romam venisset
& a senatu comiter ac honorificẽtissime susceptus esset & clarissimorũ circa eum
ciuium frequentia certatim versaretur Cato non obscure tãtum erga regem studi
um suspectũ habẽs eũ declinabat dehinc cũ ipsi diceret Eumenẽ frugi uirũ amicis
simo animo in rẽp. Romam esse. Esto inquit ceterũ hec ipsa belua rex scilicet na-
tura forax canis est. Neminem ex regibus qui per beati putantur inuenies quem
Epaminõde Themistocli Marco Curio amilcari cognomẽto Barce optimo iure cõ
ferre possis. Inimicos inuidia sibi affectos dictitabat quia ꝗtidie noctu exurgens
rei sue familiaris rationes neglig̃ẽt vt rei publice dignitati ac commodis omni cu
ra vigilantiaꝗ consuleret. Is quoꝗ dicere cõsueuerat se gratia quam ex benefactis
expectaret priuari mallem quam penam non dare que ex malefactis sibi deberet.
Omnibus qui ab officio destitissent se dumtaxat accepto facile ignoscendum esse ĩ
dicabat. Postea quam tres ĩ Bithiniam legati rome delecti sunt quorum vnus po-
dagra alter capite vulneribus confosso tertius vecordia laborare uidebatur ridens

Cato populus Romanus inquit legationē emittit que nec pedes nec caput nec cor
habet. Scipio polibii gracia super iis qui ex Achaia relegati fuerant cum Catone
collocutus est. Postea cum multis sermo de illorum reditu ī senatu haberetur &
plerique accuratius ꝙ par erant contradicerent hunc immodū Cato disseruit. Quasi
nihil habeamus quod dignū factu sit vniuersū diem de greculis senibus altercan-
do consūmimus ac si multum intersit vtrū penes nos an in achaia sepeliantur. quibus
simul ac ex senatus consulto domū reuerti cōcessum est Polibius in senatum intro
duci moliebatur ut exulibus illis qui grauissimi ordinis decreto ī patriam redibāt
pristinos honores & magistratus restitueret qua de re cum Catonis sentētiam ro
garet subridens Cato respondit Polibiū quemadmodū vlixem speluncā Ciclopis
subire velle vt pileū & cingulū que illic oblitus erat repeteret. Affirmabat prete
rea stultos prudentibus viris maiori emolumento esse ꝙ prudentes stultis nam q̃
prudentia valent illoꝝ errata facile deprehendere ac vitare stultos uero que a pru
dentibus recte facta sunt imitare non posse. Se quoque longe plus adolescētibus de
lectari quorum vultus rubore potiusque pallore prefundaretur Eo milite sibi opus
non esse qui inter eundū manus inter confligendū pedes agitaret quique stertendo
quam hostibus in clamitando longius sentiretur. Cum in pinguem quempiā acer-
be maledictis inueheretur quibus in rebus huiuscemodi corpus ciuitati fructuo-
sum ac cōmodum futurum rogauit cuius inter guttur & inguem cuncta sub uen-
tris ditione posita forent Libidinoso cuidam inter familiares suos esse cupienti cō
cessurum se negauit quoniā cū eo viuere nō posset qui melius ac subtilius palato ꝙ
corde sentiret. Animum eius qui a moribus teneretur in alieno corpore uiuere di
cebat. Tribus item in rebus per omnes uite sue partes penitentiā egisse primū si
mulieri quicque archanum aliquādo credidisset secundū si aliquo naui transmisisset
quo pedestri itinere sibi proficisci licuisset tertium si qua dies ei per incuriā manus
effluxisset. Deprauatum quoque quādoque senē conspicatus demagnopere inquit ro
go ut cum pleraque turpia senectutem circūueniat des operam ne te auctore malig-
nitatis accessio fiat. Ad tribunum plebis qui in suspicionem ueneficii uenerat iniq̃
legem ferentem adolescens ait ne dum scio utrum haurire quod temperas an ap p
bare quod scribis deterius sit. Cato cuiuspiam qui multis in temperantie ac impo
tentie notis in ustus erat probris vexatus impar mihi tecum ait certādi conditio
est nam ut & male audire & male dicere tibi facilimum simul & prom ptissimum
est sic & mihi & maledicere insuaue & male audire insuetū est. Que uel ab ipso di
cta prudenter uel responsa acute mandata litteris extant huius generis sunt. Ve-
rum enim uero cū Valerio Flacco cuius amicitia & cōsuetudie familiarissime ute
batur consul designatus citeriorem Hispaniam sortitus est. Huius ubi com plures
populos in potestatē redegisset complures dexteritate atque humanitate sibi vendi
casset aduentātibus multis ac maximis Barbarorū copiis eo in discrimine res erat
ut turpiter uim inferri posse putaretur Quamobrem celtiberos finitimos ab belli
societatem accersiuit quibus ducenta subsidii gratia talēta stipendii nomine depo
scentibus ceteri quidem minime tollerandum esse censebant Romanū auxilia Bar
barorum tutele sue causa mercede conducere. Tum Cato nec graue nec durū esse
respondit nam si uicissent non suis opibus sed manibus hostiū facturū satis si uicti
essent nec eos qui repeterent nec a quibus reperi deberet superstites relictam iri
Hanc pugnā cū summa ui cōflictū esset uicit magnoque cū splēdore reliqua procede-
bāt Omniū urbium murosque intra Betin amnem fuit a Catone vno die solo equa
tos fuisse Polibius auctor est Has plurimas & multitudie & genere militū muni
tissimas extitisse constat. Ipse Cato plura se oppida cepisse quam in Hispania dies
egisse cōmemorat eaque haud sane iactātia est si re uera quadrigēta numero fuerūt

Multi itaq; ex ea expeditione locupletati singulas etiam argenti libras viritim di
uisit illud adiecēs melius multos ex Romanis argētum quam paucos aurum habē
tes in urbem reuerti. Ex captiuis hostium rebus preter cibum & potum nihil ad
per uenisse dicit. Quod ab ipso factū est tam & si nemini vitio daret si huiuscemo-
di oblata occasione com modis suis fortunisq; seruiret cuia cum viris optimis mal
let de uirtute quam cum ditissimis de pecunia & auerissimis de lucri questusq; cu-
piditate certamē inire. Nec se ipsū modo uerumetiam administros suos ab omni
prede noxa liberos seruabat In castris quinq; secū seruos habuit quorū uni Pacho
nomen fuit iis tres puellas ex captiuis qui sub hasta veniebant emit quod cū re-
scisset Cato pretimore Pachus anteq; ad eius conspectū ueniret sibimetipsi mor-
tem consciuit sic seruis deinde uenditis preciū eorum Cato in earum retulit Hūc
eum adhuc in Hiberia esset Scipio maior inimico animo insectabatur & rebus ip-
sius feliciter gestis impedimento esse cupiens ut in illa prouintia sibi succederet p
fecit. Sub inde ut q; primum Cato magistratu decederet magno studio contendit
ipse uero cum quinq; militum cohortibus & quingentis auxiliaribus equitibus la-
centanos subegit sexcentos transfugas in manum suam redactos vltimo supplicio
affecit. Quibus ex rebus infestum sibi Scipionem mordens Cato sic Romā maxi-
mam fore per simulationem dicebat. Siquidem claro loco nati primas virtutis par
tes ignobilibus minime concederēt & plebei ordinis homines quorum in numero
ipse esset cum genere & gloria primariis de uirtutis laude certarēt. Quocirca cū
pleraq; aduersus eū Scipio moliretur senatus decreuit ne quid eorū que a Catone
constituta essent permutaret aut abrogaret. Huius magistratus initio Scipionis
potius quam Catonis amplitudini ac auctoritati detractū est. Nam ita quiete res
fuere ut cū nihil memorabile gereretur pre otiū mora segnis militibus esset. Cato
vbi triūphās vrbem inuectus est aliud uiuendi genus quam ceteri solent instituit
qui non uirtutis sed glorie causa magno spiritu contendunt. Cumq; triūphos con-
sulatus ac spectatissimos honores adepti sunt ad voluptatem atq; otium deiceps se
conuertunt & ea uita que a reip. dignitate & communi vtilitate seiuncta sūt Non
sic Cato non sic uirtutis neruos remisit sed tanta cura & vigilantia quanta qui pri-
mum reip. procurationē suscipiunt & honores & magistratus sciunt cupiditate ī
credibili quādam aliam rationem de integro ingressus est ut enim amicis & ci-
uibus vsui esset neq; patrocinii neq; militie labores unq; repudiauit Tiberiū siqui
dem Sempronium consulem qui circa Histrum & Thraciam ductabat exercitum
legatus iuuit deinde cū Mannio Acilio tribunus militum aduersus Anthiochum
illum magnum in greciam uenit qui tantum Romanis terrorem quātū nullus al-
ter post Hanibalem iniecit. Asiā sane quantācumq; Nicator Seleucus habebat vni
uersam ferme subnutū ditionēq; suā recipiens simul ac plurimas feroces ac pugna-
cissimas Barbaras nationes domuit elatus animo cum Romanis belligerare cogi-
tabat quoniam solos eos dignos ratus est quibus cū de imperio armis decerneret.
Is nequaq; indecoram belli causam cōmentatus vt grecos scilicet Romanorū bene
ficio iam a Philippo & Macedonibus liberatos ac suis pristinis legibus viuētes ua
no titulo liberaret cum copiis in greciā transmisit que per id tēpus in certis flucti
bus iactabatur quod partiū duces regiis pollicitationibus aīos innouādarū rerum
cupidate suspensos in deteriorem partem excitassent Quāobrem Mannius ad ciui
tates legatos mittere. Titus quoq; Flāminius ut ī eius vita scripsimus multa que
res nouas moliebatur sine tumultu cōtinere ac sedare Catho Corintheos & Patrē
ses ac Agienses Romanis asciuit per multū etiam temporis Athenis cōsumpsit cu
ius adhuc oratio quedam extare fert quā grece ad populū habuit quasi miro quo-
dam amore veterū atheniensium virtutibus affectus singulari cū voluptate urbis

pulcritudinem ac ciuitatis amplitudinem spectatum venisset id autem falsum est ꝑ interpretem enim eũ illis locutus est quanq̃ ita grece sciret vt interpretis officium minime sibi necessarium esset latinis litteris adeo contentus fuit vt eos nõ magnopere probaret qui greca admirarentur. & Postumius Albinus qui grece scriberet historiã veniam deprecatus morsibus eius vacuus non fuerit Sibi enim ignoscendum fuisse si amphictionum decreto coactus illas res gestas scribere adortus esset. Acerrimam eius indicendo celeritatẽ magne atheniẽsibus admirationi fuisse traditũ est Nam quecũq̃ ipse breuissima oratione expediret interpres multo verborum ambitu vix renunciabat. Quocirca rati sunt grecis quidem sermonẽ ex labiis: Romanis autem ex corde proferri. Anthiocus vbi Thermophilarũ angustiis valido presidio firmatis uallo & muro locũ qui natura sui iniqu9 & difficilis erat stationibus etiam armatorum obiectis cõmunisset quasi opinione sua iam bellũ explosisset considebat. Quo factũ est ut a fronte quidem fauces expugnare Roman9 penitus desperaret. Illum uero parsarum circuitũ uersans animo Cato noctu quibusdam acceptis copiis ire pergit. Ceterum cũ superiorem semitam primi tenuissent captiuus quidam itineris dux errore uie captus militi dubiis in locis ac precipitibus constituto merorem simul ac pauorem iniecit. Conspicatus hoc discrimen Cato ceteris omnibus quiete manere iussis &. L. Manlio uiro ad cõscẽdendos mõtes aptissimo comite ascito per loca cõfragosa laboriosum & multis obiectum periculis iter ingressus est nocte enim intẽpesta nihil lucente luna proficiscentib9 oleastris saxis aspretis late dispersis singularis ĩcertitudo & obscuritas prospectũ ademerat donec in tramitem incidere cuius ut assequebatur cõiectura in hostium castris finis erat. Tum ubi signa nõnullis apertis ac cõspicuis trũcis apposuere que supra Calidromum id enim cacuminis nomen erat eminerent ad suos reuersi sunt. Mox ad insignis illas uotas copias adducentes eã ingressos callem cum paulũ processissent eo deficiẽte cõuallis quedam excepit. vbi denuo vniuersi metu ac trepidatione vix mẽte cõstabant ignari quod prope hostem essent dilucescente iã die & vox quedam audiri visa & repente grecorũ vallum despici ceptum qui precipites illas rupes custodes seruabant. Hoc loco firmatis cohortibus Cato firmianis ad se uocatis quorũ perpetua fide ac prompta opera vsus erat hisq̃ extemplo dicto parentibus hunc maxime immodũ loquitur. Vnum ex hostibus ut niuum in manum meam adducatis opus est qui me doceat quibus hec prima custodia data sit quãta hostium multitudo que omniũ dispositio quis ordo quis apparatus quo nos excepturi sunt ad eum corripiendũ tota in celeritate ac audacia spes esto eodẽ modo leones inermes fiducia & spe pleni horrenda immanium ferarũ lustra ingredi solent. Que cũ dixisset Cato firmiani ut erant per montes ad speculatorias custodias discurrunt quibus & gracia apud se tantum potuit quãtum quicũq̃ superiori tempore beniuolentia & familiaritate sibi deuinctus esset penes ipsum igitur consulari ꝓuincie prefectum aliquando in conuiuio ex more discumbens multis blandimentis Latium qui uino facile vĩcebatur alliciebat quem cum a se diligi plurimis uerbis ostenderet hoc testimonio vsus est. Omnibus domi gladiatorio spectaculo ĩtentis cuius tam & si visendi desiderio afficerer quod obtrũcari nunq̃ hominẽ viderim tamen sub ipsum spectaculum ad te properaui Latius autem indulgens amator cum parem sibi gratiam referre vellet huius ĩquit rei causa ne mecũ sub tristis sis hoc enim merore te quam primũ liberabo. Extemplo igitur vnum ex iis qui rei capitalis crimine damnati erãt ad se in conuiuium adduci imperat & accersito cũ securi carnifice amasiolum denuo rogitat utrum hominẽ percuti spectare cuperet qui cũ se uelle respondi set collo caput eximi iussit. Ad hec que plurimi tradiderũt accedit Ciceronis testimoniũ apud quem in dialogo de senectute Cato talia disputat

Liuius autem eum qui interfectus est Gallum transfugam fuisse nec Luciũ ferē
di negotiũ carnifici dedisse sed ꝓpria manu in corp⁹ illius seuisse cõmemorat id
q; in oratione Catonis scriptũ extare. Moto itaq; Lutio ex ordine senatorio Titus
frater id egre passus ad populum cõfugit rationem offerre iubens cur adeo igno-
miniose fratrem eiecisset. At ille eum cõuiuii turpitudinem exposuisset & .L. ne
garet ad iusiurandũ a Catone reuocat⁹ terga uersatus est. Id ubi multitudo ꝑspexit
dignas dedisse penas sciuit deinde cum spectaculo ciuitas frequens interesset Lu-
tius consularem locum pretergrediens procul cõsedit qua re populus vehementer
misericordia cõmotus magno plausu reuerti & in honestiore sede collocari coegit
quasi quod sibi liceret quod in eum factum esset emendaret & vulnus quod inflixe
rat hoc studio hoc beniuolẽtie testimonio mitigaret. Maniliũ ꝙ uirum clarissimũ
cõsulẽ futurũ e senatorio loco mouit qui ĩterdiu presente filia dissuauiasset uxorẽ
que cum ĩ creparet testatus est se nunꝙ nisi cum aliquãdo tonaret a sua cõplexum
vnde per iocum dixisse ferũt tonãte Ioue se beatũ esse. Lutius etiã Scipionis affri
cam frater Catoni causam attulit ex qua sibi singularem inuidiam contraxit haud
enim equitate cause sed affricam contumelia potius a Lutio Scipione viro trium-
phali equũ ademisse creditus est. Ad hec molestia magnopere multos eius seueri-
tas affecit qua sũptuosos apparatus quos nemo penitus rescindere potuisset circũ-
cidebat. Quoniam plurimos in ciuitate luxuries iam egros reddiderat ac ꝓpemo-
dum labefactauerat. Vt igitur in omnes aĩaduerteret coegit uestis carpenti mũ-
di muliebris & domestice supellectilis decuplum amplius incensum teferri ꝙ ea-
rerum pretium sineret si mille quingentas drachmas excessisset alioquin in animũ
induxerat ut maiori censu grauati plus in erarium conferrent. Insuper tria singu
lis milibus era attribuit ut cũ frugi uiros & moderatos sibi fortunis pares paucio
res pecunias in fiscum persoluere cernerent a luxu desisterent. Grauiter aũt Cato
ni succensebant quicũq; ut instituerant laute uiuẽtes tributi nomine suas opes ex-
hauriebant aut qui delicias quibus capti & demoliti erant ꝓpter pecuniariũ colla
tiones exuebãt. Leges enim quibus diuitiarũ ostentatio interdicitur nõnulli diui
tiarum ademptionem esse arbitrantur. Eas autem nequaꝙ rebus que ad uitã ne-
cessarie sunt sed superuacaneis ostentari. Quapropter omnium cõsensu aristonem
philosophum maxime admiratum ferũt homines potius superfluis fortune bonis
quam necessariis ac cõmodis beatos esse. Vnde scopas Thessalus cum quispiam fa
miliaris qui ab eo quicꝙ assequi cõtenderet quod neq; necessariũ sibi neq; valde cõ
modum esset huiuscemodi rebus inquit & felix sum & locuplex superuacois inq;
& vsui minime necessariis. Sic vehemẽs opum studiũ nequaꝙ nobis a natura da-
tum ex vulgari & aliena opinione introductũ est Que quamꝙ ita esset Cato tamen
tales incusatores nihili faciens et.ã atq; etiã seuerius aĩum intendit. At que ducta
enim quibus aquam publicam priuatim in domicilia & ortus subductam vsu capie
bant abscidit. Et quecũq; in loca publica porrecta essent edificia diruit ac demoli
tus est. Operarias artes ad mercedem prauã cõtraxit: vẽditionibus supremo pre
cio vectigalia extimauit. Ex quibus haud mediocris in eum delata est cõmoditas
Qui uero cum Tito Flaminio sentiebant aduersus Catonem cõspirantes impensas
& sacrarum edium & vrbanorũ operum locationes velud inutiles irritas fecerũt.
Tribunos etiam plebis impudentiores & ad omne facinus propensiores solitanere
vt Catonem ad populum prouocãtes duobus talentis mulctarent eiq; in apparatu
basilice magnis altercatõnibus refragati sunt quam ex ere publico uicinã foro sub
curiam a se in edificatam portiã basilicam appellauit. Populus mirũ immodũ Ca
tonis censuram gratam habuit cui cum statuam consularẽ in tẽplo collocasset nec
Catonis preturas nec ĩperia nec triũphũ sed hunc titulũ inscripsit. Rem Romanã

iã̄m prolabentē & ī deterius versam Cato creatus censor modestissimis īstitutis
optimis moribus ac preceptis pristinū in locū restituit. Huiuscemodi honoris am
bitiosos initio cōtempsit eos nãq; latere dicebat quod fabroꝝ aut pictorū operibus
gloriãtur. Cū honestissimas & pulcerrimas eius imagines popul9 Roman9 animis
circūferret: nōnullis admirantibus quod ignobiles & mediocres homines statuas
haberent Cato vero nullam queri inquit malo q̄obrem Catonis simulacrū hic non
positum sit quam cur positū sit. Neminem preterea bonū ciuē laudari ac celebrari
passus est nisi id cōmuni vtilitati cōiunctū esset plurimū vero preter ceteros de se
ipso predicauit cui magno illud argumēto est quod qui ī uita ab officio defecissēt
si quãdo reprehēderent eos minime vituperatione dignos quia Catones nō essent
dicere solitos refert Illos etiam qui eius acta nec magna cura nec singulari diligē
tia imitari conarētur sinistros Catones appellari. Vniuersū senatū periculosis reip
temporibus ī se ut in seua tēpestate vectores in gubernatorē oculos cōuertere. Qua
propter eo absente res grauissimas ad quas ab eundas magnã sibi partē celeritas
vendicabat sepe tamen in aliud tempus prorogari que nō solū suo sed aliorū quoq;
testimonio vera fuisse cōstat. In ciuitate igitur cū vite institutione eloquētia etate
multū anteiret magnos honores ac singularem dignitatem cōsecutus est. Fuit bo
nus in liberos parēs. In uxorem marit9 frugi & rei pecuniarie procurator nō vul-
garis. Namq; huiuscemodi curas cogitationesq; nō perinde ac paruas & humiles a
se alienas iudicauit Quamobrem oportere arbitror vt quecūq; de his ab ipso bene
constituta sunt sūmatim dicam. Foeminam que longe magis generis antiquitate
quam diuiciis polleret vxorem cepit quãq; vtranq; grauem & molestam cēseret tū
honesto loco natam natura potius turpitudinē vereri & ad ea que recta essent ma-
rito obsequentiorem fore cogitabat. Eos qui vel uxorem vel liberos verberassent
quasi in sanctissima deorū templa manus intulissent impios irruentibus omnes ta
le nihil expectantes tãtus vndiq; pauor circūuasit vt quid in rem essent ignari pas
sim fuga dispersi sint. Ex iis unus ipsis cū armis prensus in manus Catonis defer-
tur a quo explorat cū reliquę copię in angustus cū rege sedeant sexcentos etholos
ibi delectos esse qui extremas colliū partes prostatione tenerent. Horū simul ne-
gligentia Cato & paucitate cōtempta extemplo iussit canere tubis ingenti clamo
re ac strepitu primus stricto pugione suos admouit quod cū ex preruptis monti
bus repente inuectos cernerent in regia castra fugientes omnia tumultu ac terro
re complent. Manius interim munimēta que fauces illas tutabantur vniuerso ad
moto exercitu ex inferioribus oppugnat. Tum ãthiochus os lapide ictus excussis
dentibus doloris acerbitate equum auertit exercitus nulla ex parte uim Romanoꝝ
ac impetu sustinere sed effusa fuga terga dare & per ãcipites saltus palustri limo
& voraginibus inuios ac preruptos & lubricos colles iter habere. Ad hec ītra an
gustias illas inuicem occurrētes ita circūfuso vndiq; terrore ac hostili ferro obtor
pescere vt Romanus eos passim cederet. Cato usq; quaq; minime parcus suarū lau
dum predicator a iactãtia que res magnifice gestas sequeretur non abhorrebat.
Tum Hisce preclaris factis suis magnum cumulum adiecit. Is enim qui eum in-
sectantem ac cedentem hostes viderat dixit nullo pacto tantum populo ro Catonē
quantū Cato in populum ro debere. Ipse quoq; Manius cōsul ardentem adhuc ex
victoria Catonē aliquãdiu cōplexus singulari cū letitia clara voce testatus est neq;
se neq; vniuersum populum ro maximis ac īmortalibus Catonis beneficiis meritã
laudem & gratiam referre posse. Haud multo post Cato certus rerum gestarum
nuntius Romam missus prospera nauigatione Brundusium traiectus est Illinc au
tem soluēs vno die Tarentum delatus quatuor cōsequentes iter habens quīto Ro
mã ab ora maritima profectus prim9 victoriã nūtiauit quare gaudio & sacrificiis

ciuitatē reuersus eiq; magnos spiritus iniecit ut maria vt terras suo vendicare pos
set imperio Hec ferme bellicis artibus egregie a Catone acta sūt. Accusationes ac
vituperationes in improbos reip. partes singulari quidem studio dignas esse rat9
& accusationibus aliis opem tulit & quosdā qui in iudiciū vocarent vt petilium ī
Scipionē comparauit quē cū amplitudine familie & uera animi magnitudine calū
nias calcare percepisset missum fecit quoniā quodā ī eius pniciē cōstituisset cōseq
desperaret. Lutiū autē fratrē inito cū accusatorib9 cōsilio grādi ere ī publicū refe
rēdo mulctant Quod cū luere non posset nisi ipsū ꝓuocatio ad tribunos plebeis e
gre liberasset in uincla cōiectus esset Cū adolescēs quidā patris iam vita functi ig
rominia inimicum affecisset cū deinde per forum deambulātem obuiū sibi factum
Cato cōmiter conplexus equū est inquit nō agnis nō edis sed emulorū lacrimis ac
dānationibus sic exequias parentū celebremus. Que quāuis ita se haberēt calūnia
rum tamē in rep. expers nō fuit nam vbicūq; inimicis accusationis argumentū ac
cusationemq; prestabat in causa dicenda magno cū discrimine vexabat. Ferme eni
quinquagies ei diem dictam esse ferunt postremo sex & octuaginta natus annos
accusatus vulgatū illud dixisse aiunt. Difficillimū esse cū inter alios homines vix
eris penes alios ꝗ his criminibus respondere que ab aduersariis obiecta sint nec ī
ea etate forensibus causis ac contentionibus modū statuit. Nonagesimo enim anno
Seruiliū Galbam ad populi iuditiū adduxit. ex quo satis constat ipsum veluti ne
storem patrie operā nauasse dū tertiam viueret etatem. Is enim ut diximus Sci
pioni maiori infensior suis in rep. cōflictationib9 in Scipionē vsq; minorē perrexit
eius quidē pauli filium qui Perseum & Macedonas bello vicit illius autem adop
tionis iure nepotem annos decem Cato post cōsulatum censurā ambiuit que cū om
nium magistratuū facile princeps sit: vniuerse reip. supremū & perfectissimum lo
cum habet. Hec cū alias res tum uero vt mores vitasq; discutiat plurimo imperio
ac potestate est vtiq; de nuptiis deliberorū procreatione de uiuendi ratione de cō
uiuiis diligenter inquirat. Nullam deniq; omniū cupiditatū ac institutionum esse
quam adoriri ac indagare non oporteat. His enim putabāt longe facilius quā pub
licis muneribus aut iis que in oculis omniū fiunt hominum mores eum posse de
prehendere qui seueritate disciplinae ne quis ad uoluptatem verteretur custodiret
& acerrime coherceret ne quis patriā ac cōsuetam uiuendi disciplinam transgre
deretur. Ad hoc igitur munus alter Patritius alter uero Plebeius diligebantur
quos censores appellabant His licebat & integrum erat e senatu eos eicere & illis
equum adimere qui flagiciose ac intemperanter degerent. Ipsi quoq; sacrificiorū
precia curabāt & descriptionibus genera & reip. offitia distinguebāt multas pre
terea potestates hic magistratus habet quapropter in peticione censure nobilissi
mi & primores patrum Catoni obstiterunt. Patritii quidem inuidia stimulari cū
hoc pacto nobilitati maxime detractum iri putarent si ignobili loco nati ꝗ primū
summum honoris gradum obtinerent Hac re etiam uehementer eos cōmoueri q
bus ex multorum malefactorū cōscientia & prisci moris transgressione uiri auste
ritas terrore erat. Quam difficilem & inexorabilem fore sibi suabebāt: si censori
muneris ius & auctoritas accessisset Idcirco studiis partiū ex cōposito paratis sep
tem candidati in cāpum deducti cum Catone magna cōtentione ꝑtinerunt Hi qui
dem bona spe multitudinem colere vt que mollem & voluptuosum iam magistra
tum expeteret Contra Cato aliam petendi rationem ingredi nullā facilitatis aut
comitatis significationem pre se ferre. Verū potius ex suggesto improbis minita
bundus aperte & palam testari ciuitati maxima expiatione opus esse. Hunc ī mo
dum populum rogare ut si prudētes essent nō blandissimum ac asperrimū medicū
diligerēt. Sequidem illum esse alterū autem ex patriciis Valerium Flaccum quo

vno collega delicias ac mollicie m uelud ydram excindens atq; cõcremãs ut opinio
sua ferebat pleraq; que in re essent facturus erat. Cum ceteris uero minime sibi li
berum fore pro dignitate reip. administraret quoniã optimos preceptores formi
darent. Qua quidem in re populus Romanus magnis sane principibus dignus sic
excelso animo fuit ut nec rigidos nec elatos Catonis mores extimesceret Verum
ceteris omnibus popularibus & qui cuncta ad gratiã facturi videbantur repulsis
cum Catone Flaccum censorem designarit cui non uelud candidato sed iam princi
pi & imperitanti paruit Cato. L. Valerium Flaccum collegam amicissimũ senatus
principem descripsit e quo cum alios complures tum Lutium Quintium Flamini
um eiecit qui septem annos antea consul fuerat & quod longe sibi gloriosius fuerat
T. Flaminii frater qui armis Philippum debellauerat causam autem cur e senato
rio loco motus sit hanc accepimus. Lutius adolescentẽ liberali forma scortum depe
ribat quem semper secum habuit. Hic cum imperator rem gereret & honore esse
putabat eumq; maiori laude dignabatur qui bonum maritum se ageret quã qui in
ordine senatorio magnus esset. Quocirca Socratis illius Prisci nihil ãplius admi
ratus est ꝙ ꝙ difficilem & cõtumacem coniugem & insanos liberos nactus cũ eis
comiter atq; humaniter uixisset. Vbi Cato filiolo auctus est nisi resp. impedimẽto
esset nullum officiũ sibi antiquius fuit quam ut in tempore quo infans lauarẽ &
uelamentis inuolueretur visendi causa domũ ueniret hunc suo lacte vxor aluit quẽ
ut seruorum beniuolentia & caritate muniret ancillarũ puellos interdũ vberibus
suis admouit haud ignara quãta necessitudine pleriq; cibi sodalitio coniuncti sint
Cato uero filium ꝙ primũ per etatem intelligere potuit litteris erudiuit tam&si
Chilonem graeciosum seruum gramaticum haberet qui cum pluribus pueris ludũ
aperuerat indignum ut ipse perhibet ratus natum suum si discendo tardiusculus
esset ab eo qui seruiret reprehẽdi ac autem distorqueri. Doctrine huius quoq; cã
mancipio debere gracias noluit. Ideoq; ipse litterarũ preceptor fuit. Ipse leges e
docuit ipse exercendi corporis magister non modo iaculandi tranctãdi arma equi
tandi sed etiã pugno dimicãdi & calorem & frigus tolerandi ac rapidos gurgites
& asperrimos fluuios intrandi artes instruxit. Ipse etiam propria manu historias
Masusculis litteris exarasse testatur ut domi maiorũ virtutis exempla filiolo vsui
& adiumento forent a Verborum turpitudine presente puero sic temperauit quasi
uestalibus virginibus arbitris locutus esset Nec cũ eo unq; lauit id quod a Roma
nis factitatum est. Generos enim cũ soceris balneum ingredi vitio dabant quoni
am membrorum nudationem inspectantibus illis cum decore fieri non posse iudi
carent: Postea cũ a grecis Romani nudari didicissent ipsi subinde grecos ut id cũ
vxoribus vsurparent docuerunt. Omnia igitur que ad ingenium & solertiam per
tinerent Cato qui filium perinde ac pulcerrimum quoddã opus ad uirtutẽ forma
bat ac effigebat ex sententia perfecit. Cũ uero corpus natura mollius ꝙ labori suf
ficiens appareret stricte ac castigate leges uiuendi sibi remisit. Qui quãq; natura
talis esset studio tamẽ & industria adeo in re militari strenuus fuit ut in ea pugna
qua pauli Emilii auspiciis aduersus Perseum dimicatũ est maxima cum laude cer
tauerit. Vbi cũ ictu pugio reiectus ex sudore manu excidisset merore affectus ad
familiares ac contuberoales conuersus in clamitans cũ eis in confertissimos hostes
se conieccre. Tum magna dimicatione magna in nudato loco ĩter armorũ & cada
uerũ que vtrinq; ceciderant aceruum gladium vix inuenit. Hoc cũ Paulus impe
rator animaduertisset magna cũ admiratione delectatus est. Quedã insuper Cato
nis ad filiũ extat epistola in qua eius cupiditate ac vehemẽs mense recipiendo stu
dium magnopere laudat. Hic adhuc adolescens tertiũ Pauli Emylii filiam Scipio
nis sororem cepit uxorem cũ non tam patris dignitate quam sua singulari virtute

clarissime adeo gentis affinitatem sibi cōparasset talis deniq; uir fuit ut sedulitas
industria diligentia omibus cū pater excoluit ipsius ex spectationi respōdisse vide-
atur Multos seruos Cato excaptiuis emit pueros presertim ut aptius & facili9 ue
lud Catulos & pullos educare ac erudire posset . Hos sic institutos accipiunt mi-
nime alienam domū nisi Catonis aut vxoris iussu introirent a quibus sequeretur
quid nam Cato faceret se nihil nisi nescire respondebāt Oportebat ut sibi persua
serat seruos domi uel aliquod necessariū munus obire uel quiete corpus reficere.
Quapropter eis magnopere delectari solitus est quos summo deditos videret q ip
sos mansuetiores & prestantiores futuros q̄ multis vigiliis affectos putaret . Ser-
uos cōgressus & coit9 cā ingrauissima facinora illabi ratus statuit ut de finito ere
eum ancillis cōgredi possent. Cum ceteris autem mulieribus ne liceret interdixit
Horū inciuriam atq; imprudentiam in his que ad cibum spectarēt initio cū tenuis
adhuc & inops militaret moleste nūq; tulit. Indecorū eum ventris aut gule causa
graues lites & cōtrouersias cū pueris & administris habere. Postea uero fortunis
auctus cū amicoꝝ & collegarū conuiuiū celebraret cōtinuo post cenā eos loro casti
gauit qui ab obsequio aut apparatu per negligentiā defuissent. Vnde p̄terea mu-
tue semper inter ipsos seditiones essent commentabatur q illoꝝ voluntatē a[illegible]
cōsensum & suspectū haberet & maiorem immodū formidaret. De seruis qui ca-
pitalis noxe rei essent presentib9 ceteris iudiciū agi & de dānatis supliciū sumi uo
luit dum accuratissime prouentus ad intentissimam form ā referret. Agricultu-
ram delectationē potius q̄ fructū extimabat. Vt autem tuto ī loco fortunas suas
collocaret Paludes Luc9 aquas calidas loca fullonarie accōmodata predia que cū
opere rustico facile colerētur cū sua spōte siluis & pabulationib9 referta essent cō-
parabat Ex quibus multū pecuniarū caperet eisq; iupiter vt ipse dicere solebat no
cere non posset. In nauigaturis eo fenore vtebatur quod in primis reprehensū est.
Iubebat enim quibus mutuo dederat ut multos communiter in societatē asciscerent
qui quinquaginta numero facti totidem dispertiti nauibus cū Quintione Leberto
cui sue & sociorū particule negotiū dabatur enauigabant Erat enim haud vniuer
sam in sortem sed magno cū emolumēto paruam in rem discrimen Seruis etiā lu-
cri cupidis argētū prebebat vt pueros emerēt quos impensa Catonis educatos ac
instructos post annū venūdabat. Ex his Cato cōpluris detinuit quos tanti suppe-
ditauit quāti ab emptoribus sūmum extimati sunt. Cum huiuscemodi questus stu
diū filio persuadere conaretur nō uiri verū vidue mulieris esse dixit extenuatas fa
cultates dimittere. Illud autem longe magis eius animi vehemētiam dederat q il
lum hominem ad mirabilem ad gloriam ac diuinū appellauit qui rationes suas am
pliores quam accepisset relinqueret. Ea tempestate qua Cato iā grādis natu erat
Carneades Achademicus & Dyogenes Stoicus philosophus legati a Thenis Ro-
mam uenire ut Atheniēsiū ciuitatem quingētis talentis quibus Cicropioꝝ postu-
latione a[illegible]cionis in dicta causa multata fuerat liberarēt Mox adolescētes hui9ce
modi legatos visendi & salutādi g̃ria frequētes cōuenerūt quos cū disputātib9 ī
terfuissent laudibus & admiratione extollebāt. Carneades precipue gratiosus ha-
bitus est in quo sic sūma uirtus cū sūma extimatione iungebatur ut maxima comi
tate deiunctis auditoribus quēadmodū spiritu sic rumore ciuitas subito cōplerēt
Vnius greci hominis eloquentia pariter ac sapientia singulos demulceri ac teneri
& incredibili quodam studio iuuentutem cūctis postitis voluptatibus ac reliquis
exercitationibus quasi diuinit9 afflatā ad philosophiam cōuerti. Quod cū ceteris
Romanis iocūdum spectaculū esset quando cōplures adolescentes optimis grecis
artibus erudiri & cum spectatissimis viris versari cernerēt principio ipse Cato hu
iuscemodi doctrine studiis vniuersam ciuitatē abūdare grauiter ferebat, Verebat̄

enim ne ad hanc humanitatē cōuersa iuuentus sic dicendi laude duceretur vt rerū gerendarū ac milicie gloriam cōtemnerēt. Vbi vero philosophoꝝ nomen passim per urbem celebrari ceptum est & uir clarissimus. C Atilius magno studio exorato se natu primā eorū orationē verbis latinis interpretatus esset Cato secū statuit vni uersos philosophos quadā honestatis specie e Roma dimitti. Quocirca incuriam ve mens primoribus patrum grauiter questus est φ diuturno tempore īfecta relega ti in urbe sedeant quin tāto ingenio tāta facultate dicendi sint vt facile quecunqꝫ velint psuadeant. Qua mobrem reip. saluti cōducere quoddā senatus cōsultū n a tura decerni quo hinc abeuntes ad scolas reuertātur. Vbi liberos grecorū suis arti bus instituāt. Romani uero adolescentes more maioꝝ legibus & principibus audi ant. Huius sentētie auctor fuit Cato non quia Carneadi ut nōnulli suspicabanē in fensus esset sed quia philosophie & omni grece doctrine penitus aduersus quantū in ipso erat insectabatur. Quippe cū socratem loquacē & uiolentum hominem ap pellaret. Qui cū in patria sua plus posse φ leges pateretur affectarēt Priscos mo res ac ueteres cōsuetudines antiquare ciuesqꝫ suos ad cōtrarias pristinis institutis opiniones traducere molitus est. In Isocratē inuectus eius in scolis discipulos cōsene scere aiebat ut apud inferos causas quas infidē suam recepissent patrocinio tuerēt. Ad hec cū grecorū studia ad filium maledictis incesseret cui curā & vigilantiā ad grecas artes cōtulerat grauiori sono vocis φ sibi per senectutem liceret quasi mi nime afflatus oraculū ederet. Romanos tunc imperio spoliatum iri dixit cū se gre cis litteris dedissent. Ceterū hec ipsius maledicta falsa atqꝫ mania fuisse consequēs tempus ostendit. In quo cum ciuitas rebus gestis amplissima facta esset omni com mendatione humanitatis grecarū disciplinarū etiam atqꝫ etiam īfloruit. Nec gre cos philosophos solum Rome uerū medicos odio & suspicione persecutus est. Cū quilod ypocratis qui a rege Persarum multoꝝ pollicatione talētorū accitus nūqꝫ Barbaris grecorū hostibus sui facultatē facturū dixerat. Hoc inquit cōmune me dicorum iusiurandum est. Quapropter satis hortari filium non poterat vt tales homines declinaret ad quem scripti eius extant cōmentarii quibus aperte cōmone facit quo pacto uel incolumis seruari vel egretudine liberari posset. Si quis ex fa milia aduersa valitudine laboraret neminē unqꝫ per mediā seruauit. At olerib & lenissima uelud nessarū fassarū ac leporis carne domesticos īfirmos aluit. Hec enī cum cocta facilia stomacho sint egrotis conferūt nisi φ manducātes per mille som niorum species uersari cōtingit. Hac itaqꝫ viuendi ratione fretus cū ipse quidē op time ualuisset & suos incolumes aliquādiu cōseruasset sibi tamē non parum īuidie conflauit cū vxorem & filium perdidisset. Ipse uero corpus robore firmissimum nactus adeo prospera valitudine diutissime fuit ut etiā grādeuus mulieri magno pere congrederetur & huiuscemodi causa preter etatem vxorem ceperit. Nam ubi Pauli filiam Scipionis sororem filio cōiugem dedit ipse vxorem destitutus cuius dam puelle coitu quedam ad cum uentitabat vtebatur Id facile per angustias do mus preceptū est. Filius cū mulierculam impudentius ac tumultuosius ad patris thalamū profectam intellexisset verbum nullum factum sed quasi rei turpitudine affectus grauius in eam oculos conieciit. Quod simul ac cognouit Cato nulla expar te questus vultu ac fronte nullū vestigium doloris expressit. Ceterum cū ex more grege amicorū stipatus in forum descenderet a Salonio scriba qui cum ceteris eū domo deducebat magna voce accito sciscitatus est utrum filiolam marito collocasset cui nihil adhuc actum esse nec se nisi ex consilio ipsius facturum respondenti ui deor inquit idoneum tibi generū inuenisse cuius nisi grandiorem etatem repudi es cetera ut spero facile probabis. Tum Salonius Catonē cohortatus est quo puel le cogitationem susciperet & arbitratu suo collocaret que in clientelā ipsius recepta

gratia fide opera eius indigebat. Nihil tardatus Cato eam sibi coniugem expete
re docuit. Quocirca Salonius primum non minus obstupuit quã postea letatus est
Catonis enim etas annis iam grauis & familie dignitas que consulares ac trium-
phales ymagines preferret a puelle sue nuptiis aliene videbãtur. Verum Catonẽ
Serio locutum perspiciens libenter sibi filiam despondit. Deinde in forum proce
dentes mox sponsalia rite fecerũt. Hec res vbi ad Catonẽ filium prelata est accer
situs sociis patrem conuenit veniam deprecatur siquid in eum patrauisset quo sub
iratus ac dolens sibi nouercam induxisset. Cui Cato. Meliora dic inquit fili carissi
me. Omnia sane tua iocunditate me quadã afficiunt. Et ꝙ tibi succensem nihil est
sed huius rei consiliũ cepi cum multis mihi quidẽ natos patrie uero tibi per similes
ciues relinquere cuperẽ. Hac ratione superiore tempore Pisistratus Atheniensiũ
tirannus quẽadmodũ litteris proditum est pubescentibus iam liberis argolicã chi
monasam sibi cõiugem desũpsit Ex qua Iophon & Thesalus editi sunt Ex his nup
tiis Catoni filius ex matre cõgnomento Solonius ortus est. Alter uero maior natu
cum imperator rem gereret extremũ obiit uite diem. Cuius ut uiri optimi. Cato
pater sepe suis in libris meminit. Huius mortem modice ac sapiẽter tulit & conse-
quenti tempore nihil minus reip. intentus fuit. Nec enim ut. L. Lucullus post &
Metellus pius onere iam vrgẽtis senectutis se a cõmunibus muneribus abdicauit
Nec ut anin a Scipio africanus Liuore quẽ in se maximaꝝ rerũ gestarũ gloria cõ
flauerat permutatu viuendi ordine rebus urbanis permissis reliquũ etatis in otio
egit. Ceterum sicut dionisius tirannidem honestissimas exequias ita Cato decorã
etatis iam senescentis occupatione reip. ratus cũ laxmentis & quibusdã quasi iocis
in contexendis libris & agricultura quociensumq sibi vacuũ tẽpus ostenderetur
vtebatur. Varias enim orationes & historias descripsit & rei rustice curam ac stu
dium adhibuit Anteq virilem togã susciperet duobus dũtaxat prouẽtibus agri-
cultura silicet & parsimonia vsum se refert. Tunc ex urbe in uillam se recipiens &
rationibus & studiis suis consuluit. De agricultura quoq librum edidit i quo de
plantis conficiundis & de pomis asseruãdis pleraq scripta sunt. Quo in loco adeo
laudis auidus visus est ut in singulis proprius elegãs copiosius esse uoluerit In agro
quoq abũdantes cenas instituit. Vicanos & Accollas equales & familiarissimos su
os passim conuiuas habuit Cuius consuetudo nõ modo coetaneis coniis ueriũetiam
adolescentibus grata & iocunda fuit: vt qui per longam experientiã multis in re
bus & memoratu dignis sermonibus obuersaretur. Ipse mensa maxime amicoꝝ pa
rentem atq procreatricẽ existimauit. Vbi cures bene de rep. meritos oratione ac
predicatione ornare ac celebrare consueuit Cunctos aũt obliterare quos iprobos
vel inutiles iudicasset Id adeo diligenter a Catone usitatum est ut nullum eorũ lau
di vitupetationi additum in conuiuio prestitit Extremum quod in republica fecit
opus Cartaginis euersio ac desolatio fuit Hanc & si manu & opere Scipio minor
exciderit consilio tam & sententia Catonis aduersus eam ex huiusmodi causa bel
lum susceptũ est. Is ad Carthaginenses & Masinissam numidie Regẽ armis inter
se disceptantes missus est ut cõtrouersiarũ causas inspicerent. Masinissa quidẽ abi
itio p: ro: studiosus erat. Carthaginenses vero post cladẽ qua a Scipione duce fue
rant victi graui stipendio multati & iperio exuti inducias agebant. Ciuitatẽ itaq
preter senatus expectationem nec multis affectam incõmodis nec inopem inuenit
At militari iuuentute diuicus armis bellico apparatu florẽtissimam & moderatũ
nihil animo versantem offendit. Quapropter haud tempus esse putauit Romanos
de numidarũ aut masinisse fortunis ac legibus decernere. Sed Carthaginẽ oli ini-
micissimam cunctis viribus opprimere que iam copiis suis aucta & ad defectionẽ
suspensa maximũ in discrimẽ ut prius rẽ deduceret Magno igitur studio reuersus

docuit senatū superioribus cladib9 Carthaginenses prudētiores q̄ īfirmiores esse
nec tamen armis debilitatos q̄ bellicis artibus instructiores factus esse. Bellū nu-
midicū Romano quoddā preludiū extare. Pacem atq̄ inducias duelli prorogatio-
nem rectius appellari posse. Ad quod gerēdū nihil preter tēpus expectari. Africa
nas subinde ficos quas clanculū supter togam de industria detulerat palam osten
dit. Quarū magnitudo ac pulchritudo cū admirationi multis esset. Fundus īquit
ex quo hec lecta sūt poma triū dierum nauigatione ab urbe Romana distat. Illud
vehemētius cū de totius sūma rei sniam diceret acclamasse fertur. E rep. nihil ui
detur Carthaginē deleri Aquo quidē cū P Scipio nassica dissentiret perrexit in
hunc modū contrariā sniam tueri vt semper haberet in ore E rep. mihi videt. Car
thaginē nō deleri potissimum quoniā populus ro: ob felicitatē elat9 & īsolens per
multa iam flagitia cōtineri nō posset. qui secūdissimis adeo rebus fūgitur vt quo
impetus animo ꝝ ferat eo vi ac impotētia ꝑueniat. Hunc ergo sibi metum quasi fre
num quoddā multitudinis temeritati moderatorē & salutarē īpēdere cupiebat
Carthaginēses enim quēadmodū Romanos ꝓfligare nō possēt sic cōtemni non de
bere. Id autem periculosissimū Catoni visūest cui satis exploratū erat populū ro:
debacchari & variis in erroribus per multā licētiam versari dū ciuitatē magnitudi
ne prestātis inimicissimā haberet: que suis fracta malis moderatior īgruat. Nec ꝓ
fecto timere nō poterat donec eo in loco reip. status esset vt quo ad domi male vi-
ueretur foris terror sublat9 esset. Hoc pacto tertii & vltimi belli punici Cato au-
ctor fuit. Cuius ipse ī principio mortuus est cū multa sapiēter ac diuinitus de eu
vno predixisset. Cui potissime illius vrbis excidende palmā seruari aīo multus an
nos ante preuiderat Hic tunc erat adolescens & tribunus militū profectus tante
prudentie ac īdimicādo virtutis signa declarat: vt his Romā perlatis homericum
illud Cato cecinerit. Iste sapit solus reliqui velud vmbra vagātur Hoc eius oracu
lum paulopost re ipsa uerissimū fuisse cōfirmauit. Cato progeniē hāc superstitem
reliquit vnū scilicet filium quem ut superius dictū est exposteriore vxorē natū co
gnomento salomū appellauit vnūq̄ ex defūcto Catone filium nepotē. Salonius q̄-
dem dū imperator esset mortē obiit. Eius filius Marcus cōsularē dignitatē admi
nistrauit. Iste Catonis philosophi uirtute ac gloria etate sua clarissimus anus fuit.

CVM DE HIS que mentione digna videbantur exposuerimus si to
tam vnius uitā uniuerse alterius cōferamus quoniā multis egregiis
in locis pares sunt quibus in rebus varietas ac dissimilitudo sit diffici
le percipiemus: si utrāq̄ particulatim quasi carmen aut pictā tabulā
sincero & subtili iudicio discernere voluerim9: dispiciem9 esse vtriq̄
cōmune quod sua uirtute suis optimis institutis innixi magna cū gloria ad remp.
accesserūt: quāquam nec maiorū splendor nec externaꝝ rerum facultas eos ꝓmo-
ueret. Aristides ut nobis cōiectura colligere licet cū needum Athene magnopere
creuissent: & opes ciuitatis mediocritatē equalitatemq̄ seruarēt: factionum prin
cipibus & imperatoribus obsistens clarus ac spectatus ciuis factus est. Eo sane tē
pore quo florere in rep. cepit Quingentum Medinnū census maximus erat Secū
dus autem trecētem equestris ordinis hominibus Tertius & extremus ducētum
fuit his quos ceucitas alias teugitas appellabāt attributos Ceterū Cato cū paruo
ex municipio & rusticana uiuendi cōsuetudine in vastū quasi pelagus se īmitteret
Rem Romanā ingressus est. Que tunc haud quaq̄ ut patrū memoria Curios fa-
bricios Hostilios ex agris duces diligeret nec inops & operarios ab aratro & ligo
ne primores & primarios ciues in curiam accerseret. Verū que generis nobilitatē

diuitias largitiones ambitionẽ in ore suo magnificaret & tumore iam & ĩperio freta cãdidatoꝝ studio per fastidiũ quoddã delectaret. Haud simile est Themistoclẽ inimicũ habuisse qui minime splendore generis claros mediocribus fortunis nitebatur. Tria enim uel quinq; summũ talentum possedisse traditur cũ initio ad rẽp. se cõiecit & rũ Scipionibus africanis Seruiliis galbis Q. ĩtiis Flaminiis pro summo loco ciuitatis inisse certamẽ. Cui nihil merenti nihil facultatis nisi iusticie causa & loquendi libertas aditum daret. Aristides quoq; Marathone & rursus plateis Vnus ex decẽ ĩperatoribus designatus fuit. Ceterũ Cato secũdus consul & aduersus ac refragãtibus multis preteritis septem clarissimis & nobilissimis uiris cõpetitoribus secũdus censor factus est. Aristides nulla ĩ re que magnifice gesta sit primas partes habuit. Milciades enim apud Marathonẽ apud salaminã Themistocles princeps fuit. Apud plateas Pausanias ut refert erodotus omniũ pulcerrimã victoriam uicit rũ aristide ut secundas sibi vendicent sophane a nume calimachi & cinegiri disceptant: qui ĩ his certaminibus fortiter ac strenue depugnauerũt. Cato vero non solũ cum imperio in hyspania consul & manu & prudentia ceteris ãteire iudicatus est sed etiã tribunus militũ circa Thermophilas alterius auspicus victis perduellibus victorie gloriã adeptus est cũ Romanis aduersus anthiochũ magna claustra recluserit: & aduersus regem qui solũ ante se prospectabat a tergo partẽ exercitus clam circũducens oppugnauerit. Ea enim victoria cue sine controuersia Catonis opus fuit grecia excedere coegit Asiam. In quã itẽ Scipioni patefecit aditum. Bellicis in rebus ambo foris inficti fuere sed in rep. domi non sic. Aristides enim studiis partiũ quibus cum Themistocle dissidebat decẽnii exilio ex urbe deturbatus est. Cato uero tam&si cũctos potentissimos & primarios ciues inimicos haberet usq; ad senectutem velud athleta decertãs omni se casu & calamitate vacuum liberumq; seruauit cũ sepissime publicis in iudicus aduersarios accusasset ac pse cãs dixisset multos quidẽ oppressit. Ipse vero existimatione vite sue optime istitute ac eloquẽtia cõmodissimo ad res trãsigendas instrumẽto munitos ab omnibus accusationibus absolutus est. Quare quicq̃ iustis decausis lõge magis casu aut fortuna factum esse quis dixerit nequit ei preter suam dignitatẽ ceciderit pclarũ & hoc antipatri testimonio qui aristidem philosophũ vita quoq; functũ preter cetera persuadẽdi vim habuisse pscripsit: nullam perfectiorẽ virtutem q̃ ciuilem consequi mortales posse certum est cuius nõ parua pars a multis auctoribus ratio rei familiaris punitur. ciuitas enim quedã domiciliorꝫ cõstitutio est. Hec cũ sit caput moribus ciuiũ bene cõpositis publicis in rebus vires ac robur capit. Hinc ligurgus argenti & auri quicquid lacedemone fuit abigens ac exterminãs usu ferrei nummi igne deprauati introductos ciues cura domestica minime liberauit. Sed preter ceteros legislatores pspexit ut omnes deliciis simultatibus diuitiarꝫ affectionibꝫ circumcisis ea que ad necessitatẽ & cõmoditatẽ uite cõducunt facile cõsequerentur. Pauperem etiam sine laribus sine penatibus & mendicũ familiarem plus in rep. q̃ opulentum & insolentem timendũ esse iudicauit. Cato itaq; tãtũ in hoc genere ualuit vt non minus prodenter & accurate priuatis negotiis q̃ publicis prefuisse censeatur. Nam & fortunas suas amplhores fecit: & plerisq; in primis vtilibus unum in locum quasi sub uno aspectu positis de re domestica & rustica posteris preceptionem reliquit. Ceterum aristides tenuiter uiuens equitatẽ ac iustitiã falsis criminibus subiecit cum per vulgus eam domorũ pernitiẽ & mendicitatis parẽtem appellarent. Cetcrisq; potius q̃ his in quibus esset cõmodã putarent. Multa preterea ab hesiodo vt nos ad iustitiã pariter ac ad diligentem rei domestice rationẽ roboraretur dicta sunt & in segnitiem ac omni opere liberam vacationem velut iniurie principium acriter inuectus est. Vnde preclare in hũc modum Homerus scripsit.

Non mi operis studiũ aut augẽdi cura peculi Quo pulchros alerẽ natos ego semp.
amaui Remigio celeres undis agitare carinas. Prelia cum iaculis colui volucresq;
sagittas. Quasi domestice facultatis securos ac negligẽtes per iniuriã fieri diuites
admoneret. Nam ut Phisicis placet nihil oleo si corporibus exterius admoueatur
salutarius si interius nihil pernitiosius est. Sic iustos aiunt ceteris omnibus emolu
mento esse cum sibi ac suis facultatibus per incuriam detrimento sint. Hac re ciui-
lis aristidis dignitas posteris eius intercisa fuit: si quemadmodũ a multis proditũ
est neq; de dote filiabus neq; de funere sibi relinquendo cogitauit: Econtra Cato:
cuius dom9 ad quartũ usq; genus Rome ĩperatores & cõsules edidit. Eius enim
nepotes ac pronepotes sũmis magistratibus functi sunt. Aristidis autem qui gre
corom princeps fuit stirpem ingens paupertas partí ad circũforaneas tabulas re
iecit partim cũ extreme mẽdicitatis onus ferre nõ possent ad ciuitatis largationẽ
supplices manus subiicere coegit. Quo factum est ut occasiõe e medio sublata nihil
a posteris suis splendide nihil magnifice gestum sit. An hoc ipsius cõsiliũ indubita
tione & controuersia positum est: Paupertas quidem per seipsam nulli turpitudini
cõiungitur. Quod si negligentie intemperantie luxus imprudẽtie speciẽ pre se fe
rat probro ac vituperatione nõ vacat. Ceterũ in uiro modesto ĩdustrio iusto ac for
ti qui uiuit cũ laude ĩ rep. versetẽ graue magnitudinis animi testimoniũ est. Quis
enim eum putet magnas res posse cõficere qui inhumiles cogitationes animũ di-
mittit. Nec profecto multos iuuabit indigẽtes qui multis ĩdigeat. Ego magni mo:
menti viaticũ in rep. non diuitias sed per se sufficientiam existimo. Que quia lux-
urio sum omnem apparatũ repudiat nullius voluptatis causa grauissimũ ciuitatis
munus intermittit. Deus siquidẽ nulla re simpliciter eget. Hinc illã hominis uir-
tutem cui minimũ alterius accessio necessaria est perfectissimã ac diuinissimã pu-
tamus. Nam ut corpori optima ualitudine temperato nec luxurioso vestitu nec de
licus opus est sic vita & domus que bene valent nõ ex quesitis sed uilibus copiis cõ
tẽte sunt. Necessitatis enim rationẽ habere pro facultatibus oportet uelud siquis
plurimas opes cumulat eũ paucissimis vtatur ei & multa deesse constat. At si cu-
piditate rerũ tenetur qui sibi nulli vsui sint vanus Sin tenuissima earũ rerũque ap
petit diligentia fructũ non capit miser censeri deber. Ideoq; libẽter a Catone que-
rerem. Si diuitie in vsum referuntur quod nã sibi ornamentũ attulerũt qui mma
xima copia mediocriter ac tenuiter viueret. Si uero queadmodũ par est in primis
splendidũ putamus quocũq; pane contẽtũ esse & eo vino vti quod aperarius & ser
uis comune sit nec purpura nec tectoria domus egere Nihil horum aristides nihil
epaminũdas nihil M. Curius nihil. G. Fabricius quod natura postularet relinque
re: sed ea possidere uoluerunt quorũ vsũ ĩprobarent. Quid opus tanta cura tãta ui
gilantia tot vnius assis causa loqui & scribere quo pacto quis breui locuplex fiat: q
sic frugi sit ut & obso nium sibi iocundissimũ rapis manu sua appararet: & eius vx-
or pinsendi munus a sua dignitate alienum non putaret. Non ab re frugalitas per
se ipsam plurimũ posse fertur qua fit ut superuacanearũ rerũ appetitu & cogitati
one liberemur. Quapropter aristidem in Callie iudicio dixisse perhibent eos pro
be paupertate erubescere qui preter eorũ uoluntatẽ pauperes essent. Qui autẽ ex
sententia ut ipse optimo iure gloriari. Aristidis profecto tenuitatem in desidiam
referre ridiculum est. Qui non modo si quicq; turpe aut indecorũ perpetrasset ue-
rum si barbarũ vnum spoliasset aut unum hostiũ tabernaculũ viri suo vendicasset
facile locupletari potuisset. Hec hactenus. M. Catonis ĩperia maximis rebus nul-
lum ferme monumẽtum attulerũt. Aristide vero rem gerẽte Maratona Salamina
platee pulchritudine splendore magnitudine inter res a grecia magnificentissime
gestas facile sibi principatũ obtinuere. Nec anthiochus dignus est qui cũ Xerxe

conferatur nec vrbium eis hiberũ menia solo equata cum tot miriadibus qui pedestribus naualibusue pugnis ceciderũt cõperanda sunt. Inquibus aristides nulli virtute secundus fuit. Hic gloriã hic coronas quẽadmodum diuitias aspernatus laudis cupidus quibus omnibus sine dubitatione anterior ibat Catoni cõcessit. Catotonem equidem non accuso qui primum semper sibi locum ĩ omni genere virtutis attribuit cum tamẽ in quadã oratione seipsũ collaudare nõminus deforme esse q̃ vituperare demõstrauerit. Que cũ ita sint eius qui vt alterius testimonio laudẽ non indiget. Virtus meo iuditio perfectior est quã qui seipsum laudibus effert ac predicat. Nam ue hi qui a studio ambitionis remoti sunt honestissimũ presidiũ & nõ mediocre ad ciuile ac facile viuẽdi genus viaticũ adepti sunt: sic qui honoris cõtentione ac cupiditate cõflictantur difficiles extant. Que res omnium maxime liuorem atq̃ inuidiã parit. A quo alter prorsus liber fuit alter satis superq̃ laborauit. Aristides quidem Themistoclis maximis ĩ rebus socius & adiutor fuit eiusq̃ principatum ac dignitatẽ quasi stipator quidã tutatus athenas erexit. Cato uero Scipioni refragatus illius aduersus Carthaginenses ĩperiũ pene subuertit atq̃ labefactauit quo Hanibalem victum vicit & profligauit. Multas deniq̃ calumnias cõmentatus eum de ciuitate eiecit: & .L. fratrem turpissima repetundarũ mulcta circũuenit. Continẽtiam autem a Catone plurimis & pulcerrimis laudationibus exornatam. Aristides puram & immaculatã omni exparte seruauit. Ceterum Catonis nuptie preter etatẽ ac dignitatẽ suã celebrãte nec exiguas nec leues sibi maculas asperserũt. Nam ualde indecorũ videbatur q̃ iam grandeuus adolescenti filio & nurui clientis qui magistratui seruiens publice mercedem merebatᷓ filiã vxorem adduxisset: verum siue uoluptatis causa fecerit siue pellicis gracia ira percitus filio sue censuerit. & res ipsa & occasio turpitudini cõiũcta fuit. At ea excusatio qua per dissimulationẽ cũ filio vtebatur verisimilis non est. Siquidẽ tales liberos certo iuditio relinquere cupiebat: initio generosam feminã sibi matrimonio cõiugem facere par erat non autem donec occultũ fuit cũ ea muliere per libidinẽ cõgredi: que sibi iure cõpulata non esset. Quod vbi perspicuũ factum est socerum sibi fecit eum cum facilime dicto suo parere non autem prestantissimum generum deligere propositum fuit.

Epistola Ant Tudertini poete eximii in Vitam atq̃ gesta Themelionis Incipit feliciter.

M VLTOS EX DVCIBVS nostris: qui nuper inre militari vniuersa italia glorie nomen assecuti sunt: in Pompeio P. Emilio multisq̃ aliis comparare auderẽ: si in eadem vrbe iisdẽq̃ temporibus quibus illi nasci cõtigisset: multosq̃ preterea quocũ gesta & in rep. & in senatu nunc vigent. Demoschenii atq̃ aristidi equiparare: si tantã talemq̃ rẽp. habere euenisset. Nam quẽadmodũ Prisci illi cõsulares viri atq̃ senatorii: magnitudine animi: rerum tollerantia consilio ac prudentia magnos exercitus multa cum laude gubernabãt: & omnia bene iusteq̃ administrabant sic nostri. Cum videamus hac nostra tẽpestate nobilissima ĩ omnibus artibus ingenia florere: & artes atq̃ clarissimorũ facinorum cumulatissima exempla vigere. Sicut enim prestans ingenio artifex in tenuitate ac paucitate materie bene & secundum artẽ agit: sic in amplitudine copiaq̃ ac rerũ varietate q̃

Themeleon

imperitis & prestantissimis pictoribus prospicere licet quibus si hominẽ vnum sim
pliciter pingere contingat: ducte ut ars iubet illum pingunt. Sic etiam si plures
homines aut nauigantes: aut pulsantes citherã aut armatos in acie aut aliquid ali
ud agentes rei ac facti dignitatem arte & ingenio consecũtur quanq̃ antea vim tã
tam artis exprimere non euenerit. Et hoc clarissimus ille pictor ceusis ostendit ꝙ
postq̃ Helenam in porticibus Philippi & in delubro cõcordie optime pinxisset pu
erum uuas ferẽtem egregie depinxit. Que quidẽ uue adeo sui similes erant prop
ter sũmum hominis & artificiũ & ingeniũ: vt aues ad illas euolassent. Et Theodo
rus qui ab horeste matrem ĩterfici pinxit: bellum illiacũ pluribus tabulis designa
uit. Itaq̃ plane rei militaris peritissimus imperator: pro tẽpore & locis iisdẽ pre
ceptis vtisq̃ in magno & paruo exercitu vtit̃. Et vigilantissimus prudentissimusq̃
vir senatorius cõsilio & prudẽtia & eloquẽtia paruam & magnã remp. gubernat:
quid igitur dubii est prestantissime Cosma. Vt queadmodũ nõ solum in hac rep.
tua: sed tota italia cõsilio: auctoritate opibus: ac nominis claritate: ꝙ apud omnes
nationes celebratur: omnibus prestas sic si Rome aut Athenis natos fuisses. Cum
diuino ingenio sũma ĩtegritate: sũmaq̃ grauitate omnibusq̃ virtutibus vt vno ver
bo absoluã predit9 sis & dii atq̃ homines preter quos liuor edax excruciat te amẽt
te obseruent. Quis dubitat hanc remp. in bello lucensi tua vigilantia cõsilie pru
dentia tuisq̃ opibus seruauisse. Quis neget neminem nũq̃ fuisse qui plus glorie in
reddittu ad patriam habuerit q̃ tu. in quo tanta honorũ Ciuium beniuolentia: tam
incredibili populanimum volũtate vna cũ fratre tuo sũmo viro & singulari recep
tus es. Cum iam omnes ad mirabili desiderio tui tenerent̃ atq̃ animi augeret̃ur:
vt senatus omnes inuidos: omnesq̃ qui cõtra te egerãt in exilium eiecerit. Necnõ
infinita nomina multorũ quos in ĩuidiosa illa & nepharia relegatione tua aduersus
te sensisse creditũ est a senatu ac magistratibus abdicata sunt atq̃ deleta. Contine
re nõ possum me quin in hoc sermone nostra versetur oratio. Quamq̃ multis forte
videbitur me amore ac beniuolentia ductũ plura dicere quam sint. At iis id respõ
dere in bona fortuna nõ verebor ꝙ sepe & multum in aduersa odiosaq̃ rerũ condi
tione obieci: me cum beniuolentia cũ ipsa veritate ad hũc sermonẽ laudabilẽq̃ sen
tentiam adduci alia certe plura multoq̃ maiora de te dici possent. Nam nec conti
nentia nec pietate nec iustitia nec vllo genere virtutis quenq̃ ĩ hac vrbe & hac eta
te cum te conferendum puto. Sed nec illud quod magna admiratione dignum est
pretereundum. Quod nescio quomodo illis qui contra reditum tuum cõtraq̃ rẽp.
arma capapesserant nullis repugnantibus e manibus arma ceciderunt. Verum
profecto deum immortalem hoc & cetera que ad te spectabunt egisse arbitror vt
pietati auxilium ipse prestaret & huic reip. que iam in faucibus tiranni indies ꝓ
labebatur prospiceret atq̃ consuleret. At tu prodignitate tua extra patriam vi
tam ducere poteras patria autem sine te libera esse non poterat. Sed haud longi9
hunc sermonẽ producendũ censeo cum mihi in animo non sit tua nunc gesta tuasq̃
virtutes a capite vsq̃ ad calcem ut aiut discribere. Quare clarissime Cosmã ut ad
tem ipsam nunc veniã qanquã prisci illis sũmis viris qui remp. regere aggressi sũt
equiparari possis vt ostendimus & eo ingenio sis eo consilio ea animi magnitudine:
vt militares & iam viros illos exuperasses: si talibus artibus te dedisses nec exter
na exempla legere multum indigeas oro te & maiorẽ ĩmodũ obsecro vt gesta hui9
prestantissimi viri que ad te mitto libenti animo suscipias & interdũ colligẽdi toi
causa legas. Nec eum quia multis bonis artibus multisq̃ virtutibus Vnicas parui
facias. Verum noui humanitatem mansuetudinemq̃ ingeniiq̃ tui ac prudentiam.
Nosti enim maximas artes longe apud omnes posse si com exemplis coniucte sunt
hinc est ꝙ multi sapientissimi viri parentem virturis & vite magistram historiam

appellauere: que quantum auctoritatis & fidei in foro in curia in comitiis habebat ad impellendos homines ad prudentiam ad iustitiam ad fortitudinem ad tẽperantiam ad fidem ad pietatem. Tu qui in rep. quotidie uersaris reor probe noueris. Tantam quidem vim habet rerum gestarũ memoria. Vt sũmos sepe uiros imitemur. Vt Fabius Periclem Cato Curiũ Cesar Alexandrum. Vnde nostri maiores Socratis Platonis Aristotelis multorumq; aliorum imagines non solum in tabulis & vasis pictas habuere: sed in foro & in templis eneas statuas collocarunt. Vt admiranda illorum facinora sue vite exemplum essent. Quare Ligurgus ille vir diuinus postq̃ Lacedemoniis leges edidit aristoteli statuas. xxx. erigi iussu Sed de his satis. Nunc ad Thimoleonem parũper animũ aduerte: hic ille Timoleon corinthius est qui nobilissimã Sicilie insulam profligatis Carthaginensium copiis expulsisq; omnibus tirannis in libertatem redegit & pulcerrimas illas Siracusas multasq; alias Sicilie Vrbes rursus habitandas prebuit. In quo viro singularẽ erga matrem pietatem admirabilemq; caritatem in patriã in uenies. Qui tanti fuit ut Plutarchus diuino ingenio uir atq; iudicio. P. Emilio clarissimo imperatori cõparare non dubitet. Preterea in rebus ab eo gestis maximam tirannorum pernitiẽ: maximumq; rerum humanarũ exemplũ cõperies. Nam postq̃ Dionisius qui in opulentissima amplissimaq; tirannide duobus & viginti ãnis regnauerat: e Siracusis atq; Sicilia abire coactus est: maxima calamitate compressus Corinthi in Ganeo & inter mulierculas obsoniorum tabernã agentes quasi vniuersũ diem versabatũ. Quãq; multa etiam aliaq; lectione ingenui & nobilis uiri digna sunt ab eo gesta cõgnoscere. Que si leges eum animum eũ ardorẽ qui inte est aduersus tirannos tanquã faces quasdam ardentissimas in eos efficies. Ceterũ humanissime Cosma nõ ita hoc munusculũ suscipias. Vt existimes me non multo maioribus muneribus te prosecuturum. Nam cum pro sũma beniuolentia tua in me sũmisq; meritis tuis vehementer optarem quicquid efficere possem in te ac prestantissimũ virum fratrẽ tuum Laurentiũ conferre hũc tibi librũ interpretari nolui. Non ut hac paruula re quãq; respectu nouitatis & bõis magna est satisfacere arbitrer. Sed ut primitias quasdam studiorũ meorum degustandas traderẽ & Timoleonẽ cui9 fama apud latinos vsq; in hunc diem obscura iacuit: tibi qui nominis & splendoris in italia pricipatũ obtines cognitum facerem glorio sumq; tua cognitione redderem.

Incipit Vita Thimeleonis: Clarissimi viri E greco sermone in latinũ per Ant Tudertinum Translata.

A NTEQVAM TIMOLEON in Sicilia traieceret res Syracusanorum sic se habebat Postq̃ Dion tirannũ Dionisium expulit statimq; dolo interfectus est: insurgentibus ad libertatẽ qui eum Dione senserãt: parũ abfuit quin ex malorum ingruentium multitudine ac tirannorũ frequenti mutatione vrbs derelicta ac deserta fuerit. Reliq̃ quoq; Sicilia turbulenta atq; tumultuosa existens iã omnino propter inimicos sine rep. erat. Nam plurime ciuitates potentioribus vrbis res nouas aggredientib9 a Barbaris atq; militibus sine stipẽdio merentibus faciliter occupabantur. Dionisius decimo post exilium anno aduenas milites conducens: Niseumq; tunc in rep. principẽ expellens rem iterũ aggressus tirannum sese Siracusanis ex integro cõstituit Admirandũ profecto paruũ exercitũ

& tirannide Dionisium tunc omnium tirannoꝝ maximũ expulisse. Admirabilius
vero exulem ipsum atq; deiectũ tirannidẽ recuperasse. Itaq; Siracusani qui ĩ urbe
erant inseruiturẽ redacti eo crudelius a tiranno opprimebantur: ꝙ nuper exilium
calamitatesq; animũ vehementer exuperauerãt. Optimates ac nobiles adicerem
Leontinocũ principem diuertũr: ducemq; sibi in bello eligunt quanq; nec meliorẽ
nec fortiorem ceteris belli ducibus esse cognoscerẽt. Sed ad quem aliũ cõfugerẽt
quem ue sibi imperatorem dicerent: non habebant. Accedebat &iam ꝙ genere Si
racusanũ arbitrabãtur necnon quia copias in tirannũ aptissimas bellicosissimasq; si
bi comperauerat. Interim Carthaginẽsibus magna classe in Siciliã traiciẽtibus:
Siculi timore perculsi in greciã legationẽ mittere: & Corinthiis auxiliũ petere de
cernunt non solum amicitia freti neq; quod ab illis sepe beneficiis affecti Verũ&iã
ꝙ perspicuũ erat: corinthios libertatis amatores & tirannorũ Osores semper exti
tisse suscepisseq; sepius maxima bella nõ regnandi aut auaritie gratia: sed grecorũ
libertate Iceres vero qui militie causã tirannidẽ fecerat nõ Siracusanam libertatẽ
occulte apud Carthaginẽses hoc asserebat: Siracusanos autem manifeste laudabat
& quosdam in Peloponessum legauerat. Non ꝙ illinc auxilia optaret: sed ꝙ consen
taneum erat si Corinthii propter grecie turbationes atq; tumult9 auxilia negarẽt
Sperabat facilius ad Carthaginẽses rem traducturũ & sociis in bello contra Sira
cusanos vti: ꝙ contra tirannũ hec paulo post in lucem emerserũt. Nam cum legati
redissent. Coritheorũ nomine retulerunt: Corinthios semper externarum ciuita
tum: & maxime Siracusanorũ pro eorum cõsuetudine curam suscepisse: nec forte
fortuna tunc aliquo grecorũ bello vexati. Verum in pace ac otio vitã ducere. Qua
re ex animo ac prompte auxilium illis prestanturos esse. Itaq; cum de imperatore
eligendo consultarent: proscriptis potẽtioribus relegatisq;: qui in rep. ceteris pre
stare studebant: vnus ex multitudine assurgens Thimoleonem Timodimi filiũ qui
nondũ in rep. emerserat nec ut emergeret: nec vt imperator crearetur unq; animo
volutarat: nominauit. Verum numine quodam afflante hominẽ ut videẽ statim bo
na fortuna in suffragiis reddendis: ceterisq; in rebus gratam atq; propitiã sese pre
stitit. Virtutiq; hominis ornamẽto fuit Timoleon profecto in vrbe claris parẽtibꝰ
ortus patre Timodimo matre Dimaristia tanto amore mãsuetudineq; in patrem
afficiebatur: vt contraq; tirannos contraq; improbos haud maximo inflãmaretur
odio. In bello &iam adeo honesto ingenio vtebatur: adeo quieto vt multam ĩ iuuẽ
tute prudentiã multam in senectute fortitudinẽ in rebus agendis ostẽdere. Fratrẽ
uero Timofanem maiorẽ natu omnino sibi dissimilẽ habuit. Qui cum temeratius
maloq; animo esset & regnandi cupidus semper minus honestis amicis ac satelliti
bus sese stipauerat. Quem cũ audaci animo promptissimoq; in aggrediẽdis pericu
lis esse ciues persuaderẽtur: tanq; bellicosum virũ ac strenuũ militarẽ sibi ducẽ ele
gerunt. Et his in rebus Timoleon suum prestitit officium nam cũ vita eius dissi
mularet atq; regeret ut minus illa apparerẽt operam dabat & vrbanitate ac face
tus exornando augebat: fucabatq; si nã paulo plus retegerẽtur. In bello ꝙ cõtra Ar
giuos Pleoneosq; gerebatur: cũ Timofanes equitibus preesset: Timoleon vero pe
ditibus: Timofanes ab equo inter excussus & pedibus calcibusue pressus magnũ
incidit in periculũ. Nam socius partim fugientibus partim presenti animo vtẽtibꝰ
pauci contra multos manus conserũt: ipsumq; magno cũ periculo defendũt. Quod
postq; Timoleon perspexit accurrens vt auxilium afferet: Timofaneq; prostrarũ
scuto protegẽs multis telorũ vulneribus multis percussionibus cum armis tum in
corpore acceptis cum labore inimicos fugauit fratremq; redemit. Deinde Corin
thi timẽtes ne idem ꝙprius a sociis paterentur: ut ciuitatẽ amitterẽt: quadrigen
tos aduenas milites alere hisq; Timofanẽ pficere decernũt Timofanes vero susti

contemptor atq; honesti statim operã dedit: ut ciuitatẽ sub eo male afficeret: mul
tosq; ex primoribus ciues indemnatos necaret & sese tirannũ declararet. Quã rem
cum Timoleon egro animo ferret & illius vitium suam calamitatẽ duceret illi p
suadere conatus est vt hanc insanã animi cupiditatẽ exueret & malefactorũ erga
ciues emendationẽ quereret. Neglectus Timoleon atq; expulsus cũ ex necessariis
Eschilum vxoris Timofanis fratrem accepisset ex amicis vero augurem quã The
opumpus Satirum Ephorus autem atq; Timeus orthagorã appellabãt: paucis di
ebus elapsis rursus ad fratrem ascendit quem cũ illi circũstarẽt & Timofanes emẽ
dationis signa ostenderet suppliciter rogabãt. Vbi primũ illos ridiculos habuit de
inde rem grauiter ferẽs ad iram iratus est Timoleon vero paululũ se cedẽs & sep
suni tegens lacrimas effudit. Illi autem strictis gladiis subito Timofanẽ interfici
unt q postquã in vulgus passim dissipatũ est optimates vrbis odium Timoleonis i
tirãnos atq; magnanimitatẽq; laudibus extollebãt. Quoniã & si optimus esset fra
tremq; amaret tanẽ patriam necessitudini honestum atq; iustũ vtilitati preposuit
Nam cũ de rep. bene meritus esset eum salute donauit: cum vero illi insidias tende
ret in seruitutẽq; redigeret morte mulctauit At qui in populari statu vitam agere
nequibant: potentes timere assueti magnũ gaudiũ magnamq; letitiam simulabant
& Timoleonẽ conuitio insectantes impieq; ac crudeliter egisse predicantes dolore
n o'estitiaq; afficiebãt q postq; accepit n atrẽ animi sese augi: & graues voces hor
rendasq; execrationes in eum effundere ad eã cõsolaturus accessit. Cui9 aspectum
cum illa nullo modo ferre posset in frontẽ hostia clausit. Quare Timoleon multa
animi egritudine affectus ac mẽte alienatus eo animo discessit vt mortẽ asciscerent
& a potu ciboq; abstineret. Qui & si eum amici salutarẽt: amicasq; exortationes in
medium adducerẽt & necessaria omnia que sunt adiuctũ afferrent. Statuit tamẽ
in solitudine viuere: & ab ipsa rep. atq; hominũ cetu sese abducere. In pricipio nũ
quam in vrbem proficiscebatur. Sed extra humanorũ cõsortium errans per deser
tos agros versabatur: cõsultationes atq; deliberationes que in rebus agẽdis stabi
lissimũ robur a ratione atq; philosophia nõ suspserint. Sic facilime ac cõtingentib9
laudibus ac infamia quatiũtur atq; feruntur. Oportet enim operationẽ ipsam non
solum honestate: iustitiaq; preditã esse: sed etiam opinione ex qua aliquit operari
compellimur stabilissima vt operatio nostra cõsensu omniũ comprobetur: neq; simi
les illis qui ventri guleq; deditiq; sunt videamur. Nam hi celeri auiditate ac odore
suauium ciborũ allecti: & ad repletionẽ vsq; sacietatemq; adducti statim abhorrẽt
atq; stomachãtur. Nos quoq; post nauatã operã labefactata propter imbecillatẽ ho
nestati opinione atq; fantasia penitẽtia tristitiaq; afficiamur. Nam penitentia ipsa
res etiam benegesta deturpatur. Electio autem que ex certa sciẽtia certaq; ratio
ne proficiscitur nullam ab errore suscipit mutationẽ. Quapropter Focion atheniẽ
sis rebus sub Aleostene gestis obuersatus vbi rem bene gestã animaduertit: vidit
q; Athenienses Ioui Martiq; hostias mactare: & victoria letari atq; gloriari: inquit
velle se hec gesisse: & cõsilium adhibuisse. Aristides quidẽ Locrus ex Platonis fa
miliaribus vnus vehemẽtius atq; grauius Nam cũ superior Dionisius vnã natarũ
ei in vxorem peteret respondit suauius sibi fore illam mortuã q̃ tirãno nuptã aspi
cere. Paulo post cum Dionisius eũ morti damnaret & cõtumelie causa illũ interro
gasset si quẽadmodũ prius de collatione filie sentiret: respondit rerũ gestarũ me
stitia affici dictorum autem nulla penitẽtia detineri: hec forsan maiori perfectiori
q; virtute gesta sunt. Timoleon siue fratris morte siue matris pietate animi auge
retur: adeo mente fractus est. adeo: attritus vt viginti fere annis extra humanam
cõsuetudinem viuens nũq; remp. attigerit. Cum igitur de imperatore designando
suffragio in cõtentione quererẽtur: & Timoleon nominaretur populo cũ prompto

animo amplexante assurgẽs Telecrides tunc ĩ senatu & potẽtia & auctoritate cla
rissimus persuasit Timoleonẽ circa res agendas & bonũ & generosum esse. Disse
rebat enim si id quod fecit laudi tribuẽdũ est tirannũ occidisse putabimus si autẽ
initio fratrem Parata classe collectisq́ militibus vt nauigaret littere Icetis nomi
ne Corinthus redduntur. In quibus litteris eius proditio atq́ perfidia significaba
tur. Nam postq́ celerrime per legatos docuit se Carthaginẽsium socium futurum
palam cũ illis curabat. Vt Dionisio ex Siracusis expulso ipse tirannidẽ compararet
Timens ne prius Corinthiorũ copie in Siciliam aduẽtarent & spe rerũ gerendarũ
frustarent litteras Corinthus in quibus hec extabãt scripta trãsmisit. Non dubi
to labores ac expensas sũmo cum periculo vobis accidere si in Siciliam nauigaueri
tis presertim Cartaginensibus aduersantibus & mare nauiũ multitudinẽ custodiẽ
tibus quos ego ipsis egre ferẽtibus atq́ inuitis tiranno socios adiunxi. Lectis lit
teris Icetes primũ a Corinthus infans atq́ imperitus circa rem militarẽ habitus
est. Deinde omnes ita ad iram cõtra ipsum prouocati sũt. Vt q́ celeriter Timoleo
ni viaticũ ac nauigationis preparationẽ struxerint paratisq́ nauibus: paratisq́ his
que proficiscentibus militibus necessaria erant sacerdotibus que Proserpinã rele
bant in somnis videre visum est deas in peregrinationẽ quandã ire: & cum Timoli
one in Siciliam nauigare. Quapropter Corĩthiorũ resp. sacram Triremẽ struxit
& duabus rognomẽ deabus indidit Timoleon in delphum traiciens facta re diui
na cum ĩ templũ Appolinis atq́ in aditum venisset miraculũ sibi euenit. Nã victis
quedam coronis tropheis insignis de suspensis donarus defluxit & caput Timole
onis ut adro coronatus ad res gerendas premitti videretur roronauit. Cũ itaq́ na
ues decem haberet Corinthias septem Corchirea duas Vnam Leucadã iter ĩgres
sus est. Cui noctu Pelagus ascendẽti & secundis uentis mare precurrẽti repẽti ce
lum scindi visum est & supra nauem multũ lucidissimũq́ ignem infundi. Deinde
cum lampas quali in misticis sacrificiis vtũtur eleuaretur & rursu italiam uersus
dirigeretur quo naute maxime intẽti erant in terram ueluti fulmẽ irruit. Quare
Timoleonem augures docuere hoc approbationẽ testimoniũq́ sacrorũ esse sũmorũ
& q́ dee Timolroni auxilio proficiscebãtur ex celo signũ iubarq́ dedisse esseq́ Si
ciliam proserpine dedicatam quoniã illic raptam fuisse homines fabularẽtur: & in
sula tanq́ nuptiali dono in ipsis nuptiis donatam extitisse hec deorũ signa ita mili
tum animos ad spem fiduciamq́ erexerũt. Vt celeri cursu emẽso Pelago ĩ italiam
delati sint illa uero que ex Sicilia nũtiata sunt Timoleonẽ dubium atq́ curio sum
milites autẽ mestos reddidere. Nam Icetes victũ a se Dionisium atq́ fugatum in
aere que insula cognominatur obsidebat & capta maiore vrbis parte illã muro ac
fossa circũdederat Carthagicẽses autẽ bono animo esse iusserat. Quoniã Timole
on ne dum in Siciliam ascensurus esset verũetiam longe nauigãtibꝰ illis ipse mox
inter se insulam partiẽtur. Interea Carthaginẽsium cum viginti triremibus lega
ti ad Timoleonem captãdi fallendiq́ gratia nauigarũt. Qui fradulenter atq́ im p
be callida consilia machinati Timoleonẽ rogabãt. Vt pro cõmuni omniũ pace Iceti
sese socium adiungeret & naues ac milites in Corinthum remitteret tanq́ parum
abfuerit quin in bello victus succubuerit Carthaginẽsibusq́ eum manus conserere
cogentibus neq́ Corĩthũ remẽso pelago pedem referre potuerit Postq́ Corĩthie
naues ad reguĩ appulerunt & ea que per legatos exposita erant accepere & phenĩ
ces non longe nauigantes aspexere affecti iniuria doluere contraq́ Icetem omnes
odium cõuertere. Necnõ pro Siculis quos manifeste ĩtuebantur Iceti premiũ pro
ditionis Carthaginẽsibus mercedẽ tirannidis relinquere timor inuasit impossibi
le enim videbatur hostes superare posse cũ perspicerent longe plurimas naues bar
baris Iceti multo maiores copias assequam sibi. Tamen Timoleon cũ legati ac prĩ
cipes Carthaginẽsium sibi obuiam darentur mansuete sermonem cum illis habuit

dixitq; obedire quibus velint quid enim perficere potest nō obediēs hāc enim mē
tem esse Corinthioꝝ. Et cū multa econtra audiuisset inquit reginoꝝ publicā ami
citiam dissolui. Nam si hoc ad tutelā prestaret illos in his rebus quas Siracusanis
ꝓmiserūt cōstantiā retinē videlicet & publice & corā populo pacta deponetēt hec
illis ita locut9 est vt discessus dissimulationē īqua etiā reginoꝝ duces vna dolū fa
bricabāt strueret Barbaroꝝ enim in ciuilitatē pertimescentes omnes optare Sici
lie regnum Corinthios cōparare. Itaq; aduocata contione portas clauserūt ne ad ali
ud agendum ciues progrederētur sed ad multitudinem venientes diu cōtionē de
tinerent & alter in alterū nullo fine dum tempus tererent materiā dicēdi trāsfer
rent donec Corinthioꝝ triremes parate esset & Carthaginenses existimātes pre
sentem Timoleonē paulopost orationē habiturū sine suspitione detinerēt Postq;
Timoleon clam certior factus est de discessu triremiū vnā autem sibi relictā esse
stantibus circa suggestū reginis qui huius rei cōscii erāt discedens per turbā trā
siuit & in mare descēdit atq; in taurominiū Sicilie oppidum celeri cursu naviga
uit ibiq; ab Andromacho in rep. principe qui iam ad se illum accerserat suscept9 ē
hic ea tempestate omniū potentū iustissimus vnus fuit in Siculis Timei qui histo
riam scripsit pater erat. Enimuero suos ciues legibus ac iusticia gubernabat & cō
tra tirannos apertissimas inimitias exercebat itaq; vrbem Timolionti tanq; asilum
prebuit & ciuibus persuasit. Vt vna cū Corinthiis pro Sicilie libertate bellū susci
perēt. Dimissa igitur cōtione cū Timoleon discessisset Carthaginenses qui reginii
morabātur sic decepti grauiter ferre reginos admonere q; si Phenices sint iis qui
per fraudē abierunt inniscentur. Quare Taurominiū ad triremes legatū mittūt
qui andromachū inimice ac Barbarice alloquatur & interloquendū diducta & ex
tensaq; manu & uersa atq; reuersa minet vrbem talē existentē talē futuram. Quod
cum legatus apud andromachū fecisset andromachus ridēs nihil aliud respōdit ni
si manum vt ille nunc supinam nunc reuersam extendens iussit cum discedere nisi
vellet nauē pro tali fieri talem Icetes interim cū discessum Timoleonis audiuisset
atq; timuisset multas Carthaginēsium triremes accersiuit Ex qua re vbi Siracusa
ni Carthaginēses portum Icetem vrbē occupasse vident arci dionisium dominari:
Timoleonem vero tanq; tenuissime ore ac fimbriis taurominio paruo Sicilie oppi
do imbecilli spe paruisq; copiis affixum salutis desperabant Nam mille secū milites
Timoleon habebat: & his nihil alimenti nihil rerum necessariarū amplius aderat:
Preterea ciuitates plene & contra belli duces exasperate nihil iam illis fidei tribu
ebant presertim propter Calippi & Farracii perfidiā. Quorum alter athenensis:
alter Lacemonius cū dicerēt pro Sicilie libertate aduentare vt Monarchias dele
rent persuaserunt calamitates sub tiranno Sicilie cōducere & beatiores in seruita
te: quam suis legibus viuere. Itaq; Timolionē haud meliorē illis expectabāt Sed
rursus eadem sophismata easdem captiones sibi afferre spem optimā beniuolētiaq;
pollirentem. Itaq; de rebus nouis male sentiētes Corinthios a se omnes Sicilie ciui
tates preterq; Adranite excludebanr. Hi enim paruā vrbem habentes & deū adra
num qui maximo in honore per vniuersam Siciliam habebatur colētes ītestinas se
ditiones agitauere. Nā partim Icetem & Carthaginēses partim Timoleonē accer
sentibus contigit forte fortuna vt ambo celeriter iter ingressi vno codemq; tēpore
ad vrbem aduolarēt. Verum Icetes quinq; milia militū: Timoleonē vero nō plures
q; mille & ducentos habebat. Quos cum Taurominii acrepisset: q; ab Adrono qua
draginta stadiis ac tricētis distat. primo die nō multā vie partē occupauit. Postrī
die per loca Senta situ & aspera iter ingressus: per uniuersumq; diē ꝓficiscēs iam
inclinato die accepit Icetem ad vrbē appropinquasse: & iamiā castroꝝ loca metatū
fuisse qua ex re Cēturiones & cohortis duces. Vt prōptioribus ad pugnā militib9

vteretur corpora reficere videbant· Timoleon autẽ ipsos adiens docuit ne ista fie
rent quinimo statim milites duceret:& hostes incautos imperatoresq; inuaderẽt:q
ut cõsentaneum erat: nuper labore vie defessi intentoriis otio atq; sũmo operã im
penderent: his dictis sumptisq; militibus tanq; manifeste victoriam presagiret: pri
mus ad hostes cõtendit. Milites audatiores facti ad illos qui paucioribus triginta
stadiis aberãt Timeleonẽ sequebãtur: illi ut primũ Timoleonẽ aduẽtare senserũt
impetum ab eo preuẽti ac turbati fugam arripuere itaq; occupatis castris nõ plu
res trecentis ferro occubuere· Capti autem viui Bistodidẽ fuere adranite apertis
portis Timoleonẽ petunt: & ut bellum intus instaret: cum horrore atq; admirati
one rem exponunt. Visum enim erat hostiis templi spõte patefactis deũ pili cuspi
dem quarisse: multumq; ex eius facie sudorẽ emenasse: hec vt videtur nõ solũ pre
sentis pugne signa fuere: sed futura etiã bella quibus bona fortuna aspirauit protẽ
dere. Nã & alie ciuitates decretis subito legationibus Timoleoni sese vrbẽ agros
q; dedere. Mamercus quoq; Cathanie tirannus vir sane clarus in bello· & qui ma
gnum argenti pondus & auri habebat: cum Timoleone societatem iniit Dionisius
qui nõ multũ abfuit ne militibus preda fuisset: Mamerco bello maior & armis spe
omni abiecta: Icetem turpiter victum neglectui habens Timoleonem admirãs illi
& Corinthus legatos misit seq; ipsũ atq; artem dedit: Timoleon preter spem borã
fortunam suscipiẽs Eclidem Thelemachumq; Corinthios homines in arcẽ cũ qua
dringentis militibus sed non vna neq; palã ire iussit Nam occupato ab hostibus por
tu impossibile videbatur illuc posse ascendere: itaq; clam atq; paulatim ad Dionisi
um veniunt & arcem ac suppellectilem omnem que bello vsui foret in potestatem
suam redigunt. Magnus profecto equorũ numerus magna telorũ multitudo vni
uersa etiam machinarũ Idea inerat. Armorũ q̃ que diu reposita erant adeo afflu
ens atq; opulentur seruabatur thesaurũ vt septuaginta hominũ milia ad bellũ illis
armari potuissent milites quidem quos quẽadmodũ cetera Timoleoni Dionisius
ꝓbuit: duo milia ipse autẽ sũptis pecuniis sumptisq; quibusdam ex amicis clam Ice
te nauigans ad Timoleonem in castris delatus est. Quem statim Timoleon vt pri
natum ac deiectum hominẽ cum vna naui paucisq; pecuniis ĩ Corinthũ transmisit
Qui in tirannide maxima atq; clarissima natus decem annis anteq; a Dione expel
leretur duodecim autem post Dionis mortẽ regnauit Sed hoc vniuersum tempus
in bello cõtriuit. Que veru in tirannide gessit: queq; passus est diligenter accurate
q̃ in Dionis vita prescripsimus. Nam filiorũ pubescentium mortẽ filiarũ virginũ
scortationes: sororis vxorisq; corpus ab hostibus lasciuis libidinibus violentiaq; de
turpatum despexit. Et hee cũ filiis in mare demerse sunt: Dionisius postq; in Co
rinthum nauigauit: nemo ex grecis erat: qui & videndi illum: & alloquendi deside
rio non teneretur: alii propter odium letitia affecti aspiciendi gratia cõgrediẽtes
ludibrio illum fortuna distitutum habebãt Alii ad mutabilitatem fortune cõuer
si condolebant: & multam rerum humanarũ imbecillitatẽ multam occultaq; diui
narũq; causarũ potẽtiam animo voluptabant. Non enĩ ea tẽpestate natura neq; ars
tantas illi vires quãtas fortuna demõstrauit Vt qui paulo ãte Sicilie tirãnus esset
Corinthi in miropolio sederet: & apud mulierculas obsoniorũ tabernã agentes ver
saretur potatorq; ab iis qui vinariam agebãt vocitaretur: necnon in mediũ ac palã
mulieribus sese admisceret & in iis musicos doceret: studeretq; per cõtemptionẽ
theatrales cantus armoniasq; suauiores reddere. Quidam hec ideo fieri a Dioni
sio cõiecturis assequebantur q̃ homo ignauus ac perdito ingenio illecebris dedit9
esset. Quidam veru ne Corinthus terrori existeret sed sese negligẽdo animi mole
stiam & minus secunda fortuna dissimularet tirãnidisq; recuperande suspitionem
tolleret & sic preter naturã in otio multam figendo cõponeret iustiã. Verũ multa

ab eo dicta memorie traduntur que generosi sapientisq; animi signa potius esse vi
dentur quam insulsi. Nam cum in Leucada ut Siracuse Corinthiorũ colonia rele-
garetur incepit eadem pati & que adolescẽtes. Quemadmodũ enim illi si peccaue
rint hilari vultu fratrum consuetudine vtuntur: patres autem ob pudorem fugiũt
sic ei accidere quod in Metropoli vitam agens verecũdia quadam detineretur. in
Leucada uero cum voluptate vitã traheret: Cum etiam Corinthi miles quidẽ sti-
pendarius cõtra philosophorũ familiaritates: quibus in tirãnide letabatur acrius age
ret: & eum ridiculũ haberet: tandemq; interrogaret quid vtilitatis ex philosophia
platonis cepisset: inquit nũ tibi nihil adiumẽti suscepisse uideor: sic fortune mu-
tationem tollerantes. Preterea Aristoxeno musico & quibusdã aliis interroganti
bus vnde & quo iure aduersus platonē querelas haberet respõdit tirannidẽ mul-
torũ malorũ plenã esse: & nec inuita tale aliquid existere: neminem amicorũ apud
eum aperta vsum fuisse oratione Nam propter illos Platonis beniuolentia priua-
tum fuisse: insuper eum quidam prestans ingenio videri vellet cum Dionisio scom
mata agens ad illumq; accedens palium deposuisset vt mos erat: Dionisius ecõtra
scõmatibus vsus iussit quotiens ad eum accederet hoc idem ut faceret ne aliquid
primarum rerũ sibi deficeret Philippus Macedonũ rex cum post cõuiuiũ quodã
in sermonem de carminibus atq; Tragediis quas senior Dionisius reliquerat: inci-
deret & in tẽpore quodam dubitare fingeret tardaretq; hoc agere Dionisius pro-
be obuiam iuit dixitq; in quo tu & ego atq; omnes beati esse opinã es circa potati
ones versamur. Sed Plato Dionisium Corinthi nõ uidit acciderat enim pauloãte
diem suum obisse Sinopeus Diogenes Dionisio obuiam factus primo inquit o Dio
nisi tanq; vita indigens uiuis. Cũ ille gradũ sisteret diceretq; o Diogenes & tu q;
facis perpulcre nostra cõmisero assitiens infortunia ad hec Diogenes respondit qd
putas an uis mei tecũ vna contristari nec tibi molestiam afferre cũ huiusmodi man
cipium sis in tirannide tanq; optimus pater iam senio confectus mortẽ oppetas hic
iocans molliterq; viuendo vitã ducens ut mihi his rebus Philisti voces quas pro fi
liabus Leptini lamẽtando emisit assimilanti tanq; ex magnis bonis tirãnidis in hu-
milem vitam deductis lamentatiores mulieris alabastos & purpuram & aurũ cu-
piens manifestetur. Verum hec a proposito nostro haud aberrare videntur. Neq;
auditoribus uel ociosis uel multa agentibus inutilia fore arbitramur. Sed Timole
onis bona fortuna non minori admiratione prosequenda est q; Dionisii infortuniũ.
Nam postq; in Siciliam ascendit intra quinquaginta dies arcem Siracusanũ in po
testatem suam redegit & Dionisium in Peloponessum transmisit Vnde Corinthi
maiori manu coacta duo milia peditum & ducentos equites Timoleoni miserunt.
Qui vsq; ad thurios delati naues Carthaginensiũ ineuntes pulchram nauigationẽ
remorati sunt. Nam Thuriis aduersus Bretos expeditionem agẽtibus eorũ urbẽ
ut patriam sincere fideliterq; seruauerũt Iceres interim arcem Siracusanam obse
dit prohibuitq; ne Corinthiis frumentum importaretur & in adranum duos mit
tes qui Timoleonem per insidias ferro trucident ire iubet Timoleon eo tẽpore cũ
adranitis sine aliqua suspitione sacrificiis intentus nulla militum sese stipauerat cu
stodia. Qui ab Icete paraturi necem missi fuerant vbi audiuerũt Timoleonẽ diui-
na facturum in templum venire gladios sub uestibus habere inter eos qui ad aras
stabant sese admiscere pederentimq; propius accedere & paulopost rei inceptãde
statuo tempore vnus eorũ Timoleonis socio in capite gladiũ crispat. Quo mortuo
qui vulnus infixerat in altissimã quandã petram ut erat euadit huius vero socius
aram amplectens Timoleonẽ obsecrat si veniam det rem omnem aperiturũ. Qua i
petrata sũmam rei aperit docetq; ut ab Icete missi fuerãt eum iterfecturi. Interea
cum socii cũ qui petrã ascenderat ad Timoleonẽ traheret nullã intulisse iniuriam

exclamat. Verum merito hominem interfecisse: cum ille apud Leontinos patrem necauisset. Quam rem testimonio quorundam adstantium comprobauit: qui magnopere machinamenta fortune admirabantur: que propter alias causas alia componens ac simulans longius alia mouet: atq; adducit: quam promisisse videatur: illisq; plurimum abesse videntur sese implicat: & nihil commune adinuicem habentibus semper adinuicem in principio & in fine vtitur. Itaq; decem minis hominem Corinthii donauere: q numini Timoleonis curam habenti cladē vaticinatus: id quod in animo multo ante fuisset innauanda opera: non absoluisset: sed priuata causa fortuito illius vitā seruauisset. Quibus rebus presens bona fortuna in specie optimā futurarum rerum animos hominum coniecit: quod Timoleonem ut pium sane sanctumq; virum comitantibus diis ad Sicilie auxilium ac libertatem venisse prospicerent: Icetes vero postq; pretee animi sui cupiditatem conamina eius accedisse uidet: & Timoleoni multos adherere: seipsum accusans: quod tales tantasq; Carthaginensium copias habebat: & ipsis non strenue non impigre vtatur: clam sociorum auxilia aduocans: cum vniuersa classe ducem accersiuit magonem: Mago cum centum & quinquaginta nauibus portū petit atq; occupat. qui sexaginta milibus militum Siracusas ingressus castra in vrbe posuit. Cuius classis adeo magna interna ingaudum esse videbatur Vt omnem priscam futuramq; Barbariem in Siciliā trasicere putares. Enimuero Carthaginensibus in Siciliam superiori tempore infinita bella gerentibus nunq; Siracusas capere data copia est. Sed tunnc Icetis opera erat: quod Siracusas Barbarorum castra ītueri euenerat: Corinthii qui ī arce erāt in summa rerum difficultate positi rebus ad uictum necessariis deficientibus occupatoq; a Carthaginensibus portu continuo circa murum tumultuarias pugnas ac vniuersa bellandi genera quibus obsessi consueuerunt ad summas uires agebant. Sed Timoleon cimbis paruisq; nauiculis frumentum ex Catania transmisit: Que ut Barbaricas triremes uitarent per loca fluctuosa cursum nauigationemq; facere Quas Icetem ac Magonem intuentes capiendi Cataniam cura atq; libido ceperat Quod inde Corinthiis necessaria in arcem asportarentur. Itaq; sumptis qui uirtute bellica ceteris prestare videbantur: solutisq; ex portu nauibus Siracusis abeunt Neon Corinthius qui arcis prefectus erat: cum uideret hostes custodie gratia relictos ociose negligenterq; se in urbe custodienda habere subito ruit in vrbē & partim cesis: partim dare terga coactis: Siracusarum partem quam Achradinam vocant occupauit: atq; in suam potestatem redegit. Que cum ceteris partibus urbis melior uisa esset: atq; munitior & quodamodo pluribus vrbibus cōposita atq; structa: necnon frumenti ac rerum omnium abundans minime hūc locum reliquit: nec pedem in arcem retulit. Sed vacua deserta loca muro circundans coniuncta arci. Achradina custodia illum muniuit: Mago atq; Icetes: qui iam prope Cataniam uenerant: per nuntium ex Siracusis rerum facti certiores multo dolore multaq; animi egritudine ad Siracusas discedunt. Qui neq; operam suam pro animi cupiditate nauarunt & Siracusas que in manu erant amiserunt. Sed hec prouidentie uirtutiq; fortune que dubia est tribuunt Nam omnino hec que a Timoleone gesta sūt bona quadam euenisse fortuna videntur: Corinthii milites qui apud Thurios morabantur: timentes Carthaginensium triremes que eorum discessum obseruabant ex multis diebus pelago ventis agitato: partim vi partim sponte cedentibus Barbaris per Bratheos pedestri itinere profecti in regium venerunt. Adhuc fluctibus mare agitantibus princeps nauium Carthaginensiū qui Corinthus tendebat insidias vnam animaduertens expectationem sibi ipsi persuasit vt callide nouū aliquid ad deceptionē strueret iussit itaq; vt omnes naute coronis capita ornarēt & rubeos scutos ac grecorum insignia triremibus figerent. Deinde Siracusas nauigās cū

at ei appropinquasset risu vsus ac plausu Corinthios quos perdere curabat quoniã
victoria potitus sit: vt descenderent exclamat Interea cum ille his nugis & hac de
cipiendi arte vteretur Corinthii qui per agrum Bratthiorum in regium venerãt
vbi cum ventis tum nauibus maria vacua vident: summam in celo serenitatem na/
cti sũmamq; in mari quietem: quam propere naues atq; aquas ingressi in Siciliam
delati sunt: & tanta securitate atq; seneritate vsi vt i ternauigandum extra naues
equos nantes habenis traxerint: quos omnes cum Timoleon suscepisset: & statim
Messanam vrbem cepisset bona fortuna magisq; exercitu confisus ad Syracusas
structis pergit ordinibus. Nam secum non plures quatuor milibus militum habe/
bat. Quod cum Magoni denuntiaretur: tumultuare ac timere: & magis ex hac oc
casione in suspitionem venire: in locis limosis circa Siracusas multam ex stagnis at
q; fluminibus: que in mare prorumpunt aquam suscipientibus anguillarum multi/
tudo pascitur: ita ut lata piscari volentibus preda adsit: hic dum vtriusq; exercitus
stipendariis militibus otiũ dabatur: vna piscabantur. Quod apud grecos vsurpa/
tum est. Nam si inter eos priuatas inimicitias non habent: extra aciem vna deam/
bulando fabulantur: in acie vero strenue & pro sua dignitate manus cõserunt. Tũc
cum simul piscarentur: villarum magnificentiam admirantes de maris prestantia
sermone instituto: quidam ex Corinthiorum militibus ita locutus est. Et vos gre/
ci in hac vrbe tanta magnitudine totq; ornamentis elaborata Barbaris hominibus
crudelissimis summo studio vt Barbaros mores inserant. & nobis propinquiores fi
ant operam auxiliumq; accomodatis: aduersus quos optandum esset multas Sici
lias grecie subiectas esse: qui putatis eos: qui hunc exercitum collegerunt: ab iisq;
columnis Herculeis atq; a mari Athlantico: ut pro Icetis gloria pericula aggredi/
antur: huc accessisse. Quod si recto ducis officio Icetes vteretur: non patres expu
lisset: neq; contra patriam hostiles milites collegisset. Sed pro eius honore & glo/
ria dimicaret: & vt suarum partium est: Corinthiis atq; Timoleoni obediret. Ex
his verbis tumultuantibus in castris stipendariis militibus Magoni ne insidie si/
bi tenderentur magna est iniecta suspitio. Quapropter cum Icetes ne discederet
illum obsecraret. doceretq; quanto hostes viribus ac fortitudine anteirent: & Ti/
moleonem magis virtute atq; fortuna quam militum multitudine ipsos superare:
Mago statim castra mouens & Siciliam ex manibus dimittens turpiter ac teme
re in Libiam contendit. Postridie Timoleon ut pugnas obiret: in ordinem milites
redigebat Postquam vero Magonem corripuisse fugam acceperunt: & deserta na
uibus maria animaduertere: ridiculam habuere Magonis fortitudinem. Itaq; cir
cumeuntes dicenti quo Carthaginensium classis aufugisset in vrbe per preconem
premia posuerunt. Sed Icetes adhuc etiam bellandi cupidus intentusq; animo iis
partibus quas occuparat munitis & expugnatu difficillimis nondum de capien/
da vrbe desperauerat: Timoleon eius copias diuidens quas maiori virtute esse anĩ
aduertit ad Anapim fluuium ire voluit. Eas autem quarum Corĩthius dux erat
Hysias ex Achradina egredi iussit. Tertiam vero militum partem aquam Dimar/
chus atq; Dimarethus per nouissima ex Corintho attulere: ad uertices duxerunt.
Eodem tempore quo hec fiunt: multi ex castris Icetis fugiunt Ex eo q; vrbs quam
primum capta esset: & in potestatem eorum redacta: expulsis hostibꝰ par erat mi/
litum fortitudini ac ducis probitati immolare. Quod autẽ nemo ex Corinthiis aut
mortem obierit. aut vulnere lesus fuerit hoc tantũ Timoleonis fortune tribuendũ
tanquam cum virtute viri illa certauerit. Vt qui eius laudes & res ab eo bene bea
teq; gestas audiuerint ad maiorem traherentur admirationem. Non enim solum p
omnem Siciliam atq; italiam fama eius cucurrit sed per vniuersam greciam euo/
lauit: & ita res efferuit ita fortuna celeritatẽ quandã rebus bene gestis apposuit

Vt Corinthiorū ciuitas que eū adhuc an in Siciliam appulissent incertior esset'v
ra die saluos in insulam uenisse & hostes vicisse audiuerit Timoleon arce in pote
statem suam redacta nec eius prestātia quēadmodum Dion cōmotus haud illi ob
loci pulchritudinē vel structure opulentiam magnificētiamq; pepercit. Sed Dio
nem accusans q̃ illam non euerterit publico preconio Siracusanis significauit. Vt
cuicunq; volēti ad delendū tirannorū receptaculum ferro adesse liceret Postq̃ eo
die preconium asseruerūt & libertatis principium aggressi sūt: non solom arcem
sed domus ac sepulcra tirannorū funditus euerterūt. Deinde popularē statum pre
stantiorem tirannide ducens adequatis solo muris vt ciuibus grata ageret forum
quo iura dicerētur exedificari iussit. Vbi vacuā ciuibus vrbē animaduertit q̃ alii
in bello & ciuili seditione perissent alii tirannos fugissent & in foro propter solitu
dinem ita magna atq; profunda excreuisset silua ot letus paubulo ager esset: & eq
cole in berbis altos somnos caperēt cetere quoq; vrbes preter admodū paucas cer
uis agrestibusq; porcis plene essent & ante vrbem circūq; muros ī suburbanis re
rum gerēdarum vacui persepe venerentur habitātium etiam in presidiis atq; in
castris nemo obediret neq; in vrbem horrore quodam atq; odio in subsellia in forū
ex quibus plorimi tirannorū ipsis pullularāt ascenderet visum est Timoleoni & Si
racusanis ad Corinthios scribere. Vt ex grecia Siracusas coloniam mitterēt: quod
vrbs ciuibus vacua esset: & magnū ex Libia bellū expectarent cum audiuerit cor
pus Magonis qui seipsum morte affecisset: iratos Carthaginēses exercit9 gratia
eruci affixisse: ipsos autem ut verno tempore in Siciliā traiiciant magnas para
re copias: Timoleonis nomine redditis litteris vbi Siracusanorū legati Corinthi
os rogauerunt eis Siracusanam ciuitatē cure esse & iterū in prouintiam coloniam
mittere Corinthii nulla auaritia nolla vrbis dominatione allecti atq; īpulsi: q̃ pri
mum per greciā sacris in certaminibus ac magnis in nundinis per precones denūti
ant Corinthios qui Siracusarum tirannidē aboleuere Siracusanos ceterosq; extor
res sicu'os ad libretatem inuitare: & Siracusis volētem habitare iuste sancteq; in
libertate suis legibus parta ciuitate victurū deinde per Asiam atq; per insulas vbi
passim multis ex Siculis vitā agere audiuerant nūtios mittunt hortāturq; omnes
in Corinthum traiicere & Corinthios naues eīs meatus auxilia atq; duces prebitu
ros esse: necnō Siracusis tutos saluosq; positoros his rebus Siracusani magno erga
Corinthios amore affecti honestissimus pulcherrimisq; laudibus in celū efferebāt
Quoniam libertatē atq; salutem adepti tirannorū iugum Barbarorum crudelita
tem euasissent. Qui igitur Corinthū venerūt: cum perpauci essent. Corinthios ro
gauere. Vt ex Corintho ceteraq; grecia socii sibi adiungerētur Itaq; nō pauciores
decem milibus Siracusas nauigarūt. Vbi iam ex italia atq; Sicilia Timoleon mul
tos in unom collegerat. Quibus sexaginta milibus existētibus vt retulit Vthanes
Timoleon vrbem diuisit atq; partiuit & domos mille talētis vendidit. Primoribus
vero domos quas illorū esse cognouit reddidit & populo cui aden res angusta erat
& ad bellum & ad cetera vt statuas publico decreto delataq; accusatione tāquam
hominibus penas dantibus vendiderit: pecuniarū habundantiā excogitauerit Ge
lonis autem antiqui tiranni statuam cuius memoriā cum beniuolētia cum honore
prosequebantur q̃ Carthaginēses apud Imerā fluuiū vicisset pupuli sententia ser
oauere. Itaq; rum ciuitas reuirescerct & ciuibus vndiq; cōfluentibus repleretur.
Cupieos Timolenn vniuerse Sicilie libertatē vendicare & ad unum tirannos rese
care ad ceteras vrbes exercitū ductauit & Icetem a Carthaginensibus deficientē
vt arcem demoliri promitteret & apud Leontinos priuate viuere coegit Leptin9
qui appoloniam multaq; alia finitimorū Oppidula per tirannidē occuparar preter
quam sūmis viribus sūmisq; periculis pugnauit Timoleoni sese captū prebuit quē

data venia in Corinthum Timoleon exportari iussit. Nã Sicilie tirannorum exitio
ac calamitate Corinthi vitam uiuere pulchrũ grecis ducebat spectaculũ. Sed com
stipendarii milites mercẽdo bellica preda frui potius q̃ in otio degere optarẽt ipse
Siracusas cõtendens vrbanis rebus mentem applicaturus & vnacum legislatorib
Cefalo atq; Dionisio qui ex Corintho venerant: firmissimã honestissimamq; rẽp.
cõpositurus Dinarchũ atq; Demaratum aduersus Carthaginẽsium potẽtiam mi-
sit. Qui deficientibus multis ex Barbaris ciuitatibus non modo in rerũ copia ab-
undare: verũ etiam pecunias ex captiuis raptas ad bellũ parare. Interim Cartha-
ginenses cũ septuaginta milibus militũ & ducentis triremibus ac mille nauibus ĩ
Libiam traiciunt. In quibus multũ frumenti Machinum currus ceteraq; ad bellũ
necessaria deferebãtur. Quorũ omniũ adeo ingens numerus erat: ut non amplius ĩ
bello particulatim cõgressuri essent verũ ex vniuersa Sicilia grecos simul eiectu-
ri Tantis enim viribus hic exercitus erat: Vt ad capiendos Siculos q̃uis vnanimes
ac fortissimos sufficeret Hasdrubal atq; Bomilcar: qui classi preeãt audiẽtes suos
oppressum iri: subito contra Corinthios atq; Timoleonẽ impetu quodam ac celeri
tate feruntur. Cum Siracusani celeriter hoc per nuntium audirẽt ita animi terro-
re perculsi sunt copiarũ magnitudine. Vt Timoleon vix cum tribus milibus mili-
tum contra tot tantasq; copias cõgredi ac manus conferere ausus est. Nam ex qua
tuor milibus militum sub stipendio merentiũ mille intereundũ timẽtes secesserũt
Timoleonem nõ sane mentis: sed extra hominem insanumq; preter etatem dicen-
tes q quinq; milia peditum habens & mille equites contra septuaginta milia con
currere audeat & a . Siracusis tanto longius exercitũ ducere uelit quanto octo di
erum vita ac spatium distat: vnde nec salutis fugientibus nec sepeliendi morienti-
bus facultas daretur. Quibus ante pugnam sic eorũ animum detegẽtibus magno
pere sibi Timoleon conduxisse putauit Ceteros autem milites postq; persuasionib
exhortationibusq; firmiter ad prelium induxit: ad Crimisum fluuiũ: quo Cartha
ginenses venturos audiuerat: adduxit. Qui cum collem superaret: vnde inimicorũ
castra videndi potestas erat: mulis appium ferentibus obuiauit q infaustum mi-
lites augurium putauere Quoniam Appii coronas sepulchris imponere vsurpatũ
esse. Vnde hoc prouerbiũ natũ est. Mala valitudine sũmo periculo fruentẽ Appio
indigere. Postq; igitur Timoleon vestigia pressit: & falsa opinione ac mala spe libe
tius facere uellet aliter ut tempus postulare videbatur rem ĩterpretatus est. Ostẽ
dit enim arte victoriam ipsis coronã esse perlatam & sua sponte in manibus venire
Nam apud Corinthios in Isthmiis ludis quẽadmodũ nũc in neniis corona appia ut
patris & sancta coronabãtur & tunc in Isthmiis ludis quẽadmodũ nũc in neniis co
rona appia utebantur. Pinea autem non diu factum erat q in vsum uenerat. Cum
igitur Timoleon ut dictũ est mulis obuiaret: & ex appio sumeret Primo ipsum de
inde duces qui circa ipsũ adstabãt ceterosq; coronauit. Augures cum duas aquilas
volantes prospiceret: quarũ altera draconem vnguibus confixũ ferebat: altera uo
lans horrende clamabat: militibus illas ostenderũt . Itaq; omnes ad regressionẽ con
uersi non iam amplius armis: sed uotis precibusq; deos prosecutur. Com autẽ esti
uum tempus esset atq; solsticium in conuersione nebula quam flumẽ exalabat ita
planitiem omnem obtexerat: ut inimicos intueri non liceret: nisi quod quidã soni-
tus indiscretus atq; cõmixtus de uertice collis a Corinthiis audiebatur quanq; co
minus castra iacerent. Postq; Corinthii collem ascenderunt atq; steterunt scutosq;
colligendi sui causa deposuerũt iã sole vapores attrahente aer spissus ac turbidus
factus montium sũmitates obtenebrauit: locis autẽ inferioribus nebula expurga-
tis Crimisus fluuius apparuit. Quare Corinthii hostes illum traicientes intuerẽ
Qui quoniam in prima frõte ad pugnã currus collocarãt q stuporẽ visui afferebat

& post hos infinitos milites albos scutos habentes: cum splendore apparatus tũ ordine ac incedendi tarditate Carthaginenses per cõiecturam esse animaduertunt. post hos cetera multitudine cũ impetu ac tumultuatione cõfluente & flumen traiiciente: cum Timoleon vidisset tot iam in flumine esse: quot cum ipsi manus conserere vellent dixissetq; militibus. Vt phalangẽ dissolutam in flumine prospiceret cuius pars flumẽ euaserat pars vt egrederetur futura erat: iussit Dimareto ut acceptis contra equitibus Carthaginẽses irrueret: & ordines eorũ qui nõ dũ in acie redacti erant corrũperet ac disturbaret Ipse autem ex colle in planiciẽ descendens mixtim nõnullos stipendarios milites cum Siculis in utroq; cornu constituit & in medio a Siracusanis atq; ab electissimis fortissimisq; stipendariis militibus stipatus paululũ gressum continens quid equites agerent obseruauit: postq; illos uidit curribus ante aciem discurrẽtibus manus cũ hoste cõserẽ nõ posse: sed cõtinuo coactos circũuolare: & crebras incursiones facere: sumptis militibꝰ & maiori quadam voce q̃ consueuisset v sus siue q affectu quodã ac ardore ad bellum intentus bacharetur siue quod numẽ quoddã ut tunc visum est in eo loqueretẽ peditibus statim appropinquantibus atq; reclamãtibus absq; mora in aciem duci equitibus signũ dedit cornua extra ordinẽ curruum contra Carthaginenses impetũ facere ipse quoq; collectis propugnatoribus signa canere iubẽs Carthaginẽses aggrediẽ illi primis cõgressibus presenti animo obstiterũt & cum quia corpora Thoracis ferreis: atq; ereis galeis induti erant: tum quia ingentibus scutis tegebantur iacula resilire coguntur. Itaq; postq; gladiis res agi cepta est: & non minus ingenii q̃ corporis viribus bellum agitur: subito ex mõtibus stupenda tonitrua sonuere & ardẽtia fulgura celo delapsa sunt. Deinde vbi nebula que colles & mõtiũ cacumina tegebat: ad locum pugne accessit atq; nimbus grecos a tergo Barbaros ĩ facie ac oculis pulsat spirante simul vento humido delataq; assidua a nubibus flamma. Que multũ quidem & presertim iis qui rerũ imperiti erãt: aduersabantur. Nam nõ parum nocumenti tonitrua ac sonitus armorũ que ab aqua & grandine pulsabãtur attulisse uidentur. Cum imperatorũ iussa nec audire nec exequi milites possent Carthaginẽsibus non expeditis. Sed multis armis vtentibus ut diximus: cenũ maximũ inferebat impedimẽtum Sinus vestimentoꝝ qui multa aqua erant dũ manus cõsererẽt ipsos graues ineptosq; reddebãt idoneos autẽ vt a grecis superarẽtur: & si caderẽt irreleuabiles ex ceno faciebant. Nam fluuius Crinisus cũ iam aquarũ irruptione magnopere excreuisset ac tumuisset propter traiectium multitudinẽ aggerem erupit & planities que ad fluuiũ iacebat ex multis faucibus currẽtibus aquis que non suo tramite ferebantur repleta est. A quibus quidẽ aquis Carthaginẽses iuoluti maxima cum difficultate liberabãtur Tandem cũ inundatio & aquaꝝ fluctus instaret & prima grecorũ acies que ex quadringẽtis hominibus constabat contra Carthaginẽses irrueret in fugam greci Carthaginẽsium multitudinẽ vertũt quorum multi in planicie capti periere. Multi etiã flumem traiicientes a fluctibꝰ tracti mortem obiere. Plurimos collem adeuntes ne ascenderẽt velites currendo prohibuere. Erunt itaq; inter decẽ milia hominũ qui desiderati sũt: tria milia ex Carthaginẽsibus cecidisse. Quibus nec generis splẽdore nec diuitiarũ amplitudine nec glorie claritate alteri superiores in Carthagine erant. Que res adeo magnam vrbi inflixit calamitatem vt nunq; antea vna in pugna ex Carthaginẽsibus tot occubuisse a maioribus memorie traditũ sit. Nam ut plurimũ Labicis Hiberis ac Numidis in bello vsi aliena calamitate uicti superatiq; fuerant. Quantus mortuorũ splendor in uita fuisset quanta gloria greci ex raptis spoliis cognouerũt. Tãta enim auri atq; argenti copia fuit vt ab iis qui spolia extraxerint: de erea atq; ferrea suppellectile ratus atq; tenuis sermo haberetur. Nam & castra & iumenta ĩpedimẽtaq;

ceperant. Ex captiuis autẽ magnam partẽ milites expilauere. In medium vero atq; in publicum quinq; milia inuenti sunt. Ex curribus capti ducẽti. Vnde pro Timoleonis tentorio posita coadunataq; multiplitia spolia pulcherrimũ certe ac magnificentissimũ prebebant spectaculũ inter que mille Thoraces cũ arte tum pulchritudine prestantes & decẽ milia scutorũ suspendebãtur. Que quãuis multa paucorũ tamẽ preda fuere. Itaq; grecis magnam predã assecutis: vix tercio die post pugnã trophеum absoluitur. Timoleon vnacum victorie nomine prestãtiora arma: que hostibus detraxerat in Corinthũ mittit vt patriam eius omnibus hominib; qui in ea sola clariora grecie tẽpla cernerent non grecorũ aut finitimorũ ornata spoliis tristẽ memoriam facietibus sed Barbarorũ caram atq; amabilẽ redderet. Que pulchris inscripta litteris vincentium fortitudinẽ atq; iustitiam declararẽt. Quoniã Corinthii atq; Timoleon imperator grecos in Sicilia a Carthaginẽsium manibus liberarunt diis hec munera suspenderũt. Post hec Timoleon milites stipẽdarios qui Carthaginensiũ spolia ac predam omnẽ ferrẽt ducerentq; in agro inimicorũ dimittit. Ipse vero Siracusas contẽdit: & mille milites: qui ab eo ante pugnam secesserant e Sicilia cedere missos a Siracusis anteq; sol occideret abire coegit. Qui ad italiã sine fide pu. nauigantes Blettis preda fuere. Quas penas pro proditione cõtra Timoleonẽ diis soluere. Cum Icetes atq; Mamerchus Catanie tirannus siue inuidie secunde fortune Timoleonis: siue timore quodam: ne contra tirannos perfidus esset societatem cum Carthaginẽsibus inissent: persuasissentq; ut exercitum atq; ducẽ mitterẽt: nisi vellent omnino e Sicilia pelli: Gisco cum septuagita nauibus nauigauit: & milites grecos conduxit quãqui antea sub Carthaginẽsibus greci nunq; meruissent: Sed tunc Carthaginẽses vehemẽter illos admirati sunt: & fide dignissimos atq; bellicosissimos omniũ hominũ esse putauerunt. Cum autẽ in Messana vrbe cõmuniter aduuicem omnes cõspirarẽt: trecentos milites aduenas a Timoleone auxiliarios missos interfecerũt Qui autem circa Ireas que sub Carthaginẽsium imperio erãt: insidias posuere milites stipẽdarios cũ Euthimo Leucadio merẽtes necauere. Ex quibus maxime Timoleonis secũdam fortunam gloriosam fieri contigit. Nam hi ex illis erant qui cũ Philodimo Phocense & Onomarthe Delphico sacre illius legis & inuentores & participes fuerant. Qui cum omnibus odiu essẽt atq; ut execrabiles obseruarẽtur: circa Peloponessum a Timoleone capti sũt. Sed ceteros milites minime capere potuit Cum autẽ in Siciliam proficiscerẽtur vnacũ Timoleone omniũ certaminum uictores euasere Cum vero plurimorũ ac maximorum certaminum iam finis esset: & ad alias obeundas pugnas auxiliari mitterent & capti & mortui sunt. At non vna omnes sed discretim. Verum antea Timoleonis prospera fortuna eos tutata est: ne aliquo modo per punitionem malorũ bonis etiam detrimentum impenderetur. Itaq; deorũ beniuolẽtia erga Timoleonẽ: non minus inuitandis aduersus q; in agendis prosperis admiratione digna est Populus Siracusanus qui a tirannis iniuria affectus pressusq; fuerat egro animo ferebat. Nam Mamerchus q; milites stipendarios inicerat: elatus i scribendis poematibus iactatione quadã visus est. Qui scutis in honore deorũ suspensis elegia carmina & superbia & cõtumeliosa subscripsit. Vilia nos ferimus dũ scuta micantia multo Detrahimusq; auro: eletroq; ebore atq; elephantu. His actis cũ Timoleon i Calabriam castra moueret Icetes in Siracusano agro discurrere predari depopulari iniuria afficere. Deinde Timoleonẽ paucos habentem milites paruifaciens in ipsam Calabriam exercitũ duxit: Timoleon vbi illum iter preoccupare permisit cũ equitibus peditibusq; Icetem versus proficiscitur: Icetes cum hoc sensisset: audissetq;. Timoleonẽ iã Damiriã flumẽ trãsiturũ: circa aquas repugnatur9 castra firmauit Cui cum transiendi difficultas tum prerupte utriq; atq; precipites ripe animos

faciebāt. Timoleonis duces cū vehemēti quadam pugnandi libidine tenerētur: & contentio quedā inesset: omnesq; postremū traiciendi locū atq; aggrediendi tenerent: pugne immoratio facta est. Nam vnusquisq; primo acierū ordine sese dignū existimabat. Quare impetu quodā traicientes ac cōcurrētes nullū intransitu ordinem habuerunt. Cum Timoleon rem sortibus decernere uellet & cuiusq; ducis ānulum in casside eius iniecisset atq; permiscuisset: primus qui ab urna extrahi cōtigit trophei insignia habebat. Quod postq; audierūt nō expectata altera sorte cū gaudio atq; clamore vt quisq; stabat flumen irrūpit & manus cū hoste cōserit: Illi cum vires grecorū ferre non possent: & dimissis armis fugerēt mille in bello cecidere Paulopost Timoleon motis aduersus Leontinos castris viuum cepit Icetem necnō bellicosissimū eius filium atq; Euntimū uinctos sibi milites detulere: Icetes atq; adolescens vt tiranni ac proditores morte mulctati sunt: Euntimus uero uir clarus in bello atq; audax propter blasphemiā quandā aduersus Corinthios misericordiam minime consecutus est. ferūt enim Corinthiis contra Leontinos militibus in Corinthios cōtionem ad populū habentem dixisse si Corinthie mulieres domos egrederētur nihil molestum fore nihil timendū. Multi eo ingenio & ea natura sunt. Vt iniuria lacessiti molestius verba q; facta ferant Grauius enim cōtumeliam q; detrimentū ferendum esse arbitrantur: & hoc quidem factis repellere: tāquam necessarium bellantibus concessum est. Blasphemie autē plus odii q; vicii habere uidetur Cum igitur Timoleon Siracusas cōtendisset Siracusani vxorē Icetis ac filias in contione ad iuditiū deductas morti damnarūt Verū enimuero hec Timoleonis moribus atq; rebus ab eo gestis dissimilia esse videntur Nā si ille hoc dissuasisset: ac prohibuisset nunq; mortē obiissent. Sed videtur Timoleonem illas neglexisse & voluntati ciuiū qui Dionē a quo eiectus Dionisius expulsusq; fuerat uindicare querebant proiecisse: Icetes enim hic ille erat: qui Aretam Dionis vxorem sororemq; Aristomachā & filium adhuc puerū in mare viuos demerserat: de quibus in Dionis uita perscripsimus Post hec cū aduersus Mamerchū apud cataniā castra posuisset. & in fugam illum vertisset supra duo hominū milia ferro necauit Quorū magna pars erat ex phenicibus quos Cisco auxiliarios miserat Deinde Carthaginenses regionē intra Licum Timoleonem occupaturi timentes cū eo pacem ineunt atq; cōponunt & ex ea migrare Siracusas volentibus suppellectilē ac sobolē restituunt tirānisq; societatem renuūt. Mamerchus eum de re sua male spectaret in Italiam vt Leocanos contra Timoleonē atq; Siracusanos adduceret nauigauit. Postq; qui cum eo erant: cum triremibus remēso pelago in Siciliam sese retulere: Timoleoni Cataniam tradiderunt: Ipse coactus in Messanā vrbem adIpponem tirannum fugam arripuit Quam Timoleone mari terraq; obsidione premēte Ipponē fugientem in naui milites capiunt quem: Mamertini vnacum filiis a litterarum magistris abductis tanq; pulcerrimū spectaculum ad cruciatus in theatrū rapuerunt: atq; interfecerunt Mamercus autē Timoleoni se dedit: ut iudicium atq; cruciatum non accusante Timoleone Siracusis subiret Nam cū Siracusas deductus fuisset: & apud populum venisset: cōpositam iam diu ab eo orationem dicere aggressus est. Cum autem in tumultū incideret & inexorabilem cōtionem aīaduerteret: proiecto pallio per medium theatrū cursu delatus subsellia tanquā moriturus capite pulsat. Verum huiusmodi mortem obire non contigit: sed vlterius vitā agens eandem penam quam predonea dedit ac persoluit Hoc igitur modo Timoleon tirannos & hostes extirpauit atq; deleuit: & vniuersam insulā quam rebus aduersis incultam atq; horridam ab incolis acceperat ita placabilē ita desiderabilem reddidit ut quam prius ciues deseruerant aduene habituri accederent. Nam aggrigētum & gelā magnas in Sicilia vrbes post atticū bellū a Carthaginensibus depopulatas

atq; euacuatas tunc habitari ac frequentari cōtigit· Alteram enim Megelus atq;
Feriscus ex elca venientes & priscos ciues adducentes· Alteram Grogus ex chio
nauigans habitauit. Quibus in urbe domos instaurātibus non solum ex tanto bel-
lo securitatem īmunitatemq; ac tranquillitatē Timoleon prebuit: uerū etiam alia
tanquam eius multa animi ꝓmptitudine multaq; caritate preparauit: aliis quoq;
omnibus dispositis non bellorum propulsio non legum compositio non regionis ha-
bitatio non r. p. dispositio bene se habere visa est quā ipse non attigerit atq; ordi-
nauerit: & tanq̄ omniū architector absoluto opere gratias deo pro dignitate ege-
rit. Cum igitur multi & magni uiri ex grecis: qui rerū gestarū splendore illustres
erāt: apud Timoleonem essent: inter quos Timotheus & Agesilaus & Pelopidas
erant: necnon Epaminūdas in quem magno amore Timoleon afficiebatur res eorū
geste splendore & gloria que virtute & laboribus permixta erant: prestantiorem
Timoleonem reddiderunt: itaq; quid tum in penitētiā adducti sese accusare. Sed
aliis pretermissis que erga fratrem Timoleonē gessit. Nihil est ut inquit Timeus
ꝙ ex iis que sunt apud Sophoclem inclamare oportune non liceat· O dii que uenꝰ
qui cupido huic auxiliabatur· Quemadmodū enim Anthimachi poema & Dionisii
pictura: que Colofoniorum vires ac fortitudinem habet· laborem atq; duritiē ha-
bere videntur: Homeri autem carmina & ea que a Nichomacho scripta sūt: preter
alias virtutes ac gratiam facilitatē & leuitatem sic Epimanunde atq; Agesilai res
militares multo labore multaq; cum difficultate ab eis geste sūt: Timoleonis uero
res bellice diligenter iusteq; inquirentibus atq; animaduertētibus multam conse-
quenda victoria facilitatem habuisse apparebunt. Quibus non fortuna sed virtus
cum bona fortuna vires administrauit Et ille omnia ab eo fauste acta ad fortunam
referens cum ad amicos quos Corinthii habebat literas dedisset & oratione apud
Siracusanos habuisset· gratias deo habere sepius inquit. Quoniam cū saluā Siciliā
esse uellet eum decreto & suffragiis populi imperatorem designauit Cum domi tē-
plum conderet sua sponte voluit ut euenit: rem diuinam fecit domū uero ipsam sa-
cro numini consecrauit· habitauit autem edes quas ei tanq̄ de re militari beneme-
rito Siracusani donauerant. Verū ex Corintho accersita vxore ac filiis plurimū tē-
poris in agro pulcherrimo atq; amenissimo: quem ab eisdem acceperat ociose vitā
duxit non enim Corinthum rediit nec grecorum tumultui sese admiscuit: neq; ci-
uili inuidie se prebuit At plurimi imperatorū ambitione honoꝝ atq; potētie in ex-
plenda libidine tanq̄ ī scopulū naues impellunt atq; frangūt sed ibi rerū gestarum
memoria letus rurauit: atq; permāsit. Ex quibus maximū sibi gaudiū afferebatur
tot vrbes tot hominum milia intueri: quibus ipse viuēdi felicitatem cōparauerat
Postq̄ satis dispositum erat ut videtur: ꝙ non solum Galericis: ut apud Simonidē
conus atq; ebrista inesset: verumetiam vniuerse reip. duo qui populi studium atq;
auram venebātur: Laphistius ac Demenetus Timoleoni calumniam machinātur:
Laphistius enim Timoleonē in quadam causa ad fideiussionē coegit: Timoleon ue-
ro tumultuationem impetūq; cōtra Laphistium ciues agere quo minus legibꝫ ute-
retur non permisit sed dixit de īdustria ac sua sponte tot labores tantaq; pericula
subiisse: vt vnicuiq; Siracusanoꝝ legibus uti liceret Demeneto autem ipsum mul-
tis rebus quas in ductando gubernādoq; exercitu gessit: accusanti nihil cōtra respō-
dit sed inquit diis quibus vota feci vt Siracusanos in libertate cōstitutus aspicerē
gracias ago. Postq̄ igitur maiora pulchrioraq; facinora quam ii qui secū erant ges-
sisset: & solus ac prestātior esset in laudibus: que apud grecos celebrātur: quibusq;
greci ad uirtutem prouocātur: & mala que iam pridē greciam occupauerant sine
sanguine propulsasset: ostendissetq; Barbaris & tirannis terrorem ac fortitudinē
grecis autem atq; amicis iustitiam & māsuetudinem: necnō ciuibus absq; luctu &

lacrimis plurima trophea cōparasset: Siciliam vero que octo annos assiduis malis vexata fuerat: ab omni labe purgasset: iam grandior Aeuo cum ex oculis laborare cepisset: tādem cecus factus est. Paulopost nullā nec sibi nec fortune huius rei culpam attribuebat sed gētile sibi hoc ac paternū & pro etate accedisse aiebat. Ferūt enim multos ex suo genere iam senio cōfectos simili morbo laborasse: Athanes autem refert cum Timoleon aduersus Ipponē atq; Mamerchū militaret oculos albos esse factos: & cecitatem manifestā omnibus fuisse: nō tamen propter hoc obsidione pedem retulisse Sed cum pergeret tirannos cepisse. Postq; vero Siracusas rediit subito monarchiā deposuit: omnibusq; persuasit: pulcherrimam remp. esse futuram. Quod ille sine animi molestia calamitatē illam tulerit: minus fortasse admirādum. Quod autem Siracusani honore & beniuolētia virum iam cecū coluerint: admiratione hoc dignum. Qui rus ac domum eius petētes aduenas hospites Vt benefactorem suum: ac patrie patrē aspicerēt: secū ducebant letātes atq; admirātes: q apud eos diem suum obire elegerit: & claros splendidosq; apparatus: quos sibi in suo reditu greci re bene gesta prepararint neglexerit: multis preterea ac magnis rebus honoris sui gratia decretis nemo ex Siracusano populo defuit: qui non assereret ut quotiens bellū cum exteris gentibus gerēdum acciderit: Corinthio duce vterenē. Illud etiā quod in cōtionibus ī honore eius factū est pulchrum prebuit spectaculū. Nam cum de rebus paruis cōsultandum esset: inter ipsos decernebāt. Cū uero grādia disceptarentur: illum accersiri iubebant. Ille per forū in lectica delatus ad theatrum proficiscebatur: & dum veheretur. Vt sedebat popol9 eum vna voce humanissime appellabat: atq; salutabat: ipse identidē faciens & paululum īmoratus paululumq; laudibus prestitis auribus auditisq; deinde ea que eum cōsulebāt sententiam dicebat. Vbi hec suffragiis agitata iterū per theatrum a ministris eius delatus erat. Ciues autē illū discedētē voce atq; plausu dimittentes iam reliquū quod reip. erat decernebāt. In tali senectute tanq; pater: patrie honore ac beniuolētia nutritus parua occasione tempori adhibita diem suum obiit. Itaq; Siracusani diē funeris protrahunt: ut ipsis que ad funus pertinebāt preparandi facultas peregrinis autem atq; finitimis proficiscendi oportunitas accōmodaretur Preparatis omnibusque honestandi funeris gratia erant delecti iuuenes feretrum subiere & per regiam Dionisii tunc solo adequatam iter habuere: multis milibus hominum atq; mulierum coronas albasq; vestes habentiū precedētibus. Quorum spectaculum festis diebus similitudinem cōparasse videbatur. Voces autē lacrimis cōmixte illum beatum dicentes non honoris aut administrationis alicuius retributionem. Sed desiderium atq; gratiam vere beniuolētie ostendere videbantur. Tandem postq; collapsi cineres & flamma qeuit Demetrius qui ea tēpestate vocis magnitudine omnes anteibat: huiusmodi preconium diuulgauit. Populus Siracusanus Timoleonē Timodimi filium ducentis minis in funere honestauit: necnō per omne euum musica equestria ac Gimnastica certamina sui honoris gratia instituit. Quoniā profligatis eiectisq; Sicilie tirannis: debellatisq; Barbaris: necnō repletis magnis desertisq; vrbibus leges Siculis edidit. Deinde sepulchrū in foro structum porticu circumdant: palestras edificant: Gimnasium adolescentibus faciunt: Timoleoniumq; appellant Ipsi deinde vtentes & rep. & legibus quas Timoleon sanxierat: diu optimam atq; felicem rempublicam habuere.

Incipit Vita Pauli Emilii clarissimi viri F greco sermone ĩ latinum per Leonardũ Aretinum translata.

MILIORVM EA MILIAM in vrbe roma patriciã fa-
ne ac vetustam fuisse plurimi tradũt: quod uero prim⁹ qui
nomẽ ei familie reliq̃t M. Emilius propter sermonis lepidi
tatem quam Emiliam greci vocant appellatus Pithagore
philosophi puer fuerit nonnulli ex iis tradũt: qui doctrinã
Nume Pompilii regis in Pithagoram auctorem referunt.
Ex hac igitur familia multi prestantes viri & claritatem
assecuti. Virtutẽ feliciter adamarũt. Sed. L. Pauli aduer
sa apud cannas fortuna prudẽtiam ac fortitudinẽ eius ostendit: nam postq; collegã
suum a cõsilio dimicandi remouere suadẽdo non potuit: inuitus licet pugne quidẽ
particeps fuit: fuge vero nequaq; particeps: sed auctore periculi ac pugne fugam
arripiente ipse manẽs aduersus hostes pugnãdo interiit. Hic filios habuit Emiliã
que Scipioni magno nupta fuit: & Paulũ de quo hec scribimus: qui in etate floren
ti gloria & virtute clarorũ virorũ effulsit: non ea secutus que tunc cetera iuuentus
sequebatur: nec per eandem viam ingressus. Non enim se in causis orandis: nec in
salutando ac prensando homines quibus artibus pleriq; fauorem sibi popularẽ cap-
tabant: cum tamẽ ad utrunq; foret non ineptus exercuit: sed ut prestantiorẽ utriq;
fortitudinis & ĩtegritatis gloriam sibi querere studuit primũ e magistratib⁹ edi
litatem petens duodecim cõpetitoribus quos omnes posteris temporibus consules
fuisse tradunt suffragiis populi Romani prelatus est. Augur deinde factus: sic pa
triis moribus intendit sic veterũ circa diuina obseruãtiam disciplinamq; cognouit
Vt nominis & honoris dumtaxat gratia cõcupitum prius auguratum inter supre
mos magistratus habẽdum ostendit philosophis astipulatus qui religionẽ scientiã
cultus diuini esse diffiniũt. Cũcta enim faciebat cum peritia & studio: eiq; vni rei
ceteris omissis cum ad hoc erat animũ intendebat: nihil pretermittẽs uel addens:
sed & aduersus collegas: semper etiã pro minimis insistens & docens quod & si ma
xime quis rem diuinam facilem existimet: & sine querela negligẽtie: tamen nequa
q; esse ferendam ciuitatem que illam negligi paciatur. Neminem ab initio magno
excessu remp. turbare sed magnarũ rerũ custodiã tollerare: qui in paruis ac mini
mis diligentiam abiiciunt. Eo modo discipline militaris ac morũ custodẽ & obser-
uatorem se prestitit: non gratiã militũ captans in exercitu: nec ut pleriq; illius eta
tis homines secũdos magistratus per gratiam priorũ sibi comparãs: sed veluti sa-
cerdos aliorũ sacrorum circa mores dux. & exemplar cuiq; existens sic administra
bat. Vt secundarũ parti existimaret hostes vincere. Primarũ vero dirigere: durã
te aduersum Anthiocum bello & peritissimis rei militaris hominibus ad illud co
uersis alterum ab Hesperia exortum est bellũ magnis in Hiberia motibus suscita-
tum. Ad hoc bellum Emilius missus non cũ sex vt ceteri pretores sed cum duode
cim securibus: ita vt dignitas cõsularis ĩperio eius inesset bis signis collatis hostes
superauit: ĩterfecitq; circiter. xxx. hominũ milia manifesteq; apparuit victoriam
ex industria eius partam fuisse habilitate locorum & transitu amnis facilitatẽ vin-
cendi militibus prestans. Vrbes vero ccl. in deditionem recepit pacatamq; proui-
ciã relinquens: ne unaquidẽ dragma ditior q; profectus fuerat: reuersus est. Erat
& in ceteris haud quaq; pecuniarũ studiosus: sed sũptuosus ac liberalis: nec mul-
ta habebat: sed cum dos mulieri reddenda fuit vix patrimoniũ eius suffecit Vxor
fuit illi Papiria Nasonis viri cõsularis filia q; post longũ coniugii tẽpus repudiauit

licet pulcerrimã sobolem ex ea suscepisset Hec enim gloriosissimum Scipionem &
maximũ peperat que autem causa Diuortu fuerit: non extat sed videtur aliqua ef
ficax ratio affuisse: illud autẽ constat cum amici familiaresq; Diuortiũ grauiter ĩ
probantes. Emilio dicerent nõne hec modesta: nonne formosa: nonne fecũda? por
rexit ille pedem & calceum ostendens: nonne pulcer hic calceus? nonne nouus sed
nec quisq; vestrum nouit: qua ex parte in eum cõtorquet pedẽ. Sic enim se res ha
bet. Magna quidem plerũq; & manifesta errata mulierum causam Diuortii pre
stiterunt. Non nunq; etiam ex quadam diuersitate morũ frequẽtes & parue offen
siones latẽter exorte uiros abalienarũt: post Diuortium Papirie aliam vxorem ac
cepit: ex qua cum duos filios suscepisset eos quidem domi habuit: alios uero duos
priores maximis & clarissimis domibus per adoptionẽ inseruit quorum maior a Fa
bio maximo quinquies cõsule minor a Scipione Africano adoptatus est Ex filiabꝰ
vero alteram. M. Catonis filius. Alteram Elius Tubero vxorẽ accepit. Erat au
tem Tubero uir optimus magneq; in rep. auctoritatis: sed ita tenui patrimonio ut
sex & decem viri ex Tuberonũ familia omnes simul in unis edibus & quidẽ modi
cis cum cõiugibus & liberis habitarent. In has edes Pauli Emilii bis cõsularis &
triumphalis filia deducta est: in eisq; habitauit: nec puduit eam paupertatis uiri:
sed virtutẽ admirata est per quã pauper erat. At uero etatis nostre fratres cogna
tiq; nisi clausuris & fluuiis & muris cõmunia diuidant nisi magnis spatiis interia
centibus seperent: litigare adinuicẽ non cessant: hec secum cogitandi cõsiderãdiq;
facultatem historia prebet. Consul autem factus Emilius bellum gessit aduersus
Ligures homines bellicosos & ob uicinitatem romanorũ bellandi peritos. Incolunt
enim extremam Italie oram: que ad alpes pertinet ipsacomq; alpiũ quantũ tirre
no obluitur pelago & contra Libiam cõsurgit permixti Gallis & Hiberis Mariti
mis tunc autem predatoriis nauigiis mare usq; ad Herculeas columnas infestabãt.
Contra eos igitur Emilius consul cum viii. milibus militum missus: hac paucitate
copiarum aduersus triginta milia hostium cõflixit eisq; in fugã uersis: & intra me
nia compulsis spem bonã humanitate prestitit: neq; enim uolebant Romani Ligu
rum gentem omnino delere sed veluti sepem ac presidiũ aduersos Gallicos tumul
tus qui Italie cõtinue ĩminebant relinquere: Emilii igitur fiducia adducti Ligu
res naues & oppida illi dediderunt Ipse uero diruptis menibus nec genere ullo in
iurie alitet illato vrbes quidẽ restituit: naues uero omnes ademit: nec illius mul
titudinis nauigium supra triscalmũ eis reliquit Homines autem tam mari quã ter
ra a Liguribus antea captos. Ciues peregrinosq; liberauit. Hec in primo consulatu
digna memoratu ab eo gesta. Sequenti uero tempore. Cũ septus cõsulatũ petisset
nec suffragia ciuiũ votis eius responderent: quasi spretus ac repulsus quietẽ sibi a
gendã putauit solum augurus erudiendis filiis intẽto. Docuit autẽ ipsos & roma
nam disciplinã qua ipse doctus erat: & grecas insuper artes nõ enim solum grãma
tice sophiste & rhetores verum etiã fictores pictoresq; & equorũ canũ venationũ
q; magistri circa adolescentes versabãtur. Ipse uero pater nisi quid publici mune
ris impenderet: eorum exercitationibus studiisq; intereat: miro amore erga natos
affectus Ea tẽpestate bellum aduersus Persem Macedonie regẽ populus romanꝰ
gerebat. Duces vero ad id bellũ missos premebat infamia quod eorũ ignauia im
peritiaq; turpiter ac ridicule res gererent sustinerẽtq; potius quam inferẽt bellũ.
Nuper enim Romani anthiocum vltra thaurũ depulsum Siriamq; inclusum quin
decim milibus talẽtis pacem redimere coegerant: ac pauloante in Thessalia Phi
lippum profligarint & greciam a dominatu Macedonũ liberauerant. Vicerãt eti
am Hanibalem cũ quo nullum utiq; regem cõferendũ bello existimabãt Nõ ergo
ferendum videbatur: vt contra Persem ex equo pugnarẽt tam diu cum reliquis

profligati patris resistentem. Ignorabant enim Macedonicam rem post Philippi profligationem multo quam ante fuerat: validiorem effectã fuisse de qua superius repetens pauca narrabo Antbigonus qui inter allexandri successores potẽtior fuit quiq; etiam genere sibi regiũ nomen vendicabat: filiũ babuit Demetrium. Hic antigonum: qui Gonatus cognominat9 est ille alterũ Demetrium genuit qui & ipse breui tempore regnauit & filiũ reliquit Philippũ puerũ. Veriti igitur principes Macedonum ne defectu regis rubarẽtur res: Antigonem nepotẽ eius: qui obierat induxerũt: traditaq; ei vxore Pphilippi matre: primo tutorẽ & ducẽ post ipsi9 benignitatẽ experti etiam regem appellarunt. Fuit autem eidẽ cognomen Doso quod multa promitteret: pauca impleret. Post bunc regnãs Philippus ab ipsa adolescentia egregie floruit: fuitq; de illo expectatio quasi in antiquũ culmen restiroturus Macedoniam foret: & romanorũ potentiam que super alias creuerat depressurus. Sed bic ingenti pugna apud Scotissam A. Q. Flaminio superatus tũc sese contraxit tomanorũq; potestati omnia permittens mediocri mulcta cõtentus remansit. Postea uero penitẽtia ductus ac existimãs romanoꝝ nutu regnate: captiui deliriosi esse: potius quam uiri alte sentientis & animũ babentis: mentem ad bellum conuertit clamq; & astute rem preparauit. Vrbes enim omnes que in itineribus littoribusq; erant debilitari ac exinaniri patiens ut sic omnino suspitionem auferret cõtemnereẽq; magnas superioribus Macedonie partibus copias parauit mediterrania oppida castellaq; & vrbes armis opibus bominibusq; muniuit: exercuitq; obscure atq; latenter. Armorũ enim fecerat xxx milia octingẽta modia tritici ĩtra muros asseruabat: pecuniarũ tãtũ coegerat: quantũ decẽ ãnis sufficere. x. conductorũ militũ stipendio posset. Sed ipse anteq; ea que agitabat animo: ad effectum produceret dolore & penitentia Demetrium filium ob calumniã fratris iniuste necauisset: vitã amisit. At perseus qui ei successit statim vnacũ regno inimicum aduersus romanos animũ patefecit: nequaq; idoneus ad rantã molem belli sustinendã ob secordiã & morũ improbitatẽ multaq; alia vitia inter que auaritia plurimũ dominabatẽ. Et creditur quidẽ non legitimus fili9 sed subdititius fuisse: Et ex boc machinatus Demetrii mortẽ ne domus legittimo successore rognito alienũ reiiceret Sed quãq; ingenrrosus ipse & bumilis tamẽ ob robustas regni opes longo tempore aduersus romanos restitit: ducesq; eorũ rõsulares & exercitus & classes cõtriuit. Nã. P. Licinio q primus Macedoniã ĩgressus est equestri certamine superato duo milia & quingẽtos ex romanis occidit sexcẽtos autẽ viuos cepit Apud Oreũ vero ex insperato stationẽ romanoꝝ aggressus. xx magnas naues onustas & alias multas vi cepit bostiliũ vero alias reiectũ ꝑ Thesaliã irrũpere conantẽ ad pugnã ꝓuocando conterruit ac in eo ipso bello quasi parũ sibi negotii & facile cõtemnendũ a romanis esset. Cõtra Dardonos: cum exercitu profectus decem milia bominum occidit. predaq; ingenti ditatum exercitũ reduxit. Concitauit & Galatas circa Histrum incolentes Basterne bi nominantur gentem pugnacem & equitatu maxime valentem. Illirios etiam sibi coniungere Per genthium regem temptauit Fuitq; rumor Barbaros mercede adductos per inferiores Galatie partes iuxta adriaticum sinum Italiam irrupturos. Hec rome nuntiata effecerunt Vt bomines reiecta petentium gratia. Virum idoneum tantis rebus gerendis: buic bello preficerent. Hic erat Paulus Emilius etate quidẽ senior: quippe sexagesimũ iam babebat ãnum Sed Robusto corpore. & filiorum adolescentulum amicorumq; & necessariorum multitudine circumseptus: qui omnes voluntati. P. R. ad cõsulatum ipsum inuitantis parere Emilium suadebant. Ipse vero a principio contatus suasiones reiiciebat eorum studium & cupiditatem arguens: quasi sibi nõ expediret cõsulatũ gerere Sed tandẽ cõcursũ populi q singulis dieb9 ad eius ianuã cõueniebat

& ad descendendũ in forum prouocabat vociferabaturq; cõfirmatus ad petendũ de
scendit nec in eius petitione tam affectace consulatũ quã ciuibus suis victoriã re p
mittere visus est Designatus fuit cõsul cum sũma spe ac volũtate populi Romani
nec expectatum vt sortitio fieret sed statim Macedonia prouĩtia sibi cõmissa bellũ
q; demandatum fuit. Ferunt cum ipse post hec domũ magna ciuium frequẽtia re
ductus tertiam filiam adhuc paruulã lacrimare conspexisset eamq; cõplexus cau
sam luctus peteret: respondisse illam quia Perseus mortuus esset erat autem Ca
tulus puelle sic nominatus Tunc Emilius: Accipio inquit omen filia: Dii bene ver
tant. Hec Cicero orator in libris de diuinatione scribit. Cum vero mos esset. V t
qui designati consules erãt: gratias populo agerẽt: benigneq; alloquerentur. Emi
lius aduocata cõtione inquit: se primum quidẽ runsulatũ gratia sui ipsius: secũdũ
vero gratia populi Romani: qui id flagitabat petisse. Itaq; se nullas eis habere gra
tias: quinimo si censerẽt id bellũ melius per alium geri posse leto animo se cõcessu
rum: quod si in ipso fiduciã haberent: ne turbarẽt: nec verba facerẽt: sed cũ silentio
que oportuna forent subministrarẽt. Nam si imperatori imperare uellẽt: magis q̃
ante ridiculos in suis expeditionibus futuros: Per hec veba plurimũ auctoritatis
sibi apud. P. R. comparauit: magnamq; expeditionẽ prebuit futuri euentus: letã
tibus runctis: quod gratiosos adulatores transgressi virum elegissent qui fiduciã
sui prudentiamq; haberet ita in uincendo & aliis dominãdo. p. R. ipse virtutis &
honestatis seruus erat: Emilius Paulus ut ad bellum profectus est: quod facilita
te nauigationis vsus tute ac celeriter ad exercitũ peruenerit: felicitati eius imputo
sed que in bello gessit: partim audatie & promptitudini eius partim rectis consili
is partim amicorum obsequiis ascribo: nec video cur felicitati tribuendum sit Vbi
boni consilii & constantis animi rationem uidemus: nisi fortasse quis dicat persei
auaritiam: Emilio bonam in rebus agendis fuisse fortunam: qui rem Macedonicã
magnifice roboratam per auaritiam eneruauit: ac subuertit. Acredebant ad eũ ex
Basternis decem milia equitum totidemq; auxiliares. Viri stipendia facere cõsue
ti: quibus nec agrum colendi: nec nauigandi nec pascendi pecoris scientia erat: sed
vnum opus artemq; vnam dumtaxat norant pugnare scilicet ac vincere: qui postq̃
cum exercitu regis circa medicam coniuncti fuerunt: proceris corporibus & mira
bili uirtute ferociaq; ad pugnam tanta spe Macedones impleruntt: ut existimarẽt
Romanos nullo modo expectaturos pugnam. Sed uel ad ipsum aspectum & motũ
terribilem & insuetum conterritos esse fugituros hanc igitur societatem auxiliũ
q; tanta spe plenum Perseus ob pusillanimitatem auaritiaq; abiecit. Nam cum pro
singulis ducibus mille supra id quod actum fuerat ab eo quererentur stulto cõsilio
soluere recusauit quasi non aduersus Romanos bellũ gereret sed pro Romanis pe
cunie parceret. ueluti illis rum quibus bellum gerebat: rationem redditurus: de
his que in bello ipso assumpsisset. Atq; hoc fecit nõ Lidus quidã nec Phenix. Sed
qui Alexandri ac Philippi virtutes per cõsanguinitatẽ sibi uendicabat: qui res pe
cuniis: nõ rebus pecunias enim existimãtes omnia possiderũt. Dictũ est enim apud
antiquos non Philippum sed philippi aurum gretiam subuertisse & alexander cõ
tra Indos profectus cum videret exercitum grauem onustumq; persica Gaza: pri
mum ipse regios currus cremauit. Deinde alios monuit ut idem facerent: leuesq;
& sine impedimẽtis ad hostes euaderent At Perseus pluris existimans aurũ q̃ se
ipsum ac filios & regnum noluit pro salute sua paucas abiecere pecunias. Vt eum
multis diuitiis asportatus captiuus locuples Romanis ostenderet: quanta fretus
parsimonia aurum eis custodisset nec solum Galatas auertit: sed etiam in Genthi
um Illiricum: que sub spe trecẽtorum talentorũ in societatem belli asciuerat cuius
legatis rum pecuniam numerasset: & assignandam permisisset: ac ipse Genthius

his confisus in societatem belli venisset: facinus indignum ac impium molitus est
Perseus. Captis enim Romanorum legatis & in uincula coniectis quoniam spera
bat ea de causa ad confectionẽ belli non amplius peregrinis opus fore in tantas cõ
pactum inimicitias Genthium dimisit: & contra fidẽ pecunias abnegauit: & pau
lopost ipsum cum liberis & cõiuge regno pulsam a. L. Annio pretore contra eum
misso despexit. Aduersus hunc igitur talẽ hostem profectus Emilius: ipsum qui
dem contempsit potẽtiam tamẽ eius copiasq; admiratus est. Habebat enim quatu
or milia equitum: peditũ vero in phalangẽ redactoꝝ circiter. xxx. milia cũ his co
piis iuxta litus sub ipso Olimpo monte cõsederat locis & natura inuiis & ab ipso
dedita opera vndiq; septis aggeribusq; munitis ratus productione temporis & in
opia rerum se consulem fatigaturom At Emilius ea quidẽ industria erat: Vt ni
hil intemptatũ relinqueret. Et milites quidem: nam hostem non metuebat: & se
consiliis admiscentes rem perturbabant increpuit. Eisq; edixit: ne se superuacuis
onerarent curis: sed corpora sua dumtaxat armaq; curarent. Vt sic presto forẽt cũ
tempus foret uterẽturq; gladio Romano more cũ dux iuberet. Nocturnas autem
vigilias sine armis fieri iussit ut magis attente vigilarent & metu hostium sublata
resistendi fiducia aduersus somnũ pugnarent Cum vero exercitus aquarũ penuria
laboraret: nam paucis in locis & ea ipsa mala in ipso littore surgebat: prospiciens
Emilius magnũ multisq; arboribus cõtectum montem olimpũ supereminẽtem at
q; coniectans ex uiriditate siluarũ Latices aquarũ subesse: lacus & exitus pluribꝰ
locis sub ipso monte cõfodit: qui statim affluenti aqua repleti fuerũt. At qui ne
gant quidam aquarũ fontes his locis subesse. ex quibus fluunt nec patefactionem
eruptionemq; esse earũ sed generationẽ atq; concursum illic fieri liquescẽtis ma
terie liquefieri autem densitatẽ ac frigiditatem humidam distillationẽ cum ex ab
ditis fluit. Veluti mulierum vbera non quemadmodũ vasa sunt lactis fluere para
ti: sed conuerso in illa nutrimento lac faciunt: & emittunt sic frigida & cauernosa
terre loca aquam non continẽt latentem neq; sinus habent fluxus & vndas ex pre
parato ac subiecto manentes principio: sed spiritum & aerem premẽdo condensan
doq; in aquam conuertũt. Verum enim dum loca fodiuntur magis emergit: ac pro
fluit propter contractionem: qñadmodũ vbera manu agitata magis resoluũtur.
Qui hec dicunt materiam tradiderũt ambigendi: vtrum sanguis animalibus insit:
an ad ipsa vulnera spiritus cuiusdam aut carnis mutatione generetur ac profluat?
Argumentantur autem ob flumina dum fodiũtur metalla sub teream reperta: nõ
paulatim collecta ut deceret si generationem subitaneã haberet. Sed pleno gurgi
te fluentia & non nunq; ex petra per ium fracta fluxus aquarum exiliuit ac subin
de desiit. sed hoc satis Emilius quosdam dies quietem egit & tradunt in magnis
exercitibꝰ ita ꝑopinqs nunq; tantã fuisse quietẽ. Cũ vero omnibus agitatis perqui
tisq; vnam dumtaxat viam qua ad hostes iri posset: per Pithiũ & petrã sine custo
dia relictam cõperisset: plus spei quod non custodiebatur: quã desperationis ob a
speritatẽ locorũ assumens retulit ad consiliũ quid super hoc agendũ esset. Primus
omnium qui aderant: Scipio Nasica qui postea princeps senatus fuit. negotium su
scepit ut per ea loca ad hostium castra euaderet. Secundo loco Fabius maior inter
Emilii filios: & erat admodum adolescens presto se obtulit. eos collaudatos Emili
us dimittit militesq; illis dat non quot Polibius scribit. Sed quot ipse Nasica acce
pisse: dicit in quadã epistola quam de his ad quendã regẽ perscribit inquiẽs. Erãt
extra ordinẽ socioꝝ & latini nominis tria milia sinistrũ vero cornu circiter quiq; mi
lia Preterea. ccxx. equites & Cretenses Traceesq; permixti ducẽti his copiis Na
sica acceptis versus mare iter tenuit atq; ad Heraclium castra posuit quasi nauibꝰ
circumferri ad hostem deberet. Sed cum cenauisset milites & iam tenebre forẽt

exorte. Patefacto primoribus consilio per contrariam partem longe a mari eos du
cit: ac totam noctem profectus sub ipsum Pithium cõsedit. Hic Olimpi mõtis al
titudo supra decem stadia attollitur: idq; signatur epigrammate in hũc modũ: oli-
pi vertex ex qua parte est Appolinis Pithii templũ altitudinẽ habet ad subiectũ
ex Amusim mensuratã decem integra & vnum Pletro minus qudrupedali: Xena
goras Eumili Celeuti filius mẽsuram posuit. Tu vale Apollo & da nobis bona. at
qui dicunt Geometre: neq; altitudinẽ montis: neq; profunditatẽ maris vltra decẽ
stadia protendi Xenagoras tamẽ non temere sed certa ratione & organis videtur
mensuram posuisse. Nasica igitur in hoc loco pernoctauit: Perseo nihil tale suspicã
te: vtpote qui Emiliũ quiescentẽ suo loco cernebat: Cretensis quidã transfuga cir
cumuẽtionẽ Romanoꝝ patefecit: ad cuius nunciũ turbatus Perseus castra quidẽ nõ
mouit. Sed decẽ milia conductorũ militum alienigenarũ & duo milia Macedonũ
Milone duce ad ea loca transmisit: qui peruenire & siluas occupare prepararẽt i hos
dormientes adhuc impetum ab Romanis factum Polibius tradit sed Nasica acrẽ
pugnam in montibus cõmissam: magnũq; periculum fuisse scribit: & ab sese quen-
dam Tracem in manus profectum mucrone transfixum cecidisse. Superatis itaq;
hostibus & Milonẽ abiectis armis turpiter fugientẽ persecutus Nasica simul mi-
lites ad quem volebat locũ perduxit. Magna ex hoc trepidatione apud hostes ex
orta. Rex confestim retrorsum castra mouit nõ satis bona spe: sed haud ibi ante Pi
dnam subsistere: & fortunam experiri pugne necessariũ erat: aut diuiso per urbes
exercitu bellum suscipere. Amici regem ad pugnã cohortabãtur: abundare illum
multitudine hominũ eosq; ꝓ cõiugibꝰ & liberis fortiter pugnaturos rege ipso pre
sente & se periculis obiectante His rationibus cõfirmatus se ad prelium cõpara-
uit & loca delegit oportuna ac duces prefecit quasi cõfestim pugnaturꝰ locus pla
niciem habebat phalangi aptã & tumulos frequentes Vt ex alio in aliũ leuis arma
ture miles progredi & sese recipere valeret Eson per mediũ fluebat amnis & Leu
cus qui licet non nimiũ profundi: estatis enim tunc erat extremũ. Videbanẽ tamẽ
quoddam impedimẽtum Romanis allaturi. Sed postq; Emilius cũ Nasica se con-
iunxit & versus hostem ire perrexit: cõspecta multitudine & structura ad pugnã
parumper subsistit: secum ipse cogitans: at iuuenes qui aderant pugne auidi ad ip
sum properãtes ne tempus tereret rogabant Maxime uero omniũ Nasica ob recẽ
tem victoriam elatus: Emilium prrurgebat. Sed Emilius ridens: si tua inquit iu
uenta mihi foret: at multe quidẽ victorie eorum qui victi sunt errata docentes ꝓ
hibent me ex uia contra phalangẽ instructam paratãq; dimicare. His simul dictis
eos qui prima in fronte erant in cohortes ordinati. Vt sic spem pugne aduersarii is
non auferret. Postremos castra munire: & vallum iacere iubet: atq; inde sine ali-
quo tumultu intra vallũ omnes reduxit. Ea nocte cũ iam cenassent: & quieti som-
noq; indulgerent milites luna obscurari cepit: ac deficiente lumine multisq; colo-
ribus mutata tandem nusq; apparuit. Romanis vt consuetudo est: tinnitu eris lu
men eius reuocantibus & ignes multis facibus ad celum tollentibus: nihil simile
a Macedonibus factum sed metus & horror castra eorum habebat: ac sermo clã p
multos ierat: defectũ regis per id ostentũ significari: Emilius autẽ licet nõ igna-
rus variorum defectuum & quomodo luna in umbram terre delata certis spatiis
absconderetur donec itetum relucesceret tamẽ ut religiosus sacrorum cultor. Vt
primum lunam dductã prospexit vndecim thauros ei mactauit. Inde prima luce
Herculi sacra faciens non litauit vsq; ad uiginti hostias in vigesima prima appara
erunt signa victoriam vlciscentibus promittentia. Sacro igitur centum boum &
ludis deo uotis aciem per primores strui iussit: ipse declinationẽ solis expectãs ne
aduersus milites impediret tẽpus trahebat: sedẽs in tabernaculo ex ea parte qua

ad hostes respect9 erat aperto. Circiter horã uero nonã alii dedita ab Emilio ope
ra ut ab hostib9 initiũ pugne foret equũ effrenẽ immissum & ex huius persecutõne
pricipiũ ꝓlii exortũ: alii dũ pabulatu redirẽt ĩpetũ ĩ iumẽta factũ a tracib9 dicũt
his septingentos primũ Ligures auxiliũ ĩpigre tulisse aliis deĩde aliis succurrẽti-
bus quousq; pugnari iusto prelio ceptũ sit Emilius igitur ueluti gubernator pre-
senti tẽpestate ac motu castrorũ magnitudinẽ futuri certaminis iã inde ꝓspiciẽs
ex tabernaculo processit: ac legiones adiẽs pro tempore cohortatus est. At Nasica
per ea loca in quibus pugnabat obequitans: cernit hostiũ quãtũ nũq; antea pugnã
capessere. Primi erãt Traces quorũ aspectum inquit se, permaxime horruisse: ho
mines proceris corporibus albis ac lucentibus scutis armatura ocrearum nigras ĩ
duti tunicas graues enses & rectos ab dextris humeris quatientes. Iuxta Traces
conducti milites subibant: quorũ varia erant & permixta tela. Tertiũ erat agmẽ
macedonum delectorũ hi fulgebant auratis armis: & nouis ac rutilantibus sagis:
quibus cõstitutis ĩ ordinẽ splẽdore quidẽ campũ clamore aũt adhortãtiũ etiã col
les cõpleuerãt: tãta enim audatia & ĩpetũ ãnitentiũ ut prima cadauera nõ ampli9
duobus stadiis lõge a Romanorũ castris accũberent: facto primo impetu conspexit
Emilius macedones qui in agmine erant Sarrissas in clipeos Romanorũ adigẽtes
nec ita comin9 pugnãtes ut gladiis attigi possent nõ nũq; vero reiectis peltis uno
omnes signo Sarrissis ĩcumbere ac Romanas acies ꝓpellere. Hoc igit̃ robur pha-
langis & ĩpetum cernẽs obstupuit formidãtq; & postea quidẽ cõmemorare crebro
solebat se nunq; spectaculũ terribili9 cõspexisse Sed tunc Hilarẽ se ac letũ pugnã-
tibus ostendẽs absq; Casside & Torace obequitabat Perseum vero scribit Polibi
us dum iniretur preliũ pre metu in urbẽ se retulisse velato recessu quasi Herculi sa
cra facturus qui ignauia sacra ab ignauis nõ recepit neq; contra fas uota exaudit.
Fas & enĩ nõ est: neq; eũ qui non iaculatur signo potiri neq; eum qui non permanet
vincere nec eum qui nihil agit bene agere: neq; malũ felicẽ esse. Sed Emilii votis
aderat deus. Orabat enim uictoriã belli arma uibrans & pugnans. Scribit tamen
quidam Possidonius qui se illis tẽporibus ac rebus interfuisse affirmat & historiã
huius belli pluribus libris explicuit. Perseũ non timore nec per occasionem sacri-
ficii acie excessisse: sed quod ei pridie equino calce percussum crus fuerat: & in ꝓ-
lio quanq; non bene haberet: & ab amicis prohiberetur inermem sese falangi per-
miscuisse. Vbi cum varia vtrinq; volitarent tela: ferreum pilum incidisse in ipsũ
ex transuerso in latus dextrum: citra vulnus preterisse carnem: tamen ita perstri
xisse: vt multo tempore nota remaneret. Hec Possidonius de Perseo tradidit Ro
mani cum aduersus phalangem aeriter resisterẽt: nec propellere eam possent Saus
Pelignorum prefectus raptum signum in hostes proiecit Pelignis vero neq; enim
fas est Italis signum deserere: ad eum locum impetum facientibus graue erat cer-
tamen magnumq; vtrinq; discrimen: nã hi perfringere sarissas ensib9 & scutis re-
pellere conabant & ipsis quidẽ manibus apprehẽdebãt: illi ĩpetu Sarrissarũ annixi
& Romanos eũ ipsis armis trãsuerberantes nec tegmẽ clipei nec Thorax resistere
poterat in corpora Pelignorum supra caput proiciebãt nulla ratione sed ferarũ ri
tu se in vulnera morteq; certissimã precipitãtiũ. Sic iam q primo loco pugnabãt
confectis mota est loco secunda acies nec tamẽ fuga erat sed relatio pedũ uersus
collem: qui locrus appellatur adeo ut Emilius hec cernẽs uestẽ pre dolore abscide
rit. Vt Possidonius scribit. Sed cum loca iniqua essent & ob id phalanx vtpote in
longum protensa continentiã nõ haberet. Sed quibusdã in locis rupta atq; inflexa
foret ut conuenit imago exercitu ac variis pugnantium insultibus: Emilius rea
nimaduersa cohortes celeriter diuisit easq; non aduersus totam phalangẽ vna pu
gna sed spatia que inter hostium aciẽ vacua erant occupare & pluribus simul locis

manus conserere iubet. Hoc primores ab Emilio ac milites a primoribus docti: ut
primum subeuntes interceperũt loca aliorũ ex obliquo nuda fodiẽtes latera alios
circũuenientes robur & commune phalangis opus statim deperit in congressibus
autem in quibus vir aduersus virũ aut pauci aduersus paucos certabãt: Macedo-
nes paruis gladiolis pedestria ac solida Romanorũ in cassum ferientes scuta ac le-
nibus ipsi Peltis aduersus graues ictus gladiorũ põdere & ui ad corpus usq; per
omnia arma descendẽtium resistere nequeuntes vertebantur. Hic dum acriter pu-
gnaretur. M. filius Catonis Emilii gener cũ multa fortitudinis ac audatie facino
ra pugnando edidisset: tandẽ gladiũ amisit. At ipse vtpote adolescens alti cordis
multisq; disciplinis nutritus & magno patri magne virtutis opera reddere obno-
xius nequaq; sibi viuendũ existimabat: si eius spolio potirẽtur hostes. Itaq; per pre
lium discurrens vbi quẽ amicum aut familiarẽ cõspiceret: eum sibi cõuocabat per
hunc modũ collecta iuuenum manu ĩpetum facit multisq; vulneribꝰ & cedibus ho-
stem repellũt: nudatoq; loco gladiũ querũt: quẽ postq; tandẽ in magno armorũ ac
cadauerum aceruo ĩuenerũt exultantes letitia rursus maiori impetu in hostes fe-
runtur ac tandem delectorũ acies tria milia hi fuerũt. Dum acriter resistũt: & or
dinem seruant ad unum interficiũtur omnes aliorũ vero fugiẽtiũ magna fuit stra
ges. Vt campus quidem vndiq; cadaueribus Leucus autem fluuius sanguine com-
pleretur. Tradunt in ea pugna supra xxv. milia hominũ cesa fuisse Macedonũ Ro
manorũ vero vt Possidonius scribit centum. Vt autem Nasica octuaginta cecide-
runt. Celeriter autem hec pugna magna transacta est. Hora enĩ nona pugnari cep
tum decima victoria parta Reliquũ diei in persequendo hostẽ cõsumptũ Persecu
ti autem per centũ & viginti stadia: nocte iam facta redierũt aderantq; obuiã mi
nistri cum luminibus & leti atq; exultantes magno clamore ad sua queq; taberna-
cula edere & lauri ornata sertis reducebant. Sed in ceterorũ letitia ingens ipsũ du
cem habebat luctus: quoniã ex duobus filiis qui cum eo militabant iunior nec vbi
apparebat quem maxime amabat: & quẽ virtute inter fratres prestare cernebat:
quod autẽ audax & glorie cupidus & tunc etiam admodũ adolescens erat: omni-
no eum temere hostibus pugneq; permixtim perisse suspicabatur. Ad luctũ ducis
vniuersus exercitus hoc sentiẽs cõmotus est: & ex cena prosilientes partim ad ip
sum ducẽ partĩ ad perquirẽdũ adolescentis corpus inter cadauera cũ luminibus cu
currerunt mesticia exercitum clamor campos habebat: Scipionem vocitãtiũ. Nã
ab ipsa pueritia inter ceteros adolescentes natura longe excellebat: dabatq; expe-
ctationem future tam domi quam militie probitatis. Diu perquisitus cõclamatusq;
sero tandem cũ iam desperatus esset: cum tribus aut quatuor familiaribus plenus
recenti hostium sanguine a persecutione redibat: tanquam generosus Catulus ob
auiditatẽ pugnandi tractus. Hic est ille Scipio qui Carthaginẽ Nũmantiãq; euer
tit. virtute ac potentie etatis sue longe princeps Emilio itaq; iuidiã presentis fe-
licitatis in aliud tempus fortuna differẽs tũc plenã ex victoria leticiã pstitit Per-
seus ex pidna ĩ peltẽ aufugit: equitu sibi adhuc integro. Sed cum pedites vt igna
uos & proditores equites obiurgarẽt: rixaq; exorta eos ferirent: & equi deturba
rent veritus eam turbam Perseus e uia declinauit: ac purpuram ne cõspicuꝰ ob eã
foret rescissam ante se posuit & diadema in manibus gestabat. Vt vero descendit
ex equo & ipsũ manu trahebat: ex amicis alter per occasionem quasi solutũ religa
ret calceum alter equũ stabulari fingens alter potu indigere nõ tantum hostes q;
ipsius insolentiam metuentes querebat enim in eos referre crimẽ: cur victus esset
aufugerunt. Cum vero iam sub nocte pellam uenisset ac duo prefectos erarios ob
uiam sibi venientes & partim reprehendẽtes partim intempestiue cõsulentes ipse
propria manu citato equo ambos necasset nullos ex amicis apud eũ remansit pter

Eundrum Cratẽsem & Archedanum Ethbolum & Memonẽ Boetium. Ex militi
bus etiam nulli preter Cretenses remanserũt nõ beniuolentia aut fide sed auro te-
gio inhiantes. Permiserat enim illis in predam multa pocula Craterasq; aliamq;
auri & argenti supellectilem in ratione quinquaginta talentorũ in Amphibolim i
de profectus ac postea in Alepsum metu aliquãtulũ remisso in familiarem recidit
auaritie morbum. Querebatur enim apud amicos quod quidẽ alexãdri magni po
cula obsignationẽ Crethensibus dedisset rogabatq; multis lacrimis vt sibi redde
rentur pecuniamq; pro eis policebatur se daturum nec latuit illos qui probe ipsum
norant aduersus Cretenses cretica arte vti: eos vero qui hec crediderunt decepit:
& poculis receptis nihil reddidit sed amicis auferẽs que mox hostes habituri erãt
in Samothratiam nauigauit. Vbi ad templũ confugiens a Silo se tutabatur: Ma-
cedones semper alias fidi regibus dicũtur fuisse: sed tunc veluti stipite fracto om
nes simul ruentes infra duos dies totam Macedoniam Emilio dediderunt. Videt
hoc atestari illis qui felicitate quadam res illas gestas affirmant. Attestatur & il
lud quod in Amphioli accidit nam ibi sacra faciente Emilio fulmẽ aram percussit
sacraq; cõbussit. Sed omnia signa que supra memorauim9 lõge supererat fame mi
raculum: que quarta post prelium die profligatom esse Perseum Rome vulgauit
Populo enim Romano sedente in spectaculo equestriũ ludorũ subito rumor a pri-
ma Theatri parte manauit: Emiliũ superatis magno certamine hostib9 totã Ma-
cedoniam cepisse: isq; sermo confestim per totum diffusus Theatrum leticia exul
tatione & gratulatione ciuitatẽ repleuit. Postridie cum eius fame certus nõ exta
ret autor: resedit. Paucis vero postea diebus cũ certissimus nuncius venisset: mi-
raculi fuit loco res antea Rome audita que in mendatio veritatẽ habuerat. Dicitẽ
etiam eius pogne que apud Sagram commissa est: eaipsa die in Peloponessõ fama
fuisse & plateis eiusq; in Michaele. Tũc quoq; cum Romani Tarquinios latinosq;
profligarũt. Conspecti sunt paulopost ab exercitu venientes viri duo proceris ac
venustis corporibus ea que in prelio gesta fuerant nunciãtes creditumq; est fuisse
illos pollucem & Castorem ac primus qui obuiauit ipsis in foro equos multo fluẽ
tes sudore siccantibus cum illa que de uictoria nuntiabant nõ crederet ipse leni-
ter arridentes barbam eius manibus attrectasse dicuntur & ex fusca in flauam con
uertisse. Per hunc modum & assertioni sue fidem & viro cognomẽtom enorbarbi
fecerunt. His vero omnibus id quod etate nostra cõtigit fidem arrogat. Nã cum
Antonius a Domitiano defecisset magnũq; a Germania bellum cõcitasset: Rome
q; trepidaretur ex insperato fama victorie apud populum Romanũ vulgata est an-
toniũ ipsum cum omnibus copiis interisse tantãq; habuit fidem hic rumor ut mul
ti ex primoribus immolarent Sed cum paulopost auctor huius nuncii quereretur
inuentos est nemo. Sed alter altetum allegabat tandem uero quia in plebem uelu
ti in uastũ quoddã pelagus sermo referebatur apparebatq; nullũ certum habuisse
principiũ subito huiusmodi fama prolapsa ceciderat sed postea Domitiano cũ exer
citu ad bellum proficiscenti in ipsa via certus nuncius & littere de uictoria aduer-
sus antonium habita venerũt. Dies pugne idem fuerat quo Rome victoriã fama
vulgauerat. Vltra distãtiam viginti miliũ stadiorũ. Hec ita fuisse nemo etatis no
stre ignorat. Cum igitur in Samthoratiam sese Perseus recipisset. GN. Octaui
us Emilii legatus ad ea loca profectus a uiolatione quidẽ Asili ob honorem deo-
rum abstinuit a fuga tamen ac demigratione Perseum acerbat. Sed ille clam per
Oroandem Cterense Lenibum quendã habẽtem latenter pactus ut asportaretur
eum aurum & argentũ ad litus peruenisset Oroander arte Cretica fretus gazam
quidem suscepit ipsum vero Perseum cum liberis & cõiuge ac necessariis noctu ad
mare certa hora uenire iussum, Anticipata nauigatione reliquit Perseus igiť qui

paulo ante miserabiliter confectus erat propter angustiã fenestre ex qua cum li-
beris & coniuge laboꝝ insuetus euaserat: miserabilibus in ipso littore afflictus ẽ.
cum Oroandẽ iam altũ tenentẽ aspexit: & iam dies eluxerat. itaq; omni spe orba-
tus vna cum coniuge fugit ad muros: nec latuit quidem Romanos sed preuenit.
Natos autẽ capiens Antosion quidã antea Persei familiaris tunc proditor Roma
nis tradidit: per quos coactus est ueluti fere captis catũ pullis in manus uenire &
suũ rorpus iis permittere qui natos tenebãt. Fiduciã autẽ super omnes in Nasica
habens: illũ ut se ei dederat uocabat. Sed cum Nasica non adesset questus fortu-
nam suã tandẽ necessitate cõpulsus se Gneo Octauio tradidit. tunc maxime pate-
faciẽs esse in se uiciũ quoddã auaricia ignobilibus cupiditatẽ scilicet uiuendi: per
quã misericordiã que sola cadentibus a fortuna non aufertur amisit. Orans enim
ut ad Emiliũ duceretur cum id factũ esset: & Emilius utpote uiro exalto dignita
tis gradu prolapso assurgeret: & obuiã cum amicis procederet ac ad illius casum
illacrimaret. Perseus turpiter in terrã procũbens: & genua Emilii amplectẽs: vo
ces emisit degeneres: quas non tulit Emilius: nec audire preces sustinuit sed tristi
vultu illũ intuẽs: quid fortunã inquit crimine liberas? sic te gerẽs ut nõ presentis
sed superioris fortune indignus existimeris. Cur meam deturpas victoriã? & res
a me gestas imminuis: ostendẽs teipsũ degenerẽ: nec ullo modo aduersus Roma-
nos indignus hostis fuisse uidearis. Virtus profecto cadentiũ magnã habet reue-
rentie partem etiã apud hostes. Ignauia uero etiã si fortunata sit tamẽ uitupera-
tione non caret. His simul dictis attollẽs Emilius eum ac dextera capiẽs illũ Tu-
beroni tradidit. Ipse uero natis ac generis & aliis necessariis iuuenibus in partem
se uocatis: multo tempore secum tacitus stetit: ut pleriq; ex his qui aderant mira-
rentur. exorsus deinde sermonẽ de humanaꝝ rerum condicõne. An debet quisq;
inquit presenti felicitate confisus superbire: q; gentẽ aut ciuitatẽ aut regnũ aliqđ
subegerit. Presens quidẽ fortune mutatio exemplũ nobis ante oculos ponit com-
munis imbecillitatis humane: & nihil durabile ac firmũ esse docet. quod enim tẽ-
pus confidẽdi hominibus esse potest: cum etiam eo tempore cum aliis dominatur
fortuna maxime sit formidanda que letis rebus tandem immisceat calamitatem.
Alexandri successionẽ qui in altissimũ dignitatis culmen euasit: vnius hore parti-
culam euersam conspicitis. Nonne tot exercitibus tot sequestribus pedestribusq;
copiis nuper circũdatum regem: nunc prostratũ & euersũ ex manibus hostium ci-
bum atq; potum clietim capere cernẽtes: ob uictoriam partã insolercere desineris
Emilius iuuenes dimisit. mirũimmodũ iactantia ac superbia eorũ tanq; freno quo
dam repressa. Post hec exercitũ ad quietẽ: se autẽ ad spectaculũ greciaꝝ ciuitarũ
conuertit. populus releuauit r. p. eoꝝ stabiliuit muneraq; eis dedit. aliis frumen-
tum ex regiis horreis: aliis oleum. tantũ enim repertũ tradũt ut rogantes sumen-
tesq; prius defuerint: q; loca in quibus positũ erat vacua fierent In delphis super
columnam magnam quadratam ex candidis lapidibus compactã. super quã Per-
sei statua ex auro poni debuerat. suam poni iussit. nam victos victoribus cedere e
quum erat. In Olimpia illam celeberrimã emisit vocem Homeri Iouem fidiam ef-
finxisse. Inde cum decem legati Romam uenissent Macedonibus agros reddidit
& ciuitates liberas suis legibus reliquit. Centũ talenta p. r. pendere iussit qui su-
pra duplũ regibus pendere consueuerant. Spectacula vero multiformia & certa-
mina & sacrificia & insuper epulum ac cenas edidit suppeditante copia rerum ex
regia in quibus ordinem ornatũq; prensationes & gratulationes & cuiq; secundũ
dignitatem beniuolencieq; sensum sic diligenter & curiose ostendit ut greci admi
rari cõpellentur: q; nec iocos expertes studii accurationisq; reliquerit: sed tãtis re-
bus gestis etiam minima diligenter curaret. At Emilius ob hoc ipsum gaudebat

quod in magno splẽdidoq; apparatu dulcissimũ ipse spectaculum presentibus erat
& admirantibus eius curiositatem dicere solebat. eiusdẽ esse animi & aciem bene
struere illã & formidolosius hostibus hoc ut amicis gratus esset: laudata est mag-
nitudo animi ac liberalitas eius quod multũ auri multũq; argenti ex regia gasa co
actum nec aspicere quidẽ uoluit sed questoribus negociũ dedit: ut in publicum re
ferrent libros dũtaxat regios natis litterarũ studiosis deligere cõcessit. In donan-
dis vero militibus quorũ opera in bello claruerat: Tuberoni genero Phialã quinq;
talentorũ pondo largitus est. hic est ille Tubero quem diximus cum sedecim cog-
natis modicis ediculis & paruo fundo uixisse idq; argentũ ferunt primũ meorũ fa
miliam deuenisse uirtute & honore partum. Cũq; omnia bene ordinasset: cõplexꝰ
grecos & Macedonas ut memores forẽt libertatis quam a P·R. habebant: ac ut
eam cõcordia & beniuolẽcia cõseruarẽt hortatus: in Epirũ transiuit ex decreto se-
natus militibus predam in his partibus cõcessurus. Vt autẽ omnes simul inuade-
rent ex quaq; ciuitate primores uiros decem a se uocauit: iussitq; ut argentum &
aurum quod in templis domibusue foret statuta die conferrẽt: singulisq; custodes
dedit: ex tribunis militibusq;. quo facto milites precatum discurrere iussit: ita ut
vna hora centũ uiginti milia hominũ captiua: septuaginta uero urbes direpte fue-
rint. ex hac tanta uastitate non plus q̃ vndecim dragmas in singulos milites per-
uenisse dicũt. Hec Emilius contra naturã suam mitem & bonã perpetratus in ori
cum descendit. atq; inde in Italiã cum exercitu trãsgressus per tibrim nauigauit.
in pretoria naui sedecim remi ornata armis ac spoliis hostiũ at milites clam infen
si quod non tantũ prede quantũ cupiebãt ex regiis pecuniis suscepissent Emilium
criminabantũ superbe & imperiose in bello se gessisse. quod cum sentiret Sergius
galba Emilii inimicus: qui tribunus in eo exertitu fuerat illos concitauit ut triũ-
pho aduersarentũ. Sic igitur calũniis in Emiliũ iactatis militibusq; ad maiorẽ indi
gnacõnem cõpulsis postulauit a tribunis plebis aliam diem ad dicendũ: quãdo illi-
us quatuor hore dumtaxat superassent: nec tã breui tempore explicari causa pos-
set. Sed cum assentirentũ tribuni ac iuberẽt ut si quid Galba dicere uellet tũc pre-
sens diceret: exorsus plenã ironici orationẽ tempus diei cõsumpsit & ob noctem
tribuni contionẽ dimiserũt Milites apud Galbã concursu facto albescẽte die capi
tolium occuparũt: ibi nanq; tribuni contionẽ habituri erant. ibi cum prima luce in
suffragiũ iretur: prima tribus Emilio triumphũ denegauit: quam rem cum & pa-
tres & pars plebis grauiter ferrẽt & fraudari triumpho Emilium indignarentũ.
Cetera multitudine inutiliter uerbis querẽte. primores senatus seinuicem casti-
gabant & nisi sceleri & petulantie militũ obiurgaretur: eorũq; audacia reprimeretũ
nihil non atenturos posthac predicabãt. Facto igitur agmine irrumpũt petuntq;
ut suffragia parũper demorentur: subsistẽtibus itaq; cunctis ac silencio facto. M.
Seruilius vir cõsularis qui vigesies tricies singulari certamĩe pugnauerit & sem
per hostem trucidauerat tunc pro Emilio assurgens dixit: qualis Imperator fuit
Emilius Paulus: tunc maxime se intelligere quãdo ita improbo ac malo milite fre
tus res tamen amplissimas gesserit. admirari autẽ se si ab Illirio ac Libia trium-
phis p·r. contẽtus Macedonie regem & Alexãdri & Philippi gloriam Romano
rum armis sibi captiuã duci paruiperdãt: esse uero absurdũ quod nuper cum ui-
ctum esse Perseũ incerta fama vulgasset supplicationes diis immortalibus ut hec
vera forent prestiterint. Reuerso autẽ Imperatore populus Romanus cum certa
uictoria & deos honore & seipsos leticia ac festiuitate priuare uelint. quasi uereri
magnitudinẽ rerum gestarũ aut speciam regis intueri. At qui prestabat ubi illius
misericordiam inquit ꝗ ob inuidiam ducis triũphũ impediri: vsq; adeo corruptos
esse mores ac prolapsam disciplinã: ut Sergius galba homo nitida cute & corpore

propter continuā vmbram molli nec vnq̄ vulnus perpesso de re militari ac de forti
tudine & ignauia imperatorū verba facere audeat contra eos qui vulneribus, inua
triti sunt & simul hec dicēs pectus aperuit incredibili cicatricum multitudine re
pletum ac deinde cōuersus nonnullas ex his partibus que non satis decore nudari
possunt cōpressit. Tu inquit ob hec rides Galba: ego autem glorior apud. p. r. nā
pro his noctu dieq̄ militando hec vulnera suscepi. Sed age voca istos ī suffragium
ego aūt descēdēs seq̄r eos ut cognoscā improbos & ī gratos ciues his verbis ita de
cidisse ac repressos fuisse illorū animos Vt statim omnes trib9 Emilio triūphū de
creuerint. Triumphū vero in hunc modū egisse dicitur. Populus Romanus nitē
dis vestibus ornatis in equestribus theatris quos arcus appellant & in locis circa
forum ad hoc ipsum ex ligno fabricatis & in aliis vrbis partibus per quas transitu
rus erat se se ad spectandū triūphum comperauerat. Omnia vrbis templa erāt ap
ta & fertis vaporibusq̄ repleta suauibus: multitudine ministroꝝ baculos manibus
gestantiū ex medio dimouebat turbas: & vias puras apertasq̄ prestabant. Trans
missio in tres dies diuisa fuit. Prima enim dies uix signis tabulisq̄ & colossis trans
mittendis suffecit: que vehiculis ducentis quinquagīta portabātur. Secunda die
pulcerrima & ornatissima Macedonū arma multis curribus delata fuerunt splen
dentia ere & ferro absterso atq̄ ita disposita ut casu maxime cecidisse viderentur.
Galee scuta Thoraces Ocree & Cretēses Pelte & Tracia Gerra Pharetre & eq̄
rum frena ac enses nudi & per hec iacētes & Sarisse infixe ita ut nec victorū quī
dem absq̄ metu foret aspectus. Post hos armorū currus tria virorum milia seque
bantur qui numismata ferebant argentea vasis trecētis quinquagīta Vas erat q̄dl
libet trium talentorū. Quatuor viri singula uasa portabāt. Alii crateras argenteas
& Phialas calicesq̄ ornatissimos & ingentes certo ordine deferebant. Tertia die
prima luce tibicines non mite nec suaue sed bellicū sonantes primi ibant. Post eos
centum & viginti boues auratis cornibus ducebantur uittis ornati & fertis duce
bant eos adolescentes succincti ad immolandū & pueri aureas & argēteas patinas
sacrificii gratia deferebant. Post eos sequebātur qui aurea numismata gerebant ī
uasis trium talentorū: & supra de argenteis numismatibus dictū est numerus uaso
rum fuit tria & octoginta: his succedebāt qui auream Phialā decem talētorū quā
Emilius ex lapillis effecerat. Item qui Antigonea & Seleutia & Theridia & Per
sei vasa aurea portabant. Post hec Persei currus & arma & diadema super armis
positum. Deinde post modico internallo nati regii ducebātur: & cum ipsis alūnoꝝ
& magistrorū & pedagogorū lacrimans turba: qui & ipsi manus tendebant ad ci
ues & pueros eadem facere & precari docebant: Erant masculi duo & vna femina
non satis infortuniū propter suum etatē intelligentes que res magis homines ad
misericordiam commouebat multiq̄ lacrimas ciues ad illorum aspectum demiserunt
Fuitq̄ letitie & doloris plenum spectaculū: donec infantes transierūt. Ipse autem
Perseus post filios & ministros ibat fusca ueste amictus. & trepidas more patrio
habens propter magnitudinē malorū ad omnia trepidus ac mēte turbatus. Post e
um ibat amicorum & familiatū mesta turba miserabiliter ipsum intuētes lacrimā
tesq̄ ut etiam plerique ex Romanis lacrimare ob misericordiā cōplerent. At qui po
stulasse Perseum ab Emilio ferunt: ne in triūpho duceretur. Sed Emilius ignaui
am eius irridens respondisse fertur. olim id in ipsius potestate fuisse: ac etiā tunc
esse ostendens morte hanc ignominiā esse fugiendā quam non sustinuit vir ignau9
sed vana quadam spe ductus pars suorum spoliorū esse maluit. Post eum deferebā
tur auree corone quibus Emiliū virtutis gratia grece donauerant ciuitates. Erat
numerus coronarū quater centū. Deinde Emilius ipse sequebat̄ ornatissimo cur
ru inuectus. Vir & circa huiusmodi honorem spectaculo dignus purpuram auro

contextã indutus & lauri ramũ dextera gerens ferebat & laurum milites currũ Emilii secundũ legiones cohortes & manipulos subsequentes partim carmina patria salibus permixta & risu: partim Emilii laudes cantãtes: quem intuebãtur & admirabantur omnes nec quicquam ex his que homini optanda forent: sibi deesse arbitrabantur: nisi forte demonium aliquod magnificis & amplissimis rebus sortem habet detrahendi ac ita miscendi humanam vitam: vt malorum omnium nullo modo sit expers. Sed iuxta Homeri sententiam cum iis optime actum esse videatur fortuna quos ad utranq; partẽ cõuertit Erant Emilio qautuor filii duo in adoptionem aliarum familiarum dati: Scipio videlicet & Fabius: duo etiam in potestate retenti: quos ex alia vxore postea susceperat. Horum alter quinq; diebus ante triumphum mortuus est sexdecim annorum etate alter qui duodecim annorum erat tertia die post triumphum decessit. Nec fuit quisq̃ ciuis qui hunc filiorum Emilii casum non dolenter ferret: horrens fortune crudelitatem: que non verita sit tantum luctum in domum letitia festiuitate & gloriam plenam induxisse: lacrimasq; & dolores & luctus victoriis gaudiis & triũpho admiscuisse: Emilius tamẽ recta ratione fretus fortitudinem & constantiam non solum aduersus arma & Sarissas: sed aduersus omnem fortunã pariter habendã ratus: ea moderatione mortes filiorum tulit: ut secũdis aduersa & domestica publicis obscurata dignitatem & magnitudinem rerum nequaquã derorparent. Primi ex filiis qui defunctus est statim post funus triumphauit Alio deinde post triumpho defuncto: p. r. in contionem vocauit: ibiq; verba fecit non hominis qui indigeret consolatione: sed q planne ciues suos ob eius incommodum lugentes consolaretur. Dixit enim humanarũ quidem rerum nihil se unquã pertimuisse: sed diuinatum vt infidam & variam rẽ semper fortunam expauisse: ac presertim in tanta obsecunditate presentis belli: tantoq; prosperitatis cursu mutationem quandam & refluxum continuo formidasse Vnius inquit diei spatio Ionium a Brũdusio transgressus Corcire applicui. Quĩta deinde die in Delphis sacrificio peracto aliis quinq; diebus copias ex Macedonia suscepi. Lustratoq; exercitu ac rem gerere adortus quinta decima post hoc die bellum confeci: suspecta mihi erat fortuna propter tantã prosperitatẽ. Et cum victorem exercitũ & spolia & reges captiuos rediens deportarẽ in ipsa nauigatione aduersum aliquẽ casum formidauit. Sed cũ iam saluis rebus incolumisq; ad nos delatus vrbem leticia & festiuitate cõpleri aspicerẽ adhuc fortunã suspectã habui quã sciebam nihil purũ nil sine inuidia hominibus gratificari cõsuesse: nec animus me9 pro. r. p. prius timere destitit quã aduersus casus me priuati inuasit. Optimos filios quos mihi solos delegerẽ successores cõtinuatis prope funetibus extuli Nunc autẽ sine periculo esse videor ac bonã spem mihi ꝓpono: & arbitror iã. p. r. fortunã sine labe permansurã quãdo satis inuidie mihi ac meis ꝑ anteriori pcosperitate illa inflixit. Nec est iã ĩsigne minus humane fragilitatis exemplũ is qui triũphauit quã is de quo triũphatũ est: Perseus siquidẽ etiã victus filios habet Emili9 autem victor suos amisit. Huiusmodi generosam ac magnificam otationem non ficte sed ex veco animo ferunt Emilium in contionem habuisse. Pro perseo autem omni studio adnixus nihil obtinere potuit: vt ex carcere ĩ letiorem ac minus sordidum traduceretur locum: vbi cuditus quemadmodum pleriq; tradunt mecore animi confectus est. Alii mortis eius nouum scribũt modum: nam milites custodie Pertesos & aduersus eum infensos: postquam aliter nocendi & affligendi potestatem nõ habebant: somno arcere constituisse: & vices inter se partitos diligenter obseruasse ne dormire posset: quoad per hunc modum confectus interiit. Interierunt & filiorum duo. Tertium uero Alexãdrum nomine Ignemosum circa thoreumata & subtilis diligentie opera fuisse tradunt: doctumq; etiam latinas litteras & sermonem

Paulus Emilius

Romanū scribam fuisse magistratuū seq̧ in eo ministerii genere aptum inprimis
ac perorbanum prestitisse Ob res in Macedonico gestas bello summa .p. r. gratia
Emilio accessit. Tantum enim auri argentiq̧ in erarium Emilius retulit: ut nullū
eributum persolui a ciuibus opus fuerit: usq̧ ad Hirciı & Panse consulatū. qui cir
ca primum Cesaris & Anthonii bellum consules fuerunt: illud quoq̧ admirabile ē
ac p̄cipuum Emilii factū quod q̄uis egregie cultus obseruatusq̧ a plebe. r. tamen
in optimatium perseuerauit partibus: nec ob gratiam plebis quicq̄ dixit aut fecit
unq̄ ob quod popularis haberetur. Quod utiq̧ posteriori tempore Appius Clau-
dius Scipioni exprobauit. Cum enim ipsi duo totius ciuitatis amplissimi uiri
censuram peterent Appius senatum et optimum quenq̧ secum trahebat: he nanq̧
r. p. partes Appie familie ueteres erant. At Scipio & ipse per se potens & studio
plebis Romane plurimū utebatur: descendentem igitur in forum stipatū homini-
bus in generosis quidā ac seruilibus & maxime turbulentis popularibusq̧: qui am
biendo et clamando cuncta uiolenter exequebantur. Vt cōspexit Appius: magna
uoce o Paule inquit emili nōne apud inferos siquis illic nostrarū rerum sensus est
indignaris: quod filium tuum Mallius tonsor & licinius declamator ad censuram
perducunt. Sed Scipio extollendo. p. r. eius sibi beniuolentiam compararat: Emi
lius autem licet assertor optimatiū esset: nichilominus a plebe amabatur: q̄ is qui
maxime popularem se p̄stabat Animaduersū est preter ceteros honores in censura
sibi demandata: qui magistratus maxime omniū reuerentie est plurimeq̧ potesta-
tis: eum in aliis rebus tum ad morom emēdacōnem. Nam senatu remouere īmeri
tos potest: & principē perscribere auferre equos: notare infamia censum agere lu-
strum condere. Censa fūt aūt sub Emilio censore. Ciuiū capita. cccxxxvii. milia.
cccclii. in senatu. M. Emilium Lepidum pretulit: qui quater antea princeps fue-
rat e senatu tres ammouit: ita recensendis equitibus Romanis etiā mediocritatē
seruauit tam ipse q̄ collega eius. Martius Philippus. Sed cum censuram iam ma
gna ex parte gessisset: in morbum incidit: ab initio quidam periculosū tractu autē
temporis absq̧ periculo: attamen longum atq̧ molestū. Fretus inde consilio medi-
corum cum veliam: is est Italie locus nauigasset: ibiq̧ plurimū tempus in oris Ma
ritimis quietisq̧ regionibus moram traxisset desiderabat presentiā eius po. ro. ac
sepe in theatris voces gliscentiū videre illum emittebant̄: itaq̧ rom iam satis con
ualuisse uideretur & sacrificia quedā necessaria instarent in urbē rediit curauitq̧
sacra egregie vna cum ceteris colegiis circumfusio ac plaudente ro. po. Postridie
ipse pro sua valitudine sacra fecit quibus cōfectis reuersus domū cum accubuisset
priusq̄ sentiret quicq̄ mente alienatus est: ac subinde tercia die e vita migrauit
nullius earū rerū expers que ad felicitatem earū rerum pertinere putant̄. Nam & fu
nus eius ita celebratū est: ut optimus ac beatissimus ornatus adesset. Hoc autem
erat non aurum non ebur non magnificentia sūptus apparatusq̧ sed beniuolentia
caritas gracia: non solū ciuiū verumetiā hostium. Quotquot enī aliquo casu Rome
aderant ex Hiberia Liguria Macedonia iuniores quidē natu robustis corporibus
feretro subeuntes ipm extulerūt. maiores autem sequebant̄ vocitantes benefactu
rem & seruatorem ciuitatū suarū non solū enī in uictoria sese mitē & humanum p̄
stitisse dicit̄ sed in omī reliqua vita cos tutatus ē & veluti pro domesticis ac neces
sarius habuit. Patrimoniū vix triginta septē miliū reliquisse tradūt in hoc ambos
sibi filios heredes instituit a Scipione tamē qui erat minor natu integra heredi-
tas fratri concessa est cum ipsa in familiam africani locupletiorē adoptatus tran-
sisset. Tales mores vitaq̧ pauli Emilii fuisse dicuntur

Incipit vita Agidis & Cleomenis Clarissimorum virorum E greco sermone In latinum per Ant. Tudertinum Translata

IXIONIS fabulam nonnulli contra inanis glorie sectacões compositam arbitrantes nichil absurdum aut alienum a racione sensisse videntẽ ut enĩ illum pro Iunone quam amabat nubi permixtum centauros ex eius concubitu genuisse tradiderunt: sic hi gloriam quasi virtutis imaginem amplectẽtes nichil sincerum aut sibi ipsi consentiens operantẽ: sed affectibus variis irretiti & modo has modo illas perturbacões sequentes idem pati manifeste videntẽ quod bubulci ab ouium pastoribus preferre querunt: nos enĩ inquiunt cum illorũ domini simus seruire tamen eis cogimur: atq ipsos etiã silentes audire: quis igitur hoc idem illis euenire negabit: qui ad arbitrium vulgi remp gubernãtes infimis etiã qbusq seruire coguntur: ut principes ac ductores populi nuncupentur: velut enim qui stãtes in prora nauis mentem assidue atq oculos ad puppim ubi gubernator sedet intentos habent: omniaq ad illius nutum atq arbitrium peragũt. Eodem modo qui rei pu. gubernande racõnem ad gloriam dirigunt: ministri quidem seruiq multorum euadunt: nomen uero duntaxat principum sorciuntur At qui perfecte bonum verisq virtutibus instructum nihil hac externa gloria indigere manifestum est: nisi quatinus per eam maiorem fidem ab externis acquirens aditum ad res gerẽdas habeat faciliorem: quod siquis adolescentior ambitõnis amore teneatur. Huic ego permittendum arbitror ut ex bonis operibus quesita gloria sese exornans: paululum se iactitet efferatq: nascentes enim in his & tum primum pullulantes virtutes cum honestatis innata cupiditas laudibus confirmatur ut Theofrastus inquit: ipsi etiam ad reliqua suscipienda procliuiores efficiuntur: si prudenter moderateq fuerunt laudati. Nam supra modum laudare cum semper & vbiq sit inutile: tum in ambicõne ciuili perniciosissimum esse constat: sic enim illi magna licencia potiti ad manifestam deducentur insaniam quotiens non ipsum bonum suapte natura gloriosum sed q maxime gloriosum sit id quoq maxime gloriosũ esse sibi persuaserint quod igitur Antipatro respondit Phocion cum aliquid minus honestum ab eo petisset antipater: non ille inquit Phocõne amico simul & adulatore uti potes: Idem ad multitudinem vulgi dicendum uidetur non eundem principem & asseclam habere potestis alioquin idem euenire necesse ẽ quod fabulose cuidam serpẽti contigisse narratur cuius aliquando caudam ferunt aduersus caput sedicione facta petisse ut sibi vicissim quãdoq ducem reliqui corporis esse liceret nec semper caput ducem sequi cogeretur. Igitur accepta ducendi potestate fiebat ut & ipsa sine intuitu sese mouens grauiter offenderet: & caput insuper quod certum surdumq ducem preter nature institutum sequebatur in eandem secum perniciem traheret Hoc idem permultos in administranda rep. ad multitudinis arbitrium respicientes passos fuisse respicimus. qui temere populari aura subleuati eo imprudentes deuenere: vnde nec se tuto recipere neq peruersum iam reip. ordinem corrigere possent. Hec pauca nobis cõtra gloriam dicere libuit: quam pleriq ex arbitrio multitudinis captare laborant. Facile enim quam habeat vim: ex his que Tiberio & C. Gracchis contigerunt animaduertimus: hos enim egregia stirpe oriundos sub optima disciplina educatos. Pulcherrimum quoq nactos reip. statum non tam glorie immoderata cupiditas pdidit q̃ ignominie nõ sane turpis aut illiberalis met9.

Agis et Clemeones

Nam cum ciuium beniuolentiam suis meritis nacti fuissent: hanc turpiter amittē
ut par est vehementer illos pudebat. Itaq; benignis erga populū institutis sibi de
latos honores superare certabant: at vicissim populus graciam benefactis illoꝝ re
ferens maiores etiā ob id ipm honores illis deferebat. Hac igiť inuicem emulacō-
ne flagrātes in eam cōdicionem rerum imprudentes deuenere: quas cum perficē
non possent: ꝗ satis honeste non viderenť: eas etiā amitere turpissimum arbitrabā
tur. Verum hoc melius tute ipse historiā legens diiudicabis. compatione uero his
opponimus Lacedemonioꝝ regum Agidis & Cleomenis: qui & ipsi populū stu-
diose fauentes: cum rem p. pulcre iusteq; ex multo tempore institutā suscepissent
potentioribus ciuitatis aduersari ceperūt: ꝗ illi diuiciaꝝ quibus assueuerāt abun-
dantiā relinquere minime uellēt: & Lacedemonii quidam reges fratres inuicem
nō fuere: sed ꝗ eadē in rei p. gubernacōe senserūt fraternā ꝓpe modū beniuolēciā
contraxisse uidentur ab huiusmodi causa principiū capientes. Cum primū diuicia
rum nimia cupiditas Lacedemonioꝝ ciuitatē occopauit atq; ex illaꝝ possessione
superbia: ex usu autem luxuria & mollicies animos inuasit. Repente maximis bo
nis priuata ciuitās concidit: multaq; preter dignitatem abiecte nimis atq; humili
ter operata ad ea tempora deuenit quibus agis & Leonidas reges in ea sūt cōsti-
tuti. Horum agis ex eudamidum familia oriundus sextus numeratur ab agesilao.
qui cum in asiam penetrasset maximā est inter grecos potentiā consecutus. Agesi-
lai namq; filius fuit archidamius qui apud Mandoniū Italie ciuitatem a Mesapi-
is est interfectus. Archidami uero filius natu maior agis dictus est. minoř autem
Eudamidas est nūcupatus. Hic frater ab antipatro apud megalipolim interfectō
com ille non relictis filiis decessisset regnū occupauit. huius filius fuit archidam⁹
ex quo alius rursus Eudamidas genitus est. Huius agidis pater de quo nunc scri-
bere instituimus. Leonidas uero Cleonimi filius alia ex familia ortus: octauus a
Pausania censebatur: qui in pugna apud plateas Mardoniū superauit. Pausanias
enim filiū habuit plistonactem: qui alteꝝ genuit pausaniā. Cumq; hic Lacedemone
Tegeā confugisset: agisipolis eius filius natu maior regnū occupauit cui sine libe-
ris defuncto Cleombrotus frater iunior in regno successit. Hic duos procreauit fi
lios agisipolim & Cleomenē. ex his agisipolis non diu regno potitus absq; filiis de
cessit. Cleomenes autē illi succedēs ex duobus filiis quos habebat acrotatū maio-
rem natu uiuens adhuc e regno pepulit. Regnūq; Cleonimo filio iuniori reliquit.
in quo non diu potuit permanere. sed areus cleomenis ex acrotato nepos regnauit
Postmodū areo apud Corinthū defuncto: acrotatus eius filius regnum possedit.
Hic ab aristotimo tiranno circa Megalipolim prelio superatus interiit: grauidam
ex sese uxorem relinquēs que cum puerū peperisset Leonidas Cleonimi filius pu-
pilli tutelam suscepit. Inde priusq; ad uirilem etatem puer deuenisset interiit. &
per hunc modū regnum ad Leonidā peruenit non satis reliquoꝝ ciuiū moribꝰ con
gruentem: quanq; enim ꝓpter cōmunē ciuitatis labem omniū animi in deteriorem
partem flecti cepissent. Quidam tum erat in Leonida uiuendi modus egregie a ce
teris differens: utpote qui diutius in Satrapum aulis uersatus precipue Seleucū
coluisset: exquo fastum quendam non satis grecoꝝ moribus conuenientem & ni-
miā imperandi licentiā haud quanq; legibus congruam traxisse constabat. Agis
autem ingenuitate animi atq; prudentia nō hunc modo longe superauit: sed omēs
qui post magnū Agesilaū regnarunt plurimū excessisse perhibeť: hic in sūmis de-
liciis ab agesistrata matre & auia archidamia nutritus: que apud Lacedemonios
ditissime habebanť: anteq; uigesimū attigisset etatis annum delicias atq; omnem
uoluptatem adhorrere monstrauit: maximeq; formositati qua plurimū excellebat
aduersatus cultū omnem atq; ornatū fugiebat. Lautiores epulas & balneoꝝ usū

& Laconicam qualis tunc erat viuendi cõsuetudinẽ grauiter accusans. quin etiam
illud frequenter habebat in ore: nequaq̃ se regno potiri uelle si non per illud anti-
quas leges & pristinos viuendi mores in patriã reuocaret. Labis autem huius &
veluti morbi principiũ accepisse Laecdemoniorũ resp. videtur: exquo primũ solu-
ta per ipsos atheniẽsium potestate auro atq̃ argento se se ac domum expleuere Cũ
Licurgus quendã numerum in successionibus seruãdum prefinierat: cum patet he
reditatẽ filio relinquere cogeretur: eiusmodi igitur ordo atq̃ equalitas multis ma
lis ciuitatem seruauit incolumem. Verum Epitades quidã vir in ciuitate potens:
sed moribus insolens cum Ephorus esset exorta aduersus filium cõtentione roga-
tionem tulit ut liceret cuiq̃ & domum & hereditatem suam cui libuisset relinque-
re: Is igitur proprie iracundie indulgẽs legem tulit quam ceteri cupiditatis gra
tia sancientes optimã viuendi soluerunt disciplinã. Ex eo enim qui in ciuitate po
tẽciores erãt propinquos e successionibus pellẽtes omnes ferme ad se facultates bre
ui tempore coegerunt. Vnde paupertas repente ciuitatem inuasit ex qua seruitus
quedam & a bonis operibus vocatio popularium mentes incessit. Tum odiũ quod
dam ex inuidia aduersus ditiores coborta Cumq̃ spartiate circiter septingentos
relicti essent ex his cẽtũ ferme agros atq̃ omnes fortunas possidebãt. Cetera mul
titudo egens atq̃ adiecta in urbe mãebat ociosa: externa bella segniter & inuite ge
rẽs: semperq̃ ad ciuiles motus intenta & concitande seditionis tẽpus obseruãs pre-
sentiũ rerum mutationẽ facere cupiebat. His de causis permotus agis rem optimã
qualis & ipse erat perficere agressus est: omnes videlicet ad equalitatẽ redigere
atq̃ vrbem hominibus replete. Iuuenes igitur q̃ primũ preter omniũ spem illi pa-
ruerunt studiose cum illo ad uirtutẽ sese accingẽtes & cum veste pariter viuendi
consuetudinẽ ad libertatem respiciẽtes permutarũt seniorum uero maior pars quod
in hac veluti labe diutius p̃mansissent nõ secus ac serui in fuga deprehẽsi ad domi-
num sic ad licurgum reduci reformidabãt ac propterea agidẽ presentiũ rerũ cõdi
cionem deplorantẽ cupientẽq̃ in antiquã viuendi dignitatẽ spartã restituere gra-
uiter accusabãt. Lisander uero cognomẽto Libius & Mandroclidas Efanis filii
atq̃ insuper agesilaus negotio suscepto adolescentis ambitionẽ magisq̃ incitabant
Horum Lisander magne apud suos ciues auctoritatis habebatur. Mandroclidas
uero orationis vehemẽtia inter omnes grecos excellẽs astutiã sũmam non medio-
cri permixtã audatie habere putabatur. Agesilaum autẽ regis auunculũ satis ora-
tione potentẽ verum natura mollẽ & pecunie cupidũ filius cõcitabat Ippomedon
qui bellicis operibus insignis magnam inter equales laudẽ fuerat & gloriã cõsecu
tus. Verum non alia magis causa impulisse videtur agesilaum ut se se rebus inno-
uandis admisceret quã eris alieni magnitudo quo se facile solus sperabat p̃senti sta
tu ciuitatis immutato. Vt primũ igitur agesilaum sibi cõciliasse animaduertit nõ
vltra cũctandũ arbitratus matrẽ quoq̃ suã q agesilai soror erat in sententiã trahere
aggressus est. Ea siquidẽ clientũ ob eratorũq̃ & cognatorum multitudinẽ pluri-
mum potens in ciuitate reip. quoq̃ administrationẽ quadã ex parte attingere non
dubitabat. Hec primo filii propositũ audiẽs a tali sententia iuuenẽ deterrere cona
ta est tanq̃ inania quedã supraq̃ vires agere cupientẽ: Vbi vero agesilaus illã co-
hortatus bene de successu rerũ sperare persuasit: filii voluntati facile acquieuit cũ
presertim ex altera parte filius instaret rugans ut facultatibus quas haberent ad
gloriam & honorẽ adipiscendũ uti se pateretur quod alios reges diuitiis adequa-
re impossibile sibi esset. singulos enĩ Satrapũ familiares ac seruos preterea qui pto
lomei Seleuciq̃ tutores essent omnes qui vnq̃ sparte regnauerint reges longe di-
uitiis superare. Quod si ipse modestia ac magnitudine animi illorũ delitias super-
gressus equabilitatẽ atq̃ cõcordiã ĩ ciuitatem reduxisset fore vt boni uerique regis

nomen & gloriam cõsequatur his adhortationibus mulieres impulse adeo pristinã
sententiam mutarũt. ut ipse quoq; glorie cupiditare flagrãtes vltro iuuenẽ ad rẽ
peragendã impellerẽt: atq; honestatis amore tanq̃ diuino quodam numine afflate
& Agidem properare assidue hortarentur quin etiam cõuocatis amicis cõsiliũ ape
rientes illos ad ferendũ auxilium hortabãtur Idem quoq; mulieribus aliis predica
bant: cum scirent Lacedemonios mulieribus obsequẽtes nõ minus publica quã pri
uata cõsilia cum illis solitos cõmunicare atq; ad agendũ etiã socias adhibere. Erat
autem per id temporis diuitiarũ maxima pars apud mulieres: quod sane plurimũ
ad rem peragendũ difficultatis agidi afferebat . Resistebant enim mulieres nõ mo
do propter delitiarũ quibus asueuerant cupiditatem . Verũ etiã q̃ potentia & ho
nore quem ex diuitiarũ possessione consequebãtur eo modo priuari se penitus aui
aduertebant: Omnes igitur ad Leonidam cõuerse quod is maior natu esset: horta
ri ut se agidis consiliis opponeret: eiusq; impediret conatib9 & exoptabat sane Leo
nidas ferre diuitibus auxilium sed ueritus potentiã plebis quã rerũ mutationẽ af
fectare cognouerat nihil palã contra agidem tentare ausus est sed Clanculũ ptur
bare illius ĩcepta conabatur & crebris illũ apud diuites calumniis criminari: dicẽs
illum eorum bona quasi tirannidis mercedẽ pauperibus distribuere & agrorũ diui
sione ac missione debitorum plures sibi satellites quã sparte ciues cõparare. His ta
men nihilo deterritus agis: vt Lisander Ephorus crearetur effecit: quo facto sta-
tim contra seniores rogationem tulit in qua capita precipue cõtinebantur huiusce-
modi. Vt debitoribus omne penitus debitũ dimitteretur & agrorũ per hunc mo-
dum particio fieret: vt quicquid agri intra conuallẽ que pellene adiacet vsq; ad Ta
igetam & Selasiam continetur in quater mille & quingentas partes diuideretur.
Quod uero extra hos terminos relinquitur in partes quinquies mille tribueretur
& hec quidẽ colonis qui arma ferre possent adscriberẽtur. Illa uero his qui vrbem
incolerẽt sparciatis: quoꝝ numerus ex finitimis accolis expleri posset eos legendo
qui liberaliter ingenueq; nutriti etate ac corpore roboris vigerẽt. Hos in quinde-
cim classes opportere distribui quarũ aliqua ducentos dũtaxat aliqua uero quadri
gentos vicos contineret: atq; ii viuendi cõsuetudinẽ seruare cogerentur. quã olim
maiores sparciatarũ habuisse constaret. Latam perscriptamq; rogationẽ rũ senatus
minime cõprobaret. Lisander populo ad contionẽ uocato multa pro suadẽda roga
tione verba fecit. Post eũ Mandroclidas & agesilaus oratione habita admonebãt:
ne propter hominũ paucorum luxuriam & delicias antiquã Spartanorũ dignita-
tem iacentẽ negligi paterentur. Et cũ antiqua deorum oracula in memoriam re-
uocarent: iubentia ipsos auaritiam tanq̃ rerũ omniũ pernitiosissimã cauere. Tum
nouissime ex Phasiphea responsũ acceptum diligẽter animaduerterẽt: huic tẽpliũ
erat & sacrificiũ in Vrbe constitutũ. Ipsam uero nõnulli vnam ex athlantiadibus
ex Ioue genitã fuisse tradunt: que Hammonem peperit. Alii vero Cassandrã Pri-
ami filiam eo in loco mortuã atq; sepultam hoc nomine vocatam fuisse perhibẽt q̃
omnibus petẽtibus oracula preberet. Filarcus aũt refert Amicle filiã Daphnem:
cũ appollinem vim afferre volẽtem aufugeret: in plantã fuisse cõuersam atq; ab eo
dem deo diuinãdi accepisse potestatẽ. Ab hac igitur plurimi spartiatis ressposa fu
isse tradebãtur: iubentia cũctos ad equalitatẽ redigi secundũ legem: quam de hoc
ipso Licurgus tulerat. Post illoꝝ orationem Agis ipse rex in medium progressus
quantã essent vtilitatis allaturi ciuitati: si hanc rogationẽ cõfirmassent breui orati
one monstrauit: ac se primũ omnium facultates proprias ĩ mediũ ponere velle nõ
sane exiguas ob agrorũ multitudinẽ quos partim ad colendum partim ad pascen-
da pecora ydoneos haberet. Insuper talenta sexcẽta argenti signati idẽ quoq; ma-
trẽ atq; auiã amicos preterea & domesticos omnes quos ditissimos esse spartiatã

constaret facere paratos esse. His auditis obstupefacta multitudo adolescētis re-
gis magnanimitatē admirabatur sūmamq; propterea gratiā est a populo consecu-
tus asserentibus cūctis vix tandem post annos trecētos hūc solū qui merito Spar
tanorum rex dici posset inuentū esse. Leonidas aūt tunc maxime sūmis viribus cō
tra agidem nitebatur nō ignorās si cōpꝛobata esset rogatio fore ut ipse quoq; eadē
facere coactus non idē apud suos ciues gratie esset habiturus sed cum omnes ciues
diuitias proprias in mediū cōtulissent: ei soli gracias a populo referēdas qui hu9
rei princeps atq; auctor extitisset. Igitur spectantibꝫ cūctis Leonidas agidē roga
uit: num virum iustū ac studiosū fuisse Licurgum putaret. Id cum assētiret agis
Quando igitur Leonidas inquit: aut debitoꝝ dimissiones Licurgus cōstituit: aut
peregrinos administrāde reip. uoluit esse principes quippe qui non satis fore saluā
ciuitatem arbitratus est: nisi peregrini ex ea pellerētur. Ad hec agis nil mirū est
inquit viri spartiate: si apud Extecos educat9 atq; eruditus Leonidas vtpote qui
ex Satrapum aulis sumpta vxore filios procrearit Licurgum atq; eius ignorat in
stituta: qui debitū atq; vsuram vna cum nūmis expulit e ciuitate Peregrinos quo
q; eiciendos censuit: qui non eam quā ipse instituerat viuēdi normam & institutū
seruare uellent: non sane corporibus illorum hostis existēs: sed viuendi eorum mo
dum reformidās: ne ciuibus suis permixti eos quoq; luxurie & diuiciarū inficerēt
cupiditatem. Constat enim eundē ipsum Tersandrū atq; Thaletem Tū etiā Phe-
recidem quanq; peregrini essent libēter habuisse in ciuitate: quod eadē secum phi
losophari atq; sentire illos animaduertit. Tu vero qui eum plerūq; laudare consue-
uisti: quod cum Ephorus esset: duas ex nouem cordis quas ī cithera musicus Phro
nides habebat dolabra abscidit Tum eos qui posteris temporibus idem in Thimo
theo fecere: quonam pacto vituperare nos audes qui mollitie atq; luxuria tū super
bia atq; omni cupiditate purgare spartā studiose conamur? quasi illi ipsi non ob hāc
causam in musicis cantibus licētiam ac voluptatē nimiam cōpescere voluerit: ne ab
huiusmodi cantibus deliniti ciuium animi ad eos mores vitāq; plaborētur que dis
sonā sibi ipsi atq; discordē ciuitatem efficeret. Ex eo primū omnis ad agidem ap-
plicuit multitudo: diuites autē Leonidam sequebant: ne se in tanto discrimine de
sertos esse pateretur urantes: iidem etiā seniores quoꝝ maxima erat in consultan-
do auctoritas vt rogationi aduersarētur compulere. Quapropter euenit vt rogati
onem pars maior abrogaret. Inter hec Lisander adhuc in magistratu constitutus.
Leonidam e ciuitate pellere tentauit: legem quandā peruetustam aduersus illum
excitansque prohibebat Heraclidē quēpiam ex pegrina muliere filios procreare.
Eadē quoq; plectēdū capite statuebat eū qui sparta discedēs apud exteras gētes
habitasset. Hec aduersus Leonidā proferri Lisander instituit. Ipse aūt vna cū reli
quis collegis celeste signū obseruabat. Erat aūt huius rei cōsuetudo quedam talis
singulis anī nouenis Ephori noctē serenā & lunam carentē obseruantes taciti sub
diuo cōsidebant celū respicientes. Si quādo igitur stella ex parte aliqua discurrēs
in oppositam sese partē contulisset: Inditiū id esse putabant reges aliquid cōtra de
os īmortales deliquisse: ac propterea magistratu illis īterdicebāt quoad ex Olipia
aut delphis referretur oraculū interdictis regibus afferens auxiliū. Hoc igitur si
bi signū apparuisse Lisander predicās Leonide diem dixit Productis testibus obi
ciens illum ex asiatica muliere duos filios procreasse: atq; inde crebris iniuriis con
tumeliisq; ab vxore lacessitū redisse in patriā & regnū per id tēporis forte succes-
soribꝫ vacuū occupasse. Insup Cleambroto persuasit ut regnum quod ad se iure per
tineret reposceret Erat autē Cleombrot9 Leonide gener ex regia stirpe generis
originē ducēs His rebꝫ pterritus leonidas cū statuta die vocat9 ad iudiciū nō ue-
nisset absēs regno priuat9 est atq; ī eius locū cleōbrot9 rex īstitut9 postq; lisander

Agis et Cleomene

peracto tempore magistratu decessit. Ephori qui illi in magistratu successere Leonidam supplicem miserati. Lisandrum & Nandroclidā in iudiciū vocauere quod aduersus legum instituta debitorum missiones & diuisiones agrorum fieri decreuissent. Illi igitur imminens pericolum formidātes regibus persuaserūt vt cōmuni consensu in idem tendētes Ephoꝝ decreta irrita facerent. Inerat enim peruetustum sane institutū. Vt si quando reges inter se dissiderēt in eius sententiam que vtilior videretur decreta fierēt quāuis altero aduersante: q si cōmuni consensu aliquid ambo reges statuissent contra hoc pugnare nemini licere. Si quis vero aliqd facere tentasset hunc contra leges facere videri. His igitur permoti rationibꝫ ambo reges amicorum multitudine coacta in forū descendentes Ephoros e sellis deturbant. Ephoris aliis in eorum locū suffectis e quorum numero fuit agesilaus. Inde armata multitudine ad eos qui in carcere erāt soluēdos processere. Ob hoc iam terribiles aduersariis facti: plurimos interfecturi putabātur: quod tamē lōge secus euenit. Nemo enim illorū iussu interfectꝰ est: quin etiam Tegeam proficiscentem Leonidā. Cum missi ab Agesilao milites occidere statuissent. Agis id presentiens alios qui eum tutarētur celerrime submisit. qui eū circūstantes Tegeā usqꝫ incolumen perduxere. Rebus igitur in hunc modū constitutis. Cum iam omnia pspere succederent: ac nemo iam ceptis obsistere auderet. Agesilaus vnus cūcta subuertit pulcerrimam legē & Laconū moribus maxime cōgruentē ob turpissimū auaritie morbum corrūpens. Nam cum ipse preceptoris agros q plurimos eosdēqꝫ pulcerrimos possideret. Insuper magno ere alieno esset obstrictus: cū neqꝫ creditoribus soluere: nec agros quos habebat dimittere vellet agidi persuasit si vtranqꝫ rē eodem tempore efficere aggrederet: eris scilicet alieni missionē & diuisionē agrorum nimis illum ciuitati nouationis allaturū: quod si primo debitorū missiōe facta his qui agros possident indulgere uisus fuerit fore paulopost ut animus iā ab odio quodammodo residētibus facile diuisionē agrorū adiuuātibus illis conficiat. Hec & qui circa Lisandrū erant ab agesilao decepti fieri suadebāt. Itaqꝫ tabulas quibꝫ debitorum nomina cōtinebantur omnes in forum quod Clariū appellant comportare iussi sunt. Hisqꝫ in unum coaceruatis ignis iniectus est. Exorta igitur flāma cum diuites ac feneratores qui adstabant tristes abirent. Agesilaus quasi calamitatibus illorum insultans nūqꝫ se clarius lumen aut ignem puriorem vidisse iactabat Inde cum plures diuisionē quoqꝫ agrorū fieri postularent: regesqꝫ etiā id fieri oportere censerent. Agesilaus causas quasdā cūctandi in medium proferens & alias ex aliis iugiter nectens eousqꝫ temporis rem differēdo protraxit: quod agis ab acheis Lacedemonū socius accersitus in expeditionē proficisci coactus est. Etholi nāqꝫ per id temporis opibus florentes per Megarenses in Peloponnesū traiecerūt quorum viribus obsistere cupiēs aratꝰ acheoꝝ imperator studiose copias parabat: atqꝫ Ephorus missis litteris huius rei fecerat certiores qui amore beniuolentiaqꝫ i socios cōmoti. Agidem repente ferre auxiliū compulere presertim cum Lacedemonū iuuentus promptissime militiam posceret. Iuniores igitur e quibus maxime constabat exercitus tum quidē pauperes attamē ere alieno soluti vt ostendimꝰ. Cū post reditum ex militia diuisionē agroꝝ fiendā sperarent mirabili quodāmodo agidem obseruabant: eiqꝫ in omnibus libenter obsequebātur. Adeo ut finitimis populis admirabile videretur q illos nemini nocentes mansueteqꝫ & sine ullo propemodum strepitu per Peloponnesū facientes iter intuerētur: multiqꝫ grecoꝝ vetusta tēpa in memoriā redigentes mutuo sese interrogabāt: qualem fuisse Laconici exercitus obseruantiam: putandū esset: cum agesilaum aut Lisandrum aut veterē illū Leonidam habebat imperatores? Quando quidē erga impuberē adhuc imperatorem tanta sit exercitus reuerētia & obseruatio. At vero adolescens ipse frugalitate &

laborum tollerantia Cum vestium atq; armoꝝ ornatu nihil a quouis Gregario milite differet: mirabile in se cunctorum studium cõcitabat: ditioribus tamẽ haud quaquam hec rerum placebat permutatio. Verentibus ne finitimis populis motus causam huius exempli nouitas prestaret. Interea penes Corinthum arato congressus Agis cum de belligerãdi ratione consultarẽt promptitudinẽ quãdam non leuitati permixtã: & audaciam nequaq; rationis expertem sibi inesse mõstrauit Dicebat enĩ sibi optimũ videri vt hostibus intra illorum fines bellũ inferrent: nec permittẽdũ vt Pelloponnesi claustra ingrederẽtur se tamen ĩ cũctis arati cõsiliis obtẽperaturũ vtpote etate grandioris ac imperatoris Acheorũ: quibus ipse non imperaturus sed auxilium laturus aduenisset. Verũ de his Bato Sinopeus aliter scripsit Tradit enĩ agidem arato iubente voluisse pugnare: sed hunc ego arati scripta de rebus his rationem afferentis legisse nõ arbitror. Scribit enim aratus cũ omnes propemodum fructus ab agrorum coloribus in loca tuta cõfecti sunt longe sibi melius videri hostes intactos relinquere: quam pugnando sũmam totius rei in discrimẽ adducere Postq; igitur aratus hostium congressum deuitãs collaudatos socios dimisit Agis magna in se admiratione concitata domũ redut: & iam sparte tumultus haud mediocris magnaq; rerum cepta erat perturbatio. Agesilaus enim Eforus iterũ creatus nullis erga ciues iniuriis abstinebat: dũmodo pecunias quacũq; ratione pararet. Itaq; mensium tredecim exegerat tributa: quãuis aperte legibus id agere prohiberetur nulla temporũ necessitate poscente. Post hec illorum quibus iniurias attulerat metu perculsus. Cum se omnibus odiosũ esse animaduerteret: milites cum armis custodie causa circa se habere cepit Quibus stipatus veniebat in curiam: e regibus alterũ penitus cõtemnẽs Agidẽ uero affinitatis potius q; regni causa mediocriter honorans. Itaq; vix dum finito magistratu rationẽ inibat: vt in proximũ quoq; tempus Eforus crearetur: Ea res inimicis properãdi causam attulit: quo ĩminens ab eo periculũ euitarent. Facta igitẽ conspiratione Leonidã palam e Thegea reuocantes in magistratu constituere. letis animis negotiũ spectante moltitudine q; ob prohibitam ab agesilao agrorũ diuisionẽ sese delusos deceprosq; fuisse putabãt: attamen agesilaum filius Hippomedon qui propter eximias virtutes cũctis ciuibus clarissimus erat. Clanculũ e periculo subtractũ seruauit incolumẽ: e regibus autem agis quidem in Asilum quod Calchichon appellant. Cleombrotos autẽ in Neptũni templum confugit: huic iratior Leonidas omisso tunc agide ad eum capiẽdum cum armatis militibus accessit: iuste se illi irasci clamitãs. Quod cũ gener eius esset insidiis comparatis exutum regno etiã e ciuitate pepulerat. Ad ea Cleombrotus nihil respondere valens tacitus incertusq; cõsilii sedebat. Chilonis erat Leonide filia que cum pater a Cleombroto dãnatus est: grauiter illius iniuriam ferẽs auxiliũ afferre conata fuerat: & a uiro discedẽs atq; apud patrẽ habitãs opera sua quoad poterat illius leuabat calamitatẽ. Illo autẽ ex vrbe depulso discedẽte mesta lugubrisq; & aduersus Cleombrotũ indignabunda vixerat. Ea tunc igitur in contrariũ vertente fortuna apud patrẽ pro uiro supplicare cogebatur. Itaq; ĩter paruos alios filios media supplexq; manus tendẽs apud eum consedit. Admirãtibus cunctis mulieris tom benignitatẽ tũ pietatẽ erga virũ precipuã: atq; ob id ipsũ lacrimantibus ipsa vt erat peplum in cõposito trahens comis nullo ornatu aut ordine fluentibus. Hunc mihi inquit habitũ atq; hãc formã o pater non Cleombroti misericordia imposuit sed luctus qui post exilii tui calamitatẽ perpetuus mihi comes adhesit. Verum igitur decet victore te rege & in patriã restituto in huiusmodi squalore versari? an vero splendidas & maiestate regia dignas vestes accipiẽtem. Paulopost uirum cui virgo etiam nupsi interẽptum aspicere: qui nisi filiorũ atq; vxoris lacrimis flexerit seueritatem tuam maiores etiã quam tu ipse voles temeritatis sue penas

Agis et Cleomenes

dabit. siquidem me quam vehementer amat in conspectu suo morientē visurus est.
Qua enim iamiam vltra fiduciā inter ceteras mulieres mihi viuere licet: quippe
cui nec apud virū nec apud patrē supplicāti misericordie locus vllus relinquitur. Ve
rum ea me cōditione genitā puto: vt & vxor & filia semp apud meos misera atq
contempta fore debeā. Quod si qua est idonea ratio deprecādi: illa me tūc vsam fu
isse arbitror. Cū viri iniusticiā accusans illius erga te seuitiam detestabar: sed tu
nunc omnes eius iniurias iustissimas fuisse cōprobas: siquidē regnū tanti facien
dum esse demōstras: vt eius pociundi causa & generos & filios necare fas esse arbi
treris. Hec magna cum grauitate locuta Chilonis faciem supra Cleombroti caput
deposuit: oculos vero lacrimis & merore graues in eos qui circū adstabāt defixit.
Leonidas vero pauca cum amicis locutus Cleombrotū exulem esse iussit. Filiā au
tem vt secū maneret orabat: quod eam usqadeo sibi deditum agnosceret. vt viro
qui tam grauiter cōtra se deliquisset sui gratia pepercit nec tamē id filie persuade
re potuit. sed surgēti viro filiorū alterū in manus tradens alterū vero ipsa ex manu
ducens aram dei iuxta quam cōsederāt: venerata vna cum viro e templo digressa
est. Magnum pfecto virtutis exemplū vt nisi penitus inanis glorie tumiditate Cle
ombroti mens obcecata esset: sibi felicius exilium quā regnū ob talem mulierē exi
stimare deberet. Plus igitur Cleombroto Leonidas e foris quoq magistratu se abdi
care iussis: aliisq in eorū locum suffectis. Ipse insidias agidi parare adortus est: ac
primo leuibus verbis hortari vt omni timore deposito secum vna regnare vellet fa
cile eum a ciuibus veniā impetraturū: quod intelligant eū cum propter adolescen
tiam tum ppter ambicionē ab agesilao fuisse deceptū. His verbis cum nihilo ma
gis e sentētia dimoueret agis atq in ciuitate vitam duceret. Leonidas aperte illū
insectari destitit: verum Amphares & Demochares vnaq cum his archesilaus fre
quēter illū adire multaq secum loqui assueuerūt: & iam eousq familiaritatis pro
cesserant: vt e templo digressum ad balneū quod non procul aberat plerūq dedu
cerent: atq inde lotum cursus vsq ad templū prosequerentur. Erant enim iā pridē ob
diuturnā consuetudinē sūma illi familiaritate cōiuncti. Precipue vero īter ceteros
Amfares qui vestes plerumq ab agesistrata dono capiēs cōiuio quoq ab eadē per
sepe excipiebatur. Is maxime insidias agidi comparās vehementer Leonidam atq
Eforos e quorū nomero ipse erat vnos contra agidem irritabat: mulieribus facile
se Leonidam placatu cū esse dictans. Cum igitur agis assidue se intra templū con
tineret: nisi cum forte ad balneū quod antea diximus pficisceretur ibi eum depre
hendere cum extra templū esset statuerunt. Igitur lauantē illum aliquando cōspi
cati redeuntē postea ad templū obuiam facti salutauere: atq inito vt antea cōsue
uerant sermone iocis risuq fraudem dissimulātes perducebant. Cūq ad obliquum
vie que ad carcerē ducit puenissent. Amphares qui ob magistratum quē gerebat
agidi interiundū propius adstabat: apprehēsa ueste ego te inquit ad Eforos Agis
deduco rationem eorū que in magistratu gessisti dicturū. Demochares vere & ro
bore & magnitudine corporis prestans veste circa eius collum obuoluta reluctātē
trahebat: ceteri uero ad id negotiū preparati retro prosequebātur. Cūq nemo au
xilium ferre auderet omniū ope destitutus in carcerē coniectus est. Iamq Leoni
das mercenarios milites cū armis ducens aderat & totam domū armatis circum
sepserat. Efori autem ad agidem ingressi cū senatoribus aliquot quos vna secum
sentire nouerant: vt iudicii speciē quandā preberent: iusserūt agidem de rebus a
se in administranda re p. gestis dicere. Cum ad hec agis illorum cognita simulati
one subrisissent. Amphares impudētie illū se dixit accusare alius vero quasi euadē
di periculi occasionē monstrare volens interrogauit. an que gesserat ab agesilao &
Lisandro coactus gessisset? Cum ille se a nemine coactum ea gessisse fateretur: sed

Licurgi amore atq; admiratione cōmotum eandē reip. gubernādi rationē inire uo luisse. Rursus idē Eforus an talia se aggressum fuisse peniteret īterrogauit Agis vero nulla se tangi penitētia pro his dixit que prudēter honesteq; cōsuluisset q̄uis mortem sibi ea de causa subeūdam animaduerteret His auditis Efori morte dam natū vt in Dechada ipsum deducerēt ministris precepere. Est aūt Dechas in car cere locus in quo morte dānatos strangulari cōsuctudo fuit. Animaduertens autē Demochares ministros agidē attrectare non audere nec non & conductos milites id muneris refugere quod nefas arbitrarentur corpori regio man9 afferre ipse mi nitabundus & aduersus illos conuitia iactans ī eum quem diximus locū agidē tra xit: & iam captiuitatis huis ad populum fama peruenerat: & fluctuantis multitu dinis strepitus āte carceris ianuā audiebatur. Iamq; Agidis mater & auia ad car ceris fores peruenerāt: clamoribus atq; vlulatibus petentes vt Lacedemonū regi apud suos ciues dicendi causam potestas fieret: quibus rebus agidis hostes perter riti supplicium de ipso sumere properabāt: veriti ne futura nocte frequētior con ueniens multitudo e carcere ipsum diriperet. Deductus igitur ad suppliciū agis: eum lictorem plorantem & circa opus titubātem animaduertisset o'mitte pro me has lacrimas amice inquit. Sic enim iniuste contraq; ciuitatis leges moriens longe melior sum q̄ qui me nuper morte damnarūt: atq; hec dicēs vltro collū laqueo ine ctendum prebuit. Amphares post hec ad carceris ianuam veniēs cū agesistratam ob doloris magnitudinē humi prostratā offendisset propter eam quam secū habu erat familiaritatē manu illam subleuās nihil est inquit quod de agide pertimescas nulla enim sibi uis aut crudelitas affertur: quin etiā si placet ad filiū ingredi potes Ipsa uero ut matrem quoq; ducere liceret rogāte: nihil inquit amphares ipsam etiā tecum ducere prohibent. Ambas itaq; de manu sumens cū introduxisset. carceris fores post se claudi imperat: & archidamiā sane precedere iussit. mulierē iam pro pemodum senio confectā Sed que maximo honore sūmaq; apud ciues dignitate & de publicis rebus peritia haberetur. Hanc igitur vt dixi precedētem cū interfici amphares precepisset. Agisistratam ad filium ingredi iubet: que vt primo lorū in gressa est humi iacentē filium ac matrem mortuā quidē Verū adhuc e laqueo pen dentem cōspexit atq; ipsa ministros adiuuans cum propriis manibus e laqueo ma trē deposuisset iuxta agidis corpus extensam cōposuit: vtrunq; vna & eadē conte gens veste. Tum supra filii corpus procūbens diuq; faciem illius exosculata: nimia fili in patriā caritas nimiaq; humanitatis ac mansuetudo te simul inquit & nos p didit. Amphares autē ab hostio carceris ista prospiciēs ac simul voces exaudiēs lo cum in quo ipsa erat ingressus iracundia exestuās: q talia inquit filio suasisti agisi strata eadem tu quoq; es passura & agisistrata sese laqueo submittēs in hoc dum taxat inquit sparte vtilis fui: cum tanti sceleris fama in populū manasset & tria es sent elata cadauera. non tantū apud ciues poterat timor quin palam de his que ge sta fuerant quererentur: atq; apertū odium in Leonidam amphareq; demonstra rent nihil scelestius nihil magis impium sparte gestū esse dictitātes ex quo Dorii Peloponnesum tenuere. Lacedemoniorū enim regi ne in pugna quidē obuiātes ho stes temere manus afferre auderent sed retrocedere potius cōsueuisse regiam mai estatem venerantes. Itaq; cum permulta aduersus grecos Lacedemonii bella gesse rint: unum dūtaxat Cleombrotum ante Philippi tēpora in Leuctris vulneratū oc cubuisse memorie proditū est. Messenii uero Theopompū quoq; ab Aristomene ī terfectum asserunt: quibus minime assentiuntur Lacedemonii: neq; enim interfe ctum sed vulneratū dūtaxat fuisse perhibent. Verum hec ambiguitatis nonnihil habēt: sed sparte quidē primum agidem ex his qui regnarūt ab Eforis interfectū fuisse constat. Opus sane pulcerrimū & Sparta dignum in ciuitate moliri ausum:

Agis et Cleomenes

cum & in ea esset adhuc etate constitutus in qua homines si quid errauerint facile
veniam consequi solent: atq; ab amicis potius quam inimicis accusandus quod & le
onidam periculo liberauerit: & tantũ reteris adhibuerit fidei: quod esset ingenio
mitis ac perhumanus. Interfecto agide Leonidas fratrem eius Archidamũ quod
repente ex Vrbe aufugerat cõprehendere non valuit. At vero agidis vxorẽ cum ĩ
fanti filio relictam cũ ex mariti domo inuitã abstrahi iussisset. Cleomeni filio quã
ꝑ admodum adolescenti in matrimoniũ dedit: neq; enim illã alteri nubere volebat
quod cum esset Gilippi filia magnas ex illi9 hereditate diuitias possidebat: prete
rea corporis forme ceteris etatis sue mulieribus prestare dicebatur. Hec igit̃ Cle
omeni coniuncta q̃uis extremo odio Leonidam odisset: sũmo tamẽ amore & beni
uolentia Cleomenẽ cõplexa est: qui & ipsam mutuo diligẽs non parũ eius sortem
miserebatur: si quando agidis memoria incidisset: atq; eo magis illam amabat quo
magis defuncti viri memoriã colere animaduertebat. Itaq; sepius illã de rebus ab
agide gestis interrogabat diligẽter: his que ab ea dicerentur mentẽ adhibẽs: cum
agidis mentẽ consiliaq; referret. Erat autem glorie appetẽs: magnanimusq; natu
ra Cleomenes ad frugalitatẽ vero modestiãq; non minus agide proclinis: cautiore
vero ac mansuetudine nequaq; par: sed inerat animo stimulus & appetitus quidã
vehemẽtior ad id quod honestum sibi videtur assidue ipsũ cõpellens. Itaq; optimũ
fore putabat si volentes ciues ad honestam viuẽdi normam redigere posset: sin mi
nus non absurdum esse arbitrabatur ipsos per uim ad meliores mores compellere
nec sane placebant ei desidia voluptasq; ciuitatis quibus plerosq; deditos animad
uertebat. Regis uero mores nulli negotio animũ intendentis modo nequis otium
cui vacabat interpellaret. Preterea deliciarũ prosecutionẽ sũmopere dãnabat. Nã
ex hac regis negligentia fiebat ut publicarũ rerum cura posthabita quisq; lucro &
cõmodis propriis indulgeret. Exercitationis uero modestieq; iuuentutis preterea
equalitatis ac fortitudinis que omnia simul cũ agide interierant ne meminisse qui
dem satis tutum putabatur. Traditur adolescẽtem adhuc Cleomenẽ philosophie
operam dedisse. Cum Spherus quidam Boristenes Lacedemonem ueniens erudi
endis adolescentibus vacaret. Hic Spherus inter Zenonis Citiei discipulos prin
ceps habebatur. Hic igitur magnitudinem animi ac fortitudinẽ quã in Cleomene
deprehenderat vehemẽter amãs: magis magisq; illius ambitionẽ excitauerat. Nã
Leonidam illum vetustiorem memorie proditũ est: interrogatũ aliquando qualis
sibi poeta fuisse videretur Tirthius respondisse bonum ad iuuenũ animos ĩcitãdos
Illius enim carminibus permoti tanquã aliquo furore correpti nullis parrentes pe
riculis in pugnas ruunt. Verum Stoicorum disciplina acumẽ habet quoddam quo
magna & accuta ingenia facile ad securitatẽ eriguntur: ita ut nihil pertimescere
consuescant: quod si in facilẽ ac mansuetũ animum inciderit: illum in proprio bono
conseruat atq; corroborat. Igitur post Leonide mortẽ cum regnũ Cleomenes su
scepisset. ciues omnino moribus solutos animaduertit. Cum diuites luxurie delitii
sq; vacantes reip. curationem cõtemnerẽt. Plebs autem erga priuatas res male se
se habens ad bellum penitus ĩutilis: procul ab omni dignitatis aut honoris cura vi
tam duceret: & regie quidem potestatis nomẽ dũtaxat apud se esse conspiciebat.
Potestatẽ vero oĩum rerũ statũ pmutare cõstituit. Erat ei inter amicos precipu9
quidã nomine Xenarus: qui cum illũ in adolescentia adamasset: quod inspirare ap
pellant Lacedemonii postea semper in eius permãserat amicitia. Huius igit̃ animũ
explorare cupiens Cleomenes consiliũ dissimulãs rogitabat qualis illi rex visus fu
isset Agis: & quo pacto quorũq; consilio eam reip. instituende viam ĩgressus esset
At Xenarus primo non inuitus talia meminisse & libenter singula quonam pacto
gesta essent enarrare. Post vbi Cleomenẽ his rebus magis pmoueri atq; adhibere

animum intellexit: quod eadẽ sepius narrata rursus etiã peteret audire: iratus ei
quasi non satis mentis compos esset paulatim sese ab eius colloquio cõsuetudine re
mouit nulli tamen dissensionis causas aperiens. Igitur abnuente negotiũ Xenaro
Cleomenes alios quoq; amicos idem animo habituros existimãs. Ipse intra se rei to
eius peragende modũ componere statuit. Cumq; in bello faciliorem quã in pace ad
res permutandas occasionem fore putaret: aduersus acheos ciuitatẽ concitauit ip
sis vltro calumnie materiã subministrantibus. Aratus enim plurimum inter ache-
os ea tempestate potens Peloponnesum omnem in unam cõferendi tributi redige-
re societatem conatus est: atq; hunc sibi multorũ laborum & diuturne militie finẽ
proposuerat: putans ita demum ab externis hostibus Peloponnesios insuperabiles
fore. Cum huic reliqui ferme omnes assentirẽtur. Elienses Lacedemoniiq; aduer-
sabantur: & preterea archadum pars que Lacedemoniis fauebat. Igitur post Leo
nide obitum aratus archadibus bellum intulit: eos maxime qui acheorum finibus
adiacent cladibus premens. Lacedemonios vero & Cleomenẽ quod esset admodũ
adolescens contemnebat. His de causis Efori cõmoti Cleomenem cũ exercitu mi-
sere: vt Palladis templũ in Veluina positum occuparet. Illinc enim in agrum Laco
nicum ingressus patet: & tum forte Lacedemoniis de eo loco aduersus Megalopo
litanos erat disceptatio. Hunc igitur locũ Cleomenes occupatũ cũ muris presidiisq;
q̃ muniisset. Aratus nulla prius belli denũtiatione facta noctu exercitum ducens
in Tegiatas & Orchomenios proficiscitur sperans per proditiones eas vrbes occu
pare posse. Verum proditoribus ob timorem promissam operã haud quaq; prestã
tibus. Aratus eodem quo venerat itinere regressus est. Putans profectionem hanc
ob celeritatem latere: ad hunc Cleomenes hironia quadã & dissimulatione vtẽs tã
quam ad amicum scripsit: rogans quã in partem noctu duxisset exercitũ. Ad hec a
ratus rescripsit nunciatũ sibi esse velle Cleomenem Veluinã munire. se veto ut id
prohiberet noctu cum exercitu profectũ. Ad ea Cleomenes alio misso nũtio se qui
dem his que ille respondisset fidem adhibere inquit: sed rogare nisi quid forte sibi
impedimẽto ut rescribat: qua nam de causa laternas secum & scalas detulisset. Ad
hoc dictum subridens aratus qualis iste esset adolescens interrogauit. Tum Demo
crates Lacedemoneorũ exul ego tibi inquit si qd aduersus Lacedemõios moliris p
perandũ cẽseo: anteq; pullus hic p etatẽ aculeo vti possit. His pactis Cleomenẽ cũ
paucis admodũ equitibus & peditibus trecẽtis in archadiã ad cõcitandũ bellũ profe
cto Efori magnitudinẽ belli formidãs vt retrocederet imperarũt: quorũ ille precep
tis cũ paruisset. Aratus repẽte Casias occupauit. Tũ Efori Cleomenẽ rursus ad
ea loca exercitũ ducere preceperũt: q cũ Methidrio capto argolicũ agrũ puaderet:
achei vigĩti miliũ peditũ & equitũ mille exercitũ emisere. Quibus copiis aristoma
chus preerat imperator. qui cũ apud Palantinũ sese arato coniũxisset Cleomenes
pugnandi copiã hostibus fecit. Verum aratus eius audatiã reformidãs imperatorẽ
a certamine deterrẽs retrocedere hortatus est. Quapropter multis probris ab acheis
lacessitus: a Lacedemoniis uero delusus atq; contemptus abiit quod eos tãtopere
metuisset cũ nõ amplius quinq; milibus militũ per id temporis in exercitu habuisset.
Ex hoc magna Cleomenis audatia uir haberi cepit. Ipse q̃ maiore iã inter ciues fi
dutia versabatur. Cũ plerisq; illius gesta cõsiderãtes veterũ regũ sibi venire in memori
am assererẽt: sub quibus Lacedemonii nũq; de numero hostiũ sed ubi nã cõsedissẽt p
cũctari soliti fuerũt. Post hec eliẽsibus ab acheis bello pressis Cleomenes auxiliũ ferẽs
primo aduentu circa liceũ acheorũ exercitũ fugauit & fugiẽtes insecutus permultos oc
cidit plurios etiã uiuẽres cepit atq; ita fusus fugatusq; exercitus ẽ vt aratũ in ea pu
gna cecidisse apud plerosq; fama vulgauerit: verũ ipse diligenter occasione captata
repente ex pugna Mantineam se contulit atq; eam Vrbem nihil tale suspicantibus

ciuibus improuiso adortus: cum occupasset presidiis firmauit. Igitur Lacedemonii cum belli cepta haud quaquã succederẽt Cleomenẽ eorũ que in exercitu gesserat rationem reddere postulabant. His causis permotus Cleomenes Archedamũ Agidis fratrem Messana Lacedemonẽ reuocare cõstituit: quod ad eum ex altera familia successionis iure regnum spectabat: existimans ita demum Efororum potestatem imbecilliorem futuram si regnum omni ex parte profectum stabilitũq; fuisset. At hi qui interficiendi agidis causa fuerãt: ueriti ne regnũ capiente archidamo perpetrati sceleris penas darent. Clanculũ uenientẽ leti excepere atq; in vrbẽ deductũ interfecerũt: siue inuito Cleomene ut Philarcus arbitratur: siue amicorũ consiliis persuaso. Magna etenim facinoris huius culpa in eos redũdamt: quod cleomenẽ huic sceleri p vim assentiri coegissent. Post hec rursus ad permutandũ statum ciuitatis intendẽs animũ Eforis pecunia delinitis ut sibi exercitũ decernant persuadet. multos sibi per matris humanitatẽ liberalitatẽq; conciliãs. Ea siquidẽ pecunias assidue filio subministrãs: apud omnes gratiã inire conabatur. quin etiã quo maiorem filio conciliaret beniuolentiã: quãq; penitus a nuptiis eius animus abhorreret. Tum ueo qui plurimũ per id temporis in ciuitate poterat: in matrimoniũ iungi passa est: ut per eum stabiliorẽ filio potentiã constitueret. Educẽs igitur exercitũ Cleomenes Leutas Megalipolitani agri ciuitatẽ occupauit. Aduersus hunc achei aratũ cum exercitu proficisci iubent. & sub ipsa urbe structis aciebus cum dimicassent parte duntaxat exercitus Cleomenes superatus est. Nam yallem quãdã satis profundã Aratus acheos transire persequẽdi causa prohibuit. Id Lidiades Megalipolitanus cum animaduertisset ira simul atq; indignacõe parcitus equites qui secum aderãt cohortarus in hostes emisit: qui dum fugiẽtes persequunt̃ incautius locum multis arbustis uinetisq; preterea fossis & muroꝝ ruinis impeditissimũ deuenere. quod ubi Cleomenes animaduertit Tarẽtinos & cretenses milites impeditos hostes inuadere iubet: a quibus Lidiades cũ omni equitatu circũuentus fortiter dimicans occubuit. Hac victoria sublati Lacedemonii magno clamore in Acheos ferebant̃. Cumq; non procul iam abessent omnẽ exercitum in fugam uertere: in qua cum plurima etiã cecidissent reliquoꝝ corpora ad sepulturam petentibus hostibus concessit Cleomenes. Verũ Lidiade cadauer ad se portari iubens cum purpureo amictu coronaq; ipsũ ornasset ad Megalipolis portas deferri precepit. Hic Lidiades vir magna virtute atq; animo fuit: qui etiã deposita tirannide ciuibus in libertatem restitutis persuasit: ut sese ac ciuitatẽ acheis permitterẽt. His ita gestis Cleomenes maiora iam animo precipiẽs non dubitabat quin facile acheos esset superarurus: modo rebus domi pro suo arbitrio vti posset. Igitur Megisconũ uictricũ suũ admonet opus esse ut pulsis e magistratu Eforis & primaroꝝ ciuiũ fortunis in cõmune positis atq; omnibus ciuibus ad equalitatem redactis totius grecie principatũ Lacedemoniis uendicẽt: quibus ille cum facile assentiretur paucos preterea ex amicis huius consilii participes assũpsit. Talia meditante Cleomene forte accidit ut ex Eforis cuidam in Pasiphe templo dormienti somnium appareret huiusmodi videbatur enim quo in loco Efori viri dicendo conuenire assueuerant: vnam dũtaxat sellam existere. Quatuor aũt que antea fuerant deiectas esse: quo spectaculo cũ ipse attonitus miraretur vocem e templi adito visus est audire q̃ diceret: hoc sparte fatale esse. Hec vt gesta fuerãt cũ Eforus Cleomeni nuntiaret. Primo quidẽ turbat9 Cleomenes ne forte sui tẽtandi gracia hec ab Eforo fingerentur suspicabatur. Postq; vero nihil illum mẽtiri animaduertit maiori fiducia destinatũ iam animo opus aggrediẽs quotquot in ciuitate suspectos habebat & quos ceptis suis censebat aduersari secum in exercitu ducens Hiream & Alsẽã acheorũ ciuitatis cepit & frumenti plurimũ Orchomenũ ĩportari

iussit. Inde contra Mantiream duxit exercitũ. Itaq; multis magnisq; negotiis ci-
ues implicans & modo huc modo illuc rapiens exercitũ effecit: vt magna pars illo-
rum quos secum duxerat vltro ab ipso peterēt: vt in Archadia subsistere liceret.
Post hec mercenarios milites secum ducens spartã rediit: atq; in itinere plurimos
quos sibi fidos esse nouerat consilia cũ ipsis cõmunicando rei gerende socios adiun
xit. Tantaq; celeritate iter illud confecit: vt pene cenãtes oppresserit Eforos. Cũ
enim ciuitati iam propinquaret Euriclidã ad locum vbi Efori cõuiuabant premit
tit: quasi noua quedam ab exercitu nuntiaturũ. Tirichium vero ac duos ex his q
secum fuerant educati: quos Lacedemonii Semotracas appellãt: cum paucis mili
tibus subsequi iubet. Cumq; adhuc Euriclidas apud Eforos in colloquio versaret:
superueniẽtes qui a Cleomene missi fuerãt. Nudatis gladiis Eforos inuasere. Ita-
q; primus omnium Agileus in ipso impetu grauiter saucius cum sese mortuum si-
mularet diu immobilis humi prostratus iacuit demum remine animaduertente in
Sacellum timori dicatũ quod triclinio proximũ erat clanculum se proripuit. Id cũ
semper alias clausum esse cõsueuisset tunc forte quadam agilei bono homine pate-
bat. In id igitur ingressus Agileus ostio clauso delituit. quatuor vero interfectis
Eforis supra decem etiam ex his qui auxilium ferre voluerãt cecidere. Eorũ ve-
ro qui inermes quietiq; spectabant nemini omnino vis est allata: nec volentiũ ciui
tate egredi quisq; probibitus est: qui etiã agileus postridie a sacello digressus ve-
niam meruit. Sunt autem apud Lacedemonios non timori tantũ sed morti etiam
& risui & aliis huiuscemodi affectibus templa dicata. Timorem autẽ non sicut ali
os demonas venerãtur: quos tanq; noxios abesse procul a ciuitate volũt: sed remp.
maxime timore cõtineri arbitrantur Idcirco Efori cũ primo ineunt magistratum
vt Aristoteles inquit dimisso per Vrbem precone ciuibus precipiũt vt singuli bar-
bam circa mẽtum tondeant: & legibus obseruãdis intendant animũ. Ne forte con-
tra quempiã seuire cogantur: atq; vt arbitror de tondẽda barba preceptum eo spe
ctat vt iuniores etiam in rebus minimis obtemperare magistratib; assuescant: qn
etiam fortitudinem nõ cauentiã metus: sed ignominie ac turpitudinis timorẽ quẽ
dam existimasse prisci videntur. Qui enim maxime leges timẽt: hi aduersus ho-
stes audacissimi sunt: & aspera laboriosaq; perpeti minime formidãt: qui male au-
dire plurimum timẽt. Recte itaq; dixisse videtur poeta inquiens: hinc timor illic
vrgebat verecundia Homerus quoq; dicentẽ inducit Helenam. O metuende mihi
semper semperq; verende care socer & alibi tanti ac tremebundi verebãtur ducto-
res suos nam vereri timereq; precipuũ multitudinis esse videtur. Propterea Lace
demonii iuxta Eforotum tricliniũ timoris sacellũ positum est. Postridie Cleome-
nens octuaginta ciues proscriptos ĩ exilium misit. Disiectisq; Efororũ sellis vnam
dumtaxat stare permisit: in qua sedens ipse iura populo dicturus erat. Post hec ad
uocata contione de his que ab eo fuerant acta disseruit & a Licurgo narrãdi prin
cipium faciens dixit eius regis temporibus seniores quosdam regibus ad cõsultã-
dum adhibitos fuisse: atq; eo pacto diu remp. diligenter administratã nullo alio e-
guisse magistratu. Procedente uero tempore cum bello Messinensi magno sine ac
diuturno reges ad exercitũ impliciti tenerentur: nec domi iuri dicundo vacare pos
sent: quosdam ex amicorũ numero a regibus fuisse delectos, qui domi apud ciues
interea regis vicem gerentes Efori sunt appellati: diutiusq; hanc permansisse con-
suetudinem vt Efori pro ministris regum haberentur inde paulatim omnem in se
transtulisse potẽtiam eoq; iam licentie peruenisse ut seorsum a rege magistratũ p-
prium Eforiam constituerint Eorum vero quod antea dixisset: signum esset q; ac
cersentibus regem Eforis: nec prime nec secunde vocationi rex paret. Tertio uero
vocatus exurgens ad eos proficiscitur: ac primum quidem Asteropeium quẽdam

fuisse qui maxime Efororum potentiam auxerit: quem multis post Licurgū eta
tibus bene magistratum gessisse constat: Verum se arbitrari satius fuisse potentia
quam habebant vti moderate: quā omnem sibi licētiam arrogātes legittime a rep.
institutam legis potestatem soluere conari. quod eos iam sepenumero tēptasse nō
est obscurum: cū regum alios e ciuitate pepulerint: alios indicta causa extremo af
fecerint supplicio quod sane haud quaq̄ vltro fuerat tolleradū: vt pulcerrima diui
nissimaq̄ omnium que vnquā sparte fuerint potestas horum superbia licentiaq̄ in
teriret Quod si mihi iquit sine cuiusq̄ cede licuisset inueteratos ciuitatis morbos
sanare nimios videlicet sumptus atq̄ delitias insuper eris alieni magnitudinē atq̄
vsuras: tum his etiam antiquiora mala diuitias ac paupertatē felicissimū vtiq̄ re
gum omniū me fuisse arbitrarer: quod tāq̄ medicus absq̄ dolore patrie mederi vo
luissem. Nunc aūt necessitatis huius Licurgū testē imploro: qui cū neq̄ rex esset
nec ullum omnino gereret magistratum: sed priuatus regnum occupare volens cū
armis in cōtionem processit: cuius timore parcitus Charilus rex confugit in tēplū
Inde quod erat ingenio mitis & amator patrie repente Licurgo in rebus agendis
socium sese prebuit: eumq̄ in permutādo statum ciuitatis adiuuit. Satis igitur ip
sa re cōprobauit Licurgus nō facile posse absq̄ vi & timore statū ciuitatis pmuta
ri: quibus ego tamē modestissime vsus sum: eos dūtaxat eiciēs e ciuitate quos La
cedemoniorum saluti impedimēto futuros esse cognouerā. At vero omnes qui sūt
in ciuitate oportet agros reliquasq̄ fortunas in cōmune conferre: atq̄ omne es ali
enum debitoribus condonare: preterea ex peregrinis eos eligere qui nobiscum vna
in ciuitate habendi sunt: vt hoc pacto optimi omniū euadentes sparciate ciuitatem
a periculis tutari possint: vtq̄ Etholis & Illiriis predas e Laconica abigēdi finē im
ponamus si quidem ipsi ob id dūtaxat talia audent: quod vacuam defensoribus re
gionem conspiciūt. His dictis primus ipse fortunas omnes in medium contulit Idē
& victricus eius Megestonus & amicorum ceteri fecere: quos omnes subinde ci
ues subsecuti sunt: ager etiā omnis equa in singulos portione diuisus est: cuius par
tem his etiam quos in exilium miserat adiudicauit. Tum ciues omnes incertos di
stribuit ordines ac rebꝫ iam quiete cōstitutis colonis quos fidissimos esse arbitra
batur: quiq̄ ingenio prestabant ciuitatem suppleuit: & militum quatuor milia ex
iisdem conscripta docuit pro lāceis sarissis vti quas vtraq̄ manu & gestare & tor
quere assuefecit Preterea clipeū non ex anulo suspensū: sed brachio insertū gesta
re docuit. His peractis ad iuuenū disciplinas & viuendi normā instituēdam cōuer
tit animum in quo Sphero precipue adiutore vsum fuisse tradūt: & repente Gim
nasia palestrasq̄ satis congruo erexit ornatu. Pauci igitur necessitate coacti sed hi
etiam quamuis inuiti verum pars maior volens in generosam & veterē Lacōicam
viuendi consuetudinem rediere: quin etiam quo Monarchie nominis insolentiā le
niret Euclidam fratrem secum regnare iussit & tunc dūtaxat apud sparciatas du
os ex eadem familia regnare cōtigit. Rebus igitur vrbanis ita ut diximus cōstitu
tis cum audisset Aratum atq̄ Acheos maxime se per id temporis ciues esse arbitra
ri: quod Cleomenem propter regni nouitatem ab Vrbe nequaq̄ discessurū puta
rent: ne tanta rerum perturbatione cōmotam atq̄ adhuc suspensam relinqueret ci
uitatem nō indecorum nec inutile fore putauit sui exercitus promptitudinem &
ferocitatem hostibus ostentare. Igitur agrum Megalipolitanum ingressus lateq̄
cuncta populatus ingenti preda ditatū exercitum reduxit cū plurimū detrimenti
hostibus intulisset. Inde venientes Messana Bacchanaliū artifices apprehēdēs cō
stituto pro temporis & loci oportunitate Theatro in hostili terra minas conferens
quadraginta per integrum diem ludos istituit: eosq̄ sedēs ipse spectauit: nō quod
spectaculi admodū voluptate aut cupiditate teneretur: sed tāquā hostiū dedecori

insudans: ac simul licẽtiam & contẽptum ostentans suum. Constat ex regiis greco
rum exercitibus hũc solũ neq; mimos aut psalterias neq; fidicinas habuisse: sed om
ni penitus adulatione ac scurilitate omniq; petulantia carebat: cum iuuenes perdi
scendis moribus senes vero iisdem edocẽdis opere plurimũ ac temporis ĩpertirẽt.
Quod si quando relaxationis aliquid affectarẽt: eam facetiis liberalibus iocisq; nõ
turpibus inuicem certantes assequebantur quod vel maxime locorũ esse videt̃ qd
vero vtilitatis habeat huiusmodi iocãdi genus in his que de Licurgo scripta sunt
enarrauimus. Verumĩter omnes rex ipse ceteris erat preceptor egregius: mode
stam & frugalem vitam ducens nihil fastus aut delitiaꝝ habentẽ ac veluti optimũ
exemplum viuendi quod sibi ad res gerẽdas adiumẽti plurimũ attulit. Si quis eñ
ab eos ad reges accesserit: non tam diuitiarũ & luxus magnitudine obstupescet: q̃
superbiam atq; insolentiam oderit: quibus fastidiose atq; aspere in eos qui sua opa
indigent vti consueuerũt. Qui vero Cleomenẽ adibant: cum tamen rex dici simul
& haberi vellet: non purpuram nõ laticlauũ non tricliniorũ aut sellaꝝ ingentes ap
paratus cõspiciebant: nõ littorũ aut ianitorum turbã nõ scribaꝝ multitudinem qui
diu multumq; rogati vix tandẽ per litterulas respondere dignãtur: sed ipsũ breui
tunica amictus vltro sese venietibus offerẽs aderat petentibus comiter benigneq;
respondens: sũmaq; humanitate & loqui & audire parat9. Itaq; inter populares ho
mines vtcunq; sors tulisset humaniter benigneq; versatus: carus acceptusq; omnib9
erat: solum hunc dignũ qui ab Hercule natus existimetur dictitantibus. Cenandi
vero quottidianus apparatus vno dũtaxat posito triclinio erat. Isq; exiguus sane:
Laconice parsimonie cõueniens. Quod si seniores quosdã aut hospites cõuiuio adhi
buisset: lecti alii duo sternebantur: ac paulo lautius ministri mensam struebant: nõ
aromatum dulcedine aut variorũ sapoꝝ genere conditis dapibus: sed tantũ ut co
pia largior paulo & vinũ aliquanto suauius esset. Nã amicorũ cuidã aliquãdo sub
iratus est: quod hospites cõuiuio suscipiens vinũ nigrum dũtaxat: & panem dura
tum igni apposuisset: sicut in Lacedemonũ celebritatibus: quam fiditiã nuncupãt
fieri consueuit. Non enim oportere inquit erga hospites tam exacte Laconicum
morem seruare: sublatis autem mẽsis tripes Eneus cum Eneo cratere qui vino ple
nus erat inferri consueuit. Due preterea ex argẽto Phiale Cotilas binas capiẽtes
& argentea pocula admodũ parua: his quantũ cuiq; libuisset bibere licebat: nolenti
autem nemo poculum porrigebat: Aurũ vero oblectatio nec aderat sane neq; ad
modum expetebatur. Ipse enim sermone suo potationes oblectare cõsueuit nũc ab
aliis quispiam interrogans nũc aliquid ipse narrans quod nec seria grauitate uaca
ret: & esset grata festiuitate iocoq; non petulanti conditũ. Largitiones aũt quib9
alii reges ad capiendos homines vti consueuerũt iniustas penitus ac rege ĩdignas
arbitrabatur: ac sermone blando atq; humanitate cõplecti homines preterea fide
atq; integritate ad se amãdum eosdẽ allicere: honestissimũ & maxime regi cõueni
ens existimabat. Primi igitur Mantinenses ipsum noctu venientem in Vrbem in
troduxere: presidioq; acheorũ deiecto sese atq; Vrbem illius arbitrio permiserunt:
quibus ipse remp. & reges restituens eadem die Tegeam est profectus: & paulo
post per achadiam iter faciens feras Achaie Vrbem puenit: eo proposito vt vel pu
gnam cum acheis decertaret: vel aratũ pugnam detrectantẽ quasi victum supera
tumq; ex Achaia pelleret. Erat aũt Arati apud acheos potẽtia maxima. Igitur po
pulariter egressus in campũ Acheis cũ castra in Dimis Eccatonueũ posuisset ac
cedens Cleomenes medium se inter Dimas & hostiũ exercitũ collocauit. Inde auda
cter Acheos prouocans vt secum cõgrederetur effecit: ipsisq; superatis & in fugã
versis plurimos in pugna interfecit: multos etiam viuentes cepit. Post hanc pug
nam motis ad langum castris atq; ĩde acheorũ pulso presidio ciuitatem Eliensibus

Agis et Cleomenes

restituit. Sic igitur afflictis acheorum opibus cũ singulis annis exercitum educere
Aratus consueuisset: tunc miliciã recusabat. Excusationes quasdã sane inualidas
petentibus atq; hortantibus acheis pretẽdens: quod ipsum non satis honeste face-
re videbatur: qui in tempestate gubernaculũ deteriori cõcederet: & traditã sibi a
ciuibus negligeret potestatem. His auditis Cleomenes missis ad acheos legatis ni
hil asperum aut supbum postulabat. Verum paulopost alios submittens vt sese in
eius dederent potestatẽ sibiq; principatũ concederẽt ciuitatis petebat. Aliud nihil
eis allaturum esse promittens: nam & captiuos reddere & ademptos agros resti-
tuere se velle dicebat. Cum ad ea consultanda indutias achei postulassent: & Cleo
menem in Lernam ad colloquiũ vocarent: quod ibi totius gentis cõcilium indixe
rant. Accidit vt cum in itinere aquam bibisset Cleomenes sanguinis fluxu repẽte
cõmoto propemodũ suffocaretur: & vocis vsum penit9 amitteret. Quapropter no
biliores ex captiuis ad acheos remittẽs & colloquio in aliud tempus dilato: ipse ad
curandam valitudinem Lacedemonem ingressus est. Creditur hanc viri cunctatio
nem extremam rebus gretie pernitiẽ attulisse: que illius ductu & auspicio presen-
tibus malis liberari & certe Macedonũ superbiam atq; auaritiã euitare facile po-
terat. Aratus enim siue quod Cleomeni diffideret: siue ꝙ eius formidaret potẽti-
am: siue quod illius inuideret felicitati: qua illum preter spem auctum animaduer-
tebat: cum sibi etiam turpissimũ fore putaret: si diuturnam gloriã & grecie prin-
cipatum quem annos tres & triginta tenuisset: subito ab adolescente sibi eripi pa-
teretur: principio acheos quin se Cleomeni cõiungerent per vim prohibere conatus
est. Post vbi parum id succedere animaduertit: ꝙ audacia Cleomenis achei percul
si nequaq; ab eo desciscere auderent: presertim cum nihil iniustũ petere videretur
si in antiquum viuendi morem Lacedemonii Peloponnesum redigere temptarent
animum ad opus cõuertit cum omni greco homine indignũ tũ sibi propter res do
mi foris q; gestas turpissimũ minimeq; cõueniens. Id aũt erat vt Antigonũ in gre-
ciam reuocaret: & Macedonibus impleret Peloponnesum quos inde adolescens ip
se pepulerat: Corinthi arce ex eorum manibus liberata cunq; regibus omnibus in-
fensus esset: tum precipue Antigonum ipsũ maledictis peobrisq; lacerare cõsueue
rat vt ex eius adhuc monumentis apparet quibus multa sese egisse multa etiã fuis-
se perpessum pro athen. ẽsium salute testatur: vt eorum ciuitate custodia Macedo
num liberaret: quos tamen in patriã suam atq; intra domesticos parietes tunc ar-
matos inducere properabat: ne Spartanorũ regem ab Hercule oriundũ qui vetu-
stum patrie morem viuendi in vsum reuocans tanq̃ dissolutã armoniã moderabatẽ:
& ad sanctas modestasq; Licurgi leges & vitam reducebat. Sicionum quoq; regẽ
inscribi pateretur. Cunq; Laconici victus ac vestitus asperitatem refugeret & id
quod inter Cleomenis instituta tanq̃ durissimum accusabat: diuitiarũ & pauper-
tatis adequationẽ diademati purpureq; Macedonice & imperiosis satrapũ iussis
sese atq; Achaiam omnẽ subdere non dubitabat: ac ne Cleomenis preceptis obtem
peraret antigono sacra facere coronatusq; peana decantare ĩ eius honorem qui apo
stematis morbo paulopost interitus est poterat sustinere. Verum hec non accusan-
di arati gratia scripsimus Fuit enim uir alioquin grecia dignus & sũmis virtutib9
preditus sed ut humane nature imbecillitatẽ miserantes explicaremus que nec eti
am tantis ornata virtutibus & tam sanctis moribus instructa fructũ inuidia caren
tem efferre potest. Interea cũ argos ad conuentũ per agendum achei venissent: eo
demq; Cleomenes e Tegea mouens properaret. Magna erat spes omnium fore vt
que agenda erant inter eos componerẽtur. Igitur Aratus cõuentionibus cum anti
gono iam peractis veritus ne si Cleomeni multitudinẽ alloquendi potestas fieret:
aut vi aut suasionibus in suam sentẽtiã traheret: acheos a Cleomene petere cõpulit

vt vel tcig inta obſidibus acceptis ſolus ipſe ad colloquendū ingrediatur ciuitatem
vel ad Gimnaſium quod Cillarauiū appellant extra ciuitatem cum exercitu veni
ens colloquatur. His mandatis auditis Cleomenes magna ſe iniuria ab illis affici
quecebatur quod oportuerat talia ſibi ſtatim a principio mandari. Non cū iam ad
portas eorum eſſet: promiſſis fraudantes venientē expellere: epiſtolam quoq; ſup
hac re ad acheos miſit cuius: maxima pars accuſationē acati continebat. Multa et
iam aratus e contra de Cleomene apud plebē conqueſtus omniū animos a condicō
bus pacis alienauit. Miſſo igitur precone Cleomenes repēte bellū acheis indixit
Ex quo magna apud acheos exorta eſt rerū pmutatio: multeq; ab eis ciuitates de
fecere: cū plebs agrorū partitionē & debitorū miſſionē ſperaret pmores multis de
cauſis aratum grauiter ferrent nōnullis etiam ſibi propterea infenſis quod Mace
dones machaiam traiecit. Primoq; aduētu pellentē Acheorum preſidio pulſo oc
cupauit. Inde inferiores & Penteleios mouit caſtra. At Achei proditionē Corin
thi formidantes equites plurimos atq; vna cū his externos milites quos argis ha
bebant ſubtractos: e ciuitate ad cuſtodiendū Corinthū miſere: ipſi vero p Nemeā
deſcendētes argos ducebant exercitum. At Cleomenes id quod accidit arbitrat
fore vt magnā turbationem incuteret: ſi Vrbem imperita multitudine refectam
& Theatrorum ludis aſſuetā improuiſo adoriretur. Noctu ciuitatis menibus ad
mouit exercitum & penes locum quem ipſi aſpidem appellant murorem partem q
Theatro adiacet occupauit. Eſt autem locus aſper ſane ac deuius: quem cū occupa
tum Argiui ſenſiſſent: ita omnes animo perculſi ſunt: vt nemo ad reliquam ciuita
tem tutandā adhibuerit mentem: ſed preſidiū acciperet atq; obſides dare ſeſe para
tos eſſe nuntiare vrbem uero illius permittere poteſtati. Preterea ſocietatem cum
Lacedemoniis inire velle: que res non parum ſane ad Cleomenis gloriam & poten
tiam augendam profuit. Nunq; enim priores Lacedemonū reges eam Vrbem ca
pere potuerunt: quin etiam Pirrhus imperatoꝝ omnium bellicoſiſſimus habitus p
vim illam ingreſſus tamen capere non potuit: ſed in ea occiſus omnē etiā quam ea
tenus adeptus fuerat poteſtatem amiſit. Omnes igitur Cleomenis vehementiam
& fortitudinem mirabantur. Cumq; ridentes antea non ſuo ingenio ſed Lirorgi ſo
loniſq; precepta in ſtatum & debitorum dimiſſionem & diuiſionē agrorum ſparte
conſtituiſſe dicerent. Tunc ipſum ſubito apud Lacedemonios permutationis cau
ſam fuiſſe palam fatebantur quos uſq; adeo impotentes antea fuiſſe conſtabat: ut
Etoli fines Laconicos aliquando ingreſſi quīquaginta milia ſeruorum adduxerint
vnde facete dictum ſenis cuiuſdam Lacedemonii refertur. Plurimū Lacōicā regi
onem hoſtibus debere quod ſe tanta leuaſſet multitudine tunc non magno tempo
ris interiecto ſpatio: patriis tantū legibus moribuſq; reuocatis cum in antiquis v
ſtigiis viuendi non ſecus ac ſi adeſſet Licurgus conſiſterent: eo glorie fortitudinis
quod proceſſerant: vt ſibi totius grecie principatum deſtinarēt. Captis argis Fli
ontes & Cleoni ſubito ſeſe Cleomeni tradidere. Forte per id temporis Aratus Co
rinthi verſabatur: quoſdam qui Lacedemonū partibus fauere dicebantur adhibi
tis queſtionibus perquirēs. Igitur de argorū captiuitate nuntio accepto cum ciui
tatem omnem ad Cleomenē inclinatam depellendis Acheis agitare ſenſiſſet: ciui
bus in Curiam conuocatis ipſe Clanculum inter homines dilapſus ad portam ciui
tatis peruenit. Ibi paratū iam antea equū conſcendens Sionem confugit: aſſerēs
omnes Corintheorum equus vſq; ad necem fatigatus: cum ipſis inuicem decertarēt
vt alter alterum ad nuntiandā defectionē argus perueniret. At Cleomenē accuſaſ
ſe Corinthios aiebat: q aratum non cepiſſent: ſed permiſiſſent abire incolumē. Pre
terea Megiſtonum a Cleomene miſſum fuiſſe dicebat: petentem vt Corinthū ar
cem quam acheorū preſidio tenebāt: magna pecunia accepta ſibi traderet: ſe uero

ad ea respondisse id sibi esse consuetudinis vt diuitias habere quam ab eisdem ha
beri malit atq; hec arat9 ipse scripta reliquit. Interea Cleomenes Treogeniis Epi
daneriis atq; Hermionibus in amicitiam ascitis. Corinthum veniens arcē fossa val
loq; circumdedit: cum illam sibi achei tradere noluissent. Arati vero amicos & cu
ratores qui Corinthi erant in Vrbe permanere iussit. Omnē ab illis iniuriam pro
hibens & domos fortunasq; omnes illis intactas relinquens: Tritimallū quoq; Mes
sinensem cum his mandatis ad aratum misit vt si ita sibi videatur cōmuni acheorū
Lacedemoniorumq; presidio munitam Corinthi arcem custodiāt: priuati ipsi ara
to duplum quam a rege Ptolomeo acceperat stipēdium pollicēs. His cum reiectis
cōditionibus aratus repente filium ac preterea e nobilitate adolescentes aliquot ꝓ
obsidibus ad Antigonum mittit: simulq; acheis ꝑsuadet: vt venienti antigono Co
rinthi arcem sese daturos polliceātur. Quibus rebus permotus Cleomenes in festo
agmine Sitionium agrum ingressus omni clade belli populatus est Res insuper q̄
Arati fuerāt Corintheorum decreto sibi traditas dono suscepit. Inter hec Antigo
no magnis copiis Geraniam ingresso non vniuersam Ithsmum: sed loca tantū opor
tuna vallo fossaq; munire Cleomenes decreuit: & locorum oportunitatibus vt ēdo
magis ipsos conterere Macedones q̄ aperto Marte cum phalange pugnare statuit
His igitur artibus vtens in magnam anxietatem Antigonū compulit. Neq; enī pa
ratum antea frumentū exercitui suppetebat neq; tuto rapere licebat cōmeat9 Cle
omene semper collatis castris imminēte His igitur angustiis pressus Antigonus ĩ
tepesta nocte mouēs castra per Liceum & Cleomenis manibus dilabi frustra tēp
tauit militibus aliquot in ipso tumultu amissis: qua victoria elatus Cleomenes ce
teriq; qui circa se aderant ad capiendum cibum discurrere: cōtemnentes penitus
Antigonum qui asperrimis locis inclusus vrgente necessitate inania quedā agitare
animo videbatur. Statuerat enim in promontoriū quod hirio ĩminet motis castris
omnes copias nauibus sitionem traducere quod opus & temporis longitudinem &
non mediocrem apparatum efflagitabat. Eadem die nuntii ab Arato missi ad anti
gonum venere: petētes ut omni studio Argos pergere ꝓperaret: statuisse enim ar
giuos a Cleomene deficere: huius autē defectionis princeps Aristoteles erat q fa
cile multitudinē concitarat: indignatam quod speratā debitorum dimissionē Cleo
menes non instituisset Igitur acceptis ab antigono mille & quingētis militib9 ara
tus in Epidarum venit: sed eius aduentū Aristoles non expectās conuocatis factio
nis sue ciuibus presidium quod in arce erat expugnare adortus. Iamq; aderat Siti
one Timoxen9 cū acheorū copiis auxiliū ferens: hec secūda vigilia cū essent Cleo
meni nuntiata: iracundia percitus Megistonum q̄ primo ferre auxiliū argiuis im
perat. Is enim plura Cleomenem pro argiuis fuerat deprecatus: suadēs vt illorum
fidei permitteret ciuitatem: quin etiam volentes suspectos quosdā e ciuitate pelle
re prohibuerat. Hunc igitur cum duobus milibus armatorū proficisci iubens: ipse
aduersus antigonum constitit: simul Corinthios in fide cōtinens nec suis rebus dif
fidere suadēs. Nihil enī aduersi argis contigisse. sed tumultum dūtaxat ab homini
b9 paucis esse concitatum. Interea veniens argos Megistonus cum in pugna occu
buisset: vix qui in presidio erant constituti arcem tutari poterant. Itaq; frequenti
bus nuntiis ad Cleom. nem missis propere afferre auxiliū postulabāt. Veritus igi
tur Cleomenes ne argis potiti hostes aditus sibi in patriam intercluderent atq; im
pune Laconicam regionem populati Spartam defensoribus vacuā obsiderēt. Co
rintho exercitum adducēs repente ciuitatem amisit. Nam subito post eius disces
sum ingressus antigonus presidiis illam firmauit. Ipse vero argos veniens & ꝑ mu
ros ciuitatē ingressus primos qui pro muris in statione erāt loco deiecit. Inde for
nices qui circa aspidem erant demolitus pugnam cū fautoribus acheorū qui itus

erant conſerunt. Poſt hec ſcalis admotis interiora vrbis loca occopauit cum ſagitta
riis Cretenſibus in prima acie conſtitutis defenſores ī propugnaculis cōſiſtere nō
permitteret. Poſtq; autem antigonum cū phalange e ſublimi loco in planos cāpos
deſcendentē cōſpexit equitatū vero curſu effuſo ciuitatem petere aīaduertit diffi
ſus illam vltra iam tutari poſſe ſuis omnibus ad ſe cōuocatis incolumis abiit penes
muros ciuitatis iter faciens cunq; rebus maximis breui temporis ſpatio potitus eſ
ſet: quippe qui omnem fere Peloponeſum ſubegerit breuiori etiā tēpore eadē om
nia amiſit: militū nanq; magna pars q̄ primū abeuntem deſeruere ceteri nō multo
poſt vrbes in quibus preſidii cauſa locati erāt Antigono tradiderūt: tantis belli an
xietatibus preſſo cū Tegee reliquias copiarū colligens ſubſtitiſſet: ſub ipſo ferme
crepuſculo nuntii Lacedemone venientes nihilo minore calamitatis nūciū attule
re: vnice ſibi delectam vxorē interiiſſe: quam vſq; adeo amauiſſe conſtat: ut in me
dio victoriarū curſu plerūq; ab exercitu diſcedens: Spartam ad eam viſendā redi
re conſueuerit: nam cū agidis cuius antea vxor fuerat veneratione: tū virtutib℞ ꝓ
prius quibus erat ornata ſupra q̄ dici poteſt illam amabat quāq; igitur in agro dolo
re percuſſus vt par eſt adoleſcentē preſtantiſſima pulcerrimaq; vxore priuatū: nō
tamen merore ſuccubuit: nec pertorbationi rationē atq; animi ſubdidit magnitu
dinem ſed vocem atq; habitum eundē ſeruans: que agēda opus eſſent ducibus par
titus cum Thegeatibus quod optimū fore cenſebat pro illorum ſalute conſuluiſſet
Lacedemonē regreſſus eſt. Ibi poſtq; cum matre & filiis defuncte vxoris caſū con
queſtus eſt: ad publicas curas animum cōuertit. Inter hec Egipti rex Ptolomeus
nuntiis litteriſq; ad Cleomenē miſſis: auxilia aduerſus Antigonū vltro pollicebat
ſi matrem ſibi ac liberos pro obſidibus mittere vellet. Eam rē diutius Cleomenes
matri aperire ob uerecundiā diſtulit. ſepiuſq; pro eadē rei cauſa ad illā accedēs cū
in eius conſpectū veniſſet ſilētium tenebat: ita ut mater hoc animaduertēs ab ami
cis eius quidnā hec rei eſſet ſciſcitaretur: tū ipſū bono animo eſſe iubens hortarē
audacter: quicqd voluiſſet ab ea petere. His igitur hortationibus tandem motus
Cleomenes audatia ſūpta rem omnē patefecit. Tum ſubridēs mater hoccine inqt
erat mi nate quod tociēs dicere aggreſſus formidabas: at qui magis decuit q̄ pri
mo nauibus corpuſculū hoc impoſitū quocunq; libuiſſet mittere: preſertim ſi quid
ex ea re vtilitatis ſparte prouenturū arbitrareris: nec caten9 expectandū quoad ſe
nio cōfectū tabeſceret. Cuncti igitur leto animo profectionē comprobātes pedib℞
in tenarum ire ibi priuſquā nauē conſcenderet Cratiſiclia Cleomenē ſolum in Nep
tunni templū adductū complexa ſepius atq; exoſculata vbi pietate cōmotum aīad
uertit: Age inquit Lacedemoniorū rex caue ne quis e templo digreſſos lacrimātes
aut indignū aliquid Sparta facientes nos aīaduertat. Hoc enim dūtaxat preſtare
nos poſſumus in ceteris vero ea fortuna q̄ demon dederit ſeqtur. His dictis facie
ad nauim conuerſa paruū Cleomenis filium manu trahēs cōſcendit: gubernatoreq;
ſubito curſū dirigere iuſſit. Poſtquā ī egiptū veniēs Ptolomeū ab ātigono legatos
ſuſcipere ac ſecū de cōditionib℞ fiendis agitare cōperit. Cleomenē vero nūciantib℞
quibuſdā audiuit: noluiſſe vocātibus ad pacē acheis aſſentiri quod matris cauſa in
iuſſu Ptolomei bellū finire nō auderet ſcribēs ad eum iuſſit ne que Sparta digna eſ
ſent queq; in rē ſuam cōducerēt facere cūctaretur ne ue ob vnius anicule atq; infan
tis vni9 cauſā tātopere Ptolomeū formidaret. Inter hec ātigon9 Tegea occupata
Mantineā ī ſup atq; Orchomenū diripuerat ita ītra laconicos fines coartat9 cleo
menes ſeruis omnib℞ q minas qnq; atticas cōtuliſſent libertatē ꝓpoſuit & per hūc
modū qngētis talētis coactis hominū duo milia ritu macedonico armauit q̄s ātigo
nus argiraſpidis oppoſiturus ēt ide ad op9 maxim ꝓfecto atq; oib℞ īexpectatū ītēdit aīm.

Agis et Cleomenes

Megalipolis erat ciuitas que nihilo Spartha minor aut virib; inferior nullius im
perio subdita ĩ libertate degebat: habebat autem ab Antigono atq; acheis auxilia
per id temporis missa cum subsistens in Pleuris antigonus maxime vt ab acheis uo
caretur optabat. Quod tandem adnitẽtibus precipue Megalipolitanis est assecu
tus. Hanc igitur diripere Cleomenes statuens cũ nihil celeritate vtilius fore ĩtel
ligeret milites quinq; dierũ cocta cibaria deferre iubet: ac tocius exercitus robur
in Selasiam ducens tanq; fines Argolicos inuasurus repente in Megalipolitanũ a-
grum traiecit cumq; apud Rethenm positis castris milites cibum capere iussisset cõ
festim per Heliconem ducens ciuitati admouit exercitum cumq; haud procul abes
set Pantheam cum duabus Lacedemonum cohortibus premittens turrim quam
defensoribus vacuam esse intellexerat occupare iubet. Ipse vero cum ceteris copiis
raptim subsequebatur. Verum Pantheas non modo premõstratum a Cleomene lo
cum sed magnam quoq; murorũ partem desertam cõperiens quecunq; poterat loca
presidiis firmans magnam murorũ partem deiecit. Custodes autẽ quotcunq; obui
os habuit interfecit: interim aduenies cum copiis Cleomenes antea q̄ id ciues sen-
tirent milites intra ciuitatem deduxerat ita vix tandẽ vulgata inter ciues calami-
te nonnulli rerum suarum quicquid in manus venerat asportantes fugiebant Qui-
dam vero sumptis armis ad propellendos hostes ferebantur: Verum id frustra se-
pius experti sũt: fugientibus autem Cleomenes vim ullam afferri prohibuit. Itaq;
vix mille in pugna cecidere. Ceteri vero cum coniugibus ac liberis Messanã pro
fecti sũt: aliquot etiã ex his q arma sũpserant salute ĩpetrata viui in hostiũ manus
deuenere: sed hii pauci admodũ fuere: inter quos precipui Lisandrides & Theari
des viri cum generis nobilitate tum opibus atq; potentia in ciuitate principes ha-
biti: eos cum milites qui ceperant agnouissent subito ad Cleomenẽ perduxere. Igi
tur Lisandrides procul adhuc Cleomenẽ conspicatus: magna ipsum voce cõpellans
in manibus tuis positum est inquit Lacedemonũ rex facinus omniũ que vnquã ges
seris preclarissimum ac precipue rege dignum perpetrare: vnde etiã laudẽ ab om-
nibus maximam cõsequeris Intelligens autem eius mẽtẽ Cleomenes quidnã hoc ẽ
rei Lisandrides inquit: an me ciuitatem vobis reddere censes oportere: Sane in-
quit id ipsum tibi censeo faciendum: nec talem tanq; preclaram ciuitatẽ euertendã
verum his implendã viris qui socii tibi fideles atq; amici ꝑpetuo sint futuri: quod
tibi procul dubio eueniet: si Megalipolitanis patriam restituens eius populi salua
tor merito nuncupaberis. Post huius verba Cleomenes cũ aliquantulũ tacitus per
stetisset: perarduum est inquit huic rei cõfidere: sed vincat malo semper apud me
glorie quam vtilitatis cupiditas. Post hec uiros quos antea diximus & cũ his vna
preconem suum Messanam dimisit: qui Megalipolitanis ciuibus nũtient: patriam
his conditionibus a se restitui vt ab acheis dissidentes socii atq; amici Lacedemo
niorum esse pergant: His tam benigne tanq; humaniter a Cleomene cõcessis Me-
galipolitanos vti Philopomenes non permisit eos ab acheis desciscere prohibens &
in Cleomenem calumnias iactitãs: Aiebat enim ipsũ non quo ciuitatem restituere
vellet talia polliceri. verũ ut omnes ciues captiuos habere possit. Hec apud vulgus
iactans Philopomenes Lisandridã & Thearidẽ Messana excellere iussit. Hic Phi
lopomenes inter acheos facile princeps maximã apud omnes grecos gloriam adep
tus est: vt seorsum de illo scribentes docuimus. Ea postq; Cleomeni sunt nuntiata:
cum eatenus ciuitatem ab omni clade seruasset incolumẽ vt ne minimũ quidem a-
quoq; diripi passus esset: tunc ira exasperatus fortunas omnes militibus diripien-
das concessit: statuas vero & pictas tabulas quibus ea ciuitas abundabat. Lacede
monem portari iussit. Vrbem vero locis pluribus ac maxima queq; edificia subuer
tit quedam etiam iniecto igne cremauit. Inde propere Lacedemonem reuersus est

veritus ne per eius absentiam antigonus acheiq; Laconicam inuaderent uerum ꝗ̃
nihil tale aggressi sũt quod habendo concilio fuerant occupati in eo cum aratus de
summa rerum dicturus pulpitum conscendisset clamide circa faciem obuoluta diu
tacitus atq; immobilis constitit admirantibus cunctis atq; vt loqueretur hortanti
bus Megalipolis inquit a Cleomene deiecta corruit. His auditis repente concio so
luta est omnibus tum facti magnitudinem tum celeritatẽ admirantibus. Verum ã
tigonus si qua posset ratione tante cladi auxilium ferre cupiens militibus vt ad se
conuenirent imperauit qui cum tardius ex Hibernis accessissent illis ĩ agro vbi cõ
stiterant manere iussis: ipse non multos secũ milites ducens Argos profectus est.
Quapropter alterũ Cleomenes ceptũ de quo paulopost dicere aggrediemur: qui
dam temere atq; incaute susceptũ arbitrantur Verum id Polibius magno consilio
summaq; prudentia gestũ fuisse testatur. Nam cũ Macedones per ciuitates in Hi
bernis dispersos animaduerteret Antigonũ vero argis cum amicis dũtaxat & mer
cenariis militibus admodum paucis hibernãtem in argiuorũ agros impetum fecit
eo consilio vt vel permotũ verecundia Antigonum ad pugnãdum eliceret: vel ĩ cã
pum prodire non ausum: inimicorũ quos argis habebat calumniis obnoxium face
ret. Quod sane haud aliter quam sperauerat accidit: nam cũ argiuorũ agri late va
starentur: cunctaq; rapinis aut incendio perirent: argiui concursu ad edes antigoni
facto: summis clamoribus poscebant. vt uel ipse ad pugnam tutandosq; agros prodi
ret: vel si timore prohiberetur saltẽ melioribus principatũ concederet. Verũ anti
gonus vt peritum imperatorẽ decet nõ temere periclitari nec suam sociorũq; salu
tem fortune casibus credere volens: quanq; multis probris contumeliisq; lacessitus
tamen immobilis in sententia perstitit: ita Cleomenes vsq; ad ciuitatis muros du
cto exercitu verbis quoq; grauioribus in hostes ĩsultans eodem quo venerat itine
re retrocessit: nec multopost cum antigonũ Tegeã profectum comperisset: vt inde
Laconicum agrum adoriretur ipse diuersis itineribus a Leua exercitũ ducens: ite
rum argis improuisus apparuit: atq; omnia late populatus frumẽta que iã ad ma
turitatem vergebat omnia vastauit: non falcibus aut gladiis ea metens sed ingen
tibus lignis ĩ framee formã fabricatis milites in itinere quasi ludẽtes vniuersa fru
menta conterebant. Cunq; ad Gimnasiũ quod Cillaraniũ dicitur peruenissent: mi
lites ignem tectis inicere volentes a Cleomene sunt ꝓhibiti: vt facile appareat ip
sum non sua sponte sed iracundia exasperatum ea que crudelius apud Megalipo
lim gesserat perpetrasse. Post hec vbi Antigonum argos redeuntẽ saltꝰ omnes col
lesq; presidiis occupasse cognouit: vt illum discessu prohiberet quasi id nihil ad se
pertineret contemnere simulans misso precone claues Hireiad se mitti postulabat
vt sacris deo peractis abire posset. atq; ita verbis hostes deludens cum rem diuinã
ante fores templi peregisset in Fliunta exercitum duxit atq; inde presidio deiecto
Orchemeniũ descendit: non modo a ciuibus suis verũ etiam ab hostibus magni cõ
silii atq; animi vir & maximis rebus dignus iudicatus. Quippe qui vnius dũtaxat
ciuitatis opibus fretus contra Macedonũ opes contraq; Peloponnesios omnes bel
lum ita gereret: vt non solũ belli cladibus intactos suos fines seruaret: sed vltra ho
stiles agros populatus ciuitates etiam validissimas caperet quod profecto medio
cris & animi & virtutis esse constat sed qui primus pecunias rerum agendarũ ner
uos esse dixit: precipue ad res bellicas respiciẽs ea dixisse videtur. Nam & Dema
des iubentibus athenẽsibus deductas triremes nautis militibusq; complere. Cum
pecunias nullas haberent omnino pecuniis primum inquit Demades opus est Fer
tur etiam veterem illum archidamum Peloponnesiaci belli principio conferenda
tributa inter socios partiri iussum constituere dixisse perhibent. At enim bellũ nõ
mensuratꝰ atq; ad ordinem instituto vescitur cibo: Sicut igitur bene exercitato ad

laboris tolerãtiam corpore athlete procedēte tempore quãq; egregie arte instru-
ctos atq; ad numerum se mouentes aduersarios vel ipso pōdere grauatos superant
pari ratione antigonus multas diuersis ex locis vires colligens bellū facile tolera-
bat: ita vt demum succumbere Cleomenem necesse fuerit: cui vix tantū aderat fa-
cultatum vt cōductis militibus stipendium: ciuibus aūt victū suppeditare posset
cum alioquin domi prosperius Cleomeni q̄ antigono res succederēt: Barbaris per
absentiam regis occasione inuenta: Macedoniā inuadentibus. Illiriorū enim qui Ma-
cedonie supereminent nō paru9 exercitus Macedoniā populabūdus ītrauerat quo-
rum aduentu perterriti Macedones antigonū ex Peloponneso reuocare cogebant:
quod si hec paulo ante pugnā antigono nūtiata fuissent: repēte acheos valere sinēs
in Macedoniam discessisset: sed que maxime rerū humanarū dominat fortuna bre-
ui admodum spatio temporis quas vires habeat: quantūcunq; in rebus posset ostē-
dit. Nāq; post cōmissam ī Selasia pugnam: cū & potētiam & ciuitatē Cleomenes
amisisset: subito nuntii ex Macedonia superuenere: qui antigonū in patriā reuoca-
bant: que res miserabiliorē etiam Cleomenis effecit calamitatē: nam si biduo dū-
taxat pugnam tergiuersando distulisset: nihil omnino pugnare opus fuerat: sed ab-
euntibus Macedonibus qualemcūq; libuisset pacē cum acheis facere potuisset. Ve-
rum ipse ut antea diximus ob pecuniarum inopiā spem omnē in armis habēs coa-
ctus est vt Polibius refert: cū viginti dūtaxat milibus armatorū aduersus triginta
milia hostium decertare: qua in pugna nullis ipse periculis parcēs: imperatorū sese
cūctis admirabilem prestitit: ciuibus quoq; operam suā egregie nauantibus: quin
etiam conductos milites pro armorū qualitate cōtra grauem phalāgis armaturam
non segniter aut abiecte pugnasse cōstat. Filarcus autē proditionem quoq; huic pu-
gne intercessisse testatur: que maxime Cleomenis opes fregit. Nam Antigon9 Il-
lirios & Acarnanes clanculū ex acie subductos cornu: cui frater Cleomenis Eucli-
des preerat ex aduerso circumuenire iubet: verum Cleomenes ex specula quadam
antigoni exercitum diligentius intuens cū Illiriorū atq; acarnanum arma nusq̄ cō-
spiceret: veritus vt res eos ab antigono in insidias missos Damotelē ad se vocatum
iubet vt clanculum & ipse ex acie discedens omnia circūquaque loca presertī vero
a tergo speculetur: is iam antea ab antigono pecunia corruptus cum mandata ne-
gligenter executus esset. recte se habere cūcta ad Cleomenē refert. Ipse igitur his
tantum qui ex aduerso in acie stabant profligandis intentus cū Spartiatum globo
in Macedonum phalangē inuehitur: referētibus pedē acriter instans: quos fugien-
tes cum stadia pene quinq; insecutus esset: Euclidē in altero cornu vt diximus pu-
gnantem ab insidentibus circūuentum aīaduertit: atq; ad eum conuersus cede in-
quit: cede carissime frater Spartiatum pueris mulieribusq; perpetuo celebrande:
iamq; omnibus qui pro Euclida pugnabant interemptis: cū victores hostes aduer-
sus Cleomenem ruerent aīaduertens: milites suos timore turbatos nusq̄ consiste-
re audere: fuga sibi salutem querere coactus. Fertur in ea pugna magnum condu-
ctorum militum numerū cecidisse: Spartiatas autē ducentos dūtaxat superfuisse
cum ad sex milia in acie constitissent. Post eam pugnam cū se in urbem recipe-
ret Cleomenes obuiam factos ciues admonebat: vt antigonū in ciuitate susciperēt
se vero quod optime sparte futurum arbitraretur aut viuendo aut moriēdo factu-
rum esse dictitabat: Cumq; mulieres his qui secū e pugna confugerāt obuiā factas
arma eximere atq; ad reficiēdū corpus potum prebere cōspiceret ipse quoq; domū
suam ingressus est Cumq; ad eum puella quam Megalipoli ductā post vxoris mor-
tem apud se habuerat accurrisset velletq; labore fatigatū reficere: ipse neq; sitiens
bibere neq; fessus arma deponere voluit Verū vt erat Toracē indutus altera manu
columnam ex trāsuerso cōplexus illiq; innitēs faciē supra cubitū deposita parūper

corpore quieuit mente aũt per uaria consilia discurrẽs: cũ plurima secum agitasset
tandem cõuocatis amicis in Githeũ descendit atq; inde naues iam pridẽ ad hos ca
sus paratas vna omnes conscendẽtes abierũt. Inter hec antigonus Spartam inue-
ctus ciuitatem occupauit: ac ciues humaniter benigneq; alloquitur nihil eis de pri
stina dignitate minuens: & omnẽ iniuriã cõtumeliamq; ab eis prohibẽs legib9 suis
& institutis vti concessit. Cumq; diis sacra fecisset tercio postq; venerat die ex ur
be discessit: quod iam nũtios accepisset Macedoniã a Barbaris incẽdio rapinaq; va
stari: iamq; eũ aduersa deprehenderat valitudo: que ad Phthisim non paruo catarro
permixtam trahere videbatur: nonminus tamen ob hoc domesticas clades illatas
vlcisci properauit: donec maxima potitus victoria & Barbaroꝝ ingenti numero in
terfecto vt genere suum regem decebat clariorem mortem obiret. Nam Philarcus
in media pugna cũ clamore pectus rupisset: expirasse tradit. Quidam vero post vi-
ctoriam leticia elatum cum ingenti voce exclamasset. O letum pulchrumq; diẽ re-
pentina febre correptum: cum disruptis venis sanguis abundãtius flueret suffoca-
tum interisse. Atq; hec de antigono dixisse sufficiãt. Interea Cleomenes citheris
discedens atq; insulã alteram preteruectus Egialiam tenuit: Cumq; Cirenem pro-
ficisse statuisset: amicorum quidam Tiricion nomine vir cũ in rebus agendis pru-
dens tum in periculis obeundis celso atq; inuicto animo verum paulo iactantior &
suarũ virtutum ostentator. Is igitur secreto aduocatũ Cleomenem huiusmodi ver
bis allocutus est. Pulcerrima sane o rex inquit in pugna moriẽdi occasionem amisi-
mus: quanq; plurimi nos iactantes audierint nunq; fore: vt nisi mortuum Spartia-
tum regem antigonus superaret: nunc igitur altera nobis moriendi prebetur occa
sio. superiori quidem & gloria & virtute secunda quonã enim queso nauigamus fu
gientes quod in manibus adest vt longe posita prosequamur. Si enim forte turpe
non est ab Hercule oriundos Philippi Alexandriq; successoribus seruire: longe pro
fecto nauigationi parcere potuim9: in antigoni manus nosmet dedentes quẽ Pto-
lomeo tanto prestantiorẽ esse putandum est: quanto Macedones Egiptiis presta-
re credunt: quod si eos qui nos armis superarunt nobis dominari indignũ ducim9
Cur eum qui nos vicit dominũ volumus nobis imponere: vt duo nobis merito obi-
ci possint: & quod antigonũ fugiamus & quod assentari Ptolomeo inducam9 aĩm
an forte matris tue causa in Egiptũ eundum cẽsebimus iocundũ illi futurũ specta
culum: cũ inter Ptolomei mulieres ostendit filiũ ex rege seruum & exulẽ factum.
Cur non potius dum nostrorum ensiũ dominamur adhuc patriã intuẽtes tãtas lin-
quimus calamitates vt inter eos numeremur qui in Selasia pro Sparta pugnantes
occubuere: an potius in Egipto sedebimus interrogan es quẽ Sparte Satrapã an-
tigonus prefecerit: talia dicenti Tiritioni in hũc modum respondisse Cleomenem
ferũt. Inter humana omnia facillimũ quodq; omnibus maxime in promptu est: mor
tem prosequens fortis esse nonnullis fortasse videris: cum re vera turpior hec quã
tu laudas fuga sit: quam cum nuper ex pugna profugimus. Nam multi sepe meli
ores nobis se hostibus dedidere: cum aut ĩ aduersam fortunam incidissent: aut alia
vi quadam compulsi id agere cogerentur. Qui vero labores aut erumnas aut igno
miniam supra modum formidat: Is a sua mollicie superari se non animaduertit. O
portet enim sponte consciitam mortem: non fugam negotiorum sed actionem quã-
dam esse. Turpe est enim sibi soli viuere ac mori ad quod tu profecto nos cobor-
taris properans presentes calamitates effugere: cum tamen hanc mortem nihil ho
nestum aut vtile sequatur: ego autẽ & te & me simul oportere arbitror ea que de
patria adhuc sperare licet non relinquere: vbi vero omni spe destituti erimus facil-
lime quãdocunq; libuerit mori poterimus: Ad ea nihil respondens Tiricion vbi pri
mum e conspectu Cleomenis discedere potuit ad litus descẽdens se ipsũ iugulauit.

At Cleomenes ab agialia discendens Libie applicuit & regiis famulis comitatus:
alexandriam profectus est. Ibi cum primo in conspectum regis venit communi at
q; erga ceteros consueta humanitate exceptus est. Post vbi virtutis sue inditia p
ferens maximi consilii vir esse apparuit & in quottidiano sermone Laconicā inte
gritatem gratie cuidam liberali permixtam seruans ingenuitatemq; haud quanq;
superbā nec rursus propter fortune mutationē abiecto animo aut nimis humili cō
spectus a rege lōgeq; melior his qui ad uoluptatem atq; assentationē omnia loque
bantur iudicatus est. Itaq; vehementer puduit regem quod talem virū auxilio de
stitutum opprimi ab hostibus passus esset quodq; antigono tanta gloria tantaq; po
tentia augeri prebuisset occasionē. illum itaq; maiori honore atq; humanitate com
plectens: pollicitus est vicorū pecuniarumq; auxilia daturū: vt cum his in Greciam
veniens amissum regnū recuperare possit. Tunc vero talentorum viginti quatuor
stipendium singulis annis dari constituit: quibus sibi amicisq; sūptus abunde pote
rat suppeditare: vecom Cleomenes magnā eius pecunie partem in his qui ex Gre
ria profugi in Egiptū veniebant adiuuandis cōsumebāt & senior quidē Ptolome
us anteq; Cleomeni pcomissa persolueret: vita functus est & post eius obitum re
gia ī multam lasciuiā luxumq; prolapsa minimeq; in mulieres conuiuiaq; intēperan
tiam solitus quoq; erga Cleomenem cultus destitui ceptus est. Ipse enim rex muli
erum vinique cupiditate usq; adeo corruptus tenebatur: vt cum maxime sobrius &
serius rebus peragendis intentus esset īter precipua opera poneret bacchanalia ce
lebrare ac manu timpanum gestātem amicos in regiā ad ea peragenda conuocare:
Summis autem regni rebus administrandis preerāt Agathocha regis amasia. eiusq;
mater preterea Ināthus regiarū Pelicum gubernator: Attamē cū primo regnū
accepit Cleomene indigere visus est. timens enim fratrē natu maiorem Ptolome
us quod per matrem plurimū apud milites posse videbatur: eius interficiendi con
silium iniit atq; inter consultores intimos Cleomenē adhibuit: qui solus ceteris con
silium regis pcobantibus obuiā ire ac tantū facinus prohibere ausus est: asserēs re
gem potius oportere pco salute rerum suarū nouos si fieri potest fatres compara
re quam eos quos habeat interficere. Inter amicos regis qui plurimum auctorita
te posset Sosiuus erat Is cum aliquando regi diceret nō tuto se posse mercenariis
militibus credere: quoad frater ille maior in uita superstit: adsistens Cleomenes ni
hil est quod huius rei causa timeatis inquit nihil enim supertria milia sunt clientū
atq; hospitum in Peloponneso qui omnes si modo adnuero presto cum armis aderūt
Hec oratio tum quidem Cliomeni beniuolentie fidem & potētie comprobationem
apud regios homines prebuit. Posteriori vero tempore rū Ptolomei mollicies īdi
es augescerent: tiror quoq; simul augeri cepit quod in talibus reb9 accidere opor
tet: vbi enim sūma rerum omnium neglīgētia aboritur: ibi timorem quoq; & in ma
xima etiam securitate diffidentiam aboriri necesse est. Hec igitur formidabilē cul
toribus aule regie Cleomenē reddidit: quem tantū clientibus atq; hospitib9 posse
intellexerant. Itaq; plerique audiebant querentes non recte satis leonē hunc inter pe
cudes versari: quod verissime dictum iudicabit si quis domus regie mores intueatū
Itaq; naues & exercitum petenti concedere Ptolomeus noluit. Cunq; obisse anti
gonum Cleomenes audisset acheos autē Ethotico bello īplicitos teneri existimās:
rerum conditionem ipsum exposcere domumq; reuocare dum tanta rerum varietate
omnis agitaretur Peloponnesus a rege petere instituit: vt soli cum amicis abire li
ceret quod etiam impetrare nequaq; potuit: cum regis alloquēdi potestas nō esset
qui assiduo inter mulieres chorris & cantibus intentus vitā duceret. Sosiu9 aūt
qui sūme rerum preerat varia secū agitās arbitrabatur Cleomenē cōtra volūtatem
suam illic detentum intractabilem metuēdumq; fore: dimissum vero nihilominus

cimendum quod esset vir audax & magnis rebus gerendis idoneus: regie preterea
domus imbecillitatē morbosq; optime nosceret: neq; enim munera illius animū flexe
rant sed veluti sacer taurus quāq; abunde intra parietes nutritus in summis delitiis
habeatur: magis tamē consuetam vitā exoptat: & currendi saltandiq; desiderio te-
netur & sacerdotum attrectationē non facile substinēs: ipsis etiam se se terribilem
prestat. Eodē modo delicie mollitiesq; regie haud quanq; Cleomeni placebāt. Sed
ut de achile scribit Homerus tabescebat animo i otio permanēs & tumultū clamo
remq; bellum exoptat. Inter hec Nicagoras Messenius Alexandriā appulit: vir q̄-
dem Cleomeni infensus verum illi amicum esse simulans. Is cum agrū pulcerrimū
iampridem Cleomeni vendidisset: preciū nunq; acceperat quod Cleomenes in bel
li sūptibus omnem pecuniā absūpserat. Huic igitur nauem egredienti Cleomenes
cum forte iuxta portum deambularet occurrit & salute data atq; accepta que nā
illum causa in Egiptum adduxisset interrogauit: cū ille pulcerrimos equos & bel
lo maxime idoneos aduexisse responderet subridēs Cleomenes mallem inquit Mi
mos & Cinedos attulisses: hec enim maxime nunc regem delectant: quo audito ri
su cōmotus Nicagoras ab eo discessit: nec multo post rursus Cleomenē cōueniens
nunc inquit cum omni molestia vaces: debitum mihi soluere decens est nisi forte ni
mia tributorum pensione grauaris. Tum Cleomenes atqui nihil omnino mihi sup
est inquit eorum que dedisti. His verbis cōmotus Nicagoras Cleomenis in regem
dictum ad Sosibiū detulit: quod ille iocunde se accipere simulās iam tum Cleome-
ni insidias machinari cogitauit: verum maiori occasione regē aduersus Cleomenē i
citare volens Nicagore persuasit vt discedens epistolam aduersus Cleomenē scri-
ptam relinqueret quod statuisset exercitu manibusq; a rege acceptis Cirenē occu
pare. Hac perscripta epistola Nicagoras nauigauit. At Sosibius post dies quatuor
quasi nuperrime acceptam epistolam ad Ptolomeum deferens: verbis quam maxi
me potuit adolescentis animū in Cleomenem concitauit. Inde cōmuni consensu sta-
tuerunt in magna quadam domo Cleomenē includere: vbi in ceteris suo more vi-
uendi licentia perfruens exitu tantū probiberetur Erat hoc sane Cleomeni permo
lestum sed futuri mali timor ipsum magis angebat. Erat inter amicos regios qui
dam Crisermi filius Ptolomeus nomine plurimū amicitia apud regē potens: is an
tea libenter congressu colloquioq; Cleomenis vtens: magnam secum ob diuturnam
consuetudinem familiaritatem contraxerat Is igitur a Cleomene accersitus ad col
loquium venit: suspitionem eius quoad poterat verbis extenuans: & regis accusati
onem proferens. Inde post longum sermonem discedens Ptolomeus nō animaduer
tit Cleomenem inter amicos vsq; ad ianuā domus se prosequētem Quapropter cu
stodes grauiter obiurgans arguebat quod tam vastam beluam tanq; custodiri dif
ficilem adeo negligenter obseruarent. Ea verba cum audisset Cleomenes: priusq;
Ptolomeus animaduerteret retrocedēs omnia sicut acta fuerant ad socios retulit.
Cuncti igitur omni quā antea habuerāt spe destituti atq; ad iracundiam concitati
quonam pacto Ptolomei iniurias vlciscerentur consultabāt: vtq; mortē rebus ge-
stis & Sparta dignam obirent: nec expectarēt quoad velud pinguefacte victime
apud aras mactarētur neq; enim tollerandū videbatur Cleomenem q oblatas ab an
tigoni forti & bellicoso viro cōditiones repudiasset: tūc otiosum mitrati regis ces
sationem ab aliis muneribus expectare: quoad scilicet timpanū deponere & finire:
Thiasum eos iubeat: quos ad se interficiendum mittere velit. Postq; igitur cōmu
ni consilio talia sibi agenda statuerunt: cum forte Canopum secessisset Ptolomeus:
primo quo pacto e custodia euaderent consilium inierunt. Erat apud Egiptios re-
ges consuetodo: vt qui interficiendi causa in custodia tenebantur: pridie quam in
terficerentur cenā & munuscula quedā ex regis aula missa acciperent. Ea munera

Cleomenis amici clanculum magnitudine & splendore aucta intulerũt carceris cu
stodibus deceptis qui illa a rege missa arbitrabãtur: Eorum munerum magnã par
tem Cleomenes corona super imposita custodibus donauit & ipse cum amicis accũ
bens spectantibus illis epu*atus est. Fertur autem citius aliquãtulo quã statuerat
negotium suscepisse quod familiarẽ quendã huius rei consciũ cũ muliere quã ama
bat extra carcerem tunc esse cognouit. Veritus igitur ne per ipsum res patefieret
Cum iam meridies aduenisset & custodes vino grauatos capere somnum aduerte
ret indutus tunicam clamide vero circa sinistram obuoluta vnacũ amicis eodẽ mo
do instructis e carcere exiluit. Erant autem omnes numero tredecĩ inter quos Ip
pitas cum esset altero pede claudus. Primo quidem impetu vna cum reliquis car
cere egressus est. Postq̃ vero sui causa socios tardius progrediẽtes agnouit: iussit
vt se prius ĩterficientes abirent: neq̃ enĩ equũ esse tãte rei agende occasionẽ ob vni
us inutilis viri salutẽ amitti: Forte ciuis quidã ante carceris fores equo vehebatur
huic equo Cleomenis socii Ippitam priore equite deiecto imposuere: Inde per vi
cos plateasq̃ discurrentes ciuium multitudinẽ ad libertatem vocabant: quib9 tan
tum dumtaxat roboris inerat vt Cleomenis virtutẽ atq̃ audatiam admirãtes lau
darent. sequi vero aut auxilium ferre nemo auderet. Cum igitur Chriserim Ptolo
meum e regia forte venientẽ offendissent: in eũ facto impetu tres Cleomenis socii
obtruncant: Inde alterum Ptolomeũ qui custodiende ciuitati prefectus erat: cur
ru aduersus eos venientẽ dissipatis comitibus & ĩ fugam versus detractũ e curru
interficiunt. Post hec ad arcem ciuitatis iter dirigũt: carcerẽ qui prope erat refri
gere meditati: vt eorum qui illic detinebantur ad rem peragendam vterẽtur: sed
custodes carceris tumultu audito fores antequã eo peruenirẽt clausas muniverant:
ita vt id quoq̃ ceptum irritũ caderet. Tunc incertus consilii Cleomenes huc illuc
errabundus ciuitatem peruadebat: & nemine ad ferendũ auxilium procedẽte: sed
ob timorem ab eius conspectu fugientibus cunctis nihil mirũ est inquit si talib9 vi
ris qui libertatem negligunt: mulieres etiam dominãtur Inde ad amicos cõuersus
hortabatur. vt rebus antea gestis dignã mortem oppetere vellent. Et primus qui
dem Hippitas ab adolescente quodam cũ id ab eo petisset vulnerat9 interiit Post
hunc aliorum quisq̃ prompto atq̃ ĩtrepido animo se ipsum iugulauit: preter vnũ
Pantheum qui primus in occupanda Megalipoli murũ conscenderat: hunc forma
corporis insignem & cõsilio ac robore prestantẽ vehementer amauerat Cleomenes
& tũc ei preceperat vt nõ antea sibi ipsi man9 afferret: q̃ se ac ceteros omnes mor
tuos conspexisset. Omnibus igitur iã prostratis accedẽs Pentheus singulorũ cor
pora pugione perfodiens scrutabatur: ne quis forte viuens eum lateret. Postq̃ ve
ro ceteris tentatis solus intemptatus testabat Cleomenes: ad eum quoq̃ accedens
pedibus plantã pugione percussit. Cumq̃ illum ad faciẽ ictum vertisse conspiceret
propius accedens atq̃ exosculatus iuxta cõsedit. Post vbi illum quoq̃ expirasse co
gnouit: eius cadauer circũplexus se ipsum iugulauit. Cleomenes igitur cum ãnos
sexdecim Sparte regnasset vir qualem antea diximus in hunc modũ vita funct9 ẽ.
Fama igitur huius rei per urbem diffusa Crathesidia quanq̃ ingentis generosiq̃ a
nimi mulier ad tante calamitatis nũtiũ mentẽ excedere visa est. Itaq̃ Cleomenis
paruos filios circũ amplexa eiulatu ingenti Cleomenem deplorabat Verũ ex pueris
qui natu maior erat: summas edium partes conscendens nemine tale aliquid suspicã
te: se ipsum e tecto precipitauit & quanq̃ tali casu grauiter afflictus esset: non ta
men interiit verum se se alleuans ingenti gemitu querebatur quod tantos dolores
morte finire non potuisset. Cum hec Ptolomeo nuntiata essent Cleomenis corpus
pelle nudatum sublime appendi iussit: Filios autẽ eius ac matrem ceterasq̃ mulie
res interfici: inter quas erat Panthei de quo ãtea diximus vxor corporis forma &

virtute animi preclarissima que cum primo coniubii tempore virum supra quã dici
potest adamasset: nunq̃ ob fortune varietatem quicq̃ de illius amore mutauerat.
Ea igitur cum virum e patria discedere velle intellixisset. vna secum enauigare uo
lens a parentibus prohibita atq̃ in custodia detenta fuerat. Verũ paulopost cũ e-
quum & aliquantũ pecunie clanculum parasset noctu e ciuitate discedẽs celeriter
Tenarum peruenit. Inde nauem que Egiptum petebat conscendens ad uirũ per-
uenit: cum quo moderate fortunam exilii perferens hilariter iocundeq̃ vitã duxit.
Hec igitur vna cum Crathesidia ad suppliciũ traheretur illam manu deducens &
peplum subleuans bono animo esse hortabatur: que & ipsa ad mortẽ intrepida ni-
hilq̃ animo deiecta: vnum dũtaxat ministros rogabat: vt ãtea sibi mori liceret quã
pueros interfectos intueretur. Postq̃ vero ad supplicii locũ deuenere: ministri pu
eros primum spectante Crathesidia: subinde ipsam quoq̃ interfecerũt cuius in tã
tis calamitatibus hec vna vox audiebatur: quonam O mi filii abistis sola iam Pen-
thei supererat vxor que robore & proceritate corporis prestãs mulieribus cũ mo-
rerentur vestes circa corpus ne turpiter iacerent tacita ac sine gemitu componens
egregie singulis pro rerum conditione suã operam prestitit. Ea igitur cum se sola
superesse aĩaduerteret se ipsam quo mori volebat habitu componens neminem ad
se accedere aut corporis partem aliquã preter iugulũ nudã aspicere passa est mor
tẽ: ac fortissimo etiã viro dignã obiit. Cũ a nemine post mortem corpus velari aut
alio pacto componi petisset. Quippe cum moriens eum ornatum atq̃ id uelamẽtũ
corpori pretenderet: quod viuens sua constantia atq̃ integritate cõparauerat. La
cedemoniarum igitur mulierũ Tragica ut ita dixerim in extremis temporibus cũ
viris certatio virtutẽ a fortune iniuriis: tutã atq̃ inuiolabilẽ esse declarat. Post di
es vero non multos accidit ut qui Cleomenis corpus cruci affixum seruabãt: nun-
tiarent se se draconẽ permagnũ vidisse: qui cadaueris corpus circũplexus ita illius
faciem tegebat: ut nullam auẽ ad eam depascendã accedere pateretur qua de cau
sa reuerentia quedam & diuinitatis opinio regi accessit. Igitur mulieres sacra que
dam ad expiãdum facinus instituere quod virũ diis amicum supraq̃ humanam sor
tem aliquid habentem interfecissent. Paulatim inde in vulgus huius rei fama per
crepuit: Itaq̃ concurrentes ad eum locũ Alexandrini ciues heroem fuisse Cleome
nem & deorum filiũ predicabant: nec antea huiusmodi cessauit opinio quã a sapiẽ
tibus viris huius rei causa prodita est. Tradunt enim sicut ex bobus apes ex equis
fuci ex asinis cabrones generantur. Ita humana corpora & presertim medullas: hu
moremq̃ ex eis profluentem serpentes producere. Itaq̃ non absq̃ ratione permoti
antiquiores heroibus draconem consecrarunt.

Plutarchi Historiographi greci De Vita atq̃ gestis Tiberii Caii Gracchi par Le
onardum Aretinum poetã Eximiũ Historia in latinũ traducta linguagiũ Incipit

DE AGIDE ET CLEOMENE que dicenda fuerũt sup
ius enarratis: nunc in Romanorum parte non minores ha-
bituram causis Tyberii & Caii Gracchorum historiã oppo
nemus. Pater his fuit Tiberius Gracchus: cui quanq̃ duo-
bus consulatibus duobusq̃ triumphis & insuper cẽsure glo
ria insigni: multo plus tamen ex virtutibus eius quã ex ma-
gistratibus atq̃ honoribus aderat dignitatis. Itaq̃ Corneli
am Affricani eius qui Hannibalem superauit filiã: licet nõ

amicus sed aduersarius in rep. foret·vxorem habere meruit: quã usq; adeo dilexit:
vt duobus in lecto anguibus comprehensis. cũ aruspices eius rei gratia acciti: nec
ambos quidem interfici nec dimitti ambos permitterent sed si masculus necarẽt:
Tiberio si femina Cornelii mortem portendi affirmarẽt ob amorẽ vxoris & simul
quod maiori natu premoriẽdum sibi arbitrabatur masculo angue necato feminam
emisisse atq; vt aruspices predixerant non multo post ipsum interisse ferãt duode-
cim filiis ex Cornelia relictis. Cornelia vero puerorũ atq; domus cura post mortem
viri suscepta eum amorem erga filios eamq; diligẽtiã ac magnitudinem animi pre
stitit vt non male consuluisse Tiberius videretur pro tali vxore morte prerepta.
Nam & Ptolomei regis nuptias respuit: cum ille regni & diadematis cõmunicati
onem offerret. & in uiduitate perseuerãs ceteris pueris amissis vnam ex filiabus
que Affricano minori postea nupsit & duos ex filiis de quibus hec scribimus Tibe
rium & Caium superstites sic splendide educauit vt cum magnitudine ĩdolis cete-
ros omnes Romanos sine controuersia anteirẽt doctrina tamẽ quam natura preua
luisse videantur. Cum uero vt in pollucis & castoris imaginibus picturisq; dissimi
litudines quedam inter pugilẽ & cursorem: in ipsa eorum similitudine appareant
sic istorum adolescencium dum ad liberalitatẽ temperantiã intelligentiam & ma-
gnanimitatem similiter ferantur magne in administracione reip. & in ceteris reb9
vel prosperis vel aduersis dissimilitudines apparuerint: non alienum existimo eas
premittere. Tiberius igit vultu & aspectu & motu corporis mitis ac placid9 erat
Caius autem vehemẽs & ingentis spiritus Itaq; Tiberius locum pulpiti in quo ascẽ
dens constiterat honeste decoreq; in dicendo seruabat. Caius primus Romanorum
per pulpitum ambulasse & togã ab humeris dissoluisse dicitur: vt de Cleone athe
niensi scribunt primum cõtionatorũ rescindisse in volucrũ pallii & coxam pcussisse.
Sermo autem erat Caii quidem terribilis & ad ĩdignationem promptus. Tiberii
vero dulcis & ad miseratiõẽ aptior. Oratio preterea in Tiberio dilucida & plane
elaborata. In Caio efficax & redundans. Eodem modo in uictu & mensa. Tiberi9
facilis & modicus. Caius si ad alios comparetur cõtinens austerusq; si vero ad fra-
trẽ sũptuos9 & nimi9. Obiectũ est ei ab inimicis q delphines argẽteos emisset p
singulis litris mille ducentarũ quinquaginta dragmarũ Mores item eodẽ modo ut
de oratione ostendimus. Tiberius mitis & placidus Caius acer & vehemens: ut
sepe in dicendo ira efferri & ad iurgia ac maledicta irritari. oratioẽq; perturba-
re consueuerit. Itaq; huius excessus remediũ machinatus Licinium quendã haud
insulsum seruũ post se in pulpito collocabat: qui quotiẽs exasperari ac lõgius ob irã
protrahi vocem sentiret: vocali organo quo notas deducere solent: mollem emitte-
bat sonum: quo ipse admonitus & quasi ex certamine reuocatus vehementiam illã
atq; contentionem nimiam remittebat. Dissimilitudines quidẽ igitur inter eos ta-
les erant. Audacia vero in hostes: iustitiã ĩ subditos: diligẽtia ĩ magistratibus: ab-
stinentia & integritate iuxta insignes. Etate nouem annis Caium Tiberius antei-
bat: que res potentiam eorum diuisam temporibus: nec in vnum robur concueren
tem: facilius labefactari permisit: magnũq; ad res gerendas sublato mutuo auxilio
attulit detrimentũ. Seorsum igitur de utroq; dicẽdum est. ac primo de Tiberio q
prior fuit etate. Ille igitur statim a puericia ita clarus atq; insignis fuit: vt confesti
in collegio augurum sit receptus: ob uirtutem magis quã ob nobilitatem. Ostẽdit
vero Appius Claudius vir consularis atq; censorius princepsq; senatus & magna p
id tempus auctoritate excellens. Nam cũ augures vna cenarent: compellans Tibe
rium eiq; gratulatus filie nuptias obtulit quas cum adolescens leto animo suscepe-
ret: sponsione sic facta rediens domum Claudius ab ipsa ianua statim vxorẽ antisti-
am magna voce appellans Claudiã viro se spopondisse nuntiauit. Ac vero antistia

ſtupens quid hoc feſtinationis eſt inquit. Num Edepol Tiberium Graccũ illi ſpon-
ſum tradideris. Nec ſane me fugit hec que modo dixi nonnullos de Graccho patre
& africano tradidiſſe ſed plures ita tradũt vt nos ſcripſimꝰ & Polibius poſt mor
tem africani nupſiſſe Corneliam Graccho affirmat ex ſentẽtia ſuorũ prelato. Vt
a patre innuptam indeſponſatamq; relictã. Prima Tiberii militia ſub minori Sci-
pione in Affrica fuit. In qua cum ipſi duci cõtubernalis eſſet: natura ipſius celerit
cognita & ad imitationem virtutũ traductus: confeſtĩ modeſtia atq; fortitudine ce
teram iuuentutem egregie ſuperauit. primuſq; omniũ murum hoſtiũ conſcendit.
ut Fannius teſtatur: qui ſe quoq; vnacũ Tiberio aſcendiſſe atq; eius muneris parti-
cipem fuiſſe ait. Itaq; & preſens exercitui plurimum carus fuit Tiberius & abiẽs
deſiderium ſui apud milites ingens reliquit. Poſt hanc militiã queſtor Rome cre-
atus cum C. Mancino Conſule: viro haud quaquã improbo ſedtamẽ ignauiſſimo
omnium Romanorum ducũ: cui ſorte euenerat. contra Numãtinos profectꝰ: ĩ gra
uibꝰ aduerſiſq; caſibus. non ſolum ingenium ac magnitudo animi eius emicuit ue
rum etiam quod mirabile eſt incredibilẽ erga imperatorẽ ſuum reuerentiã ſerua-
uit. Cum ipſe conſul pre magnitudine calamitatũ nec ſe quidem eſſe Conſulem me
miniſſet. Victus enim ingentibus prelus tentauit nocte aufugere: quod vbi hoſtes
cognouerunt occupatis propere caſtris & fugientẽ exercitum ꝑſecuti: extremiſq;
eorum ceſis: reliquis vero circumuentis & in loca inuia compulſis eo rem perduxe
re vt Conſul deſperatis rebus: caduceatorẽ ad petendam pacẽ hoſtibus mitteret.
At illi ſe credere nemini preterq; Tiberio aſſerentes: vt ipſe ad eos mitteretur po-
ſtularunt. Hoc vero cum ipſius Tiberii fama que apud hoſtes quoq; ꝑuaſerat tum
etiã Gracchi patris memoria faciebant qui aduerſus Hiberos bellũ gerens pacẽ cũ
Numantinis firmauerat eamq; ſemper apud populũ recte iuſteq; defenderat Miſ
ſus igitur ad hoſtes Tiberius: partim ſuadendo partim recipiendo fedus firmauit
ac per eum modũ. xx. milia Romanorũ ciuiũ abſq; auxiliaris & aliis qui extra or-
dinẽ ſecuti erant ſeruauit. Cum vero inter ceterã predã quã hoſtes: captis diripue
rant caſtris tabule quoq; Tiberii: rationes queſture cõtinẽtes amiſſe fuiſſent recor
datus carũ Tiberius ac plurimi faciens eas ſecũ deferret hoſtibus iam domũ reuer
ſis cũ vel quatuor familiaribus Numantiã profectus ac iuxta vrbem cõſiſtens prin
cipibus Numãtinorũ ad ſe vocatis. rogauit vt ſibi tabulas reddi iuberẽt: ne inimi-
corũ calũniis obnixius fieret ſi rationẽ adminiſtrorũ reddere nequiret. At Numã
tini occaſionẽ ſibi preſtitã letati ab eo poſtularũt vt vrbem introiret. deliberabun-
dumq; adeuntes ac manu prenſantes orabãt ne ſe amplius hoſtes ſed amicos puta-
ret fideretq; Viſum eſt igitur ſibi ut vrbem ĩtraret: cũ tabularũ recuperãdarũ gra
tia. tum ne diffidentia hoſtes irritarent. Ingreſſus itaq; vrbem primũ conuiuio libe
raliter acceptus: deinde tabule reſtitute data inſuper ei poteſtas: vt quotquot vel
let arbitratu ſuo ex preda deferret: nihil ꝑter thura ſacrificii cauſa parata aſſump
ſit. Vbi vero romã rediit ac fedus iuditio omniũ velut dedecus romani nominis ĩ-
probarẽt: cenſentibus cũctis ut more maiorũ ĩ bello aduerſus Sannites olĩ ſeruato
Cõſul cũ q̃ſtore ac tribunis militũ nudi hoſtibꝫ traderenẽ milites quoq; plerią; ex
plebe romana erãt. ad Tiberiũ cõcurrẽtes & feda ipſa ĩ Cõſulẽ ſalutaria vero & ĩ
ipſis malis remedia ĩ Tiberiũ referẽtes tandẽ effecerunt vt Tiberii gratia q̃ apud
populũ. R. maxima erat ceteris quoq; pret vnũ Mancinũ parceret. Videtur autẽ
& Scipio africanꝰ potẽs per id tẽpus ĩ rep. Tiberio ad ſalutẽ ꝓfuiſſe ſed nihilomi
nus aduerſus Scipionẽ querele iactabãtur. quod nõ & C Mancinũ Cõſulẽ ſeruaſ-
ſet: quod fedus Numantinũ ꝑ hominẽ ſibi familiarẽ & affinem firmatum ĩproba-
ri paſſus eſſet: Huiuſmodi aũt querele quoniã ab amicis ſtudioſiſq; Tiberii emitte
bantur offenſam quandã ac ſimultatẽ ĩter Scipionem & Tiberium contraxerunt.

Tiberius et Cayus Gracchy

Nihil tamen maioris momenti ea res habuit. Atque ego puto si fuisset domi africanus tempore contentionum illarum quas postea Tiberius subiit ipsum nō sic fuisse periturum. Sed quo tempore de lege agraria a Tiberio certatū est: eo tempore africanus apud Numantiam bellum gerebat. Motus est autem Tiberius ad eam legē ferendam ista de causa. Romani quantum vicim agri hostibus adimebant partim vendidare partim in publicum redigere ac egenis ciuibus pro modica pensione vtē dum tradere consueuerant. Sed cum incepissent diuites eas pensiones augere pauperesque excludere. Lata est lex que supra quingēta agri ingera ciuem Romanū habere phibebat. At ea res paucos annos aduersus locupletes auxilio fuit. Nam primum subditis ad conducēdum personis frans legi fiebat. Deinde aperte iam per sesipsos diuites propriis nominibus occupare agros ceperunt. Ita ergo exagitatis hominibus neque militie dare nomina: neque filios extollere cura erat. Eoque processura videbatur res: vt breui exhausta liberorum multitudine: seruis ac barbaris p quos diuites colebāt agros tota italia compleretur. In hac igitur parte reip. primus C. Lelius Scipionis amicus succurrere instituit: sed aduersante locupletū factione veritus turbationem atque discordiam ciuitatis: ab incepto destitit. Ob eamque rem sapiens est postea vocitatus. At vero Tiberius vt primū. tr. pl. creatus est eam actionem suscepit auctoribus vt plerique scripserūt. Diophane rhetore. Mitylineo tunc ī Italia exultāte Blossio cumano antipatri Charsensis philosophi discipulo ad quē sūt quedam ab antipatro scripta. Nonnulli Corneliā matrem asserunt sepius obiurgādo natos quod ipsa Scipionis Cornelia nō Gracchorū vulgo appellaretur: adolescētem impulisse ad hanc actionē suscipiendā. Alii ob emulationē Spurii postumii equalis sui quem ab exercitu rediēs auctū potentia ac celebritate nominis offendit: cupidinem incessisse Tiberium credunt. Insigni aliqua & memorabili actione precellere. Caius vero frater in oratione quadam scribit Tiberiū Numātiam proficiscētem dum per Tusciam iter faceret solitudine liberorum & inductione seruorum prospecta. Tunc primum ad legem agrariā sibi quidem funestam animum intendisse. Plurimum vero ipsum plebs romana impulit per litteras ī fornicibus & monumētis ac parietibus inscriptas efflagitans vt agros publicos egenis ademptos restitueret. Non tamē per se ipsum legem ferre aggressus est: sed prestantissimorum virorum consilium adhibuit. Inter quos Crassus pontifex maximus. & Mutius scevola iuris consultus. Qui per id tempus consul erat: & Appius Claudius socer fuerunt. Nec videtur lex vlla aduersus tantā iniuriam mitius ac leuius perscribi potuisse: Nā quos oportebat pro iis que contra leges fecerāt. Penas subire: & quos iniuste tenuerāt agros cum preceptis fructibus reddere: eos accepto precio dimittere & egenis ciuibus tradi iubebat. Sed ea lex vt plebi grata: sic animos locupletum offendit. Itaque ob auaritiam legem: ob iram vero atque inuidiam auctorē nubtrestantes: plebem deterrere ceperunt: quasi ea lex euersionē reip. libertatisque perduceret. Sed frustra id conati. Nam Tibetu facundia que malam etiam causam sustinere potuisset: tunc iustam honestamque dicendi materiā nacta superior inexpugnabilisque euadebat. Pauperum enim adstante plebe. causam agens dicere solebat: feras quidem bestias lustrum atque tectum quo se recipiant in Italia habere. Illis vero qui quotidie pro Italia pugnent atque intereant preter acrem ignemque nihil ī Italia esse: sine lare sine sede cum liberis coniugibusque vagari. Mentiri autē īperatores romanos cum milites hortantē: vt pro aris atque focis aduersus hostes depugnent. carere enim iis romanos ciues. non lares paternos: non monumēta maiorum eos tenere: sed pro aliena luxuria pulsa in atque pugnare. p aliis vulnera ac mortes subire dominos orbis terrarum verbo quidem appellari re autem vera terre glebam nō habere. His & huiusmodi verbis & in cōtionibus grauiter & cum iusta indignatione

iactatis. & plebeio fauore receptis. nullis aduersariorum valebat resistere. Quare
omissa contentione verborũ ad. M. octauium adolescẽtem grauem atq; honestum
Tiberiiq; familiarem locupletes confugerũt. Erat autem Octauius & ipse tr. pl.
qui licet ab initio ob amicitiam Tiberii recusaret aduersus eam legem intercedere
tamen postea multitudine rogantiũ victus intercessit Est autẽ tribunoꝝ. pl. maxi
ma in probibendo potestas. Vno enim probibẽte nibil alii etiam si cõplures sint ef-
ficere possunt. Irritatus ergo ob intercessionẽ Tiberius: lege illa priori mite & bu
maniter scripta reiecta aliam plebi magis gratam legem promulgauit. vt agri qui
contra leges possessi erant dimitterentur nulla mẽtione precii facta. Erant igitur
quotidie inter Tiberiũ Octauiumq; in contione certamina. In quibus licet summo
studio ardoreq; contenderẽt. nibil tamẽ contumeliosum vnq̃ nec verbum quidem
probrum ab alterutro decidisse ferũt. Non solum enim in ludis vt videtur verum
etiam in cõtentionibus atq; iris probitas nature educatioq; modesta conspicitũ: Co
natus est Tiberius si posset. M. Octauium intercessorẽ quoniam & ipse multum
publici agri possidebat abiecepto mouere restitutione agrorũ suorũ ex propriis fa-
cultatibus licet non admodũ splendidis oblata. Per quam oblationẽ cũ nibiloma-
gis Octauius desisteret Tiberius edicto ꝓposito omnes vrbanos magistratus age
re quicq; inbibuit priusq̃ de lege agraria ad populũ referretur. Erario aũt sigilla
impressit: ac ꝑ questores quicq; depromi aut importari vetauit: pena adiecta si q̃s
contra egisset: qua conterriti magistratus singuli propria officia dimiserunt. Ob
hoc edictum locupletes cuncti vestes mutauere: & mesti ac sordidati circuibant fo
rum: nec secus paratis clam percussoribus necem Tiberio machinabãtur. Ille vero
palam gladium quem Dolonem vocant accinctus ambulabat. Sed cum adesset co
mitiu dies populo Gracchum ad rem perficiendã vocante locupletes omnibus locis
occupatis magnã prebuerunt turbationẽ. Sed nibilominus Tiberius multitudine
fretus. cum dimouere eos posset: & iam id facere aggrederetur. Manlius & Ful-
uius viri consulares Tiberium adeuntes & manu prẽsantes precibus & lacrimis o-
rant: ne boc agere velit. At ille quantũ nunq̃ antea periculũ attendens & simul tã
torum reuerẽtia virorũ permotus quid se facere velint percontatur. At illi nõ esse
se tante rei consilio idonios affirmantes: vt senatus arbitrio permitteret suaserunt.
Verum vbi frequens senatus ob potentiã locupletum nibil perficere valuit conuer
sus ad rem non legitimã neq; bumanã: Octauium amouere tribunatu instituit. Ac
primo quidem multis verbis simpliciter eum rogauit: vt ab incepto desisteret: po-
puloq; R. concederet iusta postulãti: & parua pro magnis laboribus periculisq; ha
bituro. Deinde vt ille boc negauit non posse ambos in eodem magistratu equali po
testate preditos de maximis rebus contendentes sine bello euadere: Ceterum vnã
se medicinam intueri inquit: vt alteruter eorũ magistratu abrogaretur. Itaq; de se
primo Octauius referret staturum populi R. iuditio: statimq; sibi iuberet tribuna
tu; abiturum Hoc quoq; repudiante Octauio se de illo relaturum esse dixit. nisi sen
tentiam mutaret. His simul dictis contionẽ dimisit. Postera vero die reuocata con
tione rursus Octauium verbis mouere conatus est: quibus frustra consũptis ad po
pulum tulit de Octauii abrogatione: statimq; tribus i suffragiũ ire iussit. Erãt tri
bus quinq; & triginta quarũ cum decem & septem iam Octauiũ abrogassent: vna
q; dumtaxat restaret ad rem perficiendam parũper sistere iubens iterato ad octa-
uium conuersus est rogans atq; obtestans vt ab intercessione desistere vellet: ne ue
sibi banc notam inferri pateretur: simulq; spectante populo R. ipsum reuerẽter cõ
plexus deprecabatur. His precibus Octauium non nibil motũ ferunt. Nam & im
plesse oculos lacrimis & aliquanto cũ silentio stetisse tradũt. Sed vbi ad locupletes
prospexit ad erant enim in contione quasi verecundia adductus generose respõdit

vt quod uellet Tibeeius execueretue. Eo igitur abrogato populi iussu missus a tiberio apparitor de tribunali illum detrahere voluit. Concursus est a locupletibus ac plebe factus: rixaq; sic exorta: Octauius pee tumultū euasit. Liberto autē: nā libeetis apparitoribus Gracchus vtebatue lumina effossa. In hoc lex agraria fertue: tresq; viri ad ageos diuidendos creantur. Tiberius ipse legis auctor Appius Claudius socee C. Geacchus frater non presens ille tunc: nam apud Numantiam cū Scipione militabat. In locum autem Octauii Mutius quidā Tiberii clientulus ī tribunatu suffectus. Quibus rebus perculsi locupleres. & Gracchi potentiā veriti in senatu aduersabaneur. petentiq; ex more tentorium publicum quo ī diuisione ageoꝝ vteretue aliis etiam leuioribus ex causis sepe concessum denegarūt. Expensas uero in singulos dies nouem nūmos statueeūe: auctoee Nasica qui propter multitudinem possessionem legi agrarie infensus vel acerrimū inimicum se Tiberio peestabat. Plebs autem multo magis & ipsa exarserat aduersus locupleeū iniurias. ac repente quodam ex amicis Tiberii deiuncto: signisq; veneni apparentibus magno cōcursu atq; clamore plebis funus celebratum. Cadauer enim igne disruptū tantam vim putridi humoris effuderat: vt flamma extingueretur: nec instaurato igne cremari potuit: priusq; in alium locum transferretur. tandem omni arte adhibita vix fieri potuit vt ignis cadauer attingeeet. Ad hec Tibeeius vt magis plebem irritaret: veste mutata natos in contionē adduxit: & quasi sibi ipsi diffideret eorumq; ac matris salutem plebi conmendauit. Post hec Attali philopatris defuncti testamento a pergamenis Romam transmisso in quo populus R. heres scriptus fuerat: statim Tiberius ad populum tulit: vt regia pecunia ciuibus Romanis quibus agri dabantur pro cultura assignaretur. De oppidis aūt que Attali fuissent nihil ad senatum sed ad populū R. pertineret predicabat. Hoc vel maxime senatū offendit Itaq; Pompeius in senatu assuegens se vicinū esse Tiberii: ac ob id exploratū habere inquit diadema. & purpurā ex regia gaza per Eudemū pergamenū Gracchio delatam eāquā Rome regnaturo. Q. vero Metellus Tiberiū obiurgauit: quod patre Geaccho censuram geeēte quotiens redirēt a cena Romani ciues lumina extiguere solebant: ne conuiuiis ac voluptatib9 nimium dediti viderētur: cum filio autem audacissimi ac perditissimi ex plebe homines peenoctare conspicianē. Titus anim9 neq; sapiens neq; humanus vir: ceterum interrogare ac respondere promptus cum dixisset Tiberium collegam suum sacrosanctū violasse: ac Tiberius aduocata cōsestim plebe: Annium accusaret. inferior & eloquētia & auctoritate Annius ad suas argutias confugit ac vt paucis audiretur ante accusatiōē obsecrat9: concedēte tiberio sic interrogauit. Si tu inquit Tiberi condēnare me velis ac propellere: egoq; de tuis collegis aliquem appellabo: an illum mihi auxiliari volentē abrogabis? Ad hanc interrogationem dicit Tiberius quāq; disertissimus ac promptissimus erat: obmutuisse. Tunc igitur contionem quā annii accusandi causa vocauerat: re īfecta dimisit. Sentiens autem illa que circa abrogationem Octauii gesta erant: non solū potentibus veeumtamē multitudini molesta ac grauia videri: pollutam ac deiectā tribunitiam potestatem que sacrosancta hactenus fuerat arbitrantib9: oeationē habuit: cuius non ab re fuerit sententias paucas hic annotaee vt copiam ac facūdiam eius viri intelligere valeam9. Esse quidem sanctū & inuiolabilē: tr. pl. ex eo ī quit q; plebi consecratus eiusq; innititur potestate. Itaq; si aduerso animo iniuriam plebi faciat: eiusq; robur īpediat aduerseturq; ipsum per hoc se priuatū reddidisse cum ea non agat pro quibus honor sibi fuerat demandaeus. Nam & Capitoliū euertere & naualia incendere tribunum. pl. si quis sinat: non ob hoc tribunū plebis esse desistere: sed malum tribunū esse. Quod si plebem oppugnet nequaquā tribunū remanere. Esse vero peegeaue si consul a tr. pl. in carcerē duci possit: ipse autē tribun9

a plebe deponi & abrogari non poss t cum potestate concessa sibi a plebe cõtra atq;
sibi data fuerat abutatur. Consulem nanq; & tribunum pl. a populo R. creari Re
giam quidem potestatem omnes omnino magistratus complexã & insup maximis
sacerdotiis consecratam fuisse: sed nihilominus Tarquinium exactum a populo R.
& propter vnius regis superbiam regium nomen sub quo Roma cõdita atq; adau
cta fuerat omnino extinctũ fuisse. Quid ita sanctum ac religiosum vt virgines ve
stales. tamen siqua ipsarũ deliquerit viua suffoditur Desinunt enim sacrosancte &
inuiolabiles esse dum aduersus deos delinquũt: per quos sacrosancte & inuiolabiles
habeantur Nec ergo tribunũ pl. si plebem offendat immobilẽ ac sacrosanctũ esse p
plebem amplius dignũ est: cum qua pollebat potẽtia eam ipse sustulerit Atqui si
iuste tribunatum adeptus: maiori parte tribunum decernẽte: quomodo nõ iustius
sibi auferetur cunctis tribubus abrogantibus. Nihil esse vsq;adeo sacrum ac reli
giosum vt res deorũ immortaliũ numini dedicatas. Attamen illas mutari & trans
ferri posse iussu populi. R. nemo vnquã dubitauit. Licuisse ergo populo R. & tri
bunatum pl. quasi munus quoddam dedicatũ in alium transferre. Quod autẽ tolli
ac transferri possit vel ex eo patere: quod sepe iam qui habuerũt se ab eo magistra
tu iureiurando excusauerãt. Hec & similia Gracchus differebat. Post hec amicis
minas ac factionem aduersus eum initam sentiẽtibus alioq; tribunatu opus fore ad
salutem Gracchi censentibus rursus multitudinem aliis legibus per quas tempora
militie detrahebat & iudicibus tunc senatoribus equum numerũ ex equestri ordi
ne admiscebat excitare & aperte iam senatus potentiam contione magis q̃ iustitia
aut honestate oppugnare aggressus est De his rebus cum ad populũ referret cer
neretq; aduersariorum partem superesse: quoniam nõ satis frequens multitudo cõ
uenerat: contionem dimisit. Ac postridie mutata veste in forum descendens lacri
mans ac miserabilis ac se metuere affirmans: ne inimici noctu aggressi eũ necarẽt:
sic homines commouit vt frequens multitudo circa domũ eius presidii causa excu
bias ageret. Prima vero luce aues augurandi causa delate sunt: quibus oblata esca
nulla ipsarum preter vnam pdiit: & iã cauea vehementer agitata nec ista ipsa que p
dierat escam attingere voluit sed sublata ala sinistra & collo producto rursus in ca
ueam se recondidit. Hoc signum propter id quod prius euenerat magis Tiberium
cõmouit. Erat enim illi galea qua in preliis vtebatur magnifice ornata atq; insignis
in ea angues oua pepererant: iamq; fetus formati erant quod accedente auium signo
magis formidinem incusserat. Processit tamẽ conuentione populi circa Capitoliũ
audita. Et domo egrediens pede limen offendit adeoq; percussio vehemens fuit vt
vnguis maioris digiti scinderetur sanguisq; profluens per calceum emanaret. Pro
fectus insuper aliquantulo coruos ad sinistram in stillicidio pugnantes conspexit:
lapisq; ab altero coruorũ dimotus iuxta pedes eius in magna turba prolapsus est.
Hoc non solum Tiberium sed etiam audacissimos eorũ qui aderãt turbauerat. Ve
rum Cumanus Blossius tunc forte presens & pudendum & dolendũ esse inquit: si
Tiberius Gracchi filius. Scipionis nepos princepsq; populi R. ab uno coruo deter
ritus ciues deserat suos nec vocatus exaudiat: nec inimicos tamen hoc in risu posi
turos: sed quasi regnet & delitiis deditus sit calumniãdi occasionem habituros. In
terea nonnulli a Capitolio decurrentes properare eum iubebant utpote rebus pro
spere succedentibus Profectus itaq; primo congressu preclare acceptus est. Nã &
popularis plausus apparenti sublatus: prompteq; via concessa globo etiam circum
datus: ne quis appropinquare posset. deinde per Mutium tribus vocare cepte sed
tamen per tumultum qui ab extremis oriebatur fieri quicq; nõ potuit: mixtis atq;
incertis omnibus pellẽtium ac renitẽtium fluctuatione. Inter hec Flauius Flacc9
senator i eminentẽ locũ euadens vbi pre clamore strepituq; multitudinis exaudiri

vox nō poterat manu significauit velle se cū Tiberio loqui. Iussu itaq; Tiberii per
multitudinem receptus. vbi ad eum peruenit: nuntiat diuites postq; Consulē mo-
uere nequibāt consilium de nece eius per se ipsos agitare cepisse: eaq; de causa ser
uos ac liberos cum armis habere. Hec vbi circumstātes Tiberium audiuerūt subi-
to togas accinguntur: hastilibusq; quibus multitudinē reprimunt de manibus mi-
nistrorum ablatis: fractisq; sese ad resistendū propere cōpararunt. Sed illi qui longius
aberant banc preparationem admirātes cum quid ea res sibi vellet percontarētur
tangens caput suum Tiberius: periculum sibi imminere significabat. Hoc signum
inimici maligne īterpretati: quasi regem diadema petere illum senatui nuntiarūt
ob quem nūtium cum omnes perculsi essent: Nasica prius Consulē vt libertati suc
curreret cohortatus. deinde vbi a Consule grauiter responsum est: nec se auctorē
fore intestini belli: nec quenq; Romanum ciuem sine iuditio necaturum: si tamē ali
quid decernat populus R. a Tiberio coact9 id se pro lege non habiturum: prosiliēs
Nasica: quando inquit Consul ciuitatem prodit qui leges saluas esse cupiunt me se
quantur. Hec dicens Licinia toga supra caput posita in Capitolium ire pergit: alii
q; post eum toga circa brachium inuoluta secuti sunt. At multitudo ob reuerentiā
amplissimorum virorū aditum negare minime ausa: sese retrahens cōprimebat. tu
lerant ab initio ii qui cum Nasica ceterisq; aduenerāt fustes & clauas: ipsi uero sub
selliorum fragminibus pedibusq; reuulsis obuios ferientes contra Tiberium euade
bant. Cede itaq; & fuga Tiberii sociorum facta: cum ipse Tiberius cursu euadere
properaret: toga per quendam retentus cecidit. surgenti vero. P. Saturninus col
lega eius pede subsellii caput percussit. Hic primam. Secundā vero L. Rufus de
qua etiam gloriari solitus erat: plagam inflixit. Et alii vero circiter. xxx. mactati:
fustibus & lapidibus omnes ferro autem nemo. Hanc primam post exactos reges
contentionem fuisse tradunt: que sanguine & cede ciuium finiretur. Nā alias qui
dem nec paruas neq; paruis de rebus agitatas: ita transegerunt: ut credere magis
inter se metu quidem plebis senatus plebs autem pudore ac reuerentia patrū quā
certare viderentur. Et in hac ipsa contentione facile cessurus videbatur Tiberi9 si
verbis & auctoritate eum flectere perrexisset. Et certe primo impetu in ipsum
facto perfacile cessit: absq; pugna & vulneribus resistendo illatis. Sed ira poti9 at
q; odio locupletum quam ob eas que iactabantur causas perpetrata cedes Tiberii
videtur fuisse: cuius magna fuerit coniectura: quod in ipsum etiam mortuum crū
deliter seuierunt. non enim tolli corpus nec fratri vel ad nocturnā sepulturam po-
stulanti concesserunt. sed in Tiberim vna cum aliis cadaueribus proiecerūt. Nec fi
nis hic erat: sed amicorum ac familiarium eius alios in dicta causā in exiliū pepule
runt: alios captos durissime trucidarūt: inter quos C. Villius in culleo cum angui
bus insutus necatus est. Necatus etiā Diophanes rhetor. At Blossius Cuman9 ti
berii familiaris ad Cōsules perductus cum de rebus gestis interrogaretur se Ti-
berii iussu cūcta fecisse respondit. Ad hec Nasica: quid si te Capitoliū incēdere Ti
berius iussisset an id quoq; fecisses? Nūquā iussisset hoc inquit: sed si iussisset paru-
issem. Nam pro utilitate populi R. nec aliter unquā erat iussur9. Hic Blossius tūc
euadens in Asiam & aristonicum fugit: rebusq; Aristonici deinde profligatis: sibi
ipsi mortem consciuit. Post mortem Tiberii vt plebis dolor leniretur senatus diui
sionem agrorum impugnare destitit: permisitq; vt loco Tiberii alium eligerent ad
agros diuidendos Electus est igitur P. Crassus Graccorum affinis. Filiam enim
Crassi C. Gracchus vxorem habebat: quanquā tradit Cornelius nepos non Crassi
sed Bruti qui de Lusitanis triūphauit filiam C. Cracco nuptam fuisse sed plures
ita tradunt ut modo diximus. Sed cum grauis plebi foret Tiberii mors: & iam vi
dicta accusatoresq; contra Nasicā pararent. solicitus de salute Nasice senatus liberā

sibi legationem in asia decreuit. non enim obscura erant populi R odia sed clama-
bant obuii maledictisq; incessabāt tirannum cede tribunicia fedatū polutumq; &
inexpiabilem vocitantes. Nasica igitur quanq; maximo sacerdotio illigatus: tamen
ea de causa italiā dimisit ac vbi in asiam peruenit: haud multo post circa pergamū
interiit. Ne mirum si vsq; adeo Nasicam oderat populus R. cum Scipio ipse Affri
canus: sūma alias gratia fretus: parū abfuerit: quī omni beniuolētia & caritate po
puli R. destitueretur: quod apud Numantiā cede Tiberii nuntiata sibi. Carmē ho
meri pronūtiauit in hanc sententiā sic pereant alii qui talia facere pergent. quodq;
postea in contione rogatus quid de morte Tiberii sentiret: nō placentē dedit respō
sionem ex quo factum est vt plebs illi contionanti obstreperet: quod antea fecerat
nunq;. & ipse ad maledicta in plebē irritatus est. de quibus in Scipionis vita sigil-
latim diximus. C. autē Gracchus: siue inimicos veritus siue vt inuidiā illis accumu
laret. statim post mortē Tiberii fratris: omisso foro: se in otium tradidit: quasi &
tunc nisere: & in futurū abiecte vitam acturus: vt etiā quibusdam de se prestaret
sermonem quasi ea dānaret que Tiberius gesserat. Erat autem per id tempus ad-
modum adolescens. Nam Tiberium cōstat ante trigesimū etatis annū iterisse quo
vt supra diximus nouē annis Caius minor erat. Sed procedēte tempore cū mores
in eo graues: & a pigritia mollitie auaritia voluptatibus alieni apparerent facultas
q; dicendi ad remp. cōparata statim creditū est illum nequaq; iposterum quietem
acturū. Nam in defensione cuiusdā amici sui Vectii nomine: ita excelluit vt ceteri
oratores nihil a pueris differre viderenē. multitudo eo dicēte mirabili letitia plau
suq; exultaret: Quibus rebus perculsa nobilitas: multa iam inde agitare cepit: & ā
te prospicere: quemadmodū efficere posset ne C. Gracchus tr pl. crearetur. For-
te euenit vt questor in Sardinia cū Horeste Consule nauigaret. id enī mun9 Caio
sorte impensū: inimicis eius gratum fuit: sibi vero nō ingratū vtpote qui nosset nō
inferiorem se bello esse quā in foro. Preterea adhuc rostra suggestumq; perhorrēs
nec plebi amicisq; rogantibus deregare suā operam volens: omnino profectionē il-
lam libenter suscepit Atqui opinio magna optinuit C Gracchū sūmum & absolu-
tum visse popularem: multoq; in ea iudicio populi Tiberiū fratrē āteisse: quod ue
rum non est. Sed necessitate potius cōpulsus quā iudicio animi se ad remp. cōtulis
se videtur. Scribit Cicero orator C. Graccho. omnes magistratus repudianti & in
ocio viuere cupienti. fratrē Tiberiū in somnis visum dixisse: quid tardas Cai: nul
la est fuga sed ambob9 vnam vitā & vnam mortē populo R. certantib9 fata statu
erunt. Cū vero in Sardiniā venisset: ibi omnifariā virtutē ostendēs: audatia quidē
in hostes: iustitia in subditos: beniuolētia & obseruantia erga consulē: ceterā iuuen
tutem tēpetantia autē & industria etiā seniores anteibat. Vehementi atq; pestife
ra hieme exercitū opprimente: cū Consul a ciuitatibus vestē militib9 peteret & il-
le missis ad senatum legatis se a prestatione vestium excusarēt: nec aliunde vestien
di exercitū facultas cōsuli pmitteretur magnoq; ob eā rem milites afficerenē incō
modo adiēs ciuitates Caius effecit vt ipse spōte sua vestem exercitui donarēt. Ea
Rome nūtiata cū popularis gratie viderenē initio senatū turbauit. & prius quidē
ex Libia veniētes Micipse legati īgrate accepti fuerāt a senatu q dicerent Mici-
psam C gracchi gratia frumētū in Sardiniā misisse. Vt igiē gracchū diutius ī sar-
dinia detinerēt vt militib9 successores mitterenē vtq; Horestes cōsul in Sardinia
remaneret decreuerūt vt sic Caius q remanere cōpellerenē Sed ille re ītellecta sta-
tī obirā e Sardinia nauigauit Romeq; ex īprouiso cōspect9 non solum inimicis ve-
rū etiam amicis rephensionis causam aduers9 se prestitit q contra maioꝝ exempla
questor āte cōsulē e puintia decessisset. Arta mē cū de ea re apud cēsores accusaret
oratione habita sic mētes oīm mutauit ut magis iiurias passū iudicarent duodecī

se annos militasse ostendit cum lex ceteris decem in necessitatibus diffiniat. Que
sturam per trienium gessisse cum lex finito anno ceditū questori p̄mittat Se vnū
plenos loculos pecuniarum extulisse vacuos reportasse: cum alii potato quod extu
lerant vino plenas auro atq; argento amphoras reportarit. Post hec rursus accusa
tus est. quasi particeps flagelliane coniurationis in qua causa cum omnem suspicio
nem a se repulisset: purumq; & insontem esse constaret: statim tribunatū petere p̄
parauit. In quo licet vniuersa nobilitas ipsum oppugnaret: tamē multitudo tāta ī
vrbem ex italia confluxerat: vt domus tectaq; deessent: nec turbam capere comiti
um posset: ex tectorumq; atq; tegulis suffragia prestarentur Hoc dumtaxat conādu
assecuta nobilitas est: vt nō primo quemadmodū sperabat sed tertio loco tribunus
crearetur. Postq; tribunatum iniit: statim primus omnium collegarum apparuit:
nam eloquentia egregie preditus & ob ea que passus fuerat acer & audax ex qua
cunq; causa in complorationem Tiberii fratris sermonem traducebat: commemo-
rans que tūc facta fuissent: atq; deinde ostendens maiores contra Faliscos bellum ī
tulisse quod Genutium quendam tribunum plebis iurgio incessissent. Et. M. Ve
ctium vltimo supplicō affectū: quod transeūti per forum tribuno plebis de via nō
cessisset At iste inquit spectantibus vobis Tiberium mactauerunt & per mediam
vrbem tractum ex Capitolio in Tiberim proiecerunt. Amici quicunq; capti sine iu
dicio necati sunt. Atq; more maiorum si quis capitali iudicio accusatus non veniat
ad se defendendum: tamē eum domi ante ianuam consistens Nomenclator tuba ci-
tat. nec ante contra ipsum fertur sentētia, ita caute & diligēter maiores nostri iu
ditia moderati sunt. His ille verbis multitudine concitata. & erat quidem magne
vocis & in dicendo firmissimus duas tulit leges alteram vt qui magistratu per po
pulum remotus esset: facultatem alterius magistratus ineundi non haberet alterā
vt si quis in magistratu constitutus ciuem Romanū sine iudicio necasset: in eum po
puli animaduersio foret. quarum altera. M. Octauius qui Tiberio rogante tribu
natum dimittere iussus fuerat notabatur altera in Popilium qui pretor amicos Ti
berii ī exilium pepulerat iuditium parabatur. Sed Popilius statim per fugam sibi
consuluit. Octauiū vero ipse Caius ob Cornelie preces seruauit lege abrogata Nec
ingratum fuit populo R. cum diceret in contione se Cornelie matri precanti salu-
tem Octauii concessisse. Nec sane ipse Cornelia minus ob uirturem filiorū quā ob
memoriam Affricani patris a populo R. colebatꝰ cui etiā cū postea statua decerne
retur. sic scriptum est. Cornelie Graccorum matri. Narrātur autē multa venuste
& oratorie de Cornelia matre: a Caio dicta aduersus quendam inimicorum. Tu in
quit Corneliam vituperare audes que Tiberiū peperit Cumq; inimicus ille de mol
litie notaretur. Qua ratione inquit te cum Cornelia comparas: An tu peperisti vt
illa? Atqui nemo ciuis ignorat diutius illam sine viro fuisse quam te virum Multa
huiusmodi ex orationibꝫ eius sumi possunt in quibus mordacitas verborum appa-
ret. Leges preterea tulit populares aduersus potentiā senatus. Veluti de coloniis
deducēdis de vestibus publice militibus dandis sine stipendiorū diminutione. De
minoribus decem & septē annis ad militia non cogendis. Tulit & de suffragiis so
ciorum pares italos & ciues constituēs. Tulit & frumētariam legē de annona pau
peribus assignanda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam cū soli antea senatores iu
dicarent ob eamq; rem a plebe timerentur trecentos ex equestri ordine iudices ad
iecit parem senatoribus numerum statuens. Hec lex potentiam senatus magna ex
parte presecidit. atq; in ea lege ferenda & alioquin egregie diligentia vsum ferunt
& primum omnium qui ante se fuerant ita concionarum vt nō ad senatum & comi
tium vt mos erat sed ad forum conuersus persisteret quod postea semper in dicen-
do seruauit. atqui ex hac parua re magna ī re publica mutatio oriebatur traducta

dignitate ad populum quasi non de senatũ sed de populo. R. is qui oraret cogitare
deberet. Cum vero plebs nõ solum eam legem susciperet verũetiam Caio potesta
tem daret: vt ex equestri ordine quos vellet iudices eligeret: tunc quasi regia suf/
fultus potentia etiã a senatu in dicendis sentẽtiis obseruabatur. Quotiẽs vero sen/
tentiam dicebat: semper aliquid decorum ac preclarũ deferebat. Quale fuit decre
tum eius de frumento a Fabio misso. Fabius enim pro pretore ex Hispania frumẽ
tum transmiserat At Caius senatui persuasit preciũ ciuitatibus reddendũ esse: Fa
biumq; cõprehendendũ vt grauem prouincialibus & nimis dure ĩperantẽ: Exquo
senatus consulto: magnam senatus laudẽ assecutus est. Decreuit etiam colonias de
ducendas: viasq; muniendas: rem frumẽtariã procurandã: atq; his omnib9 dũ age/
rentur ipse magistratum gerens indefesso studio ac necubi deficiẽs preerat. tanta
ac tam mirabili vigilantia & celeritate vt ad singula dũtaxat videretẽ intent9 adeo
q; ipse vnus omnia obibat: vt etiam acerbissimi inimici obstupescere rogerẽtur: vi/
rum per omnis efficacem atq; inuictũ. Delectabat vero populũ R. ipsius aspectus
Semper enim illum turba ingens sequebatur: operariorũ: fabrorum: legatorũ: ma
gistratoom militum studiosorũ: quos omnes benigne alloquẽs & ĩ humanitate gra
uitatem conseruans. secq; vnicumq; illorũ decenter impertiẽs: calumniatores osten/
dit eos qui se vt superbũ sut inhumanum criminabantur. Maxime vero diligente
circa viarum procuratione se prestitit: tum vtilitatis causa tũ etiam ornatus. Re/
ctis quidem regionibus vias deduxit. & eas partĩ lapide incusso straoit: partĩ are
ne muniuit aggeribus: iniqua adequans: & quantũ valles torrentesq; abrũpebant
pontibus equali altitudine ac procliuitate cõiungens: pulcerrimam operis speciẽ
ostendit. Dimenso preterea viarum spacio: singulis miliariis est autem miliarium
paulominus quã octo stadia: colũnas lapideas spacii signa preferentes cõstituit. ali
os insuper lapides parum inter se distantes ex utraq; viarũ parte disposuit: vt ex
illis faciliter & sine saltu in equos esset ascẽsus. Ob hec cũ a populo R. laudaretur
omniaq; condere se paratom ostenderet: dixit in contione se pro his rebus graciam
petiturum que si concederetur sibi: pro sũmo beneficio acciperet: si negaretur non
grauiter ferret. Hec uerba expectationẽ dederũt quasi consulatũ petere vellet. In/
stantibus igitur consularibus comitiis cũctisq; in expectationem adductis produnt
Gracchus in campũ vna cum amicis C. Fannium ad consulatũ petẽdum adducens
pro eoq; rogans: designare consulem fecit. Ipse vero Gracchus tribunus plebis secũ
dum creatos est: plebe id iubente sine vlla ipsius peticione. Sed cũ animaduerteret
senatum sibi infensum Fannium vero cõsulem ob id ipsũ minus potentem: quod si
bi amicus putabatur: rursus aliis legibus promolgatis animos plebis suscitauit. co
lonias Tarẽtum atq; Capuam mittendas: & latinos ĩ cõmunionem ciuitatis uocã
dos decernens. At senatus metuens ne omnino inexpugnabilis fieret Graechi po/
tentia nouum & insitatum remediũ adinuenit. Vt enim studia hominũ ab illo se di
uerteret: multa contra bonum equumq; plebi cõcedere decreuit per hunc modum
Erat Liuius Drusus collega in tribunatu vir claro loro natus & ingenio eloquẽtia
diuitiis plurimum pollens. Huic senatus persuadet: vt vna secũ aduersus Caium re/
sistat: sine vlla plebis offensa. sed ea plebe ministrans pro quibus aduersus eam resi
stere pulchrum esset. Permittẽs igitur tribunatum suum Drusus arbitrio senat9
leges tulit: nec preclarum aliquid nec fructuosũ reip. continentes sed unum dũta
xat agẽtes. vt C. Gracchus voluptate & gratia apud plebem superaretur. In qua
re ipsũ arguit senatus non res a Caio gestas moleste ferre sed personam eius oppu/
gnare voluisse. Nam duas colonias decernenti restituerũt populum exhauriret. Li
uio autem duodecim colonias & tria milia ciuiũ in singulas earum deducenda ren/
senti libẽtissime assenserũt. Et rursus Gracchus pauperib9 agrũ diuidẽdi & pẽsionẽ

recip ob id soluēdā cēsenti quasi graciā plebis aucupāti aduersati sūt. Liui9 aūt eti
ampensionē remouēs eis placebat. Caius paria suffragia latinis concedēs senatum
offendit. Liuio autem ne liceret quenq̄ latini nominis in exercitu flagellis cedi le-
gem ferenti auxiliati sūt. Illud tantum vtilitatis in rebus Liuii fuit quod quotiēs
de his rebus ad populum ferret predicebat se ea dicere ex cōsensu & approbatione
senatus que res populum in gratiam senatus reducebat antiquarum contētionū de
leta memoria Maxime vero Liuio profuit ad auctoritatem & gratiam quod nun
quā proprie cōmoditatis causa legem tulisse apparuit Nec deducēdis coloniis pre
esse voluit sed alios prefecit. Nec pecunias tractauit cū ipse Caius pleraq̄ eorum
que decernebat per seipsū exequeretur. Post Rubrio quodam Gracchi collega re-
ferente cum plebs sciuisset vt Carthago a P. Scipione nuper euersa restitueretur
& forte Caio euenisset vt ea de causa in Libiam nauigaret etiam maior tūnc Dru
sus per absentiam Cai factus: maxime Fuluianis creuit calumniis. Erat enī Fului-
us C. Gracchi familiaris: & in diuisione agrorū collega: vir seditiosus & senatui in
uisus: nec plebi carus propter suspicionem quod fama erat socios ad defectionē so-
licitasse. Quibus sine probatione argumētoq̄ iactatis: ipse Fuluius fidem non sani
neq̄ quieti animi ostendebat. Ea res Gracchi potētiam minuit: vt illius inuidie su
cū. & cum Scipio Africanus subito defunctus esset: signaq̄ nonnulla plagarum &
violentie vt in eius vita scripsimus: in ipso mortuo apparerent: maxima de Fuluio
suspicio fuit: vtpote inimico & ea ipsa die cōtra Scipionē publice inuecto. Attigit
vero etiam C. Gracchū ea suspicio. ac tam graue facinus in sūmum virum & prin-
cipem ciuitatis perpetratum: non modo vltione: sed redargutione etiā caruit: quo
niam plebs solicita de salute Gracchi ne ille forsan particeps necis inueniretur: iu-
dicium dissoluit. Sed hec prius facta erant. In Libia vero dum Carthaginē quā Iu
noniam appellauit: Gracchus restituit: per multa īpedimenta a genio loci tradunt
opposita. Nam primum signū vi ventorum correptū: cum signifer valide resisteret
fractum est & sacra altaribus imposita surgens procella dissipauit. & extra termi
nos designate vrbis abiecit. ipsos preterea terminos lupi inuadentes ac turbantes
longe detulerunt. Attamē Gracchus omnibus cōstructis atq̄ ornatis: septuagesi-
mo die postq̄ Roma discesserat ī urbem reuersus est. Audita Drusi aduersus Ful
uium insectatione & rebus vrbanis presentiā eius efflagitātibus. Nam L. Opimi
us vir potens in senatu: vir prius in petitione consulatus succubuerat. C. Gracchus
Fannium in comitiis preferēte: tunc iterum petēs multis adiuuātibus si consul fie
ret potentiam Gracchi: que iam quodammodo cōsenuerat: ob multitudinē ad gra-
tiam plebis ipso concedente senatu rempublicam gerētium depositurus videbatur
Postq̄ igitur Romam rediit: quo popularior foret: ex palatio vbi prius habitabat
in locum foro propinquū vbi complures egeni & tenues ex plebe homines habita-
bant: immigrauit. Deinde cum alias promulgasset leges: ob quas frequens cōcur-
sus ad eum fiebat. senatus Fannio consuli persuasit. vt omnes preter vrbanam mul
titudinem vrbe depelleret Facto igitur per preconem mādato duro quidem atq̄
insolito vt nullus ex sociis atq̄ amicis populi ro: p eos dies Rome adesset: opposuit
Caius edictum per quod consulem quidem reprehēdebat: sociis autem si manerēt
opem se laturum aduersus insolentiam consulis pollicebatur. quod tamē non fecit.
Nam cum cerneret quendam ex hospitibꝫ ac familiaribus suis per apparitores cō
sulis trahi: permisit nec restitit: siue viribus suis diffisus: siue vt ipse inquit nolens
principium pugne cupientibus aduersariis prestare. Et forte euenerat vt collegas
etiam suos per id tempus haberet infensos ex huiusmodi causa Futurum erat ī fu
ro gladiaturum spectaculum: & magistratuum pleriq̄ constructis circa forum ad
spectandum locis ea mercede locabant. Hec loca Caius per edictum purgari iussit

vt plebs spectare sine mercede valeret. In quo cum sibi non pareret expectata pre-
cedente tamen nocte cõstructiones ipsas per operarios & fabros suos demolit9
vacuum ad spectandum multitudini locum ostendit. Quod factum vt plebi gratũ
fuit: sic collegas ab eo tanq̃ agresti superboq; alienauit. atq; ex ea re tertiũ tribuna
tum creditur amisisse: suffragiis que plurima prestabant: maligne & fraudulenter
per collegas occultatis. Sed hec non satis clara sunt. Tulit vero hãc repulsam gra-
uiter & iniquo animo aduersus inimicos ridentes insolẽtius q̃ par erat inclamauit
eos Sardonium risũ ridere ignaros q̃ magnis tenebris ex suis actis circũfundant.
Cum aũt Opimius consul factus. multas ex legibus a Caio latas abrogaret: & car
thaginem in alium locũ transferendam decerneret: atq; ea faceret. vt Caius irritã-
tus necis sue occasionẽ prestaret. primo tempore tolerantiã habuit sed vbi familia
res amiciq; & in primis ipse Fuluius incitare eũ ceperũt: cõtracta multitudine ad-
uersus consulẽ resistere statuit. ad quã rem tradunt matrem Corneliã ipsum adiu-
uasse: latenter multitudine conducta ex agris in urbẽ sub messorum specie transmis
sa vt in ipsius Cornelie epistolis ad filiũ sub enigmate scriptum legitur: licet tra-
dant nõnulli Cornelia repugnante hoc a Caio factũ. Quo die Opimius de abrogan
dis legibus erat relaturus prima luce ab vtrisq; Capitoliũ occupatur. Ibi dum con
sul sacra fecisset: minister quidã Antyllius nomine intestina asportans illis qui cir
ca Fuluium erãt dixit. Cedite bonis ciuibus mali ciues & adiungũt quidam ipsũ
in obscenam figuram brachiũ nudum simul his dictis per iniuriam ostendisse. Hic
ergo statim occiditur magnis stilis ea de causa vt dicitur cõparatis. Ea cedes po-
pulum quidem turbauit: ducum vero ipsorũ varia mẽs fuit. Nã Caius quidem in
doluit: & eos qui id fecerant reprehendit. Opimius vero quasi occasione parta ad
ulciscendum suos roboratus est. Imber ea die certamen diuisit. Postridie vero sũ
mo mane consul senatum in curiã vocauit. Atq; dum ibi de republica agitur quidã
vt ordinatum erat Antyllii corpus feretro impositũ cũ planctu & lamentatione in
forum secus curiam ipsam detulerũt Simulãte consule id se admirari. senatus pro
greditur. positoq; in medio eorum feretro: veluti super magnum patres inclamant
At multitudinem indignatio habebat: quod Tiberii Gracchi tribuni plebis in Ca-
pitolio nuper occisi corpus in Tiberim proiectum fuerat: ministrũ vero Antillium
qui & si nõ iure necat9 esset iustas tamẽ p̃stiterat irarũ causas ĩ foro circũfusi sena-
tores populi R. deplorarẽt eumq; ostenderẽt ad necem reliquorũ cunctũ qui plebem
Romanã defendebãt. Senatus post hec ĩ curiã reductus decernit: vt Opimi9 con-
sul videat ne quid resp. detrimẽti capiat. Ille stati iubet vt senat9 arma capiat utq;
equites R. singuli binos seruos cũ armis postridie adducãt. At fuluius cõtra se pa
rare & plebẽ colligere incepit. Sed gracchus ipse foro abiens iuxta patris gracchi
statuã cõstitit atq; eã diutius cum silẽtio intuitus tandẽ flens suspiransq; discessit. ob
hoc multi ex plebe homines ĩ cõmiseratione adducti ac seipsos castigãtes q̃ hominẽ
derelictũ p̃ditũq; paciant p̃secuti custodie causa circa edes eius pnoctarũt nõ po-
tationib9 & clamoribus ĩtenti vt ii q circa Fuluiũ excubabãt. Nã illi ebrietatib9 &
tumultu noctẽ transegerũt ipo Fuluio ĩ primis lasciuiente & cõtra etatẽ suã mul-
ta dicẽte agẽteq;. At apud gracchũ nihil simile sed tãq; ĩ publica calamitate mesti
& futurorũ spectãres partitia vigiliis excubabãt Albescẽte igit̃ die fului9 vix ex som
no p̃pter violentiã excitat9 suos armat spoliis Galatarũ que domi sue ex triũpho su
pererãt. Ac subito minaci clamore ĩ Auentinũ montẽ euadit. Caius vero nec ar-
mare qdẽ se voluit sed tanq̃ in forũ iturus togat9 p̃ressit paruo dũtaxat accinctus
gladio. Exeuntẽ domo vxor ĩ uestibulo p̃secuta atq; altera manu natũ tenẽs altera
virum apprehẽdens ĩquit. Non te Cai nũc in rostra tribunũ plebis & legũ latorem
transmitto: nec ad bellũ gloriosũ in quo & si aliquid accidat aduersi saltẽ honestum

mihi luctum relinquas sed Tiberii fratris tui interfectoribus te obicis inermem.
recte id quidem ut patiaris magis quam agas. Vicerunt enim peiora vi & ferro iudi-
tia peraguntur. Si apud numantiam frater tuus occubuisset. at corpus ad sepultu
ram reddidisset hostis. Nunc autem & ego fortassis flumio quodam aut mari te per
sequi compellar: obsecrans an sicubi in his tuum corpus appareat. Quid enim aut dis
aut legibus quis credat post Tiberii mortem? Hec deplorantem Liciniam dissolvens
sensim a complexu Caius una cum amicis silens ire perrexit. At illa vestem eius ca
pere gliscens solo procubuit semianimis donec ministrorum manibus sublata ad Cras
sum fratrem delata est. Fulvius ubi omnes in unum convenerunt: voluntatem Gracchi
secutus: iuniorem filium cum Caduceo in forum transmisit. Erat hic adolescens egre
gie forme qui cum honeste ac decore cum lacrimis de concordia ad senatum & consulem
locutus esset: ac plerique eorum qui aderant ad concordiam flecterent. Opimius con
sul non nuntiis inquit senatui persuadendum sed descendendum ex Aventino ac se iu
dicio senatus ut obnoxios cives subiciendum esse: atque ita veniam postulandam. Et si-
mul adolescenti edixit ut vel cum iis rediret vel omnino non rediret. Caium itaque tra-
dunt voluisse in forum descendere: ut senatui loqueretur: sed cum id ceteri non pro
barent: rursus adulescens a Fulvio cum mandatis haud dissimilibus remissus est. At
Opimius pugnandi avidus: puero statim in custodiam tradito: contra Caium & Fulvium
profectus cum multitudine armatorum & sagittariorum Cretensium ferit adversarios
ac perturbat: Factaque exinde fuga Fulvius in quoddam balneum sese coniecit: ac pau
lopost deprehensus una cum maiori filio occiditur. Caium vero nullus ea die pugnan
tem conspexit: sed ea que gerebantur permoleste ferens: in templum Diane se retu-
lit: manusque sibi ipsi afferre cum vellet a Licinio & Pomponio fidissimis familiari
bus suis prohibetur. Hi namque presentes gladium ademerunt: & ad fugam cohorta
ti sunt. In quo loco dicitur Caius in genu procumbens & manibus ad deam tendens pre
catus fuisse: ut populus R. pro tanta ingratitudine ac proditione numquam a servitu-
te eximeretur. Palam enim cuncti ipsum deseruerant: quippe cum fuit eis per preco
nem impunitas si inde discederent, concessa fugientem ergo Caium adversarii per-
secuti cum iuxta pontem ligneum iam assequerentur familiares duo quos supra me-
moravi illum procedere ac maturare fugam iubent: ipsi vero in ponte ipso ruenti-
bus adversariis se obicientes non prius quenquam transire permiserunt quam ipsi pugnan
tes occisi sunt. Cum Caio servus unus aufugerat Philocrates At cum universi cer-
tatim eum ad fugam hortarentur nemo tamen auxilium prestaret: nec petenti equum
quisquam concederet: & iam adversarii adessent. Precipit ille se in sacrum deorum ne-
mus: ibique occiditur per manus Philocratis servi: qui primo dominum deinde seip-
sum peremit. Quanquam tradunt nonnulli ambos in manus inimicorum vivos pervenisse
sed servum dominum complexum non prius divelli potuisse quam ipse cederet. Ca-
put Gracchi tradunt abscissum: primo ab alio. deinde ab amico quodam Opimii Sep
tumuleo nomine per vim ablatum. Nam promissum erat in principio pugne: ut qui
Cai & Fulvii capita referret: equum auri pondus ex publico acciperet. Relatum
est igitur a Septumuleo pilo transfixum statera deinde impositum librarum decem & sep
tem ac dimidie pondus traxit. Septumuleo improbe machinato. Nam detracto ce-
rebro plumbum infuderat. Qui vero Fulvii caput retulerunt: erant namque extenuio
ribus nihil omnino reportarunt. Corpora Cai & Fulvii & aliorum omnium: circit
er um tria milia cesa fuerant in Tiberim proiecta: bonaque eorum publicata. Edictum
est mulieribus ne lugerent Dos Licinie uxori adempta. Crudelissimum vero omnium in
eo fuerant quod Fulvii iuniorem filium concordie sequestrem quem pauloante diximus
a consule captum & in custodiam traditum: cum is nec in prelio fuisset: nec manus aut
arma intulisset tamen post victoriam acerbissime necaverunt: Super omnia tamen

plebem afflixit templum cõcordie ab Opimio cõstructum. Iactatio enim quedam
visa est atq; superbia: & quasi de nece Romanorũ ciuium triumphus. Itaq; per no-
ctem sub ipsius templi Hypogrãmate quidã scripserunt. Hunc versũ. Opus vecor
die templum concordie facit. Hic tamẽ Opimius qui primus in consulatu dictato
ris potestate fretus est: quiq; supra tria milia C. Graccbum & Fuluium Flaccum
quorum alter cõsularis & triumphalis: alter sue etatis virtute & gloria princeps
fuit: indemnatos occidit: furti crimine non caruit. Nã missus postea legatus ad Iu
gurtham Numidie regẽ & pecunia corruptus cũ summo dedecore in iuditio cõdem
natus infamis consenuit inuisus ac spretus a populo R. qui & si iuxta res ipsas per
culsus metu se contraxerat tamen paulopost desiderũ & beniuolẽtiam Gracchor
rum aperte ostendit Nam & statuas illorum posuit celeberrimis vrbis locis & vbi
illi occisi fuerant. sacella edificauit: coluitq; & sacrificia quotidie in iis fiebant ꝓ
cumbebatq; multitudo vt deorũ templis. Ipsa etiam Cornelia mater dicitur & ce
tera omnia q̃ fors attulerat generose tulisse: & de sacellis ipsis dixisse dignas eo-
rum corpora sepulturas habere. Ipsa uero circa Misenos vitã duxit. nihilo de pri-
ore consuetudine immutata. Erat ei ingens amicorum multitudo: & ea de causa
frequens hospitalitas. Nam & grecia erudti homines: & a cunctis regib9 dona fe
rentes ferentesq; nuntii domũ eius frequentabant. Fuit illi dulcissimum patris sci
pionis facta cõmemorare: mirabilisq; cum de filiis loqueretur atq; illorum casus fa
cta referret: indolentia quasi fabulam quandã rerũ antiquaꝝ enarraret. Vnde quos
dam suspicari coegit: ne ob senectutẽ & doloris magnitudinẽ sensum amisisset. Ip-
sos nimirum absq; sensu nõ intelligẽtes quantũ generositas nature & educatio lau
dabilis prosit hominibus aduersus dolorem moderate perferẽdum: quodq; fortuna
aduersus virtutem bona custodientẽ interdum preualet: sed in cadendo moderatio
nem animi ferentes aduersa non aufert.

Epistola Guarini Veronẽsis Poete Laureati De vita atq; gestis Lysandri Incipit.

P LVRIMA CERNO tuas ad nuptias Leonelle prĩceps
frequentia apparatu ornamentoq; magnificas: dona simul
& munera duci & afferri: pro amicorũ & subditoꝝ carita-
te ac fide: quibus Atestis pariter atq; Gonzaghe prosapie
dignitas illustretur. Ego aũt qui nemini tuorum fide stu
dio beniuolẽtia in te cedo: licet fortunis facile superer ĩmu
nis hoc tẽpore esse non debeo presertim cum eorum ad te
mittendorũ prestetur occasio que non minoris vt arbitror
quam superiora facturus esse videare Illa nanq; vsu vel minui vel tractando conte-
ri solent. Verum nec ipsa quo frequẽtius vtere: diutiuſq; tractaris eo latius cresce
re firmiusq; durare. Illa preterea semel profuerint hec perpetuo. Quod nam istuc
tuum munus inquies? Duo illustres viri? & rebus egregie patratis ĩperatores plu
rimum decantati Lisander & Sylla comes: quos ex athenis mediis tibi deduco re
liquorum saltantiũ & cõuiuarũ cetum nominis maiestate ornaturos: & facetius ex
hilaraturos. Ipsos lubentius traduxi quo illoꝝ quidem nomina vbiq; celebratiora:
res autem ferme obscuriores erant propter superiorũ seculorum vel ignauiã vel ca
lamitatem vel vtranq;: quibus tanta litterarum iactura importata est ut nisi latina
mẽdicemus ab grecis cum alia p multa: tũ clari quondã homines iaceãt ĩ tenebris
sit necesse. Quo circa ingẽtes vtiq; Chrisolore grates habende sũt laudesq; cãtande

Quorum beneficio īdustria studio & doctrina tot magnos homines ex obscuritate
ad lucem e morte ad uitam e silētio ad predicationē reuocatos ītuemur Nec vero
te perturbet humanissime princeps: q inter cōmemorandum in hisce ductoribꝰ ali
qua faciuora crudelitatis offendes: potissimū cū te sicuti eorū. ita & scriptis qua-
liscunq; sunt meis ad mansuetudinē placabilitatemq omnia animare coner & īcen
dere ad quam cū tuo ingenio tum studiis & magnoꝝ hominum imitatione pronus
duceris & que tanti in principe & in eo qui excelso maiestatis gradu pollet mon ē
ti est: ut quisquis clemētia vt tu insignitus sit: non solum deo proximus. sed etiam
deus habeatur in terris. Magna quidem ea virtus est: qua īnocentiam defendas.
Non minor aūt illa qua & nocentibus ad uiam rectā reditū prebeas. captis succur-
ras. infelicibus miserearis legum duriciam lenias ferrum cōpescas. iacentes suble-
ues supplicia mittiges vitā dones. Accedit huic virtuti primū laus gloria cunctoꝝ
q beniuolentia vel tui ipsius testimonio. Nullus enim patri. F. vnicus tanta pieta
te dilectus vllo tempore filius fuit: quā tu clementie & humanitatis gratia subdi-
tis externis longinquisq; carus: quantam laudē ac pietatem a cūctis reportas cum
eam te uocem vsurpare audiunt: non oportere quenq a sermone principis tristē di-
scedere: quo fit ut sermone sis affabilis accessu facilis vultu amabilis: Verū enim
uero crudeles ac probos illorū mores perinde ac speculum idcirco tibi propono ut
bona cum inspectes ad ea te conformes: vicia uero fugias & abomineris. Fit enim
vt in alienis personis turpitudinē acriore censura notemus: & execremur: quā ob-
rem spartanos cū seruū in conuiuiis ebrium deprehenderēt eū accitis filiis demō
strare solitos accepimus. vt ebrietatis ineptias deformitatē spurcitiasq subtilius ī
mancipiis intuentes obhorrerēt. Non absurde itaq Persius vt Nemo inquit ī se se
tentat descendere nemo. Sed precedenti spectatur mantica tergo Ceterum ne ve
stra demorer colloquia a me longior non suscipietur oratio.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq gestis Lysandri per Guarinum Vero
nensem Poetam Eximiū Historia in latinū traducta linguagium Incipit feliciter.

m ARMOREA LISANDRI statua Delphis īter vos ex
tat prope templi fores densa cesarie & ritu veteri promis-
sa barba generosū quendam in modū. Eam multi & quidē
falso Braside atheniensis esse rentur propter inscriptū Bra
side titulum intonsi vere capitis consuetudo nō aliunde ut
quidam arbitrantur: sed ab institutis Licurgi ad Lacedemo
nios peruenit quem dictitare solitū aiunt eorum qui hone-
sta facie forent accedente coma decorem magis augeri. At
iis qui deformes essent ex ea plus terroris inesse. Lisandri pater Aristoclitus ex p
sapia minime sane regia. Ceterū ex heraclidarū genere natus esse dicitur. Lisander
in rei familiaris educatus angustia sese patrie legibus obtemperantē sicut alter qs
piam prebuit: nec minꝰ fortem & omni voluptate superiorem nisi si qua ex honore
& rebus recte ac magnifice gestis efferebatur: hoc voluptatum genere adolescen-
tes superare spartana ciuitas turpe nequaq existimat. Pueros enim ab ineuntibus
statim annis aliquo affectionis stimulo ad gloriam duci volunt: vt ita & vitupera-
tos dolor angat & laudes ad maiora prouehant quem vero hec ipsa nō tangunt aut
permouent vt ab honore alienum & ad uirtutem omino secordē aspernant & igna
uum. Itaq Lisandro honoris cupiditas & cōtentionis studiū ab laconica disciplina

perit ansit in natū Quibus in rebus eius natura magnopere incusanda non est. Ad
colendos autem vrbis primiores supra spartani hominis morem primus videt̄ exti
tisse: ad tollerandum insuper magistratuū pondus vocāte necessitate facilis: quod
ad rei ciuilis aptitudinem aliqui nō mediocrē particulam faciunt Aristoteles cum
Malancholicoꝝ demonstret ingenia vt Socratis vt Platonis vt Herculis Lisandrū
non statim sed etate iam grādiore in melancholiam incidisse scriptū reliquit. Eius
est maxime proprium ꝙ cū paupertatē moderate tulerit: nullo in loco victus aut
corruptus pecunia patriam tamen diuitiis & diuitiarū auiditate imbuerit: quā cū
opes minime mirantem admirarent̄ omnes eam intercepit admirationē post Athe-
niense bellum ingentem auri atq; argenti vim introducēs: cum interim ne vllā sibi
quidem dragmam reliquā faceret. Dionisius tirannus īgentis precii ex Sicilia tu-
nicas ad eius filias miserat: quibus repudiatis, Vereor dixit ne per has lōge defor-
miores appareāt. Non longe post ad eundem tirannū missus eadem ex Vrbe lega-
tus duabus ad se missis ab illo stolis vt vtram vellet filie deferendā eligeret. Illā ip
sam melius delecturam inquit & acceptis ambabus abscessit. Postea cū Peloponē-
sium bellum diutius duraturū videretur: & Athenienses post acceptam cladem in
Sicilia confestim ex maris imperio eiectum iri in suspicionem venissent. Nec mul-
to post omnimoda rerū desperatione laboraturos. alcibiades ab exilio reuocatos &
rerum sūme prefect9 magnā adeo fecit mutationē vt naualia certamina equatis iā
viribus cōstituerit. Pauore igitur Lacedemoniis rursus iniecto promptis animis
ad id bellum recentes facti & imperatore grauissimo & apparatu validiore indige
re videbantur: ad maritimū imperium Lisandrū emittunt. Profectus Ephesum
ciuitatem sibi quidem amicam & laconicas partes promptissime fauentem īuenit
Ceterum per id tempus infelicē & ne barbaricis persarū moribus efferaret̄ peri-
clitatem: quippe cui Lidia circumfusa frequētes īmisceret conuenas: & duces ibi
regii diutius ocia cōtererent. Itaq; iacens ibi uallum & onerarias vndiq; naues cō-
trahens magnūq; ad edificandas triremes apparatū ordiens Ephesiorū port9 mer
caturis forū negotiationib9 domos atq; artificia opibus lucrisq; refersit. Ex illo pri
mum tempore ipsius amplitudinis ac magnificētie qua ciuitas in presentia viget
ad Lisandrū spes exorta est. Accipiens deinde regis filium Cirum Sardis venisse
vt in eius colloquium veniret ascendit: simul & Tisaphernis crimina deferret. Cui
cum edictum esset vt Lacedemoniis auxilio esset ac ex mari Athenienses submoue
ret remissior & minime promptus videbatur quo alcibiade morē gereret & ad sol
uendam naualem potentiā tenuiter ac maligne necessaria suppeditabat. Cupiebat
& Cirus Tisaphernis operas vicio dari & turpes de illo rumores dispergi. Cū pro-
pter hominis improbitatem priuatas secū inimicitias exerceret: Hisce de causis &
aliis item rationibus tum vero singulari cōsuetudinis comitate ratus & adolescen
tem magis alliciēs eum ad bellum firmius animauit Cirus illū rū discedere uellet
conuiuio accipiens obsecrabat vel nullas eius liberalitates munificentiasq; repudia
ret. Sed quicquid optaret explicare ac petere vt nullam repulsam habiturū. Exci
piens Lisander quando quidem inquit Cire tantū promptitudinis habes peto atq;
hortor vt stipēdio nautico unū adiungas obolū: vt pro ternis obolis quaternos cap
tare liceat. Cirus igitur hominis magnificentia delectatus ei decē daricorū milia
dedit. Ex quibus additum nautis annumerās obolum & splendoris plurimū ven-
dicauit: & breui tempore hostiles naues vacue fecit. Nam ad eos qui maiorē mer-
cedem exhibebant frequentes cōmigrabant: quiq; manserant & segnes erāt & sedi
tiones agitabant & mala ductoribus quotidie ingerebāt. Lisander licet auulsis &
detrimento affectis hostibus nauali tamen pugna confligere ausus non est. Alci-
biadem enim strenuū & acrem virū & nauiū multitudine superiorē & ad uniuersa

Lysander

maritima & terrestria ad id tempus prelia inuictum reformidabat. Postq̃ Alcibiades e famo phoceam enauigans classis prefectum reliquit Anthiochũ. Anthioch9 habito quasi per contumeliam Lisandro factus audatior duabus aduersus illũ triremibus in Ephesioꝝ portũ annauigat: & magnis risibus ac plausu insollenter usus cursum preter nauale duxit. Id ferens indigne Lisander non multas ab initio triremes deducens insectari cepit Anthiochum Subinde ferentes auxilium cõspicatus Athenienses reliquas ipler. nauali deniq; pugna conserea victor Lisander quindecim captis triremibus tropheum erexit. Ea re ira concitatus in urbe populus alcibiadem exilio multandũ decernit: qui de hinc ab iis qui circa samium statiua habebant militibus ignominiose habitus & male de se audiens in Cheronensũ ex castris nauibus profectus est: hanc pugnam licet re gesta nequaquã ingentẽ fortuna ipsa per mortalium ora propter Alcibiadem volitare faciebat Lisander ex urbibus ac ceteris Ephesũ: cum nõnullos audatia & spiritu supra vulgus elatos cerneret occulta seminabat initia: vt quemadmodũ postea factum est decem uiratum crearẽt & rebus nouandis intenderent: nec minus solicitabat ac irritabat vt subtiliter conspirantes sic rebus animos adhiberent vt in destruendis Atheniensibus simulq; ex urbibus expellendis illos per eorũ patrias potentiam vendicaturos intelligerẽt horum fidem re ipsa quibusq; prebuit: amicos atq; hospites ad imperia ad res amplissimas ad honores prouehẽs proq; illorũ auaritia violandi iuris & pecatorũ adiutor & socius: quocirca omnes illi mentem attendere. gratiosi in eum se uideri illius desiderium pre se ferre illo uictore & imperium obtinẽte nihil non assecuturos sperare. Ea propter classis prefectum Callicratidam Lisandro succedentẽ ab initio videbant inuiti: neq; sui mores imperii simplices quidem & dorico ritu veros approbant: cum posterius dato de se periculo. Vir prestantissimus & iustissimus apparuisset. Ceterum huius virtutẽ non secus ac in semidei cuiusdam statua pulchritudinem admirari illius studium ĩ amicos caritatẽ & vtilitatem queritabant. Adeu ut eo nauium cõscendente pre merore lacrimas effunderent: eos adhuc ĩ Callicratidam inuisos magis reddebat q̃ ex argento etiam in nautas ab Ciro tradito quod reliquum fuerat sardis remisit: eumq; petere si uellet & de alendo milite cogitare iussit. Enauigaturus deniq; illum reitatus est sese nauales ita ropias tradere ut in potestate mare habeant. At ille superbam & inanem hominis iactantiam redarguẽre volẽs: tu igitur leuorsũ captata samo & circa militum nauigatione deflexa illic mihi triremes tradito. Nam si maris potestatẽ habemus hostem in samo cõmorantem ut nauigando formidemus opus non est. Cui Lisander naues ipse nõ meo quidem inquit sub imperio verũ sub tuo sunt. Quo dicto in Peloponensũ cõtendit magna perplexum ambiguitate relinquens Callicratidam. Nec enim ullas secum ex domo pecunias deferens aecesserat: nec ex oppidis propter eorũ inopiam ac tenuitatem tributa colligi patiebatur. Restabat igitor vt sicut Lisander fecerat euntes ad regias fores duces peterent quam quidem ad rem vir ille ineptissimus erat qui ingenuus & animo excelso preditus omnem ex grecis in grecos cladem honestiorẽ existimaret: quam barbaris adulari & eorum fores adire qui preter magnam auri vim nullum bonũ habeant vrgente tamen necessitate Lidiam ascendens Ciri regi ampecit: referri iubens Callicratidã classis prefectum eum eo colloquturũ aduentasse: ei ianitore quodam dicente nunc Ciro o peregrine nequaq̃ uciũ est. Ipse enĩ potat Callicratidas magna quadam simplicitate respondit. Graue prefecto nihil ẽ ibi enim stans quoad potet expectabo. Tunc rusticus existimatus & a barbaris dirisioni habitus abscessit. Secundo reuersus cum intra fores nõ admitteretur moleste ferens i Ephesũ abiit: multa inprecat9 iis mala qui barbaroꝝ deliciis illecti eos per opulentiam incontinenter lasciuire docuissent: deosq; presentibus testatus est

se etiam primum spartam tetigerit omnē datuꝝ operam vt ī gratiam greci pristi-
nam reuertantur: quo barbaris terrori sint & immutuā cedem illoꝝ potentiam im-
plorare desināt. Verum Callicratidas ꝑ spartana dignitate gerens animos cū equi-
tate magnitudine ac fortitudine excellentissimis precoꝝ par esset. Paruo deinde
tempore nauali pugna superatus in arginusis est delet9. Rebus retro ferri ceptis
socii missa legatione spartā classis ducē Lisandrum deposcebāt: vti sub eo impera-
tore negotia ardentius amplexuri. Eadē & Cirus flagitans miserat. Vetante ue-
ro lege bis eundem classis prefectū fieri cum Lacedemonii more sociis gerere uel-
lent prefecture quidē nomē arato īposuerant: Ceterū Lisandrum verbo quidē le-
gatum. Re aūt vera cunctoꝝ sūme preficiūt: plurimis igit̄ q in rebus publicis ver-
sabantur: & in eorū urbibus vehementer poterāt dudum exoptatus aduenit. Spes
enim iniecta est eius opera āpliores illoꝝ potētias futuras re omnino populari dis-
soluta. qui simplices ac generosos īperatorum mores arrabāt. Lisandrum quotiens
Callicratide cōpararetur versutū captiosumqꝫ censebāt: qui res bellicas variis tra-
ctans modis ipsam ꝙ iusticiā vtilitate āplificabat. Alioquin cōmodis vt honestare
vtens & vera mendaciis non natura prestantiori exist:māS vtriusqꝫ precium atqꝫ ho-
norē necessitate diffiniebat. Quiqꝫ herculis progeniē sine fallaciis belligerare dig-
num iudicabāt eos irrideri iubebat. Qui enim leonis pellis nō attingeret īsuēdam
esse vulpinam huius generis sūt que in milesios fecisse dicitur: amicis atqꝫ hospiti-
bus popularē potentiam sese dissoluturū esse promiserat. Simulqꝫ aduersam factio-
nem erecturū. Mutatis interī sentētiis cū pacatis animis inimicitias deposuissent
aperto quidem vultu & gratulari & cōciliandis opē afferre simulabat. Clā vero cō-
uiciis & maledictis ad inuadendā multitudinē instigabat. Vt aūt insurgētium tu-
multū accepit e uestigio auxiliū importatur9 oppidū irrumpēs: quos rerū nouaꝝ
studiosos habebat obuiā grauiore tono vocis increpabat & asperrime ꝑducebat ut
supliciū illis inflicturus: alios confidētiores esse iubebat & eo p̄sente graue nihil
expectaturos: hec ipsa simulator tam varie fingebat ne qui dominatione populari
potentes erant euaderent. Sed circa vrbem residentes cederentur: quod & euenit
siquidem vniuersi fide Lisandri dictis habita sūt interfecti. Androclide sermo me-
morie proditus est: per multam Lisandri ad iusiurādum leuitatē arguens. Is enim
ut aiunt iubebat pueros quidem astragalis: uiros aūt iureiurando fallere: policra-
tem samium tirannū imperator non recte profecto imitans: haud enim aconicum
sed cōtumeliosius est deis sicut & hostibus vti Nam quisquis abiurat hostē quidē
formidare deū vero negligere cōfitetur. Cirus Lisandro Sardis accersito vt ei iu-
uenīliter assentaretur ipsius gratia nonnulla prestare prese tulit: quedam subinde
pollicitus si pater minime traderet vel domesticā suppellectilem suppeditaturum
Quod & si cūcta defuerint aureū & argenteū sectuꝝ esse solium Vnde populis ius
dicere cōsuesset. Deniqꝫ in mediam suum profectus ad patrem ciuitatum tributa
illi suscipienda designauit: & eius fidei propriū cōmendauit Imperium: gratum in
primis habens & omni rogatu ab eo vehemēter contendens ne suum ante reditū cū
Atheniensibus nauali certamine dimicaret: adducturum nanqꝫ magna secū classem
ex Cilicia & Phoenice ducentem. Lisander cū neqꝫ pari multitudine pugnare neqꝫ
tot cum nauibus otiosus sedere posset: nonnullas in potestatem redegit insulas egi-
nam quoqꝫ ac salaminam adiens incursationibus vexauit. Dehinc descēdit in agrū
Atheniensem vbi salutato agide quia de colia venerat pedestribꝰ copiis vires ma-
ritimas ostendere voluit: quibus maris dictionem obtinebat. Tamen īterea doct9
insectātes illū Athenienses aduentare: alio per insulas cursu effugit in Asiā. Desti-
tutū offendēs helespōtem lāpsacenos aggressus est nauibus. Thoraxqꝫ pedestres
simul expeditas muris admouit copias vrbem itaqꝫ capiēs vi predā militi cōcessit.

Attica vero classis centũ & octuaginta triremium eo tempore penes eleuntẽ Che
ronensi oppidum stabat in ancoris. Audita lampsacena clade cõfestim Sextũ adue
huntur: inde frumentatũ euntes ad egos idest capre flumen nauigãt e regione ho
stium adhuc circa vrbem lampsacũ cum classe stationem habentium. Attice classis
& alii multi ductores erant & Philocles qui populũ induxit oratione sua vt capto
rum i pugna hostium dextere manus pollicem preciderent: vt cum hastã ferre ne
quirent remum tamẽ agitare possent. Eo die cessatũ est a prelio. Postridie pugnã
mire sperantibus Lisander rum alia versaret animo nautis edixit & gubernatori
bus: vt perinde ac circa diei ortum futuro certamine triremes conscenderent & si
lentio fidẽtes & ordine edictum expectarent. Itidem & pedestres copias structas i
littore conquiescere iubet. Exoriente sole Athenienses directis in hostem frontib
totam classem concitant Quibus prouocantibus Lisander aduersas tenens proras
frequenti bellatore completas intendentibus iam tenebris non tamen se in altum
eduxit Ad primas deinde naues scaphas submittens ordine considere & cõquiesce
re iussit. & nullum rdentes tumultũ nullo pacto exire obuiam: hunc in modum cũ
iam aduesperasceret cõcedentibus retro Atheniensibus nullũ dimisit ex nauib mi
litem: nisi duas aut tres triremes: que explorandi gracia misse descenderẽt specu
larentur hostem. Postero die tertio item & quarto idem factitatũ est: ea res ma
gnam Atheniensibus iiecit audaciã atq; contẽptum: perinde ac hostib terrore cõ
pressis. Alcibiades interim nam his circa Cheronensium suã intra arcem vitã tra
hebat ad Atheniensem equo perfectus exercituũ duces icrepuit: primũq; male &
minime tuto castra in littoribus locassent: que & statione carerent: & aduentorũ
impetus exponerentur. Deinde peccare illos q e Sexto exercitui necessaria capiãt
cum oportuisset mox postea q nauigatione sextum circuissent intra portũ aut ur
bem sese procul ab hostibus constituisse: qui sub unius ductu atq; auspicio impera
toris tantum in portu habeant exercitum: qui dato signo statim omnia ad timorẽ
imperata perficiant. Que cũ edocuisset nõ modo obtẽperarũt: verumetiã Tideus
contumeliose respondẽs. Non tu quidem inquit sed alii imperatores adsunt. Alci
biades igitur aliquam inter eos proditionẽ subesse suspicatus abscessit. Die quin
to a nauigantibus rursum Atheniensibus & remeantib vt cõsuerant sũma cum ne
gligentia pariq; contẽptu. Lisander speculatoriis emissis nauibus eorum prefectis
imperat: ut cum primum egressos pspexerint Athenienses retro omni celeritate
remigent. Cumq; medio in traiectu fuerint ereũ de prora clipeum attollãt irruptio
nis signum. Ipse interim gubernatores & triremiũ prefectos adiens prouocabat i
citabatq; ut remiges & cõmilitones structos continerent. Signo dato omni promp
titudine ac robore in hostes inferre. Sublato e nauib clipeo e pretoria naui tuba i
sonuit: in altum se subuehũt: & incursionem faciunt peditatus in littore certatim
aduolans promõtorium petit: hoc aũt intercedẽs vtriusq; continentis spacium quĩ
decim stadiorũ est. Id uero studio & pmptitudine remigantiũ e uestigio corripit.
Conõ atheniensium iperator primus e continenti annauigantẽ direpẽte classem p
spiciens merore classis vexatus vociferarii vt conscenderent: vocare alios obtestari
nõnullos coactos inferre. Dissipatis aũt hominibus nihil studio proficiebat. Nã ut
primi exierant statim vt qui nihil expectabant aut in rebus emendis versabant aut
in agro deambulabãt aut intra tentoria sopiti iacebãt: aut patandis prandiis incũ
bebant: longe a futuri cogitatione per durum imperitiã existentes clamore ac stre
pitu illatis iam hostibus. Conõ octo sublectis nauibus in Ciprum ad Euagorã fugi
ens enauigauit. Cetere aut vacue capte aut non dum referte cõfracte homines in
ermes & dispersi cum auxilium ferrent ante naues cesi: vel si fugam capescerent de
scendentibus in terram hostibus necabantur. Capta tria hominũ milia cũ ducibus

& classis vniuersa cum ora maritima preter naues que cū Conone salutem fuga cō
pararunt. Inde relegatis post se nauibus cum castra diripuisset. Lisander cū Tibia
rum & peanis cantu Lamsacū reuertit: opus amplissimū nimio labore conficiēs &
una hora longissimum tempus & diuersissimum fortunisq; euentibus vltra superi
ora bella incredibile concipiens: ꝙ post infinitas certandi formas & rerum gestarū
permutationes cōplures ꝙ antea grecie duces consūpsit & vnius uici cōsilio & gra
uitate trucidandos dedit. Quo circa nōnulli hoc opus diuinitus factum existima-
uere. Castorem & pollucē in Lisandri naue vtraq; ex parte extitisse & quo tempo
re portum erūperet sidera clauo circum luxisse asserētes. Quidā & lapidis casū ad
earum rerum euentū prodigio fuisse fecunt. Nam ut constans multorū est opinio:
mire magnitudinis saxum ad egos idest capre flumē e celo delatū est: quod & eta-
te nostra ostenditur. Id precipua religione prosequētibus cherronesi incolis. Ana-
xagoram quoq; predixisse traditur ꝙ corū que celo induta sunt corporꝫ lapsu quo-
dam & agitatione facta vnius effracti casus futurus esset & abiectio. Astra etiam
haud eo in loco esse quo nota sunt. Nam cū saxea sint & grauia etheris quidē resi-
stentia & reflexione splendere Ceterū per uim astricta trahi uertigine ac circuiti
onis tenore sicuti cum frigida & ponderosa ab rerū primordio secernebātur a roto
ne huc deciderēt & continebantur. Alia quedā quā hec credibilior est opinio asse
rentibus nōnullis vt radiantes stelle nequaq; sunt ignis etherei fusio & distributio
in aere qui circa incensionē ipsam extinguit: ne aeris in superiore parte multitudi-
ne soluti successio & sic inflammatio: verū celestium corporū iactus & casus velut
quadam tenoris inclinatione & motionis auerse ex agitationibus delatorū: non ad
habitatos terre locos sed plurimis exterius in mare magnū excidētibus quocirca
latent Ceterum anaxagore testis accedit. Darrachus in iis que de religione tradit
ꝙ ante illius lapidis casum quinq; ac septuaginta dies assiduos corpus igneum exi
mie magnitudinis celū spectabatur minime quietū: sed multimodis perfractis agi
tationibus delatum: sicut abscisse auulsæq; ignis flamme motu & terrore passim per
late immodum radiātium stellarū fulgarunt. Postq; deiectum est saxū icole metu
ac pauore sedato conuenere. Nullū ignis aut opus aut vestigium reꝑiūt lapis aliu
quin grandis quidem iacebat. Ceterum illius ignee figure: & ut sic dixerim ambi
tus partem nullam habebat: ꝙ Darracho discretis opus est auditoribus liquet. Se
uerus est sermo eos vehemēter arguit qui petram aliquo ex colle ventis & tempe-
statibus effractam dicunt. Inde more turbinis derelictā vbi primum circumuoluens
agitator ille destitit dissolutusq; est eiectam decidisse. Nisi forte quod multos per
dies apparuit re uera ignis extitit. Sed extinctum atq; corruptū aeri mutationem
in uentos motusq; violentissimos prebuit A quibus vt saxum ipsū abiiceretur obue
nit: hoc scribendi genere diligentius exrucienda sunt. Lisander vero cum tria cap
tiuorum milia morte damnatos a Collegiis intelligeret: Philoclem eorū imperato-
rem accersens rogauit quanā se dignum pena censeret: cum talia ciuibus aduersus
grecos cōsilia tribuerit. At ille nulla ex parte ad calamitatem demissus eos ne incu
saret iussit: quorū nemo iudex adesset. At ea victor ageret q̄ victor passurus erat.
Deinde lotus splendida sumpta lena ante alios ciues ut vulgaretur processit: quem
admodū Theophrastus scriptū reliquit: post hec ad oppida nauigans quoscūq; obui
os Athenienses haberet Athenas abire imperauit. Nulli se ueniam cōcessurꝫ quin
eos trucidaturum quos extra vrbem offenderet. Hec uero idcirco faciebat & vni
uersos intra urbem conpellebat vt cum in ciuitate fames confestim inualesceret ac
inopia: in obsidione nullas molestias exhiberent per rerū copiā facilius tolleãtes.
Destructis populis & rebꝫ eorū publicis ī singulas vnū dūtaxat ac Lacedemoniū
gubernatorē dimisit. E societatibꝫ aūt q̄ ꝑ urbes eiꝰ opa cōgruebāt decem ex suis

ꝓfectos imposuit. Nec ipsa & per hostiles & per socias ciuitates peragens lentam
nauigationem ducebat sibi grecie principatū quodam modo instruens: haud enim
primates aut locupletes ad ꝓfecturas designabat sed in sodalicia & hospitalitates
res ipsas graciose cōferebat: honoris ac supplicioꝝ dominos auctoresq̄ constituens
Compluribus etiam presens cedibus & amicorū suorum inimicos ex urbibus eici-
ens iudicium haud sane benignū de Lacedemoniorum imperio grecis exhibebat.
Theopompus igitur comicus del rare visus est: qui cauponarū & vina uendentiū
mulierculaꝝ similes Lacedemonios dixit: q̄ cum grecis libertatis gustū propi-
nassent acetum instillarunt. Illico enim molesta & acerba erat pregustatio: tū Li-
sander nullam populis administrandarū rerum auctoritatē permitteret: & paucis
confidentissimis quidem & cōtentiosissimis ciuitates manu & potencia tenendas
cōmitteret. In his non multo tempore moratus missis Lacedemonia legatis nunti
at se cum ducentaꝝ nauium classe annauigare. Deinde circa terrā Atticam se cum
agide ac pausania regibus cōiungit: vt e uestigio vrbem capturus. Repugnantibꝫ
vero Atheniēsibus assumptis nauibus rursus traiciens in Asiam ceterarū plare ci
uitatum statū dissoluit. Constitutis decem uiris multis ubiq; iugulatis multis ex
ilio mulctatis: vniuersis eiectis famis ciuitates in exilium potestate posuit. At rep
ta subinde Atheniēsibus sexto probibitis habitare Sexianis gubernatoribꝫ & nau
tarum hortatoribus agrum & vrbem fruendā depascendā tradidit. Quā ad rem
refragati primo Lacedemonii sextianos in agrum denuo reduxerunt. Illa Lisandri
opera cūcti iocunde spectauere greci. Eginenses longo post tempore suam recupe
rauere urbē. Melios & sciriomos in propria restitutos domicilia expulsis inde athe
niensibus & oppida reddentibus: audiens Athenienses inualescente intra vrbem fa
me ma e habere ad pireum nauigat: vbi inductam necessitate ciuitatē ad pacē im-
perata facere coegit. Opere precium est Lacedemonios audire dicentes Lisandrū
ad Ephoros hoc pacto scripsisse. Capte sunt Athene: ad quē sic rescripserūt Epho-
ri. Sat est cepi: hic ad decorem fictus est sermo: verax autem ab Ephoris decretū
huncimodum se habet. Primores Lacedemonioꝝ decreuere pirrheo & longis mu
rorum turribus eiectis. Vbi ex uniuersis exieritis vrbibꝫ vestrā possidete terram
hec ipsa cum feceritis pacem habete que opus sit exhibete. Remissis exulibus de-
nauium multitudine quicquid deliberatum fuerit facite. Athenienses theramene:
senatum habente hanc ab Lacedemoniis acceperūt epistolā: quo tempore Cleome
nem ab iuuene quodā ex factiosis interrogatum fuisse tradūt. Num aduersus the-
mistoclē & dicere & facere auderet muros Lacedemoniis tradere ne quicquā re-
formidans: quos ille inuitis Lacedemoniis altius edificauerat. Cui Cleomenes ni-
hil aduersum Themistoclem inquit adolescentule facio. Nā quos ille muros ad ci-
uitatis salutem edificauit: nos ad salurem diruemus. Quod simonia felices ciuita-
tes efficiunt: infelicissimam esse spartam necesse erat: cum nullis septa sit menibꝫ.
Itaq; cum Lisander vniuersis nauibus .xii. dūtaxat exceptis & muris Athenarū po
titus esset .xvi. munichionis mensis: quo & penes salaminē nauali certamine barba
rum deuicerāt statim & de permutādo resp. statu consiliū agitauit: quam rem cū
atheniēses aspere & contumacibus ferrent animis: misit qui denūtiarent fedifra-
gam ab se ciuitatem esse deprehensam. Ipsam enim preterisse dies quibus diruen
di fuerant muri quos adhuc stare cernet. Alterā igitur ī illos denuo latam esse sen
tentiam ut qui conuenta dissoluerint. Sunt qui de ciuitate in seruitutē redigenda
teuera sentētiam inter socios propositam fuisse dicant: quo quidē tempore theba
num etiam pertibū auctorem extitisse vt vrbe diruta agrum pecori pascendum re-
linquerent. Postmodum coactis ad sodalitiū ducibꝫ phocensis quidā tibicē electrā
canebat erupidis cuius initiū est. Tuas agrestes electra peca domos agamenonis

grata: ad cuius tantum fractis cunctorum animis miserabile videri facinus est va-
stare ac delere vrbem. Cuius immortalis extet gloria & que tam claros in lucem ui-
ros extulerit. Lisander igitur Atheniensibus ad omnia submissius inclinantibus p
multas ex urbe uniuersas ex castris tibicinas accersit quibus iterũ modulãtibus mu
ros a fundamẽtis eruit: & triremes cremauit: ad tibiam coron ris intereaq ludẽ
tibus sociis perinde ac dies illa principium libertatis afferret. Confestim etiã reip
statũ pmutans triginta quidẽ intra urbem x. uero impire profectos instituit pre
sidium arci & callibium Lacedemoniũ gubernatorẽ imposuit. Hic postea cũ auto-
lico pugili cuius tempore Zenophontis conditũ est simposium sublata fuste plagã
inflicturus esset. Is eleuatis insublime cruribus pronum euertit hominẽ. quod cũ
Lisander minus moleste ferret ipsũ insuper redarguit callibiũ his adiectis verbis.
Ignorare callibi videris q in liberos geris imperium. Paulo deĩde post. xxx. ut cal
libii gratis im inirent Antolicũ occiderunt. Postea uero Lisander in Traciã enaui
gans grandem pecuniam dona coronasq suscepit: cõpluribus vt par uidetur ad eũ
conferentibus uirum fare potentissimum & quodãmodo grecie dominantem. Ex
quibus queciiq supuacanea fuerant per Gilippũ qui ĩ Siciliam duxerat exercitũ
Lacedemonam transmisit. Gilippus dissutis ut aiunt saculis non mediocrem ex sin-
gulis pecuniam subducens denuo consuit ignorans inesse unicuiq litterulas nume
rum significãtes Spartam itaq profectus cum ea que subduxerat domi sub tegulis
clam occultasset saculos Ephoris tradidit: sigilla cõmostrans. At illi cum recludis-
sent dubitationem res afferebat: q argenti numerus conscriptis dissonare visus est
Seruus interim Gilippi veniens factum subambigue dicit: multas sub tegulis cu-
bare noctuas. Eo nanq tempore vt plurimum Atheniensiũ gracia noctue numinis
insigniebantur. Gilippus igitur post res ab eo preclare ac magnifice gestas turpe
ac indignum facinus adortus E lacedemone sponte conmigrauit. Quocirca Spar-
tani qui plurimum sapientia pollebant: eo facto pecunie vim vehemẽtissime formi-
dantes: haud enim infimos iam ciues attigerat. Lisandrum carpẽtes Ephoros ob
testabantur vt vniuersum argentũ atq aurum perinde at pestes introductas abii-
cerent. Itaq latum est in senatu rogationẽ vt Theopompus auctor est ferente Sa-
raphida: vel ut Ephorus tradit phlogida aurum atq argentũ inter vrbẽ suscipi nõ
licere. Patrie autem ritu nũmis vtendum. Hi ferrei principio fuerant sed igniti
aceto encti ut in vsus fabriles accõmodarẽtur: seu uncti ea molles & ad incidendũ
prorsus inutiles redderent: deinde graue pondus portatuq difficile magno ex nu-
mero atq mole pusillum sane preciũ valens. Apud prius seculũ sic omnino habuisse
verisimile est: vt nũmorum loco ferreis vterentur virgulis idest obeliscis plerisq &
ereis. Ab quibus hoc etiam tempore nũmorum numerum obolos vocari certũ est:
& obolos sex vnam conficere drachmam: quia tot manus ipsa cõplecteretur. Cete
rum contradicentibus Lisandri familiaribus & sũmo studio contẽdentibus vt pe
cunie in ciuitate manerent. Decretum factum est huius quidem generis nũmos in
phiscum referendos esse: q si quis priuatim possidere deprehẽsus fuisset ei capitis
supplicium diffinitum quasi Licurgus nũmos quidem non aũt nũmorum auaritiã
pertimuerit: quam non priuatis interdicta possessio sicuti ciuitati concessa ingene
rabat: presertim cum usus dignitatem emulationemq susciperet haud enim eos ut
inutiles cõtemnere priuatim facile erat quos publice in honore haberi contuerẽtur
Nec ad domesticam rem eam nihil petendã arbitrari quam cõmuniter & probari
& amari prospicerent: quin longe citius ab cõmunibus exercitiis ad priuatorũ uitas
consuetudinesq manant q singulorũ affectiones elabantur: que ciuitates rerũ tur
pitudine ac flagitiis impleant partes enim cũ toto pariter versari verisimilius est:
quando vergat in peius. At delicta partis ad totum multa ab iis qui recte valeant

intenta habent adiumenta. Illi quidē ne pecunia ciuium domos irrumperet metū legemq custodem instituerunt. Animos vero ut incōcussi & ad argenti cupiditatem infracti manerent minime conseruauerūt: iniecto cunctis diuitiarū amore proinde ac honestum quiddā & amplissimum foret. hec cum alio quodā in genere scribendi uersaremur de Lacedemoniis attigimus. Lisander eream ipsius singulorumq prefectorum statuā e manubiis posuit i delphis: & aurea castoris & pollucis astra que ante res leutricas euanuerunt in Thesauro Braside & a Canthiorum triremis ex aoco & ebore coposita duocū cubitorū erat quā Cirus ei victorie monumētū miserat. Anaxandrides delphis scriptum reliquit eo in loco Lisandri depositū esse talentum argenti & minas duas quinquaginta. Preterea stateras vndenos qua in re minime cum ceteria cōcordat historicis qui de hominis paupertate confessa scripserunt ea igitur tempestate Lisander quantā priscorum nemo precorum potentissimus & elatione & potestatis magnitudine visus est vti. Nam ut duris tradit illi primo grecorū perinde ac deo per ciuitates & are & sacrificia constituta eiq ante omnes penes decantati sunt. Ex quibus vnus huiua generis initium habuisse memoratur alme grecie im, eratorē ablatissima sparta diuinis celebremus cantibus lopean. Samu vt dicata Iunoni templa Lisandria vocarentur senatus cōsulto decreuere Choerillum poetam suo semper adiunctū lateri habuit: vt res quas gesserat versibus exornaret. Anthilochus mediocria quedam de illo carmina ediderat. Quare delectatos Lisander muneris gracia pileum impleuit argento. Anximachus aūt Colophonius & Niceratus Heracleotes Lisandria poemata certatim agebat. E quibus cū Nicerato coronam donasset Anthimachus dolore percitus scriptū ab se carmē aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato Anthimachi poeticū admiratus ingeniū qui superatum sese moleste ferebat reuocatum mitigabat ignaris ignoraciā id malū esse presatus: quod cecitatem nō videntibus. Aristonus Citharedus cum sexies pithia vicisset vt Lisandri graciā iniret ei pollicitus est sese rom denuo victoriam reportaset Aristonum Lisandri secuū preronio declaraturū Ambitiosus Lisandri animus primoribus & sui ordinis hominibus grauis tantum erat. Cum aūt elacionis parit ac molestie plurim ū & mores & ambitio per familiares contraxisset. In eo non honoris non supplicii vulgaris modus inerat: hospitalitatis & amicitie premia preponebantur vi bani sine appellatione potentatus & dominationes indiscusse vna uero explende iracūdie uia erat. Inimicum extinguere cui ne ulla quidem fugiendi licētia prestabator. Posteriori tempore latentes milesios in medium produci cupiebat Veritus aūt ne intercessorem populū constituerent neminē oiolaturū iureiurando affirmauit. Ii uero cum fide habita peruenissent paucis factionis sue hominibus iugulandos tradidit haud octigentis pauciores. Aliis etiam in oppidis inumerabiles plebeiorū cedes fiebant. Iam enim nō priuatis ipsius causis trucidari uidebātur sed plerisq simultatibus & cōpluribus auaritus corum qui vbiuisgentiū erant amicorum morem gerebae: & opem simul ac operam impēdebat Quocirca Lacedemonius ei beocles frequentē cōsecutus est laudē cū dixit bene actum rum grecia q duos minime Lisandcos protulit hoc idem vt auctor est Theophrastus de Alcibiade ab Archestrato dictum est. Ceterum ibi cōtumelia molliries & contumatia in olesti am maxime parabat. In Lisandro aūt acerbitas morum grauem pariter ac terribilem potentiam effitiebae. Lacedemonii ceteris Lisandrum incusantibus nequaquam animum vehementer adhibuerunt: vt uero phaenabarrus post multas eius iniurias violentius agrum vexantis spartam misit accusatores indignabundi Ephori vnum ex amicis & sociis ducibus thurarem quem priuatū argentū possidere deprehenderant suppremo affecere supplicio. Lisandro vero missa Scitala vt spartam adueniret edixerunt. Scitala talis est cū Ephori aut classis prefectū aut imperatorē

emittunt duo teretia ligna & longitudine & crassitudine diligēter adequāt: adeo
vt derasa vicissim congruant: e quibus cum alterum sibi eeseruent: alterum tribu-
unt discedenti. Hec aūt ligna Scitalas appellāt. Cum igitur archanum aliquid &
arduum explanare cupiunt: cartam instar loei prolixam & angustā Scitale sue cir-
cumuoluūt nullumq; facientes interuallū vndiq; superficiē carta occupāt quo fa-
cto quecunq; voluerint in circūplicata Scitale carta describūt. Demoto deīnc co-
dicillo ad imperatorē absq; ligno scripta mittunt: que cum is accepit. Alioquin le-
ctitare nihil valet: adeo litteris hinc inde dissipatis: ut nullū prorsus cōtactū ha-
beant. Ceterum sua sumpta Scitala codicillum sic precisum circumplicat adeo ut
circumductione similem in seriē constituta verborū continuatio reperiatur. Codi-
cillus sicut & lignum Scitala vocatur: vt a mensura mensuratū dici plurimumq; so-
let. Lisander allata sibi ad Helespontū Scitala perturbatus est: precipue accusatio
nes Pharnabari reformidans studium & accuratā adhibuit operam: ut in eius col-
loquium veniret: quo mutuas cōtrouersias solueret conuenientibus illis. Lisander
precibus orabat vt litteras ad magistratus daret perinde ac nullis violatus iniu
riis: & nullas accusationes afferens & profecto in creticum cretica vtens versutia
Pharnabarum videbatur ignorare. Omnia enim sese facturū esse recipiens aperte
quidem pro Lisandri precibus conscripsit epistolam. Aliam vero clanculū cōscrip
tam ibidem habuit. In imprimendis aūt sigillis litteras alternans nihil aspectu dif
ferētes quas occulte scripserat Lisandro dedit. Itaq; Lacedemoniā perueniēs & sic
impretorium de more profectus Pharnabari litteras reddit Ephoris veheme nti s
simam criminum suorū partem amotam existimās. Pharnabarus enim magne La-
cedemoniis caritati erat: supra omnes regios profecto in spartanos promptissima usus
opera postea uero q̄ꝫ Ephori lectam epistolam Lisandro cōn ōstrauerūt plane intel
lexit non solum vlixem versutum esse. Tum admodum perturbatus abscessit. Pau
cis post diebus magistratus adiens oportere se dixit ad ammonis templū ascende-
re sacrificiorum gracia faciendorū: que ante bella deo vouerat. Sunt qui in somnis
ammonem illi astitisse dicāt. Dum a phigeorū oppidū obsideret in tracia: quapropē
perinde ac iubente deo obsidione omissa a phigeis vt imolarent ammoni precepit:
& ut suscepto in Africam itinere deū placaret summo nixus est studio: plurimi hanc
ex deo speciem fecisse autumabāt. Alioquin Ephoros metuens domesticum mini-
me iugum ferens & alieno parere imperio haud sane tollerans errare & aliquādiu
lustrare terras appetebat quēadmodū equus e liberis pascuis & pratis apertis ad
presepe rursus & ad solitas reductus operas. Quā uero pegrinationis causam Epho
rus scriptis mādauit paulopost explicabo: vix aūt ac difficulter efficiēs ut ab epho
ris dimitteretur enauigauit. in eius peregrinatione cōmuni consensu reges effece-
re ut electis illius amicis res urbane populis restituerētur. Ciuitates enim per so-
dalitia ab eo detente prorsus erant & Grecia sue dominationi erat obnoxia. Quas
inter res iterum concitato tumultu: cum Athenienses aduersus trigita ephila im
petu facto victores essent reuersus extēplo Lisander Lacedemoniis psuasit vt pau
cis intra ciuitates factiosis auxilium mitterent populosq; uastarēt. In primis. xxx.
tirannis ad belli subsidium centū talenta mittunt imperatoremq; Lisandrum. Re-
ges cum inuidia tum metu ne denuo Athenas in potestatem reuocet ut eorū alter
exiret decreuere. Egressus igitur est pausanias verbo quidem ut opem tirannis cō
tra populum afferret: re autem uera ut bello finē imponeret: ne per amicos Lisan-
der athenarum dominationem vendicaret hoc itaq; facile perfecit. Nam concilia-
tis inter se Atheniensibus & seditione sedata Lisandro ambitionem eripuit. Par-
uo postmodum interiecto tempore cū desciscerent Athenienses culpatus est pausa
nias quia cum per paucorū dominationē petulantie ac frenū populus antea reprimeret

Deinde relaxatus contumeliose superbe[q;] secuiret. At Lisandro gloriam hominis
factum adiecit: qui non ad alioꝝ graciam nõ ad simulatã ostẽtationem Sed ad rei
spartante cõmoda seuerũ agitaret imperium. Erat quidẽ audax alloquio & repu-
gnantibus terribilior. Cum argiui de agri finibus ambigerẽt: ac Lacedemoniis in
iustitia se ce dicere censerent: ense cõmostrato: qui huius inquit est dominus optime
de agri finibus dixerit. Megarensis homo quodam in conuentu orationis cõfiden
tia in eum utebatur. Cui Lisandro aduena inquit tua ciuitatis ĩdiget oratio boeti-
os bilingues interrogabat: rectis ne an inclinatis per ipsorum agrum hastis incede
ret? Postq; incũbentibus Corinthiis menia pretergrediẽs languidiores ad inuadẽ
dum cernit Lacedemonios interim lepus fossam transire uisus est. Non pudet vos
ait eius generis hostes pertimescere: quoꝝ menibus per secordiam lepores indor-
miunt. Cum supremum vite diem rex agis obisset: Agesilao fratre relicto. simul &
Leontychiada filio eius credito Agesilai. Lisander amator ei suadebat ut regnum
occuparet velut legittimus ab herculis progenie ortus. Leontichie calũniam infi-
gebantq; ex Alcibiade procreatus esset qui occultos cũ agidis vxore timea cõgres-
sus habuisset: quo tempore profugus sparte uersabatur. Agis ut ferunt rem diuti-
us animo uertens vt que nequaq; ex se grauida foret Leontichidã per contẽptum
habebat. & reliquũ tempus eum palam abdicabat. Postea vero quã morbo correp
tus ad heream vrbem delatus est vrgente iam morte tum adolescentuli precibus tũ
amicorum suasionibus exoratus in cõplurium conspectu Leontichidam filiũ suũ de
clarauit obsecratisq; presentibus ut ad Lacedemonios earũ rerum testimoniũ affer
rent uita excessit. Ii quidem Leontichide testes adfuerũt. At Agesilao homini sa
ne splendido & Lisandri opibus freto. Diopithes vir illustris detrimẽto erat hu-
ius generis oraculum in Agesilai claudicationẽ adducens. Magna licet iactes spar
te iam mente reuolue Ne pedibus validam te ledat regia cauda. Tempore te lon-
go labor ĩsuperatus habebit. Inte letalis bellorũ vertitur unda. Multis ad oraculũ
inclinatis & ad Leontichidam versis. Lisander Diopithen haud recte oraculum
intelligere dixit: nec siquis offensi pedis Lacedemoniis imperet deũ indignari aut
moleste ferre. Verum enim uero claudũ imperium fore si spurii maleq; progeniti ĩ
ter heraclidas regnum tenuerint. Hec locutus ut qui potentissimus esset in suam
omnes induxit sententiã. Qua rex creatus Agesilaus tũ statim Lisander quo expe
ditionem ĩ Asiam susciperet incitabat: ingentẽ illi spem subiiciens vt persicũ vasta
ret imperium vir futurus amplissimus. Datis in Asiam ad familiares literis iube
bat ut in bello aduersũ barbaros ducem ab Lacedemoniis deposcerent Agesilaũ q
obtemperantes rogaturos Lacedemonã mittunt oratores. At Lisandri opera nõ
minus regia potestate bonum agesilao videtur extitisse. Ceteꝝ ambitiosorum inge
nia cum alioquin ad principatus maligna non sint non paruũ ex ĩuidia quam ad pa-
res propter gloriam gerũt impedimẽtum ad res honeste gerendas habẽt. Nã qui
bus sociis & adiutoribus uti licet: eos emulos & aduersarios in uirtute sibi faciunt.
Agesilaus igitur inter triginta consiliarios Lisandrum adduxit vt eo amicoꝝ vel
precipuo uel primo vteretur. Postq; aũt in Asiam constitut9 mortales ad eum pro
parua familiaritate rara faciebant colloquia. Lisandrum aũt amici cum pro multa
illa pristina consuetudine colerẽt: suspecti vero ptimescerent vtriq; & ad fores cõ-
meabant & vadentẽ cõsectabãtur. Quẽadmodũ histrionibus in tragediis frequẽ-
ter obuenit: ubi nuntii cuiusq; aut secundũ personam gerens collaudatur & prio-
res partes agit. Qui aũt diadema gestat & sceptrũ per crebros etiã clamores non
auditur. Sic & consiliario tota imperii dignitas inerat: cum ipsi regi nomẽ potesta
tis inane relinqueretur. Hec igitur tã inconcinna honoris auiditas aliquo pacto de
mulcenda fuerat: & Lisander usq; ad secundum potestatis gradum reuttendus:

uirũ aũt & beneficium & amicũ omnino reiicere & per contẽptum habere agesilao
indignum erat primũ quidem nullã ei retũ gerendarum occasionem prebuit. Post
modum si quib9 operam ac studium dãtem Lisandrum sentisceret eos rebus omni
bus infectis remittebat & muneris ꝙ vilissimi votorũ cõpotes. Sic eius potẽtiam
tacite dissoluens & extinguẽs. Simul cũctorum sese impotem Lisander intellexit:
suumq; amicis studiũ obesse ipse opem tribuere desiit. Ad seq; ne accederẽt neu co
lerent obsecrabat Cum rege haberet colloquia & iis qui maiorẽ inpsentia cõmodi
tatem afferre ꝓ acceptis honoribus possent hec cum audiuissent multi suis pro ne
gotiis molesti esse desistere Ceteꝝ non obsequia nõ honores obmittere quin seu de
ambularet seu in Gimnasiis versaretur frequẽtes adire. Que res longe magis Age
silao ꝙ antea merorẽ incutiebãt: & ex honore stimulabat inuidia Quaꝑpter cũ mi
litibus multis pricipatus & reꝝ gubernandarũ officia tribueret Lisandrũ diuidũ
dis carnibus prefectũ designauit. Deinde cõtumeliosius aspernat9 ad Ionas cõuer
sus Ite inquit & meũ carnis sectorẽ colite. Itaq; cum Lisander Agesilao sermones
haberi oportere censuit. Fit igitur breuis laconico de more disputatio. Nũ Agesi
lao bene nosti minores amicos reddere At ille si velint me maiores effici. Qui vero
meas opes amplificauerit eos i partẽ uocare ius est. At forsan agesilae tibi magis
dictum ꝙ mihi ꝑpetratum est. Te oro & externoꝝ hominũ gracia: qui cõiectos in
nos habent oculos: i eo me imperii tui ordine constituas vbi minus quidẽ inuisum
magis aũt tibi cõmodum fore cẽsueris: eam ob rem legatus ad Hellespontũ missus
est: qui tam&si Agesilao succenseret necessaria tamẽ agere non neglexit. Mithri
datem persen virũ strenuũ exercitusq; ductantẽ inimicũ Pharnabazi cum ad defi
ciendum iduxisset ad agesilaũ ꝓduxit. Ad nullũ alium belli vsũ habitus progredi
ente tempore spartam ignominiose nauigauit: litteram in Agesilaũ fouens & vni
uersam maiori quã antea odio ꝓsequens remp. rebus ad permutationẽ & inouatio
nem cõparatis ac istructis mari ũ adiicere instituit cũctatione sublata. Erat autem
huiuscemodi heraclidarũ genus qui in pelloponessum reuocati se doriensib9 imiscu
erant: amplissimũ & illustre sparte floruit: haud vnicuiq; illoꝝ regalis fastigii erat
cõmunicata successio. Duabus tantũ e familiis reges diligebant: quas eurithiõti
das appellabãt: & agidas Ex reliquis nullus per generis nobilitatẽ plus ꝙ alter in
rebus urbanis habebat uirtutis: honores potentibus omnibus erãt ꝓpositi: horum
cum Lisander esset vbi ad ingentem rerum gestarum gloriam sublimior factus &
potestatem & amicos per multos comparauit: indolebat cum ciuitatem sua opera
late per pagatam cerneret regnãtibus aliis gubernari: quos tamẽ nulla exparte se
ipso prestantiores esse perspiceret. Decreuit igitur regiam dignitatẽ duabus e fa
miliis traducens heraclidis omnibus cõmunem reddere. Sunt qui dicunt non hera
clidis sed spartiatis ut non herculis nepotibus sed iis qui per uirtutẽ cẽserentur id
premium proponerẽt qualis extiterat herculesꝗ quẽ virtus ad diuinos perduxit ho
nores: q; si hunc imodum regni iudicium fieret spes erat nẽcta nullum ante se de
lectum iri spartiatam. Primum igitur negotiũ aggressus per se ciuibus persuade
re paratus erat orationem pro materia meditatus ei Cleone halicarnaseo medita
tam ac conscriptam. Deinde rei tam noue tanq; inusitate magnitudinem ante ocu
los proponens audatiori indigentẽ auxilio omnem ut in tragedia dici solet in ciues
machinam attollens Pithicas sortes & vaticinia cõposuit & adornauit: quasi nullũ
sibi fructũ Cleonis allatura foret eloquẽtia nisi deimetu & superstitione pri9 ob
stupefactos ciues occupasset: & sic ad orationem adduxisset. Pithium & Ephor9
inquit cõtaminare conatus oraculũ: & dodoneas puellas pherecelis ĩtercessione suã
i sentẽtiam allitiens reiect9 est. Tũ ad ãmonis templũ cõscendens colloquio cũ va
tib9 habito magnã uim auri obtulisse tradit ꝙ indigne ferentes illi quosdã misere

ſpartam qui Liſandrum accuſarent eo abſoluto libios deſedentes dixiſſe cōmemorant. Nos o ſpartani rectius faciemus iudiciū: cum apud nos libiam habitaturi veneritis. Vetus erat nanq; oraculū Lacedemonios libie fore cultores. Vniuerſas autem inſidias ſiniſtrumq; figmentū conſcribamus: quod non aulibus cepit exordiū. Sed ut in deſignatione mathematica multas & ingentes aſſumpſit materias: & ad concluſionem per premiſſas graues difficileſq; progreſſum in ea ratione virū hiſtoricum philoſophumq; ſequemur. Mulier quedam in ponto ex appolline grauidam ſeſe predicabat: cui ut par erat multi fidem abrogabāt: multiq; adhibebant. Cū ea puellum ꝑeperiſſet cōplures nobiles alendo ſtudiū & curā diligenter impertierūt puello: quadam ex cauſa Sileno impoſitum eſt nomen. Hoc accepto Liſander initio reliqua ſuis texuit artibus: non paucis aut cōtemptis ad eam fabulam vſus adiutoribus: qui procreationibus pueri rumorē ſine ulla ſuſpitione ad fidem ac veriſimilitudinem adducerēt. Alium quoq; ex delphis ſermonem allatum ſpartā diſiecerūt diſſeminaruntq;: vetuſtiſſimas quaſdam ſortes in arcanis ſcriptis ab ſacerdotibus ſeruari: quas neq; cōprehēdere neq; legere cuiq; fas eſſet niſi qui ex appoline ortus aduenīſſet: longo poſt tempore qui obſeruantibus indubitabile ſignum preſtaret eas capeſſeret tabellas quibus inſcripte ſortes erant His ex compoſito cōparatis Silenus cum aduentaſſet: ſortes vt appollinis filius peciit ſacerdotes qui rei operā conferebant: ſingula diligenter indagare & de origine accuratius ſciſcitari. Poſtremo fidem adhibentes Sileno vti appollinis filio ſcripta cōmoſtraſſe Eum preſentibus multis lectitaſſe. Cum alia complura uaticinia. Tū idipſum de regno cuius gracia figmentum erat inſtitutū: preſtare ac fructuoſius eſſe ſpartanis ſi ex optimatib9 reges deligerent. Cū iam Silenus adoleuiſſet & ad rem gerendā accederet Ecce liſander ab actione fabule corruit: minorum ignauia & vnius puſillanimitate ac trepidatione conſpicis: vt primum ſubeundū erat opus: nihil tamen viuēte Liſandro deprehenſū ſed poſt ei9 mortem. Ante enim quā Ageſilaus rediret ex Aſia functus eſt vita in boetium incidens bellum: vel illud potius in Greciā importās Nā utroq; diuulgatur modo & culpam nonnulli Liſandro quidam thebanis attribuunt. Alii cōmunem faciunt: thebanis crimini dantes ſacrorū diſſipationem inaulide quoq; androcides & Amphiteus regia corrupti pecunia bello grecie Lacedemonios implicarant. Vnde facto in focenſes impetu eorum agrū populauerāt. Liſander indignāter ferre dicit q; ſoli Thebani ex bello decimā vendicarūt: reliquis ſociis tacite ferentibus: & ſpartam miſſas ab Liſandro pecunias iniquo animo tulerūt. Orta preſertim indignatio: q; Athenienſibus datum eſt ex. xxx. tirannis libertatis initium: quos cum Liſander conſtituiſſet Lacedemonii terrorem eis & potentiā addiderūt facto decreto vt quiſquis ex Athenis fuga ſeſe ſubduceret vndiq; duceretur in umcula: q; ſi quis obſtaret ducenti eum hoſtis loco haberi. Thebani cōtraria iis ſciunt decreta: conuenētia ſane atq; germana rebus ab hercule & libero patre geſtis: omnia tecta omneſq; boetie vrbes Athenienſibus ꝓ neceſſitate patentes eſſe. Siquis fugitiuo dum traheretur auxilium non attuliſſet cōdemnationis nomine talentū ſolueret. Siquis aduerſus tirānos per agrum boecium Athenas arma deferret Thebanos obaudire ac diſſimulare: quib9 in decretis adeo humanis vereq; grecis facta ſcriptis reſponderunt: nanq; traſibulus reliquiq; conſpirationis ſocii philan occupāteſe Thebis primū fecerunt impetū: Thebanis arma pecunias latendiq; & inchoandi facultatem parantibus has i Thebanos cauſas Liſander accipiens. Iam enim moroſus & atrabile per ſenectutem inualeſcente iracundus Ephoros incitabat: & ad mittendum in eos preſidium perſuadebat. Accepto igitur imperio eduxit exercitum. Poſteriori dei de tempore pauſaniam regem cum copiis emiſit: qui circumducto per Citheronē exercitu agrū boetiū irrupturus erat. Liſander per phocēſes

cum magna militum manu venit ubi ius: Orchomeniorum oppidum ultro cedens accepit. Inde egressus lebadian diripuit. Datis postmodũ ad pausaniã litteris ut se cum illo ex plateis ad aliarcum cõiungeret. ples enim cũ solis ortu ad aliartiorum menia stationem habiturus erat: littere ad Thebanos referuntur tabellario in quosdã speculatores incidente. Cum Athenienses auxilium attulissent urbe illorũ presidiu credita. Thebani cũ prima quies mortalibus incipit egressi paulopost Lisandrũ preueniunt haliartum cũ parte copiarũ ingressi. At ille exercitũ sistens quodam in tumulo Pausaniam prestolare decreuit. Mox progrediente die more prorsus & quietis impaciẽs acceptis armis & sociis adortatis recto cursu phalangẽ ducit ad muros. Thebani qui foris permanserãt leuorsũ urbem habentes in nouissimos pergũt hostes: sub fontem quẽ cissusam appellant indigine: ubi nutrices ĩfantẽ in lucẽ editum abluisse bacchum in fabulis traditur. Nam & color vini splendet aspectu translucidusque & potu dulcissimus est. Nec procul hinc cretenses pullulant Siraces: que hiliarcii ea Rhatbamantũ ĩcoluisse loca faciunt iuditia eiusque sepulchrũ cõmostrãt quod alea vocant: essat & alcimene monumẽtum quibus humatã esse memorãt. Post enim amphitrionis interitum Rhadamãte nupserat. Thebani qui ĩtra oppidũ erãt structa cum Hiliartiis acie: quietem tantisper agebant. Ubi uero Lisandrum una com primoribus iuuenibus propinquantẽ aspiciũt: reseratis de repente foribus inruunt. Ipsumque cum augure pauci quam aliis obtruncãt. Plurimi namque ad phalangem sese fuga recipiunt. Non remittentibus inde Thebanis quin urgentibus undique uniuersi in tumulos terga fuge uertunt. Mille ex eis cecidere desiderati sunt & thebanorum terceuti qui cum hostibus ad aspera & munita loca permixti contenderant his dabatur criminique laconicam fouerẽt factionem. Ab quo cũ omni se studio dissoluere & ciuibus purgare cõcupiscerent: nulli parcentes discrimini: inter insectandum mortem oppetiere pausanie e plateis tespias commeanti casus in itinere nunciatur qui structa acie petit hiliarcum. Venit & Trasibulus e Thebis athenienses secum ducens. Consilium de repetendis per indutias mortuis agitante pausania sparciate natu grandiores & inter se grauiter & indigne ferebant: & regem adeuntes testati sunt minime per indutias interemptũ esse Lisandrum. At per arma pro cadauere suscepto certamine ac victoria comparata sic uirum sepulture mãdandũ quod si superati fuerint: pulchrum & honestum fuerit eo in loco suo cum imperatore pariter occumbere: hec orantibus senioribus pausanias arduũ opus esse remens victores nuper superare Thebanos: sub muros etiã Lisandri corpus collapsũ: adeo ut corporis recuperatio absque indutiis uel uictori difficilis redderetur. Misso precone & indutiis confectis reduxit exercitum. Qui Lisandrum deferebant ut primum boetie cunfinia preteriere ĩ amicucom sociorumque agro panopeorum condiderũt. Ubi ex delphis cheroniam euntibus secus uiam monumentũ est. Eo in loco cum exercitus statiua haberet quidam phurensis alteri qui prelio non interfuerat certamẽ exposuisse dicitur. Cum Lisander armatum traiecisset: hostes impressionẽ fecere admiratus spartanus Lisandeo familiaris rogat quẽnam armatum esse diceret. Id enim ignotum sibi nomen esse. Ubi primi nostrorum ab hoste cesi sunt: prope urbem fluentum est quod armatum appellant. Id cum spartanus audisset abortis lacrimis quam ineuitabile homini fatum est dixit. Erat Lisandro datum oraculũ hũc se immodũ habens. Armatum iubeo te deuitare sonãtem. Terrigenam qui pone subit cũ fraude dracona. Quidam armatum non prope haliartum fluere asserunt: sed prope coroniam torrentem esse. Philarum fluuiũ penes oppidum infertur: quẽ cũ ueteres arimam etatis nostre homines somantum nuncupant. Qui uero Lisandrum interemit: aliartius erat Neuchorus nomine insigne clipei draconem habuit: hoc ut asseqũi consectura licet portẽdit oraculum: bellu quoque pelluponnesiaco thebanis ĩ ede

smenii sortem datam memorie proditur. Que simul & deliacam pugnam predice-
ret & hanc ipsam Haliarciam anno trigesimo posteriorẽ. Ea huius generis sors est
Qui insidiare lupi catulis uitato supeemam. Et collem orcalidẽ hunc vulpes nõ de
serit vnq̃: proximũ delio lucum supremã appellauit vbi boecia attice cõfinis est.
Orchalidem vero collem quẽ nunc vulpecum uocant ad heliconẽ in haliarti partib⁹
situs. Ceterum hoc mortis genere absumpto Lisandro spartiate adeo grauiter tu'e
re. ut reum capitis regem iudicauerint. Cuius rei iudicium minime subire decerne
res regiam fugiens sese recepit vbi supplex in minerue templo uitã duxit. Defun
cto Lisandro ipsius detecta paupertas clariorẽ effecit principatum: quippe qui tã
tis ex pecuniis tanta ex potentia tanta ex ciuitatum ingentiũq; adeo imperii procu
ratione ne pusillum quidẽ in argenti ratione domum eius illustrarat: ut auctor est
Theopõpus. Cui laudanti magis q̃ carpenti fides uidetur adhibenda. Siquidẽ vi
tuperare q̃ laudare iocundus. Posteriori tempore quẽadmodum tradit Ephorus
cum Lacedemone disceptatio inter socios agitaretur & proinde inspiciunde forẽt
littere quas apud se Lisander habebat. Cuius domũ pfectus Agesilaus codicẽ in-
uenit: in quo illa de reip. statu conscripta erat oratio vt ab Euritiõtidarũ & agida
rum manibus auulso regno ĩ medium ponẽda & optimatibus faciẽda delectio pro
perans orationem ad ciues efferebat: vt Lisandrum ostenderet. Cuius generis ci-
ues occultaretur. At uir prudens lacratidas per id tempus Ephorũ princeps age-
silaum non oportere air Lisandeum effodere: sed oratione secũ infodere: que tanta
esset suadendi arte & astutia cõpilata. Reliquos tamen honores Lisandro tam & si
uita functo reddidere: & filiarum sponsos cõdemnarũt: qui eas post Lisandri obitũ
cum inops esset iuuentus repudiauerũt. Illum enĩ cũ diuitem existimassent colue-
rant Iustum vero & bonum virum & pauperẽ cognoscentes deseruerãt Erat enim
sparte & celibi & tardiori marito & malu marito ĩdicta pena cui eos preserti subi
gebant: qui pro bonis & propĩquis locupletum affinitates queritabãt hec quidem
de Lisandro hunc se ĩ modum habentia sumus perscrutati.

Plutarchi Historiographi greci De uita atq; gestis Sylle Historia p Guarinũ Ve
ronensem Poetã Eximium in latinã traducta linguagium Incipit.

VCIVS VERO cornelius Silla patriria ptocreat⁹ est fa
milia ex cuius maioribus Rufinus consularẽ g essit dignita
tem: huic tamen longe maiorẽ ex ignominia q̃ honore nobi
litatem adfuisse perhibent: & enim supra libras argenti cõ
caui decem possedisse. Idq; prohibente lege deprehensus e
senatu eiectus est. Posteriores inde humili diutius in for-
tuna permansecunt. Ille etiam Silla haud amplo sane in pa
trimonio educatus ab adolescentia penes alios habitans nõ
grandem pro domicilio mercedem soluebat sicut posteriori tempore cũ indigne se-
cundam adeptus fortunam putaretur ei obiectũ est. Glorianti siquidem & Affri-
canam post victoriam militiam q̃ magnificis vtẽti verbis qdam ex honestiori oi di-
ne dixisse fertur quonam modo vir bonus esse potes qui cum nihil a patre tibi re'i-
ctum sit tot ac tanta possideas. Nam cũ rect⁹ ille ac nitidus uiuendi mos haud am
plius permaneret. Iamq; delitiarũ & luxuriosi apparat⁹ emulatione susceptã e ma
iorum curriculo deflexisset: par tamen conuiuium ponebatur & suoꝝ facultates a-
mittere & paternam minime paupertatem cõseruare. Potitus postea rerũ Silla cũ

multos occideret & libertini generis homo quendā ex proscriptis occultare dicere
tur: & proinde e saxo procipitandus esset: obiecit Sille ꝙ vna simul in domo diutiꝰ
uitam agitassent. Cum interim ipse quidē ꝓ superioee habitaculo duo milia nūmū
Ille autem pro inferiore tria milia mercedem efferret. Itaq; inter vtriusq; fortunā
mille nummos interfuisse. Qui dragmas atthicas duecentas & quinquaginta uale-
bant. Hec quidem de antiqua Sille fortuna memoeie produntur. Eius aūt rorpo-
ris speciem aliam statue ipse declarant. Glauros oculos cum vehementer acerbi ac
sceui essent. Color in facie terribiliores reddebat aspectu. Ruboe enim sparsim in
mixtus efflorebat: quā quidem ad rem & coloris nomen inditum fuisse dicūt. Qui
dam etiam ex dicacibus Sillam Athenis mordēs Silla inquit morum est farinis in
spersum: huius generis de homine inditis vti nequaq; absurdum est: quem adeo in
exercendis salibus natura studiosū extitisse ferunt: vt ab ineunte etate plurima cū
ignominia sodalitia eum minis atq; ridiculis perolanter habuerit. Postea vero ꝙ̄ ī
rerum omniū dominatu constitutus est e scena spectaculisq; īpudentissimos cogēs
interpotandum quotidianis dicacitatibus certabat. Que cum ab eo grādiori etate
patrari & dominantis insuper dignitati probrū ac dedecus afferre uiderentur: rō
plura negligenter omittebat: que studio indigebāt ae diligentia. Cenāti siquidem
Sille nullus circa seria vsus erat. Verum cum alio tēpore impiger & eximia seueri
tate esset: vt primū se ī solatia & cōpotationes abiiceret uno impetu īmitationem
eapescebat: ut & mimis & saltatoribus mansuetus ad omnē familiaritatē pronum
se obnoxiumq; subiiceret: huius tam soluti moribꝰ animi ad amores leuitatē & ad
illecebras precipicium peperisse videretur. A quibus ne prouectioribus quidē an-
nis sese reuocauit. Metrobium scenicū a iuuenilibus annis magno amore cōplexus
longius profectus est. Eo indies secum florescente morbo. Nā cum initio publicā
quidem eeterum locupletē mulierem quā inchopolin appellabāt deperiret. A qua
deinde ronsuetudine & forme gracia mirifice amatus erat: ab ea cum uita excede-
ret heres est relictus. Nouerce quoq; hereditatem sortitꝰ est que illum perinde ac
filium diligebat quibus ex rebus iam mediocres ad eū opes peruenerāt. Questor
de mario primum gerenti consulatū designatus cū ro ad bellum iugurtinū nauiga
uit in Africam. Profectus igitur ad exercitum cū alias ad res spectatū se prebuit.
Tum uero bona vsus occasione bochum regem numidarū intima sibi deuinxit ami-
citia: ipsius nanq; legatos cū a numidis latronibus euasissent singulari comitate ex
cipiens ornatos muneribus tutissimo etiā adiuncto comitatu remisit. Forte bocho
iugurta gener & inuisus & formidolosus erat. Quo per id tempus ꝓfligato & ad
se confugiente Sillam acciuit. Ab illo enimq; se iugurtham & comprehēdi & tra-
di malebat. Ea re mario cōmunicata paruā militum manū assumens magnū discri-
men adiit. Nanq; homini barbaro & aduersus necessarios infidelissimo de altero ca
piendo fidem adhibens eius manibus sese cōmisit: bochus tamen accepta ab utroq;
potestate cum de frangenda in alterū fide in necessitate se constituisset. Post mul
ros mentis estus prioris proditionis sententiam cōprobauit & iugurtam Sille tra
didit. Eo de negotio Marius quidē triūphum egit. Ceterū Sille tam predari faci
noris gloriam Marii adscribebat inuidia: eiq; tacitum merorem importabat. Silla
enim ipse natura iactabundus & ex humili ac ignota uita per ora ciuium tū primū
volitare incipiens gustata honoris dulcedine ad id honoris studium & auiditatem
progressus est ut in anulo insculptam eius rei geste circūferet ymaginē. Eoq; rōti
nue usus est: erat autē sculptura bochꝰ qui iugurtam traderet Silla qui susciperet
hec mario tristitiam afferebant. Sille aūt minorem ꝙ̄ suam esse inuidiā existimās
illo ad rem militarem vsus est plurimū. Siquidem consul secundum creatus. Sillā
egatum habuit Tertium uero consul militum tribunum. Ipsius opera multa utilia

edens facinora. Legatus enim tectosagorum ducem copillū cepit. Tribunus mili-
tum mersos populosissimā sane gentem ad Romani po. amicitiā societatēq; perdu-
xit. Marium postea sibi infestum nec dum ullas rerū gerendarū occasiones libenter
omittentem quin ad augendam fortunam incūbentem sentiens Catolo mari colle-
ge se dedit viro quidem bono. Verum ad certādum hebetiori: ab quo maximas ad
res atq; primarias fidem cōsecutus ad potentiam pariter & ad gloriā processit. Is
magnam incolentium alpes barbaroꝝ partem debellavit. Ingruente deinde cōmea-
tus inopia. Silla curam suscipiens tantā effecit copiam: ut Catuli milites & maxi-
ma in abundantia agitarent & insuper marianis exhiberent. Qua in re marium ve-
hementi dolore affectum fuisse dicitur. Hec igitur inimicitia breuem adeo iuueni-
lemq; prius materiam exordiumq; capescēs. Mox per ciuilem cruorem inexpiabi-
lesq; seditiones degrassata ad tyrannidem usq; ac rerum omnium confusionem pro-
gressa est. Quod euripidē sapiētem hominē & ciuilium morborum peritissimum
demonstrasse ferunt qui honoris certamen & studium quasi numē aliquid utenti-
bus pessimum atq; pernitiosissimū deuitandum esse precepit. Silla gloriā ex re bel-
lica ad ciuilia negotia iam sibi satis esse existimās cū militaria post facinora statim
popularibus rebus sese tradidisset: preturam urbanā petere cepit quam assequi nō
licuit. Cuius ipse rei culpam in turbas reiecit. Ait enim cū suam in bocchum amici-
tiam agnoscerent venationes splendidas & aduectarū ex Africa beluarū dimicati-
ones expectare: si ante preturam edilitatem adipisceretur: populū alios pretores de-
signasse. Ut edilitatem coactus exerceret. Ceterū Silla veram repulse causam mi-
nime confiteri videtur. Quod & re ipsa comprobatur. Anno enim post eum colen-
da plebe tum largitionibus animos adducens populi preturā adeptus est. Eo igitur
preturam gerente eum indignabūdus cesari suā se in illum potestate usurū esse di-
ctitaret. Ridens cesar recte inquit tuum putas esse magistratum quem tuis habes
pecuniis cōparatum. Post eum preturā in Cappadociam cū exercitu mittitur spē
quidem ut Ariobarzanem reduceret in regnum. Re autem uera ut Mithridatem
reprimeret qui non minorem q; antea possidebat potentiā ac regnum complectebā-
tur. Non magnas itaq; secum adducens copias. Ceterū prompta socioꝝ usus ope-
ra multis in capadocea plurimis in armenios auxiliū ferentes editis stragibus Gor-
dium eiecit Ariobarzanem regem declaravit. Sille ad Eufratē moram trahenti re-
gis parthorum arsatis legatus Orobazus in colloquium venit. Cū nullum antea eo-
rum & parthi cōmercium habuisset. Hoc etiā ingentis fortune Sille factū videtur
quod Parthi amicitiam societatemq; potētes ad illū romanoꝝ principē congressū
habuerunt. Tres eo tempore sellas propositas ferunt: unā Ariobarzani alterā Oro-
bazo. Tertiam Sille Unde amborum medius residens ius diceret quam ob causam
postea rex Parthoꝝ necavit Orobazum. Sillam nōnulli tanq; Barbaros ludibrio p-
delicias habentem probare. Alii difficilem & intempestiui honoris ambitiosum in-
creparēt. Memorie proditum est virū quendā genere Calcidensem ex iis qui cum
Orobazo descēderāt Sille vultum sepius cōtemplatū & ad corporis atq; animi mo-
tus haud incuriose incūbentem quī ad artis materiam hominis ingeniū attentius
considerantē dixisse Necesse est hunc maximum fieri virum. Miror etiam nunc in-
quit quomodo ne cūctorum primus sit tam diu toleretur. Redeuntē inde Sillā cē-
sorinus repetundaꝝ postulauit q; ex amicorum socioꝝq; regno magnam cōtra legē
pecunie vim compilasset. Nec tamē contra in iudicio stetit Sed ab accusatione de-
stitit. Excandescebat interim mariana seditio nouam quādā ex congestis a bocho
honoribꝰ nacta materiam Is ut populū Ro: deliniméria coleret simul & Sille gra-
tiam aucupatus triūphales in Capitolio posuit ymagines. ac ceusq; inerat Iugurta
ab eo Sille traditꝰ. Ea re grauiter instigatꝰ Marius cū statuas detrahere niteretur

ac reliqui Sille subueniret: incensa quantū antea nunꝙ a nobo[illegible] ludiis ciuitas.
Ecce sociale bellum dudum gliscens aduersus vrbē exarsit. Quo per id tempus est
repressa seditio. In hoc maximo varioq; & plurima romanis mala grauissimaq; peri
cula importante. Marius grande nihil ostentare valēs argumento fuit uirtutē bel
licam vigore pariter ac viribus indigere. At Silla cōplurima celeberrima edens fa
cinora īperatoris gloriā reportauit magni quidē penes ciues maximi autē penes
amicos felicissimi vero penes hostem. Quibus in rebus illud thimotei cononis filii
Silla nequaq; passus est. Nam cū inimici preclara ipsius facta fortune adscriberēt
& in tabulis dormiente illo fortunā urbibus retia circūponentē pingerēt. Ille agre
stius yrritari: & fingentibus grauiter succēsere: quasi rer; ab se gestarū gloria pri
uaretur. Aliquādo aūt ab expeditione re bene gesta remeās ad populū conuersus.
Viri Athenienses inquit huius rei bellice nullā sibi partē fortuna vendicat. Ipsam
deinde fortunam aduersus ambitiosū adeo Thimoteū iuueniliter irritatam ferunt
vt nullum deinceps insigne facinus ab eo patratum fuisse constet. Sed iniquis bel
ligerantē prorsus auspicus & populo semp aduersatū ex ipsa demū patria eiectum
profugisse. Silla vero non modo eius generis felicitatē ac fortune fauorē libenter
admisit. Verum etiā in maius extollens & bona in se fortune diuinitus data magis
ac magis illustrabat siue p iactantiā id faceret siue de diis ita sentiret & enim suis
in cōmentariis scriptura reliquit cum cōsultasset que contra animi sui sententiam
pro tempore audatius aggredienda esset secūdiora sibi euenisse. Rursus cū sese ad
fortunam ꝙ ad bellum melius a natura institutū esse dicit plus fortune videt ꝙ
virtuti tribuisse & omnino seipsum in fortune potestate fecisse. Quippe cū concor
die quā cum Merello socero & eiusdē ordinis viro habuit causam diuine cuidā for
tune attribuit. Magne enim sibi molestie futurū illustrem hominē: qui in cōmuni
cando principatu tantā benignitatē exercuit. Lucullum etiā in cōmentariis quos
ad illum inscripsit commonefacit: nihil tam stabile ducere ꝙ quod noctu sibi numē
imperaret. Cum ad bellū sociale magnis cū copiis mitteretur circa lauernā vastum
terre hiatum extitisse scribit: equo lucidum emersisse ignē: magnāq; in celo flam
mam perstitisse: consulti vate dixere cum vir bonus singularis aspectu ac prestan
tissimus principatum gesserit presentes tumult9 se daturū. Hunc ipsū Sillā fuisse
par erat tumultu simul & vlulatu mulierum atq; discursu veluti ab hoste viribus ur
be capta. Primus Galba premissus a Silla sũmo studio eum equitibus septingentis
aduentans conspicitur: qui facto tanto temporis interuallo vt equis sudorem refri-
geraret rursus deinde frenis impositis e uestigio cũ hostibus conseritur. Silla ite
rum apparuit qui primoribus prandiũ capere iussis confestim in acie cõstituit Do
lobella & torquatus vt impetũ contineret multis instabãt precibus: ne domitos de
fatigatione homines periculis supremis obiceret: haud enim Carbonẽ aut Mariũ
uerum Samnites atq; Lucanos acerbissimas inimicis & hostibus animis nationes
aduersus Romam inferri: quibus reiectis tubas pugne signũ & inuadendi initium
canere iussit. Dies iam horam uergebat in decimã: cum decertantibus qualit rũq;
alias: dextrum cornu cui Crassus preerat splẽdidam victoriã reportabat. Sinistrũ
vero laborabat & male habebat. Cui tum Silla albo insidens equo & pedum velo-
citate prestanti & inde notior opem ferret duo in eum hostes iamiam dimissuri ha
stas intentant: quos minime quidem preuidit ipse. Verum stabulario equo plagas
intorquente tantũ ablatus preuenit quantũ hastarum cuspides penes equi cuidam
collabentes humi defixe sunt. Traditum est Sillam cum quandã Appollinis imagũ
culam e delphis nactus esset: eam interprehandũ sinu semper ferre solitum hanc eo
tempore exosculatam hisce verbis adlocutum. O Appollo inquit Pithie: qui felicẽ
Sillam Cornelium tot ex preliis illustrũ amplissimũq; sustuleris: hic in patrie por
tis suis cum ciuibus fedissime pereuntẽ abiciens: huiuscemodi uocibus cum Silla
deum inuocasset nonnullis supplicẽ obuolutum aliis minas incussisse quosdam ĩcre-
passe sinistro deniq; cornu confracto inter fugientes permixtũ intra uallum sese re
cepisse: magno & amicorum & familiariũ amisso numero. Ex urbe non pauci q spectaculi causa in
tum aduenerant cõculcati & extincti sũt: adeo vt ciuitas deleta putaretur. Cumq;
multi preneste ex fuga truderentur. Marius ab obsidione fere solutus est iubenti-
bus Lucretium Ofellam quẽ obsidioni Silla prefecerat mox castra mouere vt Sil
le rebus in perniciem datis: & in hostium potestate existente iam Roma: profunda
iam nocte quidam in Sille castra a Crasso missi perueniunt: sibi ac sui cenam depo-
scentes fusis enim & fugatis antẽnam hostibus ibi locasse castra quo accepto nũtio
cum iam aduersariorum esset latissime strages edita sub aurorã profectus est an-
temnam: ad eam tribus milibus caduceatorem mittentibus tutelam esse promisit
si ceteris ab se quopiam affectis incõmodo Sillam adirent: quibus pollicitationibus
cum credidissent. facto in reliquos impetu multi mutuis vulneribus cesi hos tamẽ
& alios qui supererant ad sex milia in circo congregat: senatũ ĩ ede bellone vocãs
Eodem tempore & Silla orationem in senatu exorsus est: & quibus negotium da-
tum erat: sex illa milia truncabant. Cum tot milibus paruo in loco iugulãdis fremi
tus deferretur attonito senatu ipse nihilominus ĩmutato atq; constanti vultu ora-
tionem continuãs: senatũ dictis eius ĩtentos adhibere animos edicit: nec que foris
gerantur perinde ac superuacanea curiosius perscrutari eo narq; iubente castigare
plerosq; flagitiosos. Nemo Romanus tã bardo extitit ingenio. Cui non cognitu fa
cile fuerit eum habitum potius dominationis cõmutationem q̃ liberationẽ fuisse.
Marius quidem cũ initio grauis esset: per potentiam auxit nõ autem mutauit in-
genium. Silla vero principio sũma cũ modestia & ciuili de more sua ĩfortuna uer-
satus eam de se prebuit opinionem vt fautor optimatũ & vtilitatis publice studio
sus princeps foret. Quiquidem ab ineunte etiam etate risibus deditus fuit & sic
ad misericordiam flexibilis: vt ei facile aborirentur lacrime quas ob res magnis po
tentatibus iure calumniã impressit Quippe qui mores in pristino viuendi ritu per
manere nõ sinant: & vecordes molliculos ac humanitatis reddãt expertes hoc igitur

seu nature commotio sit & ab fortuna facta cōmutatio seu subiacentis malitie in li-
centia reuelatio: alio quodā tractatu & facultate diffiniendū esset. Silla ad iugu-
landū uerso: & cadaueribus iam urbe repleta: cū cedes neque numerum neque modū ha-
berent ullum: multi quibus mille cū Silla res erāt: priuatis inimicitiis intempti sic
suis permittente & gratificante Silla. Tunc iunior quidā C. Metellus Sillā in se-
natu rogare ausus est. Quis malorū finis erit? Quonam usque pgrediens incūbenti-
um gladium requiē expectare iubes? haud enī supplicijū ab his deprecamur ut qs
necari instituisti. Sed ambiguitatē ab iis quos cōseruare decreuisti. Respondente
Silla necdum sibi cōpertum esse quos dimittat. Metellus subiecit Itaque declara q
sunt quos penis affecturus es id se facturum Silla dixit. Quidam nō metellum sed a-
fidium ex assentatoribus hoc dixisse asserunt. Silla igitur exemplo octuaginta pro
scripsit nulli senatorū cōmunicato consilio omnibus egre ferētibus uno interiecto die
ducentos ac uiginti alios adiecit. Deinde tercio nō pauciores rursus adiunxit. Su
per his cum cōtionem haberet quotcūque memoria tenuisse contigit eos proscribere
se inquit: quos uero in presentia delet obliuio denuo proscripturū qui proscriptum
acceptasset salutique cōsuluisset: humanitati penā mortem definiuit: non fratrem nō
filium non parentes excepit: qui necasset cedis mercedi duo talenta constituit: seu
dominum seruus seu patrem filius interemisset. Quod aūt omnium iniustissimum
existimatū est proscriptorum filios ac nepotes honore priuauit omnium bona pub
licauit. Nec Rome solū uerūetiam in omnibus Italie oppidis proscriptiones fiebāt
neque deorum templa neque hospitales penates neque paternū domicilium a cedibus pu-
rum erat. In uxorum sinibus mariti in matrū liberi confodiebantur. Fuere & qui p
iracundiam occiderentur. Alii per inimiciciam nulla sane portio pre iis qui pecu-
niarū gratia obtrūcarentur. At enim interfectoribus ipsis dicendum obueniebat
hūc quidem domus interemit amplissima illū ortus aliū aque calide. Q. Aurelius nul
lis se prorsus negotiis implicans tantūque sibi malorum cōmunicationem pertinere
arbitratus quantum infelicibus aliis condolere fas esset forū ingressus proscripto
rum nomina perlegebat. In quibus cum se ipsū comperisset. Ve mihi misero inquit
Albana me uilla persequitur. Paululumque procedēs ab persecutore iugulatus est.
Interea Marius cum in hostiū potestatem ueniret: sibi ipse mortem rōsciuit. Silla
dehinc Preneste ueniēs priuata uiritim iuditia faciens cruciatus īferebat. Postea
quasi non esset otium cunctos unum glomerans ī locum milia duodecī trucidari ius-
sit: soli prestans libertatem hospiti. At ille generosa nimium usus uoce: nūcque salutis
gratiam sum habiturus ait si extinctori patrie permiscear: & sponte sua cum ciuib'
obtruncatus est. Maxime nouitatis. L. Catelline uisum est facinus. Is enim rebus
non dum iudicatis fratrem occiderat. Tunc magnis precibus Sillā obsecrat: ut ho-
minem ī proscriptorū numerum redigat: perinde ac uiuus esset: proscriptusque fuit
huius rei graciam Sille referens quendam. M. Marium aduerse factionis hominē
confodit: & Sille in foro sedenti caput eius attulit. Ad proximū deinde appollinis
lauacrum accedens manus abluit: preter hec funera & alia merorē hominibus infe-
rebant. Se ipsū enim dictatorem dicens. Id magistratus genus ad annos centū ac
uiginti desumpsit. Factorum oīm ab eo per senatus cōsultum ei attributa licentia.
Imposterum quoque data potestas necis confiscationis sorticionū possessionis popu-
lationis auferendi regni conferendi cuicūque collibuisset: publicararum uenditiones
edium adeo superbe adeo imperiose factitabat in suggesto cōsidens. Ut longe ma-
gis in largiendo quam in spoliando inuisus & acerbus esset: uenustis mulieribus fidio-
nibus histrionibus libertinis monstris: gentiū agros urbium prouentus elargiebat
Nonnullis inuitarum cōiugia feminarum. Cū Pompeium magnū affinitate ītima
sibi deuincere uellet cum uxore diuortium facere imperauit & Emiliā & Scauri

& Metelle coniugis sue filiam a magno Glabrione distractam ac pregnantem locauit. Adolescentula vero cum penes Pompeium pareret vita excessit. Lucrecio Ofelle qui per obsidionem Marium expugnauerat consulatū peteñ Silla impedimēto erat. Ille autem sollicitatus a multis in forum venerat: quem missus ab eo Centurio iugulauit. Ipse in Castoris ede sedēs cedē e suggesto superne spectabat. Capto a circumstantibus Centurione & vt ad tribunal adducto tumultuantes silere iubens. Ego inquit hoc mandaui: & vt Centurio dimitterēt imperauit. Triumphus eius cum magnifico sumptu & regiorum nouitate spoliorum excellentissimus. Tū exulibus iocundus ornatissimum prebuit spectaculum. Ciues enim & gloria & potentia longe primarii coronari sectabantur. Cōseruatorē patremq; Sillam vocitantes perinde ac eius opera in patriam reuersi vxores ac liberos receperint. Cunctis vnum coactis in locum in media contione rerum a se gestaꝝ rationē reddidit. Nec minore studio fortunatos euentus ꝙ fortia facta denumerauit: & in oratione pfelicem in his annum appellari iussit. Ad grecos scribens aut sententiā dicēs se venustum appellabat. Nūc & īmodum apud nos in tropheis inscriptꝰ est L. Corneliꝰ Silla venustus. Metella quoq; gemellos enixa marem quidē Faustum femellā uero Faustam nominauit. Felicem enim atq; hilarē Faustum Romani vocant. Tantā pfecto non gestis sed felicitati fidē prestabat: vt post tot ab eo peremptos cū rerum innouatio permutatioq; fieret. in urbe sese magistratu abdicauerit. & cōsularibꝰ cōmitiis in populi potestate constitutis. nec ipse prorsus accesserit & volentibus expositum corpus exhibens: vti priuatus medio versaretur in foro: preter eius sentētiā audacissimus quidam inimicitias secum exercēs Ceterum vir clarissimus. M. Lepidus consul designatus est nō sane propter eum. Verum Pompeii gracia: qui maximum ei rei studiū impendens ingentes populo preces adhibuerat. Itaq; cum ea letum victoria Pompeiū Silla cerneret discedētem ad se vocans: ꝙ honestum est inquit tuum illud o adolescens in ciuitate facinus: quo stolidissimum hominē lepidū: priusꝙ omnium prestantissimū catulū renūtiasti. Tibi tamē haud dormiēdi tēpus est: qui aduersus te certatuꝝ valentiorem effecisti. Hoc quidē Silla perinde ac uates presagiuit: & enim Lepidus extemplo cōtumatius ad seuiciam versus in Pōpeium belligerans perstitit. Silla ex uniuersis fortunis herculi decimam sacrificās Opipera populo fecit conuiuia in qbus tā superuacaneꝰ ac redundans ī necessariis apparatus extitit vt plurima omnis generis condimenta cibariaq; deicerent in flumium: & quadragenarium ac supra vinū potaretur. Inter cōuiuia multos celebrata dies. Metella morbo extinguebatur. pꝛohibentibus amicis ne Silla prorsus eā adiret: aut edes funere cōtaminaret. Is scripto ad illā repudio viuentē adhuc Alterū in domicilium transferri iussit: & hoc legittimū sūma cum diligentia per superstitiorem seruandū curauit legē aūt prius a se latam: que funebres diffinit īpensas omnino transgressus est nullis parcens sūptibus. Institutū etiam dum ab se de cenarū tenuitate ac parsimonia modū excessit. Inde cōpotationum & conuiuioꝝ lasciuia & dicacitate consolatus est luctum. Paucos post menses gladiatorū spectaculum edidit. locis nec dum distinctis: ac promiscuis in Theatro viris ac mulieribus decorā specie feminam & genere illustrem prope Sillam sedere cōtigit. Erat enim Messale filia oratoris Ortensii soror Valeria nomine ei cum marito discordiam nuper obuenerat. Ipsa post Sillam accedens atq; manū applicans. trahensq; vestes rugā suas transiuit in sedes. Inspectante intensioribꝰ oculis Silla & admirationis signa pre se ferente. Nihil inquit o Dictator grauius fuerense velim: & ego paululum tue felicitatis portionem capere: & sane nō iniocunda ad Sille aures puenit oratio. Statimq; prurientis dabat inditia misso namq; nuntio: mulieris nomē prosapiā vitamq; edoctus est. Dehinc alter in alterū iactabat oculos vicissimq; versabant vultꝰ assidue

nec pauciores mollicolorum risuum collationes erāt. Rei postremo vxorie consensus & pactiones nullam fortasse Valerie increpationem afferentes. Silla vero tametsi pudicam maxime ac generosam non tamē ex pudico ac honesto uxorem cepit initio: oculis & oratione venustula seduct9 instar adolescentuli a quibus turpissimi & procacissimi motus naturata excitari solent. Verū enimuero cum hanc etiā domi haberet: sodalitia cum minimis mulierculis citharedis & scenicis hominib9 agitabat & stratis humi tapetibus interdiu compotationes celebrabat. Qui enī plurimum apud Sillam ea potestate poterant ii erant. Roscius comedus. Sorex mimorum princeps. Mecrobius Baccanaliorū cantor: quē licet cutis nitore de lapso amoribus omnino completi pergebat: nec ea de re ibat inficias. Vnde leui nimirū ex causa incipientem morbum aluit: & per intestina ulcus innascens diotius non ītellexit Inde carnis corruptione eōtracta in pediculos tota eōuertebātur. Adeo vt cū per multi die simul ac noctu illos adimerent pre iis qui innascebantur inceptorū nulla pars erat. Tunice omnes Therme lauacra dapes illius exūdantis fordis implebāt tanta vis epullulabat. Quocirca sepe numero per singulos dies īgrediebatur aquā vt per inundationes membra emūdaret. Nulla vero erat vtilitas. Celeriter enim inualescebat permutatio: & pedoris magnitudo omnia purgamēta superabat. Ferunt ex antiquissimis Acastū Pelie filium hoc morbi genere qoē Phthoriasim appellabant interisse: ex posterioribus aūt alemanē: qoi mirificus cōponendis carthiensis artifex fuit: & pherecilem rerū diuinarū scriptorē: & Callistbenē Olimthium dum carceris custodia teneret. Preterea & Mutiū iuris consultū quod si eoz mentio facienda esset: qui nulla ex re bona nobiles tamen euasere. Traditū est eum qui in Sicilia belli seruilis auctor fuit. Eunum nomine & fugitiuū seruum deinde captum Romamq̧ perductum ex Phthiriasi mortē obiisse Silla non modo suū presidit interitum. Verūetiam quodāmodo eum scriptis cōmendauit. Nam vigesimū secundum cōmentariorum librū biduo antea q̄ mortuus est scribendi finem fecit. Vbi Caldeos sibi predixisse affirmat q̄ ei cū beate vixisset in ipso felicitatis vigore moriendum esset Scribit etiam filium q̄ paulo ante Metellā expirauerat p quietem sibi visū vilissimo indumēto sibi adsistentē: pater suppliciter obsecrantē ut abhis se curis absolueret. Euntem cum eo ad matrem Metellā quiete & omni negotiorum abiecta cura cum illa vitam duxisse haud tamen reip. studio sese retraxit. Decem enim priusq̄ mortem oppeteret diebus: ortis indicearchia idest puteolis inter incolas seditionibus reuocatis in gratiā animis legem de gubernatione ciuitatum illic conscripsit. Pridie cum principē granium qui es grande publice debebat minime idcirco soluere velle intelligeret: quia ipsius prestolaretur interitū: accersito intra cubiculum homine ministros circūlocauit: & eis vt Graniū suffocarēt edixit: inter uociferationes & animi cruciamēta effracto apostemate cruoris gurges erupit. Inde viribus destitutis acerbe nocte perducta vitā euomuit Duos ex Metella reliquit infantes. Nam post ipsius obitum Valeria filiolam peperit: quam Postumiā appellauerunt: quos enī post parentis interitū nasci contigit eo nomine Romani vocant. Multi facto conuentu cōcitati Lepidum adierūt: ut corpus ab cōsuetis obsequiis arcerēt. Pompeius uero licet Sille succensens solus enī ex amicis ī testamento preteritus erat: quosdā precibus & gracia alios minis reprimens comes cadauer Romam deduxit: & funeri presidiū pariter & honorem exhibuit. Tātam ab matronis vim odorum ablatā esse dicitur: vt preter eos qui in lecticis decē atq̧ ducentis cōportabantur quedā iuste magnitudinis imago Sille formarēt. Et thure Cinnamomoq̧ ingentis precii lictor formaretur sub solis ortū cum nubilus dies esset: & celestes expectarentur aque: hora vix nona cadauer extulerunt: clari deinde flatus ex oriēte procella: que rogū multas exuscitaret in flammas: ante pluuias

elatum est corpus. Tabescente iam rogo & sopitis ignibus multus effusus est imber:ad noctem vsq; perdurans vt eius fortuna & sepeliendo corpori comes permansisse videatur. Monumentũ in campo Martio situm est. Inscriptio ab eo conscripta hunc immodũ sũmatim relicta fertur. Nemo me amicus benificentia nemo inimicus inferenda iniuria superauit.

q

VANDO ET HVIVS percurrimus vitam iam cõparationem ipsam aggrediamur. Itaq; magnos euasisse cum amplitudinis initium in se susceperint fuit vtriq; cõmune. Peculiare Lisandri est a uolentibus sanisq; ciuibus quoscunq; adeptus est magistrat9 accepisse. Neq; violẽter ab inuitis quippiã extorxisse aut preter leges valuisse. Seditione malus sũmos sortitẽ honores sicut corrupto per id tempus populo & egrotante rep alius abo ex loco potẽtior orriebatur & profecto mirandum nõ erat si tunc Silla dominationẽ vsurpabat:cũ glaucie saturniniq; ex urbe metellos explodebãt. consultum filii in cõtionibus obtruncabãt: argento atq; auro militibus emptis arma capescebant:igni ac ferro superatis violẽtius aduersariis leges ferebant. Nec eum incuso qui ut plus ceteris posset in huiusmodi rerum perturbationibus accuratam dederit operã. Verũ enimuero non id optimum pono signum:eum prestãtissimũ esse qui in urbe tam infelici priores partes gesserit. Atq; a sparta presertim tam bonis eo tempore legibus instituta modestissimaq; ad amplissima missus est imperia. resq; gerendas is ferme optimorũ optimus priorum primus iudicatus est. Quibus ex rebus alter sepius a magistratu se abdicans sepius illum recepit. Virtutis enim manebat honor:qui principatũ obtinebat Alter Dictator semel delectus exercitus decem assiduos annos nunc cõsulem modo proconsulem interdum Dictatorem se ipsũ faciens semp uero tirannus permansit ĩ armis. Lisander vt explicatum est ciuitatis gubernacula minore quadam ratione magisq; legittima q̃ Silla permutare conatus. Suasione enĩ nõ armis nec simul vniuersa destruens sicut ille. Verum regalem statum ad meliora dirigẽs. Quod & natura prefecto iustũ videbatur vt & optimus ea in urbe regnũ haberet: que grecie principatum non generis nobilitate sed uirtute cõparauerat. Nam quemadmodum venator non canis prolẽ: sed canem & equitandi studiosus non equi fetum sed equum queritat. Nam ex equo mulum procreari cõtingit. Ita & ad ministrãde ciuitatis curiosus errabit omnino si ciuitatis principem non quis sed a quo sit inuestigauerit. Ipsi vtiq; sparciate regnantes nõnullos deiecerũt perinde ac minime regales vilissimos ac nihili faciũdos q̃ si flagitiis cum ipsa etiã generis nobilitate ignobilia & honoris expertia sunt: neq; virtus a nobilitate sed ex se honorem vendicat. In iustitiam nonnulli pro amicis quidam vsq; ad amicos patrauere. Plurima Lisandrũ propter amicos peccata cõmisisse confessum est:plurimas pro illoꝝ potentia & dominatione cedes confecisse. At Silla per inuidiam nõ paruam exercit9 partẽ Pompeio abscidit. Dolobelle classis prefecturam quã tribuerat conatus est eripere. Lucrecium Ofellam cum pro multis & magnis officiis consulatum peteret eo ĩspectãte iussit occidi. ut per amicissimorum necẽ honorem ac metum in se ipsũ omnibus incuteret hominibus. Rursus voluptatũ ac pecunie studiũ in uno quidẽ principe dignam in altero aũt tiranno conuenientem electionem ostendit. Vnus enim nihil

incontinens nihil iuuenile i tanta rerũ licentia ac potestate fecisse videtur. At si qs
alter & ipse vulgatum illud effugit domi quidẽ leones sub diuo autẽ vulpes. Adeo
modestã laconicã castigatãq; vite regulã in omni actione p se tulit. Alter neq; per
inopiã cũ adolescens esset neq; per etatẽ cum senesceret ad uoluptates moderatior
erat. Verum cũ & amoribus & adulteriis indulgeret vt ait Salustius de re vxoria
& temperantia leges ciuibꝰ inducebat. Quibus ex rebꝰ tantope mendicam vrbẽ &
pecuniis exinanitã reddidit: vt & sociorũ & amicoꝝ ciuitatibꝰ libertatẽ & legũ suarum
vsus argento vendiderit: tamẽ si pciosissimas & ãplissimas edes quotidie redigeret i pbiscũ: & preconis voce subhastaret. At enĩ dilapidataꝝ opus & assenta
toribꝰ pfusarũ modus nullus aderat. Nam que vero aut parsimonia erat habẽda in
tra sodalicia graciasq; vinacias q in aperta populi corona igentia bona coidã amico
rum precio vt obuenerat vendẽs a pcone pnunciari iussit. Alio id excedente preci
um cum preco additamentũ pdicasset indignabundus inquit o ciues amici grauia
patior atq; tirãnica quoniã pro meo arbitratu mea disponere spolia mihi non licet.
Lisander etiã & collata sibi munera vnacũ aliis misit ad ciues. Nec opus hoc probo
forsan enim hic tantũ sparte detrimẽtum pecuniaꝝ adeptione cõportauit: quantis
ille Romã eripiendo nõ efficiebat incõmodis. At quãtopere vir ille diuitias cõtem
pserit signum hoc fatio. Propriũ quippiã i eius vrbẽ obuenit vtriq;. Silla multa re
fertus intẽperãtia & sũptuosus homo ad sobrietatem ciues reuocabat. Lisander a
quibꝰ ipse viciis abstinebat iis ciuitatẽ replebat. Peccabãt igit̃ ille quidẽ quod suis
erat legibꝰ detior hic aũt q se ipso deteriores ciues eiꝰ efficiebat. Spartani enĩ hi
sce indigere docuit: quibus ipse nequaq; indigere didicere. De rebus quidẽ vrba
nis hactenus. De bellicis aũt & gestis ab imperatore negotiis Silla neq; trophęoꝝ
multitudine neq; piculorũ magnitudine vllo cõferri pacto potest. Is quidem victo
rias duas ex duobus preliis naualibus reportauit. Ad diciã & Athenarũ obsidionẽ
opus haud sane arduũ. Ceterũ gloria illustre Res vero in boetia & ad Haliartum
sinistra quadã fortasse fortuna geste sũt. vel iniquo potiꝰ cõsilio: cũ proximũ e pla
teis auxiliũ & aduentantẽ magnis cũ copiis regem non expectauerit verum ira &
ambitione intẽpestiuam ad muros fecerit impressiorẽ. Vnde cũ gregarii homines
exiliissent eũ nulla mentione deprehenderũt. Non enim queadmodũ cleombrotꝰ in
pugna Leutrica incũbentibus sese opponẽs hostibus nec sicut Cirus nec velut epa
minũdas inclinatã cõtinens aciẽ & victoriã confirmans letali concidit vulnere. At
enim hii quidẽ regũ & imperatoꝝ mortẽ obire. Lisander aũt scutifer aut cuiusdã
pcursoris istar: sese cũ ignominia vadẽs pditum priscis sparciatis attulit testimo
nium q recte murales oppugnatões euitabãt in qbus nõ solũ vilissimis ab hominibꝰ
sed etiã a pueris & mulierculis virũ fortissimũ con sauciari ac necari cõtingit sicut
Achillẽ ab Paride inter portas interemptũ fuisse ferunt. Quot ex acie structa victo
rias Silla retulerit quotq; hostiũ milia dederit in stragẽ haud numeratu sane facile
ipsam bis Romã cepit pireũ Atheniensiũ portum non sane sicuti Lisander sed mul
tis magnisq; preliis occupauit. Cum e terra ad mare eiecisset Archelaũ magnũ est
etiam tales aduersarios imperatores habuisse. Delicias nanq; iocumq; arbitror ad
uersus anthiochũ Alcibiadis gubernatorẽ nauali decertasse pugna & Philodẽ athe
niensis plebecule ducem defraudasse ignobilẽ acute lingue hominẽ quos neq; Mi
thridates stabulario neq; Marius lictorũ suorum cuipiã conferri dignum censuis
set. Vt autem alios pricipes cõsules duces factione pmarios omittã qui contra Sil
lam arma tulerũt. Quisnã ex Romanis Mario terribilior aut ex regibꝰ Mithrida
te potẽtior aut ex Italis Lamponio & Tellesino bellicosior Ille tamẽ exul hũc qui
dem iecit alteꝝ parere coegit alios neci dedit. Quod aũt dictoꝝ omniũ maximũ est
vt mea fert sentẽtia Lisander domestico suoꝝ auxilio pclara omnia nauauit opera.

Ceterum Silla cum exul esset & ab inimicis seditione implicitus : quoq; presertim tempore eius vxor expellebatur edes dicoebantur amici necabant̃. Is in Boetia cũ innumerabilibus hostiũ milibus belligerans ad eundis pro patria periculis trophea constituebat. At Mithridatis societatem & aduersus hostes copias imperriẽs nulla ex parte mollitus inclinauit aut humanius habuit quis ne cõpellauit quidem nec dextram prius applicuit: quã ex eo presente audisset: vt & Asiam omitteret & naues traderet. & regibꝫ cederet Bithinia Capadociaq; relicta. Quibus nullũ animo preclarius facinꝰ aut maiore spiritu Silla confecisse visus est: q̃ remp. priuate ptulerit: & generosi more canis qui non prius arreptam mordicus ferã interimit q̃ ob luctantem lassarit hostẽ ad suas vlciscendas concitatꝰ est iniurias. Super omnia & res athenis confecte aliquod ad morũ cõparationem momentũ habent. Siquidem Silla raptam vrbem que pro Mithridatis potẽtia & imperio bellũ susceperat libertate donauit. & suis viuere legibus permisit. Lisander autẽ tanto principatu spoliatam & imperio miseratus nõ est. At statu populari sublato flagitiosos & immanissimos inea tirannos instituit. Considerandi iam tempus est ne in proferẽda sententia ab ueritate multũ aberremus. Plura preclara esse facinora que Silla patrauerit: pauciora que Lisander parauerit. Alteri quoq; continentie atq; modestie Reliquo rei militaris & fortitudinis principatum reddimus.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Pyrthi per Leonardũ Aretinum Poetã Eximium historia in latinũ traducta Linguagium Incipit.

HESPROTIS ALIAS EPRothis & Molossis post diluuium phetonta primũ imperasse tradunt: vnũ ex iis q cum pelasgo in epirum transierãt. Alii vero Deucalionem & Pirrham ad Dodoneũ templũ in Molossis residisse putant. Sequenti vero tẽpore Neoptolemus Achillis filiꝰ in ea loca populo ducto regionẽ tenuit ac successores reliquit reges Pirrhidas ab eo cognominatos. Nam & sibi Pirrho fuit puerile cognomẽ: & vnum ex legittimis filiis ex lanassa Cleodei susceptis Pirrhum nominauit ex hoc aũt Achilles in Epiro vt deus colitur lingua eorum aspectus appellatus. Sed qui medii usq; Tarritã reges fuerunt nec satis noti sunt & Barbarie efferatos fuisse credunt. Tharritam vero primum scribũt grecia moribus litterisq; & humanis legibus ciuitates cõposuisse atq; ex inde claritatẽ assecutũ Tharrite filius fuit alcetes alcete aribas arimbe & Troadis Eacides. Hic Phthiam Memnonis Thessali filiã viri circa Labiacũ bellum clari & sũme oĩm sociorũ post Leosthenẽ auctoritatis vxorẽ accepit exq̃ Deidamiam & Troiada filias ac Pirrhũ ꝓcreauit. Seditione veco exorta Eacide exacto cum Molossi Neoptolemi filios reduxissent. Eacide amici interfecti sunt quotquot remanserunt. Pirrhum autẽ filiũ infantem adhuc ab inimicis quesitũ Androclides & Angelus clam subrractũ asportarũt paucos seruos & nutricem pueri secũ trahentes. Cũq; fuga ob huiusmodi turbã que necessario trahebatur laboriosa ac tarda foret hostesq; aduentarẽt puerum Androcleo & Hippo & Neandro adolescentibꝫ fidis & robustis tradiderunt iubentes vt in megaras locum Macedonie properent. Ipsi autem partim repugnando partim rogando vsq; ad uesperas ꝑsequentes retrorati sunt Deinde celeriter vestigia eorũ qui Pirrhum ferebãt prosecuti cũ prope iam putarent omne periculũ euasisse subito impedimentũ obiectum est fluuii qui iuxta.

urbem labitur grauis quidem visu ac transire conātibus asperi & omnino isupera-
bilis. Ingens enim ac turbidus ingenti pluuia fluebat noxq; formidabiliora omnia
faciebat diffisi igitur per se ipsos puerū & mulierē traducere posse hominibus qui
busdam vltra flumē cōmorantibus puerū ostendētes clamore atq; prece auxiliū po
stulabant. At illi ob strepitū ac fragorē aquarū exaudire voce nequibāt eratq; mo-
ra quedam ac trepidatio horum clamātium illorum percipere quid clamor ipse sibi
vellet non ualentiū donec oīs querno cortice ex arbore dempto indigētiam ac for
tunam pueri perscripsit & saxo alligatū trans flumē proiecit. Quidā autem dicūt
cōpactum corticem tragula iaculasse. Postq; vero ii qui trans flumen erāt lectis lit
teris q̄ tam celeritatē temp9 exigeret cognouerūt cesis arboribꝯ & simul connexis
flumen transierunt ac forte euenit vt primus eorū qui transierāt Achilles nomine
Pirrhum susciperet Alios item alii vt casus tulit detulerunt. Per hunc modū pe-
riculo insequentiū euitato in Illiricū ad Glauciā regem peruenerūt. In cuius presen-
tia cum puerū exposuissent atq; ipse Glaucias ob metū Cassandri quē Eacide ini-
micum fuisse sciebat deliberabūdus aliquādiu perstaret puer humi reptās & glau
cie pedibus sese admouens & apprehensa ueste ad genua eius cō surgens risū primo
deinde cōmiserationem excitauit quasi precator & lacrimans salutem suā Glaucie
cōmendaret. Tradunt quidam non Glaucie vestē sed aram deorū a puero apprehē
sam que cū res diuina Glaucie videretur non solum eum suscepit & vna cū filiis e-
ducauit sed & filiam ei vxorem tradidit nec querētibꝯ inimicis nec ipsi Cassandro
ducenta pollicenti talenta puerum dare voluit: ac duodecim annorū factum copiis
in Epirum traductis in regnum paternū restituit. Fuit autem in Pirrho tremēdi
magisq; moderati principis aspectus. Nec plures habuit dentes sed vnū atq; inte-
grum os desup quasi leuibus quibusdā rimulis in dentium figurā distinguebatur
Splene laborantibus mederi videbatur galli sacrificio albifacto & resupinis iacen
tibus dextro pede pressis nec quisq; adeo vilis aut adeo pauper erat cui huiusmo-
di auxilium postulanti denegaret. Premiū vero huius medele post sacrificium gal
lum capiebat idq; sibi iocundissimū erat fecerunt eius pedis maiorē digitū vī quan
dam habuisse diuinam itaq; cū eius mortui reliquū corpus crematū esset digit9 il-
le integer illesusq; ab igne permansit sed hec postea. Septimū decimū sue etatis an
num agens cum regnum stabilissime tenere videretur forte euenit vt cum vno ex
Glaucie filiis cum quo simul educatus fuerat qui tūc vxorē acceperat ꝑficisceret.
Eo absente Molossi rursus insurgētes amicos Pirrhi expulerūt ac regia gaza dire-
pta se Neoptolemo tradiderūt. Sic igitur regno spoleatus ac desertus ab omnibus
ad Demetrium antigoni se cōtulit. Nam Demetrius sororē Pirrhi Deidamiā vx
orem habebat quam adhuc paruā Alexandro rosanes promissam rebus illi9 fractis
iuste iam etatis Demetri9 acceperat In magna vero illa apud ipsorū pugna qua ab
omnibus regibus terre certatum est Pirrhus affuit admodū tunc adolescens ꝑ de
metrio pugnans hostes aduersus se cōstitutos in fugā vertit conspicuusq; inter pu
gnatores longe apparuit. Victum autē Demetrium nō deseruit sed & vrbes grecie
fidelitet ei custodiuit. & federe cum Ptholemaco inito obses ꝑ Demetrio in Egi
ptum nauigauit. Postq; vero in Egiptū peruenit sepe ī Gimnasiis venationibusq; au
datie ac fortitudinis opa regi ostentādo & Peronicē quā maxime potentē īter con
iuges regias virtute prestare videbat egregie obseruando colendoq; ꝑmeruit vt ī
ter multos regios adolescētes prelato antigona Beronicis filia ex Philippo antea
quā Ptolomeo nupta foret suscepta sibi vxor traderetur. Fuit autē Pirrhus vt de
spectior inferiorꝫ sic potentiores cōmodi sui causa adire prompt9. Post has vero nu
ptias etiam magis quā ante claruit & adnitente vxore vt cum copiis pecuniisq; in
Egiptum pro recuperatione regni mitteretur obtinuit. Fuit autem eius ī Epirū

aduentus gratus ob Neoptolemi odium qui grauiter violēterq; regnabat. Veritꝰ
tamen ne ad aliquē potentiorum regū Neoptolemus cōuerteret fedus cum eo fir-
mauit super regni societate. Sed procedente tēpore non deerāt qui clam eos irri-
tarent & alterutrum in suspicionem adducerēt. Que tamē causa maxime Pirrum
cōmouit tale principium dicitur habuisse. Mos erat regibus in passarone is est mo
lossidis regionis locus ioui pugnaci quotānis sacra facere ibiq; iusiurandum Epiro
tis prestare reciperēq; hi secundum leges se gubernaturos regnū illi regiam pote-
statem legittime cōseruaturos promittebāt. Ad hec peragenda aderāt ipsi reges
munera accipientes donantes. In his itaq; Gelon quidam Neoptolemo in primis fi-
dus Pirrhum benigne adiens duobus boum iugis eū donauit hos boues Mirtulus
qui vino preerat a Pirrho postulauit Pirrhꝰ donare noluit sed alteri cōcessit quod
cum grauiter ferret. Mirtulus capta hinc occasione Gelonem ipsū ad cenam vocat
suadetq; vt susceptis Neoptolemi partibus veneno Pirrhum necare aggrediatur.
Id Mirtulus cum sibi placere ostendisset pollicereturq; facturū cuncta vt erāt pir
rho suggesit. At ille cupiens rem ꝙ pluribus esse notam vt sic redargui clarius pos
set alexietatem poculorū magistratum participem facinoris acciri iubet quo facto
ad Gelonem per Mirtulum deducto cū ipse Gelon per hunc modū deciperetur neo
ptolemus falsa spe ductus & insidias recte ꝓcedere credēs rem non cōticuit sed cū
leticia ad amicos protulit & apud sororem Cadmiā aliquando exhilaratꝰ de his re
bus loquacitate vsus est cum audiri se a nemine putaret. Nullus enim aderat prēt
Phanaretem Sāmonis magistri pecoris vxorem que cōuersa ad parietem in lectu-
lo quodam dormire videbatur. Sed Phanaretes omnibus auditis ad Anthigonam
Pirrhi vxorem cuncta que Neoptolemū dicentem audierat detulit. Pirrhus ergo
his cognitis tunc quietem egit sed paulopost ad cenam vocatū Neoptolemum oc-
cidit intellecta Epirotharum volūtate quorum magnā partē sibi fauere senciebat:
iubentes vt anticiparet Neoptolemū de medio tollere nec parte regni cōtentus fo
ret: sed naturam suam maiora flagitantem sequeretur. Post hec memor Beronicis
& Ptolomei filium sibi natum ex Antigone Ptolomēū & vrbē in Certonesso Epi-
ri ab se conditam Beronicida nominauit. Dehinc cum multa & magna concepisset
animo ac prius propinquis maxime intenderet Macedonie se inseruit per hunc mo
dum. Antipater primus ex Cassandri filiis Thessalonicā matrem necauit & Alexā
drum fratrem regno expulit. Hic ad Demetriū misit petens auxiliū & simul Pir-
rhum vocauit sed Demetrium aliis negociis remorātibus superueniens Pirrhꝰ so
cietatis premium petiit Nimpheam vrbē & maritimam Macedonie oram & sub-
actarum gentium Ambrachiam Acarnaniā Amphilochiam quibus ab adolescente
concessis ea Pirrhus loca presidiis suis firmauit. Reliqua vero ab Antipatro abdu-
cere & Alexandro acquirere perrexit. At Lisimachus cupiens quidē Antipatro
succurrere sed aliis impedimentis prohibitꝰ litteras Ptolomei nomine cui nihil de
negare Pirrhum sciebat falso trāsmisit per quas postulabat vt Pirrhus trecētis ta
lentis ab Antipatro acceptis exercitū deduceret. Eas litteras cum dissoluisset Pir
rhus statim fallaciam animaduertit. Non enim scriptū erat vt cōsueuerat pater fi-
lio. Sal. Sed Ptolomeus rex Pirrho regi. Sal. Lisimachū itaq; iurgatus cum nihil
ominus pax ei placeret ac eius firmande causa reges conuenissent poreo thauro &
ariete sacrificii causa adductis. aries ipse repente nulla adhibita opera mortuus est
ob quod signum licet ab aliis derisum Pirrhꝰ firmare pacem noluit monitus a the
odoro auruspice hoc vni ex tribus regibus mortem portendi. Sic igitur īfecta pa
ce cum res Alexandri stabilitatem iam accepissent Demetrius aduenit. & quoniā
non indig ute nec vocante tunc Alexandro veniebat Suspectus statim fuit eius ad
uentus. Paucis denique diebus vna cōmorati insidias alterutrum tendere ceperunt

ſed ꝑuenit Demetrius adoleſcenteq obtruncato rex Macedonie appellatur. Erãt
& prius Demetrio aduerſus Pirrbum querele & diſcurſiones quedam ex Theſſalia
facte. Innatuſq potentiis cupiditatis morbus in ciuitatẽ ſuſpectam inſidamq faci
ebat preſertim poſt Deidamie mortẽ. Tunc itaq Macedoniam ambo obtinẽtes &
in idem permixti maiores diſcordiarũ occaſiones contraxerũt. Cum igitur deme-
trius fines Etbolorum ingreſſus Etbolos ſuperaſſet Pantancbo duce cũ parte co
piarum ibidem relicto ipſe aduerſus Pirrbum cõtendit. Hic ſecus Pirrbus vbi bec
audiuit contra illum properauit Sed cũ diuerſis itineribus procederent ambo trã
ſierunt. Demetrius quidem in Epirum & predam abduxit. Pirrbus vero vſq ad
ea loca vbi Pantãcbus erat progreſſus pugnã cõſeruit. Magnum fuit in eo prelio
militum certamen ſed maximum ipſorũ ducum. Nam Pantancbus audatia robore
& arte pugnandi omnes qui apud Demetriũ erãt ſine controuerſia antecellens ma
gnitudine animi & fiducia virtutis adductus Pirrbum in ſingulare certamen pro
uocauit. Ipſe autem Pirrbus nulli iferior & Acbillis gloriam per uirtutem magiſ
per genus ſibi vſurpare ſtudẽs per anteſignarios aduerſus Pantancbũ diſcurrit
Infeſtis itaq primo baſtis concurrunt deinde cominus vi atq arte gladiis vtebant
Tandem Pirrbus accepto quidẽ vno vulnere duobus vero illatis abicit Pãtancbũ
proſternitq non tamẽ interfecit amicis illũ rapientibus. Epirotbe ob uictoriã re-
gis exultantes eiuſq virtutem admirati Phalangem Macedonũ ꝑfregerunt Fugi
enteſq perſecuti multis ceſis quinq milia Macedonũ viua ceperũt. Hec pugna nõ
tantum odii ac inimicitie aduerſus Pirrbum pro iis que paſſi fuerant Macedoni-
bus attulit quantũ glorie & admirationis virtutis eius perſtitit iis q preſentes in
prelio pugnam eius cõſpexerunt acritate vultus & velocitate manuũ per ſimilẽ ma
gno Alexandro Pirrbũ extimantibus uiſq illius & procelle certandi quaſi vmbras
& imitationes quaſdam cõſpexiſſe. Alios reges purpura ac ſatellicitibus & iacta-
tione ceruicis occupatos eſſe ſolum Pirrbum armis & virtute magnũ Alexandrũ
referre aiebant. Et ſane quãta peritia rei militaris fuerit in Pirrbo ex iis que in ea
facultate ſcripta reliquit intelligi poteſt. Ferunt Antigonũ interrogatum quis du
cum ſibi optimus videretur reſpondiſſe Pirrbum ſi ſeneſceret omnium ſue etatis
ducum ſibi optimum videri. Sed hic etati ſue dumtaxat eum pretulit At Ham-
bal Cartaginenſis omnium omnino ducũ primũ peritia & ſagacitate Pirrbũ Sci-
pionem ſecundum ſe tertium iudicauit vt in Scipionis vita perſcripſimus Hãc ue-
ro diſciplinam ſemper vigilantiſſime meditatus fuiſſe Pirrbus videtur vt omniũ
ſcientiarũ maxime regi congruentẽ ceteros vero nibilo extimaſſe. Quodam autẽ
loco Pitbon an Capbiſias melior ſibi muſicus videretur interrogatus dicit reſpon-
diſſe. Poliperconta ducem ſibi meliorẽ videri quaſi ea dũtaxat regem querere & in
telligere deceret. Fuit autẽ Pirrbus mitis ac facilis promptus vero & liberalis ad
gracias rependendas Exopi mortẽ permoleſte tulit alium quidẽ humana ꝑperſſum
affirmans ceterum ſe ipſũ cruciare & improbum ducere quod diffidendo ac tardã
do gratiam viuenti non rependerit Creditam ut videretur pecuniã heredibus cre
ditorum ſolui licet. At gracias niſi ſcietibus iis quibus debẽtur perſoluerit vir bo
neſtus & gratus offenditur. Ex Ambracbia vt quendã maledicũ pelleret precanti
bus reſpondit potius apud paucos illic manens quam circumiens apud multis de nobis
obloquatur. Quoſdam qui per uinolentiam virgia in eum iactauerant ad ſe poſtea
deductus rogauit an illa aduerſus ſe dixiſſent reſpondẽte vero quodam ex ipſis ita
o rex & plura etiam dixiſſemus ſi plus vini affuiſſet ridens Pirrbus ſtatim eos di-
miſit impunes. Vxores potentie ac rerũ gratia multas accepit poſt Antigone mor
tem. Nam & Autoleotis pannonie regis filiam & virẽnam Vardilii Illirici & La-
naſſam Agatbochs Siracuſam dotem afferentem Corciram ab Agatocle captam.

Pirrhus.

Ex Antigona quidem Ptolomeum ex Lanassa vero Alexandrum ex nirema Helenum filios suscepit omnes manu promptos ac bello feroces. Statim a pueritia ad hoc ipsum in nutritos. Dicitur eidam ex filiis puero adhuc patrem roganti cuinam regnū relinqueret respōdisse ei ex uobis qui gladium acutiorem habebit. Sed hoc nihil differt ab illa tragica detestatione. Acuto ferro diuidant fratres domum sic inhumana & fera regnandi cupiditas est. Post hanc pugnam Pirrhus cum magna gloria & celebritate nominis ac leticia in Epirum reuersus cum Aquila ab Epirotis salutaretur per uos inquit Aquila sum qui me vestris armis tanq̄ alis in altū extulistis. Deinde cum audisset Demetrium grauiter egrotare celeriter Macedoniam quasi predam abacturus īgressus parū abfuit quī totum regnum acquireret vsq̄ ad esam enim profectus est nemine obuiam prodeunte multis vero ad eum deficientibus ac iuuantibus donec ob magnitudinem periculi Demetrius contra valitudinem suam excitatus & p duces ac familiares copiis contractis aduersus Pirrhum surrexit. Ille autē quia magis predatoria manu q̄ exercitu venerat non substinuit sed fugiens partem copiarū paruam amisit. Non tamē quia faciliter repulerat eum Demetri9 ideo Pirrhum cōtempsit sed cū statuisset res magnas aggredi & paternum recuperare imperiū & ad hec centum milia militum & quingentas naues cōpararet non voluit cum Pirrho bellando temp9 terere nec vicinū grauem impigrumq̄ Macedonie hostem relinquere sed pacem cū eo firmauit vt cōtra alios reges vadere posset. Facta igitur pace cum magnitudo apparatus ac mens Demetrii simul conspiceretur cōterriti reges per litteras ac nuntios Pirrhū solicitabant mirari se affirmantes si facultatem nocendi Demetrius preclare nactus eā omittat & cum ipsum aliis bellis occupatum perturbatūq̄ Macedonia expellere possit tempus expectet quo cū illo aucto potentia ac vacuo reteroq̄ impedimentorū pro aris ac focis Molossorum decertet presertim qui nuper sibi Corciram & eius vxorē abstulerit. Nam Lanassa Pirrho īfensa quod aliis vxoribus magis deditus videretur in Corciram abiit Demetriumq̄ quē maxime indulgentē mulieribus audierat ad nuptias vocauit. Ille veniēs vxorem Lanassam accepit & Corcirā suis presidiis occupauit. Hec reges ad Pirrhum scripserunt & simul ipsi dum circa apparatus belli Demetrius immoratur nouare res ceperūt. Nam Ptolomeus magna classe grecas adiēs vrbes a Demetrio eas seduxit. Lisimachus vero superiorem Macedonie partem per Thraciam ingressus populauit. Et Pirrhus simul insurgens Beriā inuasit ratus quod euenit per Demetrium cōtra Lisimachum obuiam euntem inferiorem Macedonie partē sine presidiis reliquisse. Ea nocte visum est Pirrho se ab Alexandro magno vocari atq̄ adeuntē iacentē conspicere verbisq̄ humanis & amicabilibus recipi. Et cum inter cetera diceret alexander auxiliū se Pirrho impigre laturum fretus audacia Pirrhus & qua ratione īquit imperator qui egrotus iaces me iuuare poteris. Ad hec alexander se uel nomine dūtaxat id facturū promittēs equum ascendisse duremq̄ se Pirrho prestitisse visus est. Hoc itaq̄ somnium erexit Pirrhum quamobrem subito exercitu traducto Beriam īuasit ibiq̄ parte copiarum relicta reliquos sequi iussit. At Demetrius his cognitis cum preterea in castris tumultum Macedonum cerneret formidauit vlterius contra Lisimachum exercitum ducere ne ob propinquitatem regis Macedonis origine & gloriam habentis milites ad ipsum deficerent. Itaq̄ contra Pirrhum vt pote alienum & Macedonibus perosum se conuertit. Sed positis iuxta castris multi ex Beria venientes Pirrhum laudibus extollebant bello inuictum ac preclarū virū humanum vero ac benignum erga eos quos vicisset predicantes. Subiiciebat quosdam & ipse Pirrhus qui se Macedonas simulantes dicerent abesse tempus vt ex graui Demetrii dominatu ad virū benignum & amatorem militum transirent. His plerisq̄ Macedones

mentem prestabant ac videre Pirrhum queritabant. Pirrhus aũt stabat detracta
casside ac rursus eam capiti īponebat vt īsigne hircinoq; cornuum nasceretur. Ma
cedones tesseram petere alii querneas sibi coronas facere ceperũt quod & Pirrhi
milites ea fronde coronatos cernebant. Iam quidã ipsi Demetrio dicere ausi erãt ip
sum recte facturum si cederet ac regnũ dimitteret. Itaq; Demetrius motũ exerci
tum cernẽs atq; ob id cõterrit9 clã aufugit causia quedã & simplici chlamidula suc
cinctus. Pirrhus aũt ī castra receptus & rex Macedonũ appellatus est. Sed adue
niente postea Lisimacho & cõmune opus Demetrii profligationem predicãte ac di
uidendum inter eos regnũ censente quod nõ diu satis credebat Macedonibus pir
rhus iuxta Lisimachi postulata regnum & vrbes diuisit. Hoc nõ bellũ distulit sed
paulopost senserunt nõ cessationem inimicitie sed indignationũ ac discordiarũ pri
cipium per diuisionem iniisse Quorum enim non pelagus nõ montes non deserta so
litudo non qui Asiam Europãq; diuidunt termini cupiditates diffiniunt eos se con
tingentes ac permixtos quiescere nullo modo est existimãdum: sed pugnabũt sem
per insidias atq; inuidias ingenitas habentes paceis enĩ & belli nominib9 tanq; nu
mmis vt contingit vtuntur nõ ad iusticiam sed ad cõmoditatẽ: tunc meliores cum
aperte bellum inferre fatentur q̃ cum iniuriatum cessationẽ amicitiã vocãt Ostẽ
dit id Pirrhus iterũ contra Demetrium vires tanq; ex infirmitate aliqua colligen
tem pro auxilio grecarum vrbium profect9. Nam cum Athenas venisset & arcem
ingressus dee Palladi sacra fecisset atq; eadẽ die ex arce descenderet. Gratũ inquit
sibi fuisse Atheniensiũ fiduciam quã eos de se habere cõspexerat. Ceterum si sape
rent nulli posthac regum portas aperirẽt Deinde cum Demetrio pacem fecit: ac
paulopost illo in Asiã profecto rursus cum Lisimacho in graciã reuersus Thessaliã
Demetrio abstulit. melioribus vtens Macedonibus in bello q̃ ī pace & ipse omni
no nequaq; ad quietẽ natus Tandẽ Demetrio in Siria profligato Lisimachus iam
a ceteris bellis ociosus & quietẽ agens aduersus Pirrhum contendit. eumq; apud
Edessam superatũ ad inopiam commeatuũ redegit ac subinde per litteras ac nunci
os ad principes Macedonũ scriptas perabsurdum esse inquit si peregrinum homi
nem cuius maiores semper Macedonibus seruissent dominũ haberi contenti Alexã
dri amicos familiaresq; repellãt quibus verbis cũ multi permouerentur cõterritus
Pirrhus eum Epirotarum ac sociorum manu abiit omissa per eum Macedonia mo
dum per quem ãtea ipsum oneherat. Vnde nec accusare populos ad utilitatem suã
se mutantes regibus licet. Nam popu'i in hoc ipsos reges imitantur perfidiarũ ac
proditionum magistros qui eum maxime lucrari putãt qui minime iusticia vtãt.
Tunc itaq; in Epirum amissa Macedonia reiecto cum quiete & pace viuere fortu
na dabat. Sed ipse si non inferre aliis nec ab aliis pateretur molestias nauseam rat9
instar Achillis tollerare quietem non poterat sed tabescebat animus illic manẽs pu
gnamq; & bellum cupiebat Suscepit igitur nouarũ rerum huiusmodi materiã Ro
mani aduersus Tarentinos bellum gerebant Hii cum nec bellum substinere nec de
ponere ob superbiam ac prauitatẽ principum suorum valerẽt Pirrhum ducem ad
bellũ vocare statuerunt vtpote inter ceteros reges magis ociosũ & rei militaris pe
ritissimum Huic sentẽtie licet per maiores natu grauioresq; resisterẽ tamẽ qui bel
lum cupiebant ī contionibus plus poterãt strepituq; & vi audiri bonos & pruden
tes viros non permittebãt Quo in tempore quidã Meton nomine vir vrbanus ea ip
sa die quo decretũ de Pirrho vocando sciri p populum debebat & multitudo in cõ
tione sederet accepta corona & lampade quasi ebri9 tibicine ducẽte ludibundus in
contionẽ peruenit. Vtq; fit in turba populari aliis applaudentib9 aliis ridẽtibus &
vt pcederet ī mediũ imitãtib9 pcessit ille & quasi cãtatur9 astitit: sz vbi silentiũ na
ctus est. Viri tarẽtini inqt benefacitis q iocari & ludere volẽtib9 dũ licet pmittitis

Si tamen sapitis cuncti ac ludorũ libertate fruemini antequã Pirrhus adueniat. Nã tunc non nostro sed ipsius arbitrio viuendum erit. Hec verba multos ex Tarẽtinis cõmouerunt murmurq; fuit per cõtionem laudantium approbantiumq; sed qui romanos timebant ne facta pace dederentur formidãtes populum increparũt quod ita inhoneste se deludi paterentur & simul his dictis Metonem cõtione propellũt. Decreto igitur per hunc modũ firmato oratores cũ donis ad Pirrhum transmittuntur non solum Tarentinorũ verũetiam Italicorũ qui dicerent se duce indigere sapienti & magne auctoritatis. Nam copias satis ingentes sibi ĩ Italia affuturas ex Lucanis Messapiis Sannitibus equitum enim .xx. peditum .cccv. milia habiturũ. Nec non solum ipsum Pirrhum extulere sed etiã Epirotas ad militiam promptiores fecerant. Erat quidam in Tessalia Cineas vir magni ingenii & vtpote qui Demosthenis auditor fuerat in imitationem eius traditus maxime vim tacendi illius assequi videbatur. Hic apud Pirrhum degens cũ sepe ad ciuitates transmitterẽ verum esse ostendit id Euripidis dictũ Omnia conficit oratio que hostile ferrum conficere non potest. Nam Pirrhus ipse dicere solebat plures a Cinea oratione quã a se armis vrbes esse partas. Itaq; ipsũ semper in honore habuit maxime vsusq; opera illius plurimum est. Hic igitur Cineas Pirrhum ad Italiam inclinatũ cernens nactus illum aliquando ociosũ in huiusmodi sermonẽ adduxit. Egregii quidem bello Romani esse dicuntur multisq; bellicosis gentibus imparare. Quod si eos superare dii nobis dederint. Quid tunc agemus Pirrhe? Ad hec Pirrhus de re haud quaq; obscura inquit. O Cinea precõtaris. Neq; Barbara enim nobis neq; Greca ciuitas illic resistere valeret Romanis superatis. Sed haberemus cõfestim Italiam totam cuius magnitudinem & potẽtiam te ignorare minime arbitror. Parũper ergo cõmoratus Cineas enim uero cum Italiã cepimus inquit quid tunc agem9. Et Pirrhus non dum mente eius intellecta proxima inquit Sicilia est insula felix ac populosa capi vero facilis ob seditiones ac discordias ciuitatũ Recte dicis inquit Cineas sed an finis militie nobis erit Siciliam cepisse Deus modo inquit Pirrhus victoriã prestet. Nam his veluti preludiis vtemur ad res maximas cõficiẽdas. Quis enim se Libia abstineat & Carthagine quã nuper agathocles clam ex Siracusis ꝓfectus exigua classe paulo abfuit quin caperet. His autẽ victis nullus nobis resisteret hostis. Ita est inquit Cineas. Constat enim ꝗ & macedoniã recuperare & grecie dominari certissime: cũ hac potentia licebit. Sed victis omnibus ac subactis: quid faciemus tandẽ. Et pirrhus ridẽs ociũ inquit agemus: & quotidiana festiuitate fruentusq; sermonibus leticiaq; perfruemur. Cum ad hec Cineas pirrhũ adduxisset: at quid vetat o rex inquit quo minus nũc ista leticia & festiuitate & ocio ꝑfruamur. adest quippe nobis sine labore facultas eoꝝ ad que per sanguinẽ molestias & pericula nostra & alioꝝ peruenturi simus. His Cineas verbis turbauit potius regem ꝗ ab incepto retraxit: spem eoꝝ que conceperat deponere nequeũrem. Primo igitur Cineã cum tribus milibus militũ Tarentũ misit. deinde multis ratibus & omnifariã nauigiis ex Tarento delatis .xx. elephãtes equitũ tria peditũ .xxiii. milia: funditores & sagitarios quingẽtos imposuit. Hoc apparatu nauigãs cum mediũ teneret Ioniũ: rapitur vento borea intẽꝑestiue exorto: classis per mare disiecta: nauesq; diuerse alie in Libicũ ac Siculũ pelagus delate sũt alias sũmam iapagiã superare nequeũtes nox simul & procella in loca aspera cecaq; allidens omnes confregit preter regiã nauim. Hec enim nautaꝝ & gubernatoꝝ magna vi aduersus venti impetũ nitentiũ: tandẽ litus versũ adigitur. & dum obliquũ habuit ventũ magnitudine ac robore resistebat euadebatq;. sed postq; a terra veniẽs procella ferire prorã cepit. ac periculũ erat ne fatisceret & se mari seuiẽti variisq; agitato ventis permattere terribilissimũ omniũ videbat. Pirrhus sese ex naui in mare deiecit statimq;

circa ipsum familiarium amicorumq; erat certamẽ. sed nox & fluctus cum magno
fragore ac violentia opus difficile auxiliantibus faciebant. Ita vix tandem luce ex-
orta vento deficiente ad terram peruenit corpore quidem exausto penitus: sed ro-
bore animi inuicto Messapii in quorũ litora euaserat promptissime ad opem feren
dam conuenerũt & simul naues quedam Pirrhi tempestate superstites aduenerũt
In quibus erãt equites perpauci peditũ vero circiter tria milia elephanti duo. Cũ
his itaq; copiis profectus militib; quoq; a Cinea obuiam ductis Tarentũ intrauit
Primoq; tempore nihil inuitis Tarentinis agere cepit euoad nauibus ex mari ser-
uate copie conuenire. Tunc autẽ videns populum sua spõte nec seruare se ipsũ nec
seruari ab alio posse: sed tanq; illo propugnaturo domi sedere balneis cõuiuiisq; in-
dulgentem clausit Gimnasia & deambulatoria in quibus spaciantes pro rebus ver
bis militabant potus vero & lasciuias intempestiuas inhibuit. Delectũ habuit ita
acrem vt multi imperium ferre insueti ex urbe migrarent seruitutẽ vocantes non
viuere ad uoluptatem. Sed cum Albinus Romanorũ consul cum magno exercitu
aduentare & iam Lucaniam vastare nunciaretur nequaq; non dum aduenisset soci
orum copie tamen indignũ ratus id tollerare. Pirrhus cum exercitu obuiam pro-
fectus est. premisso caducearore ad Romanos si vellent ante bellũ se iudice & me-
diatore cum Tarentinis de iure causam decerni? Responso aũt a consule dato Ro-
manos nec elegisse Pirrhum iudicẽ nec formidare hostem tũc ꝑgressus inter pan-
dosiam vrbem Heracliamq; castra posuit. Ibi cum audiret Romanos trans flumen
Sirien castra habere sec9 ipsũ amnem speculandi gratia obequitauit ordinemq; &
formam castrorũ custodiasq; & disciplinam Romanoꝝ admiratus Hec inquit Bar-
barorum disciplina Barbara non est sed opera eorum videbimus ac de futuro iã sol
licitus expectare socios statuit. Aduersus aũt Romanos si forte transire amnẽ tem
ptent stationem opposuit. At Romani vt illi expectare decreuerat sic ipse preue-
nire festinãtes transire flumen ceperont vado pedites equitesq; pluribus simul lo-
cis. Itaq; greci metuentes ne circũuenirentur se retraxerũt & Pirrh9 vt hec sensit
turbatus ducibus pedestrium copiarum mandauit vt confestim armatos milites in
ordinibus continerent. Ipse autẽ cum tribus milibus equitum profectus est sperãs
transeuntes adhuc & sparsos romanos sine ordine inuasurũ Sed postq; clipeos mul
tos pro flumine stantes equitesq; in ordine obuiam prodire conspexit. primus in ho
stes delatus armis atq; ornatu egregie insignis gloriam & famã virtutis sue rebus
ipsis asseruit. Manus enim & corpus exhibens prelio & contra hostes fortiter pu-
gnans prouidentiam tamẽ boni ducis nõ obmittebat sed vbicunq; auxilio op9 erat
accurrens rectis consiliis bellum gubernabat. In ea pugna Leõnatus Macedo virũ
Italicum conspicatus in Pirrhum intentũ semperq; contra stantẽ & simul se mouen
tem. Cernis inquit o rex Barbarũ illũ quẽ niger equus pedib; albis portat. Is ma-
gnum quidam agitare animo videtur. Nam te solum intuetur & tibi soli inten-
dit. Et Pirrhus ad hec fata quidem o Leonnate nemo potest effugere. Verum enĩ
nec iste nec alius quisquã hostium in manus nobis venisse gaudebit. Adhuc loque-
bantẽ cũ Italus citato equo ĩfesta hasta Pirrhum ĩuadit non tamẽ regẽ percussit sed
equum & simul a Leonnato ipsius equus perentitur. Ambo ĩ terram ceciderũt sed
rex asius protectus asportatur Italus vero pugnãs confoditur. Erat hic genere fe
rẽtanus prefectus turme nomine Eplacus hoc docuit regem magis cadauere. Itaq;
cum equites aspiceret impetum ferre non posse: Phalangem insuper accitã oppo-
suit. Ipse chlamide & armis vni ex amicis Iraclitis atq; illius assumptis incognit9
ad prelium reuertitur resistentibus autẽ acriter romanis diu anceps fuit prelium.
Septies enim dicuntur pepulisse ac pulsi esse Nam permutatio armorũ que ad salu
tem regi plurimum contulit paulominus rẽ subuertit victoriamq; hostib; prebuit

Certatim enim ad cedem eius qui arma regia gestabat cōcursum est. Sed ante om
nes dexter quidam nomine illum prostrauit cassideq; & chlamide detracta se Pir
rhum occidisse clamitans & spolia ostentaris ad consulem properauit. Erat ob hoc
romanis leticia grecis vero secordia atq; formido donec Pirrbus intellecta re per
aciem discurrens nudo capite se militibus ostendit. Tandem vero equis Romano
rum ob elephantos conterritus ac sessores inde efferentibus immissus a Pirrbo Tes
salus equitatus Romanos cū magna cede in fugam vertit. Dionisius nō multo pau
ciores. xvi. milibus ab Romanis cecidisse scribit. Hieronimus septē milia solū. Ex
his autem qui cum Pirrbo erant Dionisius. xiii. milia Hieronimus pauciores qua
tuor milibus cecidisse tradit optimos certe ex amicis & ex ducibus & quibus ma
xime vtebatur fidebatq; Pirrbus eo prelio amisit. Sed tamen castra Romanorum
cepit illis deserentibus & vrbes sociorū recepit ac regionē multam populatus est.
Tantum enī processit vt non amplius trecentis stadiis Roma abesset. Post pugnā
Lucanorū atq; Sanniciuni copie ad eū venerunt quos licet de tarditate repreben
derit tamen gaudere & magnificare videbatur quod ipse cū suis & Tarētinorum
dumtaxat copiis magnū Romanoꝝ exercitum superasset. Romani Albinum nō re
uocatunt quanq; dicatur Fabritius dixisse nō Romanos ab Epirotis sed Albinum
a Pirrbo superatum fuisse arbitratus non esse victum exercitū sed ducē a duce ar
te superatum Supplemento igitur babito & insuper amplificato numero militum
nulla mentio pacis a Romanis facta est: que res Pirrbum in admiratione conuer
tit. Visum est igitur Pirrbo vt prior ad eos mitteret experireturq; an pacē vellēt
non enim esse presentis potentie sue vrbem Romanā capere posse amicitiam vero
& pacem gloriosam sibi post victoriam iam partam fore existimabat. Missus itaq;
Cineas a rege cum primoribus ciuitatis locutus est. donaq; ipsis & eorum vxoribꝫ
transmisit. Accepit aūt nemo sed responderunt omnes viri mulieresq; si pax publi
ce fieret & sua omnia regi offerre. In senatu vero multa preclare & humaniter di
cta sunt a Cinea cum & liberationē captiuorum & auxiliū ad subigēdam Italiam
populo Romano Pirrbus offerret ac probis nibil aliud quā amicitiam sibi Taren
tinis securira: em postularet. Et constabat Senatorem ad pacē inclinari victos iam
semel magno prelio & secundā Pirrbi victoriam ob superadditas Italicorū copias
metuentes. Cum Appius Claudius vir amplissimus quidē ceterū senectute & or
bitate oculorum a reip. muneribus cessans auditis bis que a rege nuntiabantur ac
rumore obtinente senatū pacem esse decretuꝫ tolerare nō potuit sed in curiā se de
ferri iussit Latus igitur in lectica per forum vbi ad ianuā curie peruenit filii simul
& genere suscipientes ipsū stipantesq; in senatum duxerūt. Factum est silentiū ad
presentiam tanti viri. Ille autē vbi suo loco cōstitit ita dicere orsus est. Antea qui
dem inquit. P. C. hanc meam oculorū fortunam permoleste ferebam nūc autē do
leo atq; angor quod non vltra cecitatem ipsam surdus etiam sim ne turpes cōsulta
tiones ac sententias vestras que huius vrbis gloriam subuertūt audire cōpellerer.
Vbi est enim illa iactantia quam crebro verbis vsurpare soletis affirmantes si ma
gnus Alexander in Italiam profectus nobiscum adolescētibus aut cum patribꝫ no
stris tunc florentibus cōseruisset bellum nequaq; eum tunc vt inuictū gloriam ha
biturum sed aut fuga aut morte sua maiorē huic vrbi gloriā nomēq; reliquisset Hāc
igitur insolentiam verboꝝ nunc rebus ostendite: Chaonas & Molossos qui semper
Macedonum preda fuere & Pirrbum regē eorū formidatis qui vnum ex Alexan
dri satellitibus semper secutus est ac coluit & nunc nō magis Tarentinis auxilium
ferens quā hostes domi fugiens in Italia versatur Ausus profiteri principatum in
Italia cum hac potentia que ad paruā Macedonie partem conseruandam sufficere
non valuit. Non itaq; hunc remouebitis si amicum feceritis sed alios inuitabitis p

contemptum nostri quasi superare nos facile sit si Pirrhus abibit ne dum pena non
data eorum que cōtra nos fecit versetiam mercede accepta federis ea auctore cū
Tarentinis Sannitibusq; recipiendi. Hec Claudii verba ad studiū belli animos tra
duxere. Itaq; Cinea dimisso responderūt Pirrhus Italia excederet tunc si vellet de
amicicia ac societate verba faceret: quoad uero in armis adesset populū R. aduer-
sus eum belligeraturos etiā si mille albinos pugna superasset. Dicit̄ Cineas interea
dum hec agerent̄ cupiditate cognoscēdi moribus ac institutis romanis studiū im-
partisse atq; de ea re cum optimis viris locutus Pirrho postea retulisse cū alia mul
ta tum senatum romanū multoꝝ regum sibi consessum videri. De multitudine au
rem populi formidare se inquit ne aduersus quandā Lerneā Hidram pugnare vi-
deantur. Supra duplū enim pluresq; antea pugnassent consuli decretos & multi-
cuplos ex his qui arma ferre possent superesse. Post hec legati ad Pirrhū pro cap
tiuis redimēdis missi inter quos C. Fabritius fuit cuius Cineas retulerat maximā
apud Romanos mentionē haberi: ut viri boni quidē atq; bello egregii. ceteꝝ vehe-
menter pauperis. Hunc igitur rex seorsū blanditus ut pecuniā a se caperet suade-
bat non ob aliquā turpem causam sed ob amicicie & hospitalitatis iudiciū. Renuē
te autē Fabricio tunc quidē destitit. Postridie uero ipsū terrere uolēs. utpote qui
nunq; antea elephantū uidisset: iussit dum simul loquerent̄ maximū elephantum
post auleam iuxta se constitui. ac deinde subito aulea sublata elephas ex improuiso
conspectus promuscidē supra caput Fabricii extulit ac vocē terribilem asperamq;
emisit. At Fabritius tranquille conuersus leuiterq; arridens inquit: nec heri aurū
nec me hodie bestia permouit. In cena autē apud regem acta cū multi ac varii ser-
mones inciderent: plerisq; uero de grecia ac de philosophis forte euenit ut Cineas
Epicuri mentionē faceret memorans ea que ab Epicureis dicunt̄ de diis immorta-
libus ac de re p. ut nonnulli finem bonoꝝ in uoluptate ponentes curam reip. fugiē
dam censent: utpote felicitatis corrupcōem. Deos autē a gracia atq; ira lōgissime
remotos: nec vllam de nobis curam suscipiētes in ociosam vitam & plenā volupta-
tum coniciant. Etiam ipso dicente Fabricius exclamās o vtinā inquit hec Pirrho
& Sannitibus cordi sīt q̄diu aduersus nos bellum gerūt. Sic itaq; mentē viri rex
admiratus magis ac magis optabat pacem q̄ bellum cum Romanis habere: & Fa
britiū priuatim rogauit: ut facta pace vna secum esse vellet primus amicorū & du
cum suoꝝ futurus. Ad hec dicit̄ Fabricius submissa voce respōdisse. at ne hoc qui
dem tibi o rex conducit. Illi enim ipsi qui te nunc admirant̄ & colunt si me experi
antur: a me potius q̄ a te regi optabūt. Pirrhus non tirannice neq; superbe uerba
Fabricii suscepit. sed quāta magnitudine animi Fabricius foret ad amicos protu-
lit & captiuos illi credidit soli ut si non decerneret pacem senatus postq; cum parē
tibus ac domesticis saturnalia peregissent ad eum remitterent̄ atq; ita factum est
Post festiuitatem aduersus non redeuntē pena per senatū decreta. Deinde cū Fa-
britius consulatū iniisset. ueniēs quidā ad eum in castris epistolā detulit a medico
regis perscriptā: in qua offerebat se Pirrhū veneno necaturū si premium traderet̄:
sibi absq; vllo discrimine bellū pro Romanis conficiēti. At Fabritius iniuriā homi-
nis detestatus: & collega in eadem sentētia adducto: Pirrhum statim per litteras
monuit vt insidias medici caueret. Littere huiusmodi fuere. C. Fabricius & Q.
Emilius consules Pirrho regi Sal. Neq; amicoꝝ neq; hostiū fortunatus existima-
tor esse videris. Cognosces enim cum hanc epistolā ad nos trāsmissam perlegeris:
te bonis quidē ac iustis viris bellū inferre. malis vero atq; iniustis confidere. Hec
autē non tui gratia nota facimus tibi sed ne mors tua nobis calumniā afferat quasi
virtute nequiremus te superare dolo contendisse. Acceptis itaq; Pirrhus Fabricii
litteris medicoq; iuncto & supplicio iuste affecto ad retribucōz beneficii captiuos

omnes gratis Fabritio Romanisq; restituit rursusq; Cineam misit pro pace firman
da. At Romani nec gracias ab hoste nec mercedem accipere volentes parem Tarē
tinorum & Sannitiū captiuorum numerum Pirrho remiserunt. De amicitia vero
& pace nihil agitari permiserunt priusq; rex ipse cum armis atq; exercitu cunctis
quas secum ex grecia duxerat naues ex Italia nauigasset. Procedēte itaq; bello rur
sus apud Asculum vrbem cum Romanis pugnatum est. In ea pugna cōpulsus rex
ad loca aspera & flumen graue atq; limosū cum elephanti impetum capere nequi-
rent multis vulneribus ac magna suorum cede usq; ad noctem dimicauit nox preli
um diremit. Post triduum vero equioribus locis structa acie & asperioribus salti-
bus presidio occupatis missisq; inter eliphantos iaculatoribꝫ ac sagitariis denso ag
mine Romanos inuasit. At Romani nequaq; a loco vt pridie adiuti sed equa plani
cie contra frontem uenientes cum prius quā adessent elephanti pedites profliga-
re properarent grauiter aduersus Sarissas cum gladiis pugnabant vulnerare ac ce
dere hostem intenti nullā ꝓprii mentionem habebant Tandem post magnū spaciū
dicitur fuga ex ea parte qua rex premebat fieri cepta. Sed plurimū elephanti suo
robore atq; audacia perfecerant nequeuntibus Romanis virtute vti sed quasi vio
lentia cuiusdam superuenientis fluctus ac terremotus in fugam cōpulsis fuga vero
non longa sed in castra fuit. Hieronimus sex Romanoꝝ milia eo prelio cecidisse tra
dit. A Pirrho autem a regiis cōmentariis relatum esse dicit tria milia & quingen
ta quinq; desiderata. Dionisius tamen nec duas apud Asculum pugnas nec supera
tos tradit Romanos. At semel dumtaxat vsq; ad occasū solis pugnatum Vix tan-
dem prelium diremptum vulnere Pirrhi hasta brachiū transfixi Cecedisse autem &
a Pirrho & a Romanis supra. xv. hominum milia & vtrinq; pariter a pugna cessa-
tum. Dicitur Pirrhus in recensendo numero militum suoꝝ dixisse si alia item pu-
gna Romanos vicerimus omnino perimus. Maxima enim pars militum quos secū
adduxerat interierant & preterea amici atq; duces omnes preter admodum pau-
cos alios quos vocaret nulli erant. & simul socios nimis impigros cernebat. Roma
nis vero quasi ex fonte quodam domi manante celeriter castra replebantur nec su
perati remittebant animum sed magis ad prelium incendebātur. His difficultati-
bus circumuentus in nouas rursus spes incidit. Simul enim ex Sicilia & ex Grecia
viri ad eum venerunt alteri agrigentū Siracusas & Leontinos offerētes rogantes
q; ad pellendum Sicilia Carthaginenses insulamq; a tirannis liberandam sibi auxili
um ferret. Alii ex grecia nunciabāt Ptolomeum Cerannum contra Galathas pro
fectum eum exercitu perisse maximeq; ad tempus flagitare vt cupientibus Mace-
donibus adesset. Questus itaq; aduersus fortunam q; plurimū ac magnarū rerum
occasiones vnum in tempus contecisset & quasi vtranq; in potestate sua haberet. al
teram sibi perire arbitratus deliberabundus atq; anceps aliquantum prestitit. Tā
dem vero ad Siciliam vtpote materiam rerum grandiorū propter propinquitatem
Libie afferentem conuersus. Statim Cineam misit ciuitatibus vti consueuerat ex
parte sua prefaturum. Ipse autem presidio apud Tarentum relicto Tarentinis id
grauiter ferentibꝫ & aut aduersus Romanos bellum gereret vna secū qua de cau-
sa venerat aut qualem acceperat vrbem talem relinqueret postulantibus nullo be-
nigno dato responso sed quiescere eos & expectare tempus iubens in Siciliam naui
gauit. Vt primum Siciliam attigit ciuitates secundum spem antea prestitam sese
illi dediderunt. Eorum autem ad que vi & armis opus fuit nihil a principio resti-
tit sed cum triginta milibus peditum duobus milibus quingentis equitibus ac vi-
ginti nauibus Carthaginenses aggressus eorum potentiam euertit. In expugnatio
ne ericis munitissimi oppidi & magnis Carthaginensium presidiis firmati tota se
arma induit & menia subiēs ludos Herculi vouit si daret sibi vt genere ac fortuna

suis ea die se dignũ pugilem ostenderet. Inde scalis admotis primus omniũ menia
conscendit. Resistẽtium vero multi erant: alios ab vtraq; parte muro deiecit: alios
circa se gladio necatos coaceruauit. ipse quidẽ illesus & terribili ac truci aspectu il
lud homericũ probauit recte ac perite dictũ fortitudinẽ solam inter ceteras virtu
tes sepe furẽtes quosdam impetus habere. Capta vrbe uota deo persoluit: specta
culumq; omnifariã ludoꝝ exhibuit. Mamertinos deinde qui circa messanã incolẽ
tes grecos vocabãt. ac plerosq; ex his vectigales sibi fecerãt aggressus. Erãt autẽ
hii barbari multitudo ingens & bello ferox ex quo latina lingua a marte nomina
bantur publicanos eoꝝ necauit. ipsis autẽ pugna superatis presidia multis ex locis
deiecit. Carthaginẽsibus pacem poscentibus pecuniãq; & classem ꝑ amicicia offe
rentibus respondit vnam esse pacis viam si omissis omnibus citra libicũ mare ter
minos caperẽt. Successibus autẽ & magnitudine reꝝ elatus cum spes eorum pro
quibus a principio nauigarent respõderet primamq; libiam concupisceret. atq; ea
de causa ad implendas quas habebat naues remiges cogeret non benigne sed impe
riose ac superbe ciuitates premebat. Sic ergo contra cõsuetudinẽ sui inicii in quo
egregie mitis ac placidus nulliq; molestus fuerat depopulari tirannus factus in
gratitudinis ac perfidie notam contraxit. Sed hoc ciuitates quanq; grauate tamẽ
quando necesse erat tolerabãt. Verum cum Theona & Sostratum principes Sira
cusanoꝝ qui auctores fuerant ciuitatẽ ei tradẽdi: adiutoresq; in cunctis per Sicili
am suspectos haberet nec secum ducere nec domi relinquere vellet. Ac Sostratus
quidem metu aufugisset: Theon vero ab eo interfectus fuisset non pedetentĩ nec
paruper mutati animi: sed repente aduersus ipsũ siculoꝝ odia exarserunt. Ac sta
tim alie ex ciuitatibus Carthaginẽsibus: alie Marmertinis se coniũxerũt. Cernẽs
igitur defectiones & conspiracões contra se initas Pirrhus litteris Sannitũ & Ta
rentinorũ acceptis q vix resistẽ bello poterãt & exclusi regionibꝫ auxiliũ rogabãt
occasionẽ hinc arripiens abeundi ex Sicilia q̃si non metu nec desperatione reꝝ sicu
laꝝ sed opitulacõis causa recessit. Re autẽ vera cum Siciliã veluti nauem tẽpesta
te agitatã tenere non posset: & occasionẽ abeundi quereret seipsũ rursus in Italiã
proiecit. Ferunt cum abiret Siciliã respexisse ac dixisse. O qualem Carthaginẽsi
bus & Romanis pro hac insula palestrã relinquimus: & hoc quidẽ vt coniectatus
est ita euenit. Barbaris autẽ in ipso recessu insultãtibus Carthaginẽsibus vero na
uali prelio in ipso portu lacessentibus: compluribus ex nauibus suis amissis in ita
liam peruenit. Mamertinoꝝ haud pauciores q̃ decem milibus primo transgressu
signis collatis dimicare cum non auderẽt iniquis locis impetu contra regem facto:
totum exercitũ turbauere. Ibi duo elephanti & multi ex his qui posterius claude
bant agmen oppressi. ipse rex a fronte discurrens aduersus homines bello assuetus
magno cũ ꝑiculo restitit. vulnere aũt in capite accepto cũ paulo ex pugna cessisset
etiã magis extulit hostes quoꝝ vnꝰ pre ceteris ferox procero corpore & splẽdidis
armis supba voce regẽ si viueret in certamẽ ꝓuocabat. At Pirrhus ob hec irrita
tꝰ iraq; incẽsus & sanguine fedatꝰ truciq; aspectu terribilis ĩ pugnam rediit & bar
barũ illũ cõsecutꝰ ita caput ꝑcussit vt vi ictus & virtute gladii vsq; ad partes ĩfer
iores plaga descẽderet cederẽtq; hinc inde diuise corporis partes. Hoc barbaros cõ
tinuit ne ãplius ꝑsequerenť quasi supra humanã vĩ Pirrhũ admiratos cõterritosq;.
Ipse uero q̃ reliquũ erat itineris secure ꝑfectus Tarentũ ꝑuenit peditũ. xx. equi
tũ. xxx. serũ adductis statiq; optimo q̃ ex Tarẽtinis delecto aduersus. ro. qui tũc
ĩ Sãnio castra habebãt cõtendit Sãnites multis iã ꝑlus supati & spe simul cũ rebꝫ
amissa simulq; ob nauigatõem ĩ Siciliã aduersꝰ pirrhũ ĩfensi minꝰ frequẽtes ad eũ
venerũt ſꝫ pirrhꝰ oĩbꝫ copiis bifariã diuisis & parti in Lucaniã missis vt alterũ cõ
sulẽ d̃morarenť ipe contra M. curiũ apud beneuẽtũ castra habẽtẽ exercitũ duxit

Curius vero quod & college aduentum expectabat & simul auguriis pugnare ve-
tantibus pugnam detractabat. Preparans igitur Pirrhus ante eum opprimere q̃
collega aduentaret fortissimis militibus & bellicissimis elephantibus delectis no-
ctu castra ex superiori loco congredi contendit. Vadentẽ longam viam & siluis dẽ-
sam lumina defecerunt. Errorq̃ factus est ortaq̃ exinde mora dies albescere cepit
& ab Romanis conspicitur ex montibus descendere. Primo itaq̃ trepidatum est ĩ
castris: sed tamẽ peractis sacris necessitate cogẽte Curius castra egressus primos
inuadit eosq̃ infugam vertẽs omnes conterruit vt etiam cõplures ibi caderent &
quidem ex elephantibus caperentur. Nec victoria curiũ extulit vt ad iustã descẽ-
deret pugnam itaq̃ prodiens in apertum & signa conferens partim hostes in fugã
vertit partim & ipse elephantorũ impetu ad castra repulsus est. At milites presidi-
o castrorum relicti frequentes pro uallo stabant a consule vocati impetu de superi-
ori loco facto bestias in fugam per suos retrouertere coegerũt. Que res victoriam
Romanis tradidit & simul principatũ. Nam gloriam quasi insuperabiles ex illa vi-
ctoria nacti confestim Italiam & paulopost Siciliam subegerunt. Per hũc modum
Italia Siciliaq̃ decidit Pirrhus sex annorum tempore in illis absũpto & rebus qui-
dem attenuatis sed robore animi ĩuicto famam ex eo bello nactus est quasi peritia
rei militaris & fortitudine atq̃ audatia plurimum inter sue etatis reges precelle-
ret sed que re possidebat spe illorũ que non dũ habebat disperderet nihilq̃ eorũ
que ad tuendũ iam parta attinent conseruaret. Itaq̃ assimulauit ipsũ Antigonus
lusori qui & multa & bene iaciat sed cedentibus vti nesciat. Reuersus in Epirum
cum octo milibus peditũ & quingentis equitibus cum pecuniã non haberent bellũ
querebat vnde exercitũ alere posset. Igitur ad eas quas antea habebat copias qui-
busdã Galathis adiũctis Macedoniã ingressus est: quasi predã exinde abducturus.
Sed cum frequẽtes cepisset vrbes: militũq̃ duo milia ad eum defecissent: amplifi-
cata spe aduersus Antigonũ Demetrii filiũ Macedoniã tunc obtinentẽ duxit: ipsũ-
q̃ inuadens iusta acie dimicauit. Qui extremũ Antigoni claudebãt agmen Gala-
the hi erant fortiter restiterũt uehementiq̃ exorta pugna fere omnes a Pirrho oc-
ciduntur. Duces vero elephãtorũ circũuenti seipsos ac bestias dediderũt. Itaq̃ acce-
ptis his & fortuna magis q̃ consilio fretus phalangẽ Macedonum inuasit. At ma-
cedones metu ac trepidatione pleni sese ab impetu pugnaq̃ continuerunt ac fide
per primores accepta se Pirrho tradiderũt. Antigonus vero profugiẽs quasdã ma-
ritimas vrbes retinuit. Sed Pirrhus in huiusmodi fortuna magnũ aliquid sibi ad
gloriam per ea que circa Galathas egerat peractũ existimans: ornatissimis ac splẽ-
didissimis eorum spoliis in templo Itonidis minerue suspẽsis hoc carmen inscripsit
Hec de pugnaci Galathaꝝ munera gente. Mollossis Pirrhus fixit captiua miner-
ue. Cum totum Antigoni robur totasq̃ subegit. Pugnãdo turmas nec id mirabile
tãq̃. Egregii bello & clari semper in armis. Eacide post pugnam confestim vrbes
suscepit. Egeis vero expugnatis & in aliis durus fuit ac molestus & in eo potissi-
me quod ibi presidiũ Galathaꝝ quos secum habuerat custodie causa dimisit. Gala-
the genus insaciabile pecuniis sepulcra regum que ibi erãt fodere nequaq̃ veriti.
aurum & ornamẽta opima subtraxerũt. ossa vero per superbiã abiecerũt. Hoc pir-
rhus leuius q̃ decebat tolerare uisus est siue ob alia impedimẽta differens siue ob
timorem q̃ barbaros ad suppliciũ cogere formidabat. Itaq̃ in ipsũ redũdauit infa-
mia. nõdu satis firme res Pirrhi in Macedonia erant: cum ipse ad alias rursus spes
mentem conuertit. cleonimus erat sparriata regio genere exortus: ceteꝝ q̃ violen-
tus ac superbus videbatur. nec beniuolẽtiã nec fidem apud Lacedemonios habebat.
Itaq̃ eo excluso Areum regnare iusserãt. Hec erat vetus eius indignatio aduersus
ciues. Vxorem vero accepit cleonida Leotbichide forma prestantẽ: & regio item-

genere exortã. Hec Accotati Arei filii adolescentis insano amore correpta tristes ac infames nuptias Cleonimo prebuit non enim latuit quẽquã sparciatarũ ab vxore spretus. Sic igitur domesticis rebus simul & publicis infensus ira atq; indignacione concitus Pirrbum contra sparten induxit. xxv. peditum duo milia equitum elephantos xxiii. habentem. Itaq; ex magnitudine apparatus statim constitit non Cleonimo spartã sed Peloponesum totam sibi affectare. Quanq; verbo quidem Lacedemoniorum legatis apud Megalopolim negauit. Ait enim se venisse vt ciuitates ab Antigoni domiatu liberaret: seq; natos suos minores ni quid probibeat spartam missurum vt Laconicis moribus erudirentur & hoc preceteris haberent regibus. His simulationibus obuios decipiens quã primum Laconicã attigit. Predam & rapinam late exercuit. Incusantibus aũt legatis quod non in dicto bello eos inuasisset. At nec vos inquit sparciate quod facturi estis aliis pernũciatis. Inde Lacedemona exercitum admouit quã cũ Cleonimo placeret primo aduentu inuadere. Veritus vt ferunt Pirrbus ne milites vrbem noctu ingressi diriperent exercitum cõtinuit inquiens hoc postridie se facturũ. Ea dilatio ciuitatem seruauit nã sparciate qdem pauci erant & imparati Areus ipse nõ aderat sed in creta corcireis bellãtibꝫ auxilium tulerat. Pirrbus igitur neminem sibi repugnaturũ existimãs iuxta vrbẽ castra posuit. Cleonemi vero domum amici clienteſq; sic ornauerant ac parauerant quasi Pirrbus apud eum cenaturꝰ esset. Per noctem Lacedemonii primo decreuerant feminas omnes in cretam mittere sed ipse cõtradixerũt. Quarũ Archidamia cum gladio in senatum venit viros iurgata se uiuendũ feminis putent sparta euersa. Deinde contra hostium castra vallum ex curribus facere statuerunt: vnde stationem ab impetu elephantorũ tutã babentes resistere possent. Hoc facere incipientibus venerunt virgines ac mulieres vnacũ senioribus vt sibi id opus conficiendũ relinquerent: eos vero qui pugnaturi erant quietem agere corporaq; curare iusserũt. Ipse insuper terciam partẽ fosse fecerunt. Latitudo sex cubitorũ profunditas quatuor longitudo Ortopletron vt Philarchus scribit: vt vero Hieronimus aliquanto minor. Postridie sũmo mane cum hostes mouerentur mulieres arma telaq; viris ministrantes pugnare viriliter hortabantur. Vt dulce quidem in oculis patrie vincẽ preclarum vero in manibus matrum ac feminarũ interire. Cleonis aũt seorsum ab aliis laqueum parauerat ne vrbe capta in potestate Cleonimi viua perueniret. Pirrbus cum robore armatorum in ipsa frõte aduersus cõfertos sparciatarũ clipeos per ipsum aggerem haud quaq; satis firmũ propter recentiam operis impetũ fecit. ex alia parte Ptolomeus filius cum duobꝫ milibus Galatharum atq; Chaonũ delectorum repleta fossa currus transgredi nitebatur. Currus alte de fossis in terram rotis & inter se connexi non solum transire conantibus aditum nõ permittebãt sed & Lacedemonis grauem ac deficilem defensionẽ reddebant. Sed cũ Galathe rotas euellere & in flumen trahere conarent̃ conspicatus periculum acrotatus adolescens per urbem discurrit secumq; trecentos homines rapiens Ptolomeũ minime hoc suspicantem per quedam connexa abiens circũuenit. Extremosq; adortus ab oppugnatione valli in se pugnam vertere coegit impeditos inter currus & in fossas ruẽtes magna cede propellit. Spectauerãt seniorũ & mulierum turbe acrotatũ egregie pugnantẽ. Itaq; cum paulo post per urbem ad stationẽ suam reuerteret̃ sanguine madens & victoria exultans cellior sane ac pulchrior Lacenis videbatur & Cleonidis inuidebant amori. Suorum vero nõnulli sequebant̃ clamãtes vade age acrotate tibi habeas Cleonida. Modo quoq; probos natos patrie crea. Ab ea etiam parte qua Pirrbus erat multi ex Lacedemoniis egregie pugnarunt & in primis Phillius post plurima fortitudinis opera & magnam hostium cedem cũ sentiret multitudinem vulnerum se deficere loco suo alteri tradito inter suos cadere prouidit ne

corpus eius hostes haberent. Nox tandem oppugnationem diremit. Ea nocte per
quietem Pirrhus talē habuit visionē Videbatur sibi Lacedemona fulminibus a se
missis percussam cōflagrare totam seq; ob id factū mire letari. Pre gaudio itaq; ex
citus e somno milites arma capere iussit & amicis somniū enarrauit quasi ī urbem
expugnaturus cui cū alii vehemēter assentirent cōgauderentq; Lisimachus nō pla
cere sibi visionem respondit sed vereri se ait ne quemadmodū loca de celo tacta re-
manent a via sic Pirrho ingressus in urbem denegari a diis īmortalibus ostēdatur
At Pirrhus hec ut vana atq; indocta aspernat⁹ fiducia plenus luce prima milites
in oppugnationē adduxit. Lacedemonii virtute mirabili resistebāt & aderant mu
lieres tela vina & cibaria ministrantes vulneratosq; suscipiētes. Macedones qui cū
Pirrho aderant fossas implere materia armisq; & cadaueribus iniectis conabant̄.
Ad hoc cum Lacedemonii cōcurrerent cernūt Pirrhum inter currus ipsos equo ꝑ
fectum magna vi aditum vt urbem irrūpat. Clamore ab ea parte exorto & concur
su in eum facto dū adigit equum in hostes Pirrhus crerensi telo sub uentre equus
pertutitur quo ex vulnere concitus moribundus in loca ardua ac lubrica Pirrhum
ꝓstrauit & hec & cetera cessauit pugna. Sperabat tamē Pirrhus Lacedemones
qui pene omnes vulnerati & cōplures mortui erant remissuros tandē animos. Sed
bona eius vrbis fortuna siue hominū virtutem experiri siue quantā haberet potesta
tem ostendere volēs cū iam parum spei Lacedemonis superesset animā Phocē sem
vnum ex ducibus Antigoni cū militibus cōductis ex Corintho auxiliū ferentē ad-
duxit. Nec multo post Areus rex his cognitis ex creta ꝓpere rediit militū duo mi
lia secum ducens Itaq; mulieribus domum remissis nec amplius eis permissa defen
sionis cura & senioribus qui arma necessitate cogente acceperant dimissis ipsi pu-
gnam susceperunt. At Pirrhū maior habebat cupiditas ob ea que superuenerant au
xilia vrbis expugnande. Sed cum nihil proficeret multis plagis acceptis tandē ab
oppugantōe destitit predaq; ex agris abacta ibi hyemare cogitabat sed fatum vi
tari nequaquā potest. In agro enim Aristei cōtra Aristippum factio erat. Cū ergo
Aristippus Antigoni amicitia frui videretur: Aristeus Pirrhū vocare in argos ꝑ
perabat. At Pirrhus alias spes ex aliis semper innoluēs & successibꝰ quidē ad alia
capescenda elatus que aūt aduersa euenerant aliis corrigere & emendare cupiens
nec vincens nec victus quietem agere sciebat. Confestim igitur Argos contendit.
Areus multis insidiis dispositis viaq; qua maxime difficilis erat occupata Galatas
& Molossis qui extremum claudebant agmen lacessebat. Pirrho ex sacris rito per
actis dictum per Aruspices erat iacturā cuiusdā ex necessariis ea die cauendā esse
sed ex tempore ob tumultum mente seductus iussit. Ptolomeū filium laborātibus
auxilium ferre. Ipse autem propere angustiis exercitum educebat. Acri autē pug
na circa Ptolomeū exorta delectorum sparciatarū quorū dux erat eualcus & inui-
cem implicatis Cresus quidem Cretēsis vir robustus ac manu prōptus ex obliquo
discurrens acriter pugnātem adolescentē trāsuerberat prosternitq;. Ad cuius ca-
sum cū fuga suorū facta esset sequentes Lacedemonii vincentesq; ꝑ in apertā planici
em parum caute se effunderūt. In eos itaq; Pirrhus audita filii morte dolore & ira
incensus se cum equitatu Molossorū cōuertit. Ipse ante omnes profect⁹ cede ac san
guine Lacedemoioꝝ cūcta repleuit semper quidem īuictus ac sūmus bello vir sed
tunc priora omnia fortitudinis opera longe supergressus. Citato aūt in eualcū eq̄
parum abfuit quin eualcus qui obliqu⁹ erat manum Pirrhi qua habenas tenebat
amputaret & certas ipsas habenas precidit sed Pirrhus cum illum trāsfodisset ex
equo prosiluit ac pedes dimicans totam super vno eualco pugnantem delectorū ca
ternā occidit. Per hunc modum magno sterit Lacedemoniis cupiditas ducū qui cū
finem iam cepisset bellū gloriā vincendi sequebant̄. Pirrh⁹ vero quasi lustratōem

quandam filio soluisset & funebre splendidum celebrasset certamē magna doloris
parte in ulcione relicta Argos cum exercitu contendit Cognito aūt Antigoni ad-
uētu qui arduis locis supra planiciē insederat ipse circa nauleam castra posuit. Se-
quente vero die per caduceatorē ad Antigonū misso vt in campum descenderet &
pugna decernerēt prouocauit. Ad hec Antigonus respondit miliciā suam non ma-
gis armorum quā temporū esse. Pirrho aūt si vite sue tedeat satis multas vias ad
interitum patere. Ambobus autem oratores ex Argo venerūt rogantes vt vrbem
dimitteret ad neutrum eorū pertinentem ambobus amicā. Antigonus verbis eo-
motus filium suum obsidem Argiuis tradidit. Pirrhus aūt ꝑmittebat quidem se
abiturum sed cum fidem non haberet eius ꝑmissio suspectior erat. Hic dū sacra fa-
ceret pirrhus capita boum iam recisa linguas cū gemitu emittere cōspecta sūt. In
argo autem Licei vates cucurrit clamitās cede & cadaueribus plenā vrbem se vi-
dere per obscuram noctē Pirrhus menia subiens per portā quā Diampares vocant
apertam sibi ab Aristio Galathas in urbem premisit. & fuit silentiū quoad forū ar-
giuum occuparunt nec quicq̄ argiui senserāt. Sed cum tandem Elephantos addu-
ctos porta non caperet atq; ob id turris ablata reponerēt & vtpote in tenebris mo-
ra ac strepitus fieret. Argiui rem sencientes ad clipeū & alia munita vrbis loca cō-
currunt missoq; ad Antigonum nūcio ipsū in vrbem vocarunt qui veniēs prope me-
nia subsedit milites aūt filium cum valido presidio in urbem transmisit. Venit eti-
am Areus Lacedemonius mille Cretēses ac Sparciatas secū agens. Et simꝰ omnes
in Galatas impetu facto haud segniter cōturbarūt Pirrhus aūt cum clamore vrbē
ingressus cū a Galatis non satis alacriter reclamaretur coniectās laborātium ac tre-
pidantium esse signa properare suos iussit per cloacas & aqueductus quibus plena
est cum sūmo periculo equites impellens. Erat aūt maxima incertitudo viarū atq;
clamorum erroresq; vt in nocturno prelio per loca arta atq; incognita nec vlla du-
cum moderatio aut opera pre tenebris & ābiguitate esse poterat. Sed perstabant
ambo diem expectantes. Cū itaq; iam illucesceret clipeus armis hostilibꝰ refertos
ipso aspectu Pirrhum deterruit & simul in foro inter cetera ornamenta lupū eneū
& thaurum quasi preliantes cōspicatus perhorruit veteris oraculi memor sibi fa-
tum īpendere extremum cū lupum cerneret aduersus Taurū pugnare. Hec argiui
ob antiqui facti memoriam sculpta ī foro habebāt. Nam Danao primū eas partes
adeunti lupum asserunt visum aduersus taurum pugnantē posuisse vero se lupum
qui aduena incolas inuaderet sic pugne spectato euentu cum lupus vicisset appol-
ni nouisse Liceo ac subīde rem capescentē superfuisse Gelamore qui tūc Argis re-
gnabat expulso. Hec erat causa cur in foro argiuo lupi ac tauri imago posita esset.
ob illorum igitur aspectum Pirrhus & simul quod ea que sperauerat nō procedere
cernebat turbatꝰ pedem referre statuit sed cū angustias portarum formidaret ad
Helenum filium qui cum magna manu extra menia sedebat mittit vt & murū di-
ruat & exeuntes excipiat tueaturq;. Dum vero properat ac trepidat is qui missꝰ
erat nec quicq̄ recte nunciat adolescens per errorē cum reliquis elephantis & mili-
tibus delectis per portas auxilium patri laturus denso agmine ingreditur. Iā Pir-
rhus retrocedere ceperat & quamdiu forū permisit copias subducere egregie ho-
stes repressit. Sed postq̄ ex foro in angiportū quo ad portam iter erat descendit ī
hoc hii qui auxilium ferre veniebant obuiam facti eius subductionem impediunt.
Nam & partim eo clamante non exaudiebant partim & si parere vollent ab extre-
mis venientibus impellebantur & maximus elephas in ipsa porta casu ex transuerso
prostratus exitum prohibebat alter vero ex his qui iā īntrauerant cui victoria erat
nomen prostratum vulneribꝰ gubernatorē reciperet queritans se inter eos qui pe-
dem referebant admiscuit hostes & amicos pari impetu cōculcans donec repertū

gubernatoris cadauer promuscide sublatum ac dentibus ambobus susceptũ reportauit ac veluti furens obuios quosq̃ necabat. Sic ergo inter se pressis & cõplicatis nihil agi poterat sed tota multitudo veluti in unum corpus cõflata erat nec vlla pugnandi repugnãdiue facultas dabatur. Si gladius prõptus aut hasta deflexa erat primi ritu line ex ni n p poterat nec in uagini reponi ac p eum modũ nõ in hostiũ sed in suorũ tela cõpulsi necabantur. Pirrhus igitur cũ hũc estum fluctuationẽq̃ uideret insigne quo galea eius conspicua erat detractũ cuidã ex amicis tradidit. Ipse aũt equo confisus in eos qui insequebãtur hostes impetũ fecit. Ibi hasta percussꝰ cum per Thoracẽ non magnũ nec mortale vulnus accepisset in percussorẽ is erat Argiuus nec claro natus loco sed pauperis anicule filius equũ adegit. Mater forte desuper vnacũ ceteris feminis pugnã spectabat quẽ cognito filii periculo & ob id formidans ambabus manibꝰ tegulam sublatã in caput Pirrhi demisit. Eo ictu casside percussa & spondilis secundũ ceruicẽ attritis lumina eum defecerũt. Prolapsis q̃ habenis ab equo delatus iuxta Licinii monumẽtum incognitus fere omnibꝰ cecidit. Sed zopirus quidã Antigoni miles duobus aut tribus comitatus cũ ipsum cognouisset in uestibulum quoddã protraxit incipientẽ iam se ex ictu recipere Ibi cũ Hopirus ceruicem incisurus gladiũ eduxisset ita torue ipsum prospexit Pirrhus vt illum ad tremorẽ pre metu cõpelleret nec recte sed ad os & mentũ vix tandem ceruicem secaret. Iam res pluribus nota erat cũ Alcioneus Antigoni filius adiens caput petiit quasi cogniturꝰ idq̃ acceptum ad patrem ferre properauit is tũc vna cum amicis sedebat qui postq̃ caput aspexit rognouitq̃ filium baculo percussit ac repulit Barbarum & pollutũ appellãs. Ipse chlamide ante oculos obducta lacrimauit Antigoni aui & Demetrii patris recordatus domesticorũq̃ exemplorum volubilis fortune. Caput itaq̃ & corpus Pirrhi magnifice cremauit: cũ vero Alcioneus sordidatum cõuenisset Helenum eumq̃ benigne & humaniter patri adduxisset cõspiciens eum Antigonus melius inquit nunc quam prius a te factum est fili sed ne nunc quidem satis qui hãc vestem non abstuleris ob quã nos qui vicisse vid remur magis dedecorar q̃ se. Post hec adolescentẽ cõplexꝰ ad priorem habitũ ornatumq̃ restituit & ĩ Epirum remisit. Erga amicos quoq̃ Pirrhi benignus fuit castrorum atq̃ exercitꝰ vniuersi potitus.

Epistola Ant. Tudertini Poete Laureati De vita atq̃ gestis Marii Incipit:

c

VM ARTAXERSI persarum regi aliquando obequitanti agricola quidam obuiam factus aquam vtraq̃ manu e propinquo flumine haustam obtulisset cũ nihil aliud elargiri posset: rex subridens iocundo vultu illam suscepit: nã non rem ipsam sed animum dantis ac voluntatẽ: vt vir nobilissimus metitus est. Putabat enim ea que a benigno prõptoq̃ animo susciperet & si parua essent nõ minus existimãda fore quã si preclara atq̃ permagna munera elargirẽtur Recte quidem humaneq̃ & pro dignitate regia gessit Nam diu multũq̃ a grauibꝰ sapientissimisq̃ viris disputatum atq̃ iudicatum est potius hominis animũ quam res ipsas esse metiendum. Quo fit vt non solum diuites atq̃ potentes liberales esse possint verumetiam tenues cũ de liberalitate ceterisq̃ virtutibus animi pariter diuites pauperq̃ pro uolũtate eorum capece possint. Itaq̃ cum incredibilẽ prudẽtiam animi tui admirarer quod nõ modo iam laudẽ verũetiam admirationẽ cõsecuta sit:

animo institui vt aliqua in re. d. tue gratificarer vitam Marii prestantissimi viri cum nihil aliud maius habeam iocūdissimo animo vt agricola ille dominationi tue dedicare vt tibi gloriam libro aūt dignitatem cōpararem. Nam huius viri prestantiam magnopere admirans animaduertens ꝙ dignū fore eius gesta in manibus ingenui viri tradenda fore nesciebam cui potius hūc tātum virū donarē ꝙ preclare. d. tue Plane in ista etate tua iam tantū dignitatis & excellentie studio labore industria vigilantia iā consecutus es quantū permulti ꝓstantissimiq; viri per longū euū etiam in ipso cano capite assequi nō potuerūt Quare diuina hec potius ꝙ humana esse censeo. Sane iam in ore omniū maxima cū gratia & gloria est admirabilis prudentia. d. tue: quā vt cōiectura assequor anteꝙ senectutē attingas ad amplissimos dignitatis gradus futurā hec preludere videntur. Verū in presentiaꝝ ne longius ab incepto trahamur animus est per laudes. d. tue euagari velle. Itaq; Mariū virū inter romanos celeberrimū humanitatis iure vt libenti animo suscipias & interdū colligendi tui causa legas obsecro: nec eū quod sapiētia & multis bonis artibꝫ egregiisq; virtutibus superos paruifacias. Sed noui humanitatem diuini ingenii tui ac prudentiā Nosti enī optimas artes longe plus apud omnes posse si cū exēplis clarissimorū virorum cōiuncte sint. Hinc est ꝙ multi sapientissimiq; viri parentū virtutis & vite magistram historiā appellauere. Nam admirabilē auctoritatem atq; fidem in foro in curia in comitiis ad īpellendos homines ad prudentiā ad iusticiā ad fortitudinem ad temperantiā ad fidem ad pietatem prestare videtur Tantā certe vim affert rerum gestarū memoria: vt sūmos sepe viros imitemur: vt Fabius piclem Porcius Cato Curiū: Cesar Alexandrum. Hinc est ꝙ prisci illi sapientes viri Socratis Platonis Arestotelis multorūq; aliorum imagines nō solum tabulis & vasis pictas habuere. verūetiam in foro & in templis eneas statuas collocauere: vt ꝑclara illorū facinora sue vite exemplū extarēt Quare Ligurgū virum quidem diuinum postꝙ Lacedemoniis leges edidit. xxx. statuas Aristoteli erigisse legimus. Sed vnde digressi sumus nostra regrediatur oratio. & ad Marium parumper aīm aduertamus Hic deuictis cimbris tantā belli cladem non modo ab urbe romana uerumetiam ab uniuersa Italia propulsauit vt tercium Rome conditorem romani eū appellassent: & quod vix vnquā alter consecutus est septies consolatū iniit: At qd hec nunc recenseo: cū res a Mario gestas in manus. d. tua habeat. Marium itaq; ipsum iam legere aggrediamur: quem si diuino ingenio. d. tue probari sensero: quandoq; preciosiora illi daturum polliceor.

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Marii per Ant. Tudertinum Poetam Eximiū Historia in latinum traducta linguagium Incipit.

g AII MARII quēadmodū neq; Q. sertorii qui hiberos in ius dicionēq; populi. r. redegit neq; L. memmii q Corintū deleuit tertiū nomē dicere nō possumꝰ. Nā Achaicus huic vt affricanꝰ Scipioni vt metello ex re gesta agnomē fuit. Ex quo magnope possidonius reprehensione dignos putat eos qui censent tertiū nomē romanis ꝓprium esse vt camillum vt marcellū vt catonē. Nā q tantūmodo duobꝫ nominibus nūcupant nomine carerēt. Erat aūt ꝙ hac racione rursus ipe sine nomie mulieres esse voluit Nulli enī mulieri ꝓmū nomē ꝙ ꝓpriū apud romanos possidonīꝰ esse arbitrant imponitur. Alii aūt cōmune nomē a cognacōe dixerūt vt pōpeios vt mallios vt cornelius tāꝙ si qs Heraclidas & Pelopidas diceret

Hoc vero dominatum ab Epithbeto ex rebus gestis vel ex natura vel ex aliqua figu
ra & passione corporis impositum est vt Matrinū & Torquatū & Sillam vt est ag
nomen Grippus & Callinicus. Ad hec mala cōsuetudo multa conata est. Marii sta
tuam marmoream multā pre se ferentem rigiditatē ac acerbitatem moribus eius
similem apud Rauennam urbem que in Gallea sita est vidimus. Nam durū atq; bel
licosum animū ei natura effinxerat. Qui cum magis ad rē militarē quā ad .rēp. se
contulisse t intemperantē animum vbi poterat habuit. Fertur quidē neq; litteras
grecas didicisse neq; vllis in studiis grecis preceptoribus vti voluisse. Tanq; ridi
culum esset litteris quarū magistri aliis seruirent operā impēdere. Postq; secūdū
triūphum egit: in templo quodā rem diuinam fecit & greca spectacula adhibuit:
qui cum in theatrū venisset solusq; sederet statim rē absoluit Quēadmodum igitur
Plato Xenocrati Philosopho qui tristior natura videbatur sepius dicere consueue
rat O felix Xenocrates rem sacram leticie age: ita si quis Mario persuaserit grecis
musis & leticie sacra facere & non rei militari & reip. indigne fecerit propter ina
tum imperandi amorem & animi deformitatē atq; prestantiā & in acerbam & du
ram senectutem tanquā in scopulum nauē frangeret Hec profecto statim in rebus
ab eo gestis perspecta sunt. Marius longe obscuro genere ortus patrē Mariū ma
trem Fulciniam pauperes homines atq; mechanicos habens & quandoq; in urbem
proficiscens ex studiis vrbanis degustauit. Reliquo tēpore in uilla Ciuernate que
erat in agro Arpinati vitam ab vrbanis lautisq; viuendi moribus alienam sed mode
stam & priscis viuendi institutis egit. Cū primum in Hispaniā militaret Scipione
Africano Numantiā obsidente & fortitudine ceteris adolescentibus prestaret Sci
pionem eius prestantia minime latuit: qui illum egregia forma virū apud se rece
pit: & corruptam ob delitias rei militaris disciplinam emendauit. Fertur Mariū
cum bellicoso hoste manu conserentem illū ante ora imperatoris confecisse. Qua .p.
pter alias dignitates sub Scipione consecutus est. Cū quandoq; post cenam de imp
atoribus sermo fieret: & quidā ex presentibus siue serio siue ioco Scipionem inter
rogaret quem talē ducem post illum .r. populus habitur9 esset. Scipio leniter per
cusso Marii humero hunc i quit: hic prestanti virtute erit. Nā magnā de se in ado
lescentia expectationem exhibet ab ipsius enim cunabulis futuram augutamur uir
tutem. Fertur hac Scipionis voce tanquā diuino quodam oraculo Mariū in mag
nam spem erectū in remp. animū applicuisse: & tribunatū Cecilio metello cuius in
domo ipse a pueritia ac pat eius ministri fuerant magno studio & cura fauente for
titum fuisse. In tribunatu vt potentū vires in reddendis suffragiis ac in magistra
tibus designandis auferret legē quandā de ambitione suffragiorum ferēte: cōsul Cot
ta obuersans senatū persuasit vt contra legem certaret: & Mario ne legem dimul
sillum est ingeniũ. Hi ab secundo successo reꝝ leuitate ac elatis extolluntur animis
ita vt cũ rebus ab excelsis cõuersos in se habent oculos magnitudĩs aliqd & excel-
lentie nacti videnẽ. Verum autem magnus animus & constãs afflictis magnis rebꝫ
aduersisq; dignoscit̃ qualis Eumenes fuit. Nã in conciliis capadocie ꝓditione supa-
tus fugatusq; ab Antigono nõ ante fugientẽ ad hostes ꝓditorem omisit quam pa-
tibulo captum suffixerit. Is ex fuga contrario insectantibus cursu clam iter conuer
tens ad pugne locũ profectus castra posuit vbi collecta interfectorꝫ corpora ex ef-
fractis circũiacencium villarꝫ foribus concremauit conditisq; seorsum primoribus
seorsum plebeis omnes aggerans tumulos inde discessit. Quo circa aduentantem
postmodum Antigonum hominis audatiam & constantiam admiratum. Postea in
antigoni sarcinas & predam incidens plurima quidem ingenuorum corpora pluri-
ma quoq; seruorum ingentes opes ex tantis preliis & discursionibus coaceruatas
cum eas facile diripere posset. Veritus est ne tantis locupletatis spoliis commilito
nes ad fugam grauiores & ad subeundos errores molliores fierent: & ad tolleran
dum tempus in quo omnem spem belli collocauerat. Tandem repressurus antigo
num: Vbi vero ita presentes & ad diripiendum propinquas opes cernit vt Macedu
nes aperte inhibere graue sit. Equis obiicere pabulum & corpora curare imperat:
& sic in hostes cõmearent clam deinde ad Menandrũ submittit q sarcinis hostilibꝫ
prefectus erat. Magnam se de illo pro veteri consuetudine atq; amicitia curam su
scepisse. Proinde animaduertere monet vt q̃ celerius liceat ex ĩferioribus locis ad
incursiones expositis ad proximas montis radices concedat que nullus equites nul
li circumacti agminis incursus expauescat. Id autem periculum vt primum menan
der ĩtellexit abscessitq; Eumenes missꝰ palã speculatoribꝫ armari milites & frenari

ecuos iubet perinde ac ducturus in hostem. Vt aũt Menandrum ad iniqua confu
giſſe loca a ſpeculatoribꝰ renunciatũ eſt: Eumenes ingenti ſimulato merore ſuos in
troduxit. Hic ad antigonũ poſtmodũ teſtante Menandro Macedones Eumenem
magnopere collaudaſſe: & mitiores in eũ animos ſuſcepiſſe ferũ. Quod cũ eoꝝ libe
ros in ſeruitutẽ redigere & vxores ꝓbro habere potuiſſet: pepercisſet omiſiſſetq; q
bus antigonus ille inquit o beati homines haud noſtri ſane cura res noſtras omiſit
Veꝝ cũ vero ne ſue cõpedes fuge adicerent: perrimũt. Dehinc circũuagari & ſub
terfugere coactus Eumenes magne ſuoꝝ cõmilitonũ parti vt abirent ꝑſuadebat
ſiue id eoꝝ caritate diceret: ſiue trahere ſecũ eos conſilium non eſſet. quos ad cõfe
rẽdam quidẽ manum ꝑ paucos: ad occultandã autem fugam ꝑ nimios intelligeret
Tũ fugiens ſeſe cum quingentis eqtibus & peditibꝰ ducẽtis ad Nora recepit. His
autẽ in Capadocie ac Licaõie cõfinibus locus eſt. Hinc denuo quiſq; ex amicis & i
iquitatis locoꝝ & duriſſime vite ĩpatiẽs miſſum fieri orauit: benigne ac gratioſe
allocutus abire ſinit. aduentans poſtmodum antigonus Eumenem ab obſidione
ad colloquium exciuit Cui Eumenes ita reſpondit cõplures familiares antigoni &
duces eſſe: poſt ſe veru ex eis quoꝝ ipſe defenſor eſt, eſſe neminẽ Quo circa ſi col'u
quia inter ſe fieri cupiat: obſides ad ſe mittat. Cum autẽ antigonus vt potentiori
Eumenẽ verba facere iuberet nullũ inquit me ipſo potentiorẽ eſſe arbitror quod
huius gladii fuero dominus. antigono tamen nepotẽ Ptolomeũ prout popoſcerat
Eumenes eũ ad locum mittente deſcendit vbi per mutuos cõplexus amice & fami
liariter data acceptaq; ſalute: cõgreſſi ſunt. Vt qui plurimo uſu & cõſuetudine in
uicem iũcti eſſent. Inter multa colloquia cũ Eumenes nullam de pace aut ſui tute
la mentionẽ introduceret. Ceteꝝ perfecturas ſibi firmari aut reſtitui dona poſtu
laret: preſentes cepit admiratio ĩgentis hominis ſpiritu & animi robore delectatos
frequẽs ſimul Macedonum concurſus factus eſt. qui aſpectandi hominis deſiderio
afficiebãt. Etenim poſt occiſum Cratheeum nulla de altero tanta in caſtris crebue
rat oratio. Veꝝ Antigonus aliquid illi violentum metuens: primum quidẽ aduen
tantes clamore ſubmouere & irruentes ferire ſaxis. Deniq; manibus amplexatus
Eumenem: repulſa ꝑ Satellites turba: eũ vix intuta reſtituit. Dehinc circũductis
ad Noram muris & relicto ibi ꝑſidio reliquum abduxit exercitum. Obſeſſus igitũ
Eumenes quãq; eo in loco preter Annonam. Vbertim quidẽ aquas & ſal vſui con
dimentum haberet: tamẽ hiſce de rebus hilarem ſocios viuẽdi conſuetudinẽ inſtru
xit: eos ad menſe & conuiuii partitus eſcas: eas interim leporũ & ſermonum gra
tia & comitate condiens. Erat autẽ Eumenis aſpectus perq; ſuauis nõ vt hominis
bellicoſi & plurimũ armis attriti. At perpolitus & iuuenili decore inſignis vniuer
ſa ſtatura membris ad ꝓportionem ſane mirifica perinde ac ſingulari artis diligen
tia cõparatis vim quoq; non magnã urandi conſequutus facundus tamen & dulcis
erat eloquio quẽadmodum ex eius epiſtolis coniecturã fieri licet. Durante obſidi
onis tempore plurimis omniũ locus anguſtiſſimus ſuos magno afficiebat detrimen
to pabu'um & ipſi & equi ꝑ ſummum ocium capiebant Cum igitur Eumenes ne ꝑ
deſidiam intabeſcerent remediũ adhibere vellet & ad fugam quodãmodo expedi
tos ſi q̃ obueniret occaſio reddere habitaculũ Cubitoꝝ quatuordecim longitudine
qđ eo in loco erat ampliſſimum ad hominũ deambulationem deſignauit vbi corpus
agitare iubebantur. Equos autẽ ad tectum magna ꝑ lora colla religatos rotiſq; in
ſublime ſuſcitatos erigebat ita vt poſterioribus quidẽ pedibus terre niterẽt An
terioribus autẽ ſumma vix vngula pringerent. Quibus hunc in modũ ſuſpenſis ſta
bularii nunc clamore nunc ſcutica inſtantes adeo inſtigabãt vt animis & indigna
tione referti poſtremis quidẽ inſilirent pedibus dũq; altiores humi ſiſtere cõcupi
ſcerent ſolum pulſantes totumq; corpus agitantes plurimo cum anhelitu ſudorem

effunderent. Ea res ad roboris & velocitatis exercitũ sane non incõmoda. ordeaq; minutim attrita in escam obiiciebant vt & eirius conficerent & melius digererent. Interea ꝑ obsidionis morã Antigonus vita functum in Macedonia cũ accepisset antipatrum & propter cassandri & poliperontis seditiones res perturbari nõ parua sane spe in vniuersum animo cõplexus imperium. & ad res gerendas adiutorem Eumenem habere statuit. Quocirca misso hieronimo indutias rum Eumene fecit: ꝓus tamen iureiurando ꝓposito: quod cum emendasset Eumenes: apud obsidentes macedones iudicium faciendũ permisit vter eoꝝ maiori equitate preditus esset. Antigonus enĩ deliberandi tantũmodo nominis gratia initio facta de regibus mentiõe reliquũ in seipsum obstringebat iusiurandũ. Eumenes aũt primam quidem post regum nomina in iureiurãdo conscripsit Olimpiadem postmodũ sese non soli quidem antigono beniuolũ foro iuratus est neq; ipsius hostem ꝓ hoste & amicũ pro amico habiturũ esse: sed & Olimpiadi ac regibus sacramentũ referebat. Ea cum iustiora censerentur macedones adacto in hec verba Eumenis sacramento obsidionẽ solutã fecere. ad antigonũ vt idem iuramenti genus referret Eumeni mittentes. Eumenes itẽꝝ quos ad Norã capadoces habebat obsides restituit acceptis ꝓ redemptione iumentis equis & tentoriis. tũc cõgregatis militibus q ex fuga pallantes in regione vagabantur ad mille cõuocauit equites: quos fuge socios habens ob antigoni metum euasit. Ille enĩ suscepta iurisiurandi emendatiõe non solum Eumenẽ denuo angi obsidione iubebat. Verum etiã acerbissimas macedonibus litteras misit. Infugientẽ ad Eumenem in macedoniam referũtur epistole ab iis qui augeri antigoni pertimescebant imperium obtestabatur olimpias vt veniẽs alexandri filiolum multorum obiectum insidiis educandũ caperet. Polipercon aũt & Philippus rex volebant vt prepositus capadocie copiis cũ antigono belligeraret simul & quindorũ denariis thesauris ad rerum suaꝝ restitutiõem quingenta talenta caperet: ad bellicos autem vsus quantumcũq; caperet: quibus de rebus & antigono & Theutamo ducibus argiraspidum litteras miserant. acceptis illi litteris verbis quidem Eumenẽ humaniter ac benigne suscipiunt. Ceterum liuore & contentione referei: priorem ferre Eumenem indignabantur. Eorum inuidiam placauit Eumenes: cum perinde ac nihilo idigene nihil pecuniarum accepit. ad ambiciosas aũt eorum contentiones cum neq; preesse valerent: neq; subsequi vellent hunc immodum superstitionẽ induxit. alexandrũ enim inquit visum in somnis apparatu regio tabernaculũ cum solio cõmonstrasse. dixisseq; hic cõsedentibus & iuris dominandi locum habentibus adeo opemq; sil afferam modo omniũ a me cõsiliorũ & instituẽde rei principiũ capiatis hec facile Theutami & antigoni animũ induxerũt ad eum nullo aduentare pacto volentiũ cum Eumenes etiã ꝑ alienis aspectari foribus indignaretᷣ. Quocirca regio tabernaculo ac solio ĩ somnis denũtiato hũc in modũ collocato Illuc cõsiliũ magnis de reb9 habituri cõgrediebãtᷣ Illis deinde ad supiores euntib9 regiões Pentestias amicitia sibi deuinctus ac ceteri Satrape rum omnibus procepissent copias ita in vnum corpus adunarunt vt rum armorum multitudĩe tum apparatus splendore macedones cõfirmauerit hi post alexandri mortẽ ob dominãdi licẽtiam eneruesᷣ & viuendo cõsuetudine deliniti cũ tirãnicoꝝ spiritus barbaroꝝ arrogantia innutritos in vnũ contulissent inter se quidẽ morosi ac discordes erãt Macedones quidẽ effusis blandimẽtis sũptuosis cõuiuiis & sacrificioꝝ ĩpensis deliniẽtes paruo quidẽ tẽpore castra ipsa q̃si quasdã nũdinas & ꝓdigalitatis receptaculũ reddiderũt Inq; diligẽdis ducib9 oĩa tumultu & factionibus quemadmodũ inter populares principatus fieri solet ꝑtimescebãt Eumenes cũ illos sese qdẽ mutuo aspernãtes videre ꝓpter metũ aũt si vlla ꝑstaretᷣ occasio de ipsius nece cogitãtes se argẽti penuria teneri cõmẽtus est & ab his potissimũ q simultates in eũ exercebãt Plura mutuatus est

galenta: quo & maiorem erga illum fidem haberent: & a se de mutuata pecunia so-
liciti manus cóprimerent. Quãobrem effectũ est ut alienas opes sui corpis p̃sidia
habuerit: solus tutelã ac salutem accipiendo cõsecutus: quã ut adipiscantur ceteri
magna impendere solent. Macedonum tamen animi suorũ gratia largitorum per
immensam quandam licentiã corrumpebant. Circa illorũ fores frequentes obuer
sabantur. larus stipabant ac duces extollebant. Postea vero q̃ Antigonus magnas
secum trahens copias non longe metatus est. tum res ipse quasi vocem edentes ve-
rum inuocare imperatorem, nec solum subditi Eumeni auscultare: Verum etiam
quicũq; in pace ac delicus amplissimus cedere se se dedere: & tacitus ascriptũ sibi
seruare locum In traiciendo pasitigre fluuio cum ceteri: qui pro statione erãt nihil
sensisset solus Eumenes Antigoni substinuit impetum: & collato marte stratisq;
cõpluribus cadaueribus flumẽ oppletũ est: quatuor milia in potestatẽ redacta. pci
pue vero Macedones in aduersa eius valitudine quid de illo sentirẽt: declarauerũt
Cum ceteros in apparãdis splẽdide cõuiuiis & celebrantibꝰ: solũ aũt Eumenẽ i ad
ministrãdis principatus & re bellica ualeret dictitarent. Nam cũ pencestas eis in
terra Persica oppipere epulũ p̃buisset Arietem unitim ad sacrificandũ impertiẽs
amplissimũ fore se in spem uenerat. paucis post diebus militibus iter in hostẽ agen
tibus. Eumenes ad euitandas vigilias lõgius ab exercitu ob periculosam quãdam
egrotationem quietus forte in lectica ferebat: paululũ progressus hostes de repẽ
te superatis quibusdam collibus apparere in planũ descẽdentes. Instructa igitur
acie incedentibus ut p̃mũ auratis in armis ad solem splendor emituit ac bellue cũ
turribus & purpuree uestes inspecte sũt. Is enĩ vadẽtibꝰ in preliũ ornatus est Pri
mi iter cũ clamore sistunt. Eumenẽ vocitare: haud enim longius p̃grediendũ nisi
exercitum ducet Eumenes Deinde fixis humi telis: se quidem ut maneant mu-
tuo adhortant̃: duces vero ut quiescãt: neq; sine Eumene aut pugnã aut ullũ in ho-
stem incundũ esse periculum. Quo accepto Eumenes incitatis lecticariis cursu de
latus ex vtraq; lectice parte summouit auleum: magna leticia manum p̃tendens Id
conspicati milites continuo verbis macedonicis cõsalutãt: receptisq; clipeis & saris
sis instrepẽtes uociferant̃ perq; vices quasi presente iam impatore hostem p̃uocãt
antigonus egrotũ ex castris Eumenẽ audiẽs male se habẽtẽ deferri reliquos nullo
negocio propter illius valitudinẽ dissipari censuit posse. Quocirca suos ad pugnã
festinabundus educit. Vt vero adequitans instructã hostium aciem formãq; cõpo
sitam aspexit stupore affectus diutius substitit Cum interim a dextro in sinistrum
cornu comportari lecticam cerneret magnum itaq; ut assolet risum edens Antigo
nus ad amicos hec inquit illa uobis ex aduerso nimirũ lectica videtur instructa ac
statim relictis copiis: castra locauit. Alia ex parte paululum denuo respirantes ad
factiones reuocati: suis cum ducibus lasciuiam agentes: vniuersum ferme Gabeno
rum agrum ad hibernam dum inter se diuiserunt: ita ut primorum a postremis ta
bernacula mille stadiorũ spacio abesse: quibus de rebus factus certior Antigonus
per cõpendiosam quidem ceterum asperam difficilem & aquarum indigam conuer-
sus viam in eo scilicet motus est Spe enim ducebatur si dispersos per hiberna mili
tes adoriret fore ut ea hoĩm multitudo suis haud difficile ducibꝰ iterũ adsciscerẽt
Is ubi inhabitatũ ĩgressus est agrũ terribiles vẽti & immẽsa frigora exercitu per
turbato Iter nõ mediocri sane detrimẽto rapuerũt Ad hãc igit̃ rẽ ignes q̃ pluri-
mi necessario fuere adiumento: quo circa hostes nõ latuit: cũ barbari q mõtes ĩha
bitabã e respiciẽtes agrũ incolũt. tantã incẽdiorum multitudinẽ admirati nũtios ad
peucestã cũ dromedariis mittũt camelis: qđ ut intellexit terrore exanimatꝰ: cũ &
ceteros eodẽ mõ habẽtes cerneret: miratus fuga reliquos inter eundum repertos
milites ad fugiendũ p̃mouit. Eumenes aũt oĩbus pauorẽ ac perturbationẽ ademit

hostiū velocitatē statī repressurū se esse pollicitus ut triduo expectatione tardius
aductent. Illis itaq̃ psuasis tū nūtios dimisit qbus ut copie ex hibernis q̄ pmum
cōgregarent̄ iubebat Tū ipe cū reliquis exeq̄tās ducibus locū qui deserta pmeāti
bus spectari potest: ꝑcol amplexus & dimissis incendia pmulta castrensi more p in
tercapedines fieri ꝑcepit. Ignibus deinde ex collibus ad Antigonos cōparētibus
dolor & angustia cepit Antigonū. Existimauerat enim hostes cū iam ptidē ei9 ad
uentū sensissent obuios fieri. Ne igit̄ itineris labore laxatus attritusq̃ manū cū ho
stibus cōferere cogeret̄ Expeditus qdē & per bona eductus: hiberna omisso vie cō
pendio. p vicos urbesq̃ tacitus abduxit. Interī ex hostibꝰ ut assolet occurrēte nul
lo audiēs postmodū ex incolis nullū ibi fuisse exercitū: at loca dūtaxat ignibus re
ferta imperatoris Eumenis arte delusū se esse cognouit. Quod grauiter ferens ut
aperto marte decerneret sepius admouit copias. Coactis interea militibus maxīa
eorū pars Eumenis sapientiā admirari & soli impiū deferre. Eam ob rē princeps
argiraspidū Antigones & Teuthamus dolore ac inuidia cōmoti insidias tēdere &
cōuocatis ꝑfectorū ac pricipū cōplurimis modū ac tēpus necādi Eumenes agitāt
decernūt igit̄ omnes ut ad huius vsū ꝑlii reseruatus confecto statim ꝑlio trucidet̄
Ceterū Eudamus elaphantū ꝑfectus ac Phaedem9 rem decretā Eumeni denūti
ant. Nulla medius fidius In Eumenē beniuolētia aut caritate. Verū enim vero pti
muerūt ne mutuatas Eumeni pecunias amitterēt: Eumenes illis collaudatis tabē
naculū ingressus seseqũ intra beluarū cōuentū uersari ꝑfatus: testamēta cōscripsit
ac codicillos descripsit: ut cōscidit & dispersit. Nolebat enim post eius mortē ullis
ex litteris accusationes & crimina de rebus occultis conflari. His itaq̃ dispositis
deliberare cepit victoriā ne aduersariis dimitteret: an per media fugitās & arme
niā in capadociā ꝑficisceret̄. Nihil aūt in amicorū ꝑsentia firmū decernit sed per
multa mouēs animo seq̃ ꝑ fortunis in partes uersans uarias aciē instruxit: grecos
exhortat9 & barbaros. Phalanx deinde & argiraspides eū bono animo esse iubent
suum hostibꝰ haud expectaturis impetū. Philippi siquidē & alexandri ueterani
fuerāt: q̄si qdā inuicti bellorū pugiles & ad id usq̃ tēpus intrepidi multi annos sep
tuagīta nati null9 aūt sexagenario minor. Progrediētes igit̄ in antigonianos: inq̃
eos cū indignatione irrūpentes substinēte nullo vniuersam dissipāt phalangā manu
obtrūcant̄ plurimi. Hac quidē ex parte sūma vi prorsus superatus est antigon9: eq
tatu tamen victor euadebat. Cunctū etiā Peuceste apparatum sarcinasq̃ diripuit
eū segniter ac remisse prelium inisset Se autem antigonus cum terror uocaret ad
vsum belli vigilantem ac intentum exibuit: oportuītatem ex loco nactus. Aperta
enim est ac uasta planities: non sane pinguis non aspera non solida: sed arenosa &
squalenti referta salsugine. Ea tot equorum tot mortalium pulsata cursationibꝰ
sub ipsum pugne tempus puluerem calcis instar exalans aerem inalbabat. qui
oculos turbidus inuolueret. Hoc igitur occulratus Antigonus hostiles facilius
sarcinas & bona in suam potestatem redegit. Statim post pugnam Theutamus
legatos res suas repetitum mittit. Antigonus namq̃ sibi & argiraspidis has res
redditurum esse & ceteris in rebus secum benigne comiterq̃ acturum pollicitus
erat: si Eumenem sibi traderent. Argiraspides abhominandum cepere consilium
ut viuum Eumenem in hostili manu ponerent: principio nullam per suspicionem
sese propius applicant obseruantq̃. Nonnulli ꝑ rebus amissis delamētabant̄ Post
modum irruentes ei pugionē detrabunt: & reflexas in manus zona colligant. Postq̃
missus est ab antigono Nicanor ut illū susciperet: duct9 per macedonas Eumenes
vt sibi exercitum alloq̄ liceret orat non ut preces nō excusationes adhibiturū: Cete
rum de illorum cōmodis verba facturū. Silentio facto in editiore quodam loco consti
tutus colligatas protēdit manus. Et quod nam inquit O Macedonum pessimi de

uobis Antigonus. Tropheum erexit: quale ipsi de uobis exigitis cũ imperatorẽ vestrum vinctum captiuumq; deditis. Nonne graue & periculosum erat vt victores vos propter rerũ vestrarum iacturã victos esse fateremini. Quasi vero in pecuniis atq; opibus non armis victoria ipsa constaret. Qui etiã pro uestrarum redemptõe sarcinarum imperatorem vestrũ. Mitis ego quidem inuictus atq; hostium victor a uobis trahor. Ab his qui mihi socii sunt in perniciẽ datus. Vosq; p castrensem iouẽ per iurisiurãdi presides deos oro & obtestor. Hic me inter uos occidite. Cũ apud Antigonum obtruncat9 opus vestrum futurus sim: nec vllas quidem querimonias edet Antigonus. Illi siquidem nõ viuente sed defuncto Eumene opus est: quod si vestris parcitis manibus vna soluta sat erit vt meis rem ipse cõficiam. Si aũt gladium mihi non creditis obstrictum feris obicite. Quod cum perfeceritis vos vti sanctissimos viros & in ducem vestrũ equissimos iureiurando soluo. Hec cum oraret Eumenes cetera multitudo dolore cõpressa collacrimabãt. Argiraspides aũt ducendum esse: & cõtrarianti in amaq; iactanti minime adhiberi animos oportere clamabant. Haud enim indignum facinus esse: si Cheronensiaca pernicies lugeat cũ innumerãdis macedonas bellis defatigauerit. Id aũt grauissimum est si pstantissimi alexandri ac Philippi milites tot antea per labores agitati suis bellorũ premiis in senectute priuetur: ab aliis cibos capientes. Cũ sue interim vxores terciam iã noctem cum hoste concũbant. Post hec Eumenẽ maturato cursu ducũt. Antigonus globũ veritus nemo enim in castris relict9 erat decẽ validissimos emisit Elephantos. frequentissimosq; Medos & Partos hastatos: qui multitudinẽ submouerent. Eumenẽ quoq; propter veterẽ amicitiã & familiaritatẽ i suũ venire conspectũ minime sustinuit. His qui asseruandũ acceperant quonã pacto custodiendus esset rogãtibus: vt Leo: ut Elephantus inquit. Non longe tamẽ post miseratus eũ: & grauiores dimisit catenas: & consuetũ dedit seruum: q illum perungeret: & ex amicis quisqs int diu secum versari: & necessaria illi deferre voluit: & adire sinit agitans pluribus diebus de illo consilia & sermones & pollicita faciebat. Cũ Demetrius eius filius & Neartus cretensis maiorẽ immodũ de eius salute cõtenderent: incũbentibus eius morte vna ceteris omnibus ferunt custodẽ Eumenẽ eius Onomarcũ aliquando interrogasse: Quãobrem antigonus hostem atq; inimicũ in potestatẽ habens nec mature necat: neq; generose liberat. Cui tũ Onomarchus cõtumeliose dixisset nõ in psentiarum eqdem verũ i prelio animosus ad mortem esse debuisti. Subiecit Eumenes & ita mediussidius per id tempus sui ab his pcontator inquit qui mecũ manũ conseruere. Verũ pstantiori cõcurrisse nemini me scio Tũ onomarchus quãdoquidẽ pstantiorẽ cõperisti cur ei9 expectandũ ẽẽ tempus non existimas antigon9 vbi neci Eumenẽ dedere cõstituit: ei cibũ subduxit. Ita bidui aut tridui medie ad summũ vite diẽ adducebat. Cũ aũt castra repẽte mouendo forẽt intromisso homini iugulũ pbuit Deinde antigon9 corpus amicis ẽditum cremari pmisit simulq; reliquias in urna argẽtea repositas ad uxorẽ & liberos reddendas misit Eumene hũc imodũ expirãte pditorũ suorũ ducũ neq; atq; militũ nulli alii vindictã fortuna cõcessit Verũ antigon9 ipse argiraspidas & ipios homines & immanissimas belluas ppulsans & abiciens eos ibircio arachosie pcuratori ẽdidit vt quouismodo homines ita disperderet ac i pniciẽ daret vt nemini i macedoniã abire aut grecũ cernere pelag9 licẽt

b

EC SVNT que de sertorio ac Eumene digna memoratu
suscepim9 In his cōparandis illud vtriq; cōmune .qđ & ex
terni & alienigene & extorres uariis gentib9 bellacissimis
exercitibus & amplissimis copiis vsq; ad exitū prefecti fuē
at peculiare qdem est quod Sertorio vniuersis a sociis dig-
nitatis gracia collat9 est principatus. Eumenes vero cū per
multi de īperio disceptarēt pores ad se partes ex reb9 ipsis
assumpsit. Preterea q iusto subesse principi voluerūt alteꝝ
secuti sūt. Qui aūt ipsi principes esse non poterāt: alteri ad utilia parebant. Roma-
nus enim hiberis & lusitanis. Cheronēsis uero Macedonib9 imperitabat. Ex qbus
cum illi iā dudum romanis seruirent: hi cunctos in seruitutē homines deducebant
ad hec Sertori9 cōsilii & rei militaris admiratione Ceteꝝ Eumenes ob scribe offi
cium in contēptu habit9 ad imperatoris puenit dignitatē Eumenes nō modo par-
uis que sibi adessent ad potestatē occasiōib9 vsus nō est: sed etiam maiora quedā ha
buit impedimēta. Nam & qui aperti sibi essent aduersarii: & qui occultas ei tende
rent insidias cōplures. Non sic alter: cui cum nemo palā pauci postremo socii deide
insurrexē. Quamobrem huic qdem hostes piculorū exitū attulerunt Illi aūt inui-
di ex uictoria periculū importarūt que ad militandi negociū attinent inter se pa-
ria sunt Alio tamen modo. Contentionis enī ac bellandi studiosus Eumenes comi-
tatis & qetis Sertorius amator quoniā cum alteri modo sese emin9 cōstituisset tu
tam & honorificā uitam agere liceret cōtra eos qui sibi pacis inceptores erāt bel
lum erat. Eumenem siqdem antigonus dū de reꝝ fastigio ne secum cōtenderet ad-
monebat. secundo content9 ordine libens utiq; adusus regni ascivisset Pōpei9 ser
toriū ne ociosam quidē vitam agere pmittebat. Idcirco illi vt initio sponte pugna-
ret obuenit. Huic vero ne oppugnaretur inuitus impabat. Qui maiores tutele for
tunas ante ponit. Is belloꝝ auidus habend9 est. at bellicosus qui tutelā bello sibi uē
dicat. Rursus ut aliter extiguerenē euenit. Huic quidē ut nihil ante presensisset:
illi ueto cū & necē cōtinuo expectaret: e quibus alterū benignitatis est amicis enī
fidem habere videbat. imbecillitatis alterū quoniā cum salutē fuga conparare vel
let cōprehensus est. alteri mors nullo dedecore uitam maculauit q ab amicis ea pas
sus est que null9 hostis inferre potuit. alter cū priusq; in captiuitatē veniret: fugā
capessere nequiuerit. Et postq; in captiuitatem uenerit vitam retinere cupiuerit:
mortem nec bene uitauit nec recte tulit qui supplex atq; orans hostē qui corp9 dū
taxat in manu habere videbatur: sui q; animi compotem fecit & dominum.

Epistola Leonardi Aretini Poete Laureati. De vita atq; gestis Sertorii Incipit

C REDO NONNVMQVAM tibi euenisse Antoni ca-
rissime: mihi namq; ꝗ̄ si sepius ꝙ̄ vellem & interdũ nõ sine
quadã indignatione ac fastidio cõtigit: ut in sermone quo
rundã incideres: qui in gestis militaribus veterũ virorum
hec noua temporis nostri facta esse longe perferenda cõtu
maci ac proterua obstinatione contenderẽt. Aduersus quo
rum falsam assertionem cũ per homines historiarũ peritos
& vetustatis simul veritatisq; defensores amatoresq; resi-
stitur cõfestim alioquin efficacibus ac veris rationibus victi ad illud tãquam arcẽ
vnicam sui erroris confugere solent: ut dicant antiquos illos prisca quadã bonitate
refertos versutia ingenii dolisq; & fallaciis: quibus in hoc tẽpore homines super-
habundant caruisse. Et in hoc quidem vno eorum asseueratio plerũq; ut aĩaduerti
in coronis circumstãtiũ repetit assensores: propterea quod inest hoc ferme cũctis
hominibus vitium: ut sibi ipsis ac etati sue in opinione ingenii calliditatisq; pluri-
mum blandiantur. Omnes autem facilem iis assensum prestant: que uel existima-
cioni uel cupiditati sue cõsentanea sũt. Ego vero & si cupiam hãc decoris palmam
tempori nostro potius dari: tamen quotiens ad excellẽtissimã veterum prestantiã
mentem erexi ac postposita vtrinq; affectione velut iustus arbiter medius constiti
dispeream nisi hec nostra ad illorum cõparationem veluti puerilia quedam iuditia
existimare compellor. Experitia ordinis experitia discipline expericia scientie rei
militaris: nunq; collatis signis dimicare ausa: sed leuibus certaminibus fugisq; : &
insectationibus instar puerorum contenta. Nam quid ego de hac facili & consueta
nostris temporibus remissione captiuorũ loquar: ꝙ̄ quis merito & optimo iure non
ridebit & puerili ludo persimilem iudicabit. Iam vero quid de fallaciis dolisq; glo
riantur sũt sane quedã eiusmodi omni tempore detestanda ut federum fractiones
fidei defectus proditiones fidentium. In quibus si excedere nostri cõtendant nõ so
lum improbi verũ etiam stulti videbuntur. Sunt & quedam eiusmodi in bello con
cessa. Vnde corebus apud Maronem in illa turbulentissima nocte captiuitatis troi
ane post androgei mortem inquit. Mutemus clipeos danaũq; insignia nobis apte-
mus dolus an virtus quis in hoste requirat Hec autẽ quia ingenio perficiũtur: dicit
Crispus cõpertum esse in bello plurimum ingenium posse. In hac itaq; ingenii &
intelligentie parte si recte iudicare voluerimus nec nos metipsos caritati nostri de
cipere iam videbimus manifeste nec in re militari nec in studiis bonarum arcium
nec in gubernatione rerũ nec in eloquẽtia tẽpora nostra antiquis respondere. Nisi
forte Platoni Aristoteli aut Carneadi aut multis aliis veteribus in sapientia &
doctrinis. Aut Domesthcni & Tullio in eloquentia Aut in gubernatione rerum
publicarum Pericli Soloni & Catoni Aut in hac ipsa de qua contendimus militari
arte Pirrho aut Hannibali aut Fabio maximo aut. M. marcello aut. C. Iulio cesa-
ri secula nostra pares aliquos aut cõperandos queunt proferre. Sed nos de his re
bus alio in loco vberius disseremus. Nũc autem cũ proximis diebus Sertorii pre-
stantissimi ducis facta in greco legerem huius questionis admonitus vitã eius ĩ la
tinum cõuersam tibi mittere decreui ut & nostrum amorẽ erga te propensissimũ
recognosceres: & siquãdo in sermones eorũ hoĩm deuenires huius quoq; viri exẽ-
plo temeritatẽ cõtendẽtiũ ꝓstringere & segnitiẽ nostri tp̄is obiurgare possis Vale

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Sertorii Per Leonardū Aretinum Eximium Historia in Latinum traducta linguagium Incipet.

NON EST fortasse mirandum per infinitum tempus alibi
aliter fortuna influente res humanas in eundem sepius ca
sum deferri. Siue enim subiacentium rerū multitudo ter
minata non est abundantem & facilem habet fortuna ad si
militudines edendas materiam. Siue q; ex quibusdam ter
minatis numeris series rerum cōnexa existit: necessarium
est ex illarum discursu sepe eadem euenire. Cum vero qui
dam huiusmodi fortune opera que ratione & cōsilio facta
similia videntur. hystoria adnotarint Veluti ex duobus atteonibus: quorum alter
sirus alter Arcas fuit vtrumq; ab Apro interemptum fuisse Duorum attenum al
terum a canibus alterum ab amatoribus discerptū: Duorum scipionum ab altero
victos carthaginenses ab altero funditus euersos. Troiam ob Laomedontis equos
primū ab Hercule deinde per ligneū equū ab Agamenone: Tertio propter equū
qui in porta cōsistens iliensibus claudere volētibus impedimēto fuit. Acharidemo
duce captam fuisse. Duarum ciuitatum que olentissimarum plantarū nōia habent
Chio scilicet: Smirna in altera natum fuisse Homerum in altera decessisse Age &
hoc adiungamus qui duces maxime bellarissimi fuerunt eos altero caruisse oculo
Philippum Antigonum Hannibalem & Sertorium: de quo ista scribimus: quem
Philippo continentiorem in mulieres: Antigono fideliorem in amicos Hannibale
placabiliorem in hostes: quis ostendat? ingenio autem nulli eorum inferiorem: sed
fortuna omnibus ipsis: qua semper in agis infesta q; hostibus vsus se peritia Metel
lo audatia Pompeio fortuna Sille potentia romano populo Exul & barbaris im
peritans adequauit. Huic autem precipue omnium grecorum Eumenem cardia
rum assimilabimus. Nam imperiosi ambo & cum dolo bellaces extorres suarū ciui
tatum duces alienarum fuerunt. Ambo preterea fraude suorum ad extremū neca
ti. Q. Sertorii genus nō obscurissimum fuit ex Mirsia vrbe sabinorum. educatus
autem honeste sub matre vidua summo amore coluisse illam videtur. matri nomen
Rheam fuisse tradunt. Eruditus vero in causis orandis potentiā quandam in ciui
tate adolescens adhuc sibi per eloquentiam cōparauit. licet postea rei militaris splē
dida opera: illum ad se totum attraxerant Prima eius milicia sub Scipione fuit: &
aduersus cimbros tūc galliam ingressus: cū ab romanis male pugnatū esset amisso
equo & uulnere insuper accepto Rhodanum amnem cū Thorace & Scuto per ad
uersos fluctus plurimum natando traiecit: ita robusto & exercitato erat corpore.
Post sub hec. C. mario duce aduersus eosdem hostes militauit. quo in tempore cū
cimbri tanto terrore tantaq; multitudine italiā intrassent: ut vix quisq; romanus
inueniretur: qui ordinē seruare aut duci parere vellet. Sertorius ipse intrepidus
castra hostium ingressus est: celtica veste & quadam eorum lingue noticia ad con
gressus obuiantium fretus: per hunc modum consiliis ordinibusq; eorum explora
tis ad Mariū rediit: eiusq; rei gratia ab eo donatus est In reliqua vero expedicōe
multa prudentie & fortitudinis opera ostenders: famam & gloriam sibi compara
uit: Post Cimbricum & Teutonicum bellum. sub Didio pretore. tr. militū in Hi
beriam missus in vrbe Cathalone cum hibernaret & milites utpote in magna rerū
copia constituti petulantia vterentur. ac sepe ebrii essent: oppidani conspiratione
facta: & auxilio ex vicina Girisenorum vrbe per noctem intromisso: hospicia mili
tum inuadentes eos trucidare adoriuntur. At Sertorius cum paucis prolapsus &

Sertorius

quotquot effugiebant ex militibus in vnum collectis circuiuit vrbem: per ipsam
portam qua pauloante hostis intrauerat eamq; namq; aptam reperit ingressus nec
stationibus ut antea barbari fecerant neglectis: sed diligenter in ipsa porta dispositis
tis vrbeq; subinde omnibus locis occupata: cunctos qui per etatem ferre arma po
terãt trucidauit: ac subinde milites arma & insignia ostium sibi aptare iubet: sic q;
ad eam vrbem sequi ex qua auxilium Catolonensibus uenerat. sic ergo illos specie
armorũ deceptos & velut ciuibus suis obuiam effusos repẽte occupat: multisq; cir
ca ortas mactatis: reliquos in deditionem accepit verundauitq; Ex hoc Sertorius
magnam in Hiberia famam assecutus vt primũ Romam rediit: questor gallie que
circa padum est designatur: & quidem oportuno tempore. Instante enim Marsico
bello delectum militum & armorum preparationem sibi cõmissam tanta celerita
te diligentiaq; peregit: ut viri impigri & in rebus agendis maxime efficacis ex ea
questura gloriam reportarit. Nec tamen ad honores licet dignitatesq; prouectus
militarem audatiam remisit sed in prelus sine ulla exceptione corpus suum pericu
lis obiectans: & fortitudinis opera manu propria edens tandem alterũ amisit ocu
lum De quo etiam gloriari solebat quod alii non semper virtutis sue testimonia se
cum deferrent: sed torques & hastas & coronas domi relinquerent sibi vero belli
ce laudis insignia cõtinuo adessent. eosdẽq; haberet fortune & virtutis sue ĩspecta
tores. Tribuit & populus. ro. sibi pro his rebus magnifice honorem. Venientem
siquidem in theatrum populari plausu & multis commendationibus eum excepit.
quod genus honoris nec senioribus quidem & clariori prosapia ortis facile tribue
batur. Cum tamen tribunatum peteret non obtinuit: Silla per factionem ipsi op
pugnante: eaq; videtur fuisse causa cur Sertorius Sillã oderit Mario deinde pul
so Sillaq; ad Mithridaticum bellum profecto: cum Octauius consul in partibus Silla
nis perseueraret: Cinna vero eius collega res nouare adortus partes Marii sibi asci
sceret Sertorius Cinne adhesit: ea potissime ratione quod Octauium ebeciorem
& Marii amicis minime fidentem cernebat. Cõmissa itaq; in ipso foro inter cõsu
les pugna Cinna & Sertorius superant pelluntutq; ex vrbe haud paucioribus quã
decem milibus in pugna ipsa amissis. Post hec militibus: qui circa italiam erãt col
lectis cum sufficiens robur contra Octauium sibi comparassent: Marius ex africa
nauigauit quem ut priuatum se consuli offerentem cum alii recipiendum censerẽt
Sertorius dissuasit seu veritus ne auctoritas sua presente viro maioris auctoritatis
minueretur: siue ne Marius ob seuiciam & iram modum in victoria seruare nescius
cuncta auerteret. Differebat ergo Sertorius parũ iam negocii ad plenã eis victo
riam superesse q; si marium reciperent: totam apud illum confecti belli gloriam fu
turam grauemq; & infidũ fore potestatis socium. Cuius cum rationibus Cinnã se
assentiri diceret: ceterum nescire qua fronte Marium repudiare posset presertim
in societatem belli a se vocatum: respondens Sertorius: at ego inquit suopte consi
lio venisse Marium putabam non a te vocatum. Itaq; cum de eo recipiendo uel nõ
recipiendo consultares: que optima rebar ostendi. Tu vero si eum vocaras ne in rõ
sultatior e quidem an recipiendus foret ponere debuisti: sed vltro recipere: cum fi
des tua illi tradita cogitandi ac deliberandi rationem excludat. Sic igitur Mario
ab eis recepto diuisis trifariam copiis bellum confecerunt: & cum in victoria Ma
rius ipse & Cinna omnia crudelitatis exempla proderent: Sertorius ipse nec truci
dasse quẽq; ob iram. neq; contumeliam alicui intulisse dicitur. sed ea continuo im
probasse: que Marius fede crudeliterq; faciebat: & apud Cinnam intercessisse: ut
moderatius victoriam exerceret. Tandem vero seruos: quos Marius in bello qui
dem socios post victoriam vero Satellites ac ministros Tirãnidis habuerat: sic: cũ
parti illius iussu: parti ex seipsis cũcta fede & violenter agerẽt dominos mactarẽt.

dominatus per vim admiscerentur: pueros etiã constuprarent indigne ferens Ser
torius: nec vlterius id tollerandum ratus: contra eos impetũ fecit: omnesq; ad vnũ
supra quatuor milia seruorum erant & castra in campo habebant trucidauit. Dein
de cum. C. Marius diem obisset: & Canna paulo post interfectus fuisset: ac Mari
us adolescens inuito eo contra leges consulatum occupasset: carbones vero & Nar
boni & Scipiones aduersus Sillam redeuntem male resisterent ac partim ignauia
ducum partim proditorũ malignitate res corrũperẽtur: nec Sertorius ipse quãq;
presens propter improbitatem eorũ qui plus poterant emendare res posset: ac tan
dem Scipio sub spe pacis a Silla deceptus exercitum ãmisisset: desperatione rerũ
vrbanarum adductus: in Hiberiam contendit: eo cõsilio ut partium ibi suarũ refu
gium cõpararet. Graui autem atq; aduersa tempestate delatus per loca montuosa
& aspera transitum a Barbaris pecunia redemit: quod cũ socii indigne preferrẽt
ac turpe esse dicerent si populi. R. proconsul Barbaris tributum persolueret: tem
pus se redimere inquit: quo nihil rarius esse consueuerit magnarum auidis rerum
viris. Sic igitur barbaris pecunia placatis in hiberiam transiuit. Suscipiens autem
prouinciam multitudine quidem populorũ florentem sed auaritia & superbia ma
gistratuũ male dispositam familiaritate & conuersatione potentes tributorum re
leuatione populos in suam beniuolentiam conuertit. Inter cetera gratissimũ ꝓuin
cie fuit: q a recepcione militum hoĩes liberauit: i suburbanis enim milites hiberna
re iussit: tabernaculis sibi pro tẽpore instructis ipseq; ante omnes ita fecit Non tñ
ad gratiam ꝓuincialium oĩa gerebat. sed armatis quotquot in hiberia habitabant
Romanis tormentaq; oĩs generis machinatus ciuitates sub imperio cõtinebat. hu
manus quidam in pace sed inbellico apparatu terribilis. Vt vero. L. Sillã audiuit
romam ingressum: Mariiq; & carbonis partes delatas esse. ratus confestim ducem
aliquem cum exercitu contra se venturum: Pirenei iuga per Liuium salinatorẽ cũ
sex milibus militũ occupauit. Nec multo post C Annius a Silla missus aderat qui
cũ inexpugnabilem Salinatorem cerneret: sub ipsis montibus cũ exercitu subsedit
Salinatore autem per dolũ a quodã Calpurnio cognomine Lanario interfecto cũ
Sertoriani i milites Pirenei deseruissẽt arcẽ trãsgressus Annius magna manu cõ
tra Sertoriũ cõtendebat At Sertori9 cũ nõ tãtas haberet copias ut Annio resiste
re possꝫ cũ trib9 milibus hoĩm Carthaginẽ nouã aufugit: indeq; nauib9 mare ĩgres
sus Libie apud Maurusiã applicuit. Hic sine stacõib9 aquarũ egressi milites a bar
baris ĩpetu facto multi necant Inde rursus i hiberiã rediẽs: cũ repelleret a littore
Cilicibus Piratis sibi cõiunctis in Pitiusam insulã: supato Annii presidio quod illi
ꝑerat: descẽdit. Nec mlto post ipe Annius uenit cũ multis nauib9 & quiq; milib9
militũ: cõtra quẽ Sertorius nauali prelio quãuis eas naues haberet: que nõ ad pu
gnã sed ad felicitatẽ fabricate erãt pugnare agressus surgente cephiro & Pelagus
agitãte plerisq; Sertorii nauib9 ob leuitatẽ trãsuersũ in Scopulos delatis Ipse cum
paucis terra ab hostib9 mari aũt a uẽtis cũ excluderet decẽ cõtinuus dies ĩfestis
vndis agitatus vix tandẽ fluctus superauit Cessante vẽto ad insulas quasdã aqua
rũ expertes delat9 est: ex quib9 postea nauigãs gades trãsfectus extremã hiberie
orã tenuit. Haud multũ sup betidis fluuii osti a: qui athlãciũ influens mare nomen
circũiacenti Hiberie tradit. Hoc in loco naute quidã Sertorio obuiam fiunt. tũc
forte redeuntes ex Athlanticis insulis quas beatas vocant. Due quidem he sunt
paruo inter se diuise mari: decem milibus stadiorũ a Libia distanti. Imbres illic ra
ri mediocres q; venti aũt plurimũ suaues ac rorifferi solũ vero pingue nec arari mõ
plantari ue facile sed etiam ex se absq; ullo humano studio fructum producit dulcẽ
quidem & ociosam multitudinẽ nutrire sufficientẽ Aer sincerus ac tẽperatus &
mediocri mutatione per tempora cõtentus. Nam qui a terra perflãt Vẽti boreaq;

& aquilo propter longinquitatem vasta & inania incidentes spatia fatigantur: & deficiunt prius q̄ ad eas insulas peruenerint. Qui vero a mari perflant Argete & cephiri refrigerātes raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt: plurima vero per humiditatem aeris cum summa facilitate nutriūt. Vt etiam apud Barbaros increbuerit fides: ibi Helifeos esse campos: & beatorū domicilia ab Homero decantata. Hec igitur cū audisset Sertorius mirabilis eum cupido cepit insulas eas adire incolereq; & illic quiete viuere sine magistratibus & bellorū curis cuius animum cum intuerentur Cilices homines nequaq; pacis aut quietis sed rapinarum auidi statim in Libiam nauigarunt Ascalium in Maurusiorum regnū reducturi. Nec tamen ob hoc Sertorius defecit animo: nec sibi quiescēdum putauit sed hostibus Ascalii ferre auxilium decreuit ut hi qui secum erant iniecta aliqua spe nouarum rerum: cōtinerentur Cupientissime itaq; Maurisiis aduenienss Ascalium debellauit: obseditq; ad quem liberandum cum Paccianus a Silla missus venisset: Sertorius ipsum aggressus Paccianum quidem necauit: exercitium autem vi cepit Tigennam vero oppidum: in quo Ascalius & fratres confugerant: expugnauit. Ibi sepultum esse Anteum incole tradunt: eiusq; monumentū cū propter magnitudinem asserentibus Barbaris fidem non prestaret Sertorius perfodit: repertoq; ibi corpore septuagīta cubitorum obstupuit: restauratoq; tumulo famā eius honoremq; adauxit. Fama est apud tigennita Anthei uxorem Tigennam nomine post mortem viri ab hercule cognitam syphacem genuisse: qui postea illis in locis regnans vrbem de matris nomine cōdidisse dicitur Ex siphace natum postea diodorum tradunt: cui grecū habenti exercitum ex oliuianis micēnensq; ab hercule his in regionibus relictis magna pars libie paruit Hec dicta sint gratia iube omnium regnū in historia prestantissimi: cuius origo a diodoru & siphace tracta esse memoratur Sertorius cum omnia victor superasset Maurisiis qui se sibi illi crediderant: absq; ulla fraude vrbes & imperium & pecunias restituit. nec quicquam nisi que illi sponte dabant retinuit. Inde cum iam de recessu cogitaret: legati Lusitanarum venerunt: rogantes ut imperium eorum acciperet. Omnino enim viro aliquo rei militaris perito magneq; auctoritatis ob eum qui iminebat ab romāis metum indigentes in Sertorium propter egregiā eius famam conuersi erant Et enī dicitur Sertorius neq; uoluptate neq; metu superari facilis fuisse: fortissimus ī aduersis modestus vero in secundis: in subitis improuisisq; casibus ira constans: & audax ut omnes sui tēporis duces anteiret. In cunctis veru que siue ingenio siue astu conficiuntur occupatione locorum & preuentione hostium celeritate fallaciis circumuenientibus: & dolis quociens expediret profundissimus artifex In remunerando largus: in puniēdo mitis & clemens. Quāq; id q̄ ad extremū in obsides Hiberorū peregit arguere videatur ipsum nō mitem neq; placidum natura sed arte & consilio temporis causa simulatum fuisse. Mihi vero meram virtutē & racionē stabilitam fortuna nūquā in contrarium mutare posse videtur. Bonas tamen volūtates & naturas laudabiles nihil prohibet magnis aduersitatibus cōtra merita cōtingentibus immutari. q̄ equidem Sertorio euenisse credo. rebusq; aduersis irritatum cōtra iniurias malignantium acerbius inseuisse. Sed hec postea. Tunc ergo ex Libia in Lusitaniam profectus & dux eorum imperio factus prouinciā stabiliuit & Hiberiā proximā eius imperio adiunxit: plerisq; sponte sese illi dedentibus maxime propter humanitatem eius & efficaciam in agendo. Sunt quoq; ab ipso nonnulla alciori fallacia & arte perfecta: in quibus illud precipuū: quod ceruam candidi coloris mansuefactam sic ut vocātem exaudiret: & vadentem sequeretur: nec strepitum castrorum nec multum clamorem formidaret: paulatim apud Barbaros homines & religioni pronos iactare cepit domū id esse diane sibi trāsmissum multaq;

ex oculis per illam edoceri. Quotiens enim hostes ingressos fines aut urbē aliquā
cepisse occulte presenserat in somnis dictum sibi Acerua simulabat: ut copias in
armis haberet. Rursus vero si victoria aliqua suorum ducum deferebatur: occulta
to nuntio. Ceruam coronabat: sibiq; ab ea fauste nuntiatum & ob id diis supplican
dum esse dicebat: quasi feliciter aliquid gestum audituros: per hanc artē illos sibi
magis ac magis parere compellebat: veluti nō hominis alienigene sed dei consiliis
ducerentur. Et sane huic fame res ab eo geste attestabantur. Cum duobus enī mi
libus & sex centis quos Romanos vocabat: septingentis Afris admixtis: in Lusita
niam uenerat: ibi ad has copias quatuor milibus Lusitanorum peditum & septin
gentis equitibus adiunctis aduersus quatuor duces Romanorum bellum gessit:
sub quibus erant peditum milia centum viginti: equitum septem milia. sagittario
rum & funditorum duo milia vrbes innumerabiles cum ipse nō nisi viginti vrbes
in sua ditione ac initio haberet: Tamen cum hac tanta copiarum tenuitate non so
lum gentes magnas & urbes multas subegit sed & missos contra eum ab Romanis
duces Coctam quidem apud Mallariam nauali prelio superauit: Phidiam vero p
torem Hiberie profligauit: interfecitq; in ea pugna duo milia romanorum ciuium;
domitium proconsulem contriuit. Toranium a Metello missum cum toto exerci
tu deleuit. ipsum quoq; Metellum virum sue etatis amplissimum in tantam com
pulit necessitatem ut. L. Lollius ex prouincia Narbonensi sibi auxilium ferre co
geretur & Pompeius magnus ex vrbe cum summa festinantia mitteretur ut Ser
torio resisteret. Neq; enim habebat Metellus quo se verteret: contra hominem in
feste audatie & non iusta acie sed tumultuariis certaminibus & variis semper ar
tibus insultantem expedito ac leui exercitu ipse stabili ac pedestri assuefactus pu
gne & cum eo exercitu qui manus conserere & robore decertare egregie ductus
erat: ceterum montes scandere & se succingere ad persecutiones fugasq; incessabi
les & difficultates medie inquietudinisq; tollerare in star Sertorianorum militum
nequaquam potēs. Accedebat ad hoc q; Metellus ipse iam grandior natu ex mul
tis ac magnificis gestis ad quietam ac voluptuosam vitam declinabat. Congredie
batur autem cum Sertorio recentis spiritus viro: cui corpus mirabiliter dispositū
erat ad robur & celeritatem & laborum tolerantiam. vino enim nec dum quietē
agere indulgebat: ad difficultates maximas ad longas itinerationes ad continuas
vigilias ad venationes per aspera queq; atq; inuia assuefactus ex quibuscumq; locis
inuadendi euadendiq; peritiam habebat: ex quo fiebat ut Metellus facultate pug
nandi non prestita: omnia que victis euenire solent pateretur. Hic autem pugnam
detractādo superaret. neq; enim aquatum nec pabulatum exeundi facultatem ini
micis prestabat. mouere castra prohibebat. castrametatos uexabat: quod siq; ā vr
bem obsidere pergerent: ipse superueniens obsidentes obsidebat: ut victi tedio qui
cum Metello erant quo se verterent aut vbi consisterent nescientes clamarent ut
Metellus ipse singulari certamine cum Sertorio eum namq; Sertorius prouocaue
rat dimicaret Dux cum Duce & Romanus cum Romano detrectantem vero pu
gnam Metellum vt ignauū aspernabantur. Sed ipse Metellus hec dicentes meri
to cōtinebat: ducem enim ut inquit Theophrastus non militis sed ducis obire mor
tem decet Cum vero animaduertisset Metellus Lagobritas: qui non paruā opē
Sertorio afferebant: sibi faciliter expugnari posse Vnum enim dumtaxat puteum
intra vrbem habebāt: suburbanas vero & circa Menianas obsessor aquas poterat
auferre: aggrediebat vrbem ea spe vt duorum spatio dierum ablatis aquis ea po
titurus esset Itaq; militibus edixerat ut quinq; dierum cibaria secum deferrent.
At Sertorius celeriter cognita re auxiliatus: duo milia vtrum impleri aqua iubet
pollicitusq; pro quoq; vtre certa argenti pondere multis ex hiberis multis etiam

ex Maurusiis nogocium suscipientibus: delectis viris robustis ac velocibus man-
dat ut cum aquam inferant: tum inutilem bello turbam ut diucius potus sufficiat
reliquis educant quod cum intellexisset Metellus: & iam deerant cibaria: Aquili
um cum sex milibus militum frumentatum mittit. Huic vero redeunti Sertorius
insidias tendit in eumq; redeuntem tria milia militum a tergo ex quadam ualle ex
citat ipse a fronte obuiam factus vertit Aquilium profligatq;. Ex militibus qui
cum Aquilio erant partim capti sunt partim necati. Aquilius ipse amisso equo so
lus effugit: quo facto confestim Obsidionem relinquere: Metellus ac turpiter ni-
mium a Sertorianis derisus abire coactus est. Sertorius cum ob huiusmodi opera
plurimum a Barbaris amabatur: tum etiam quod Romanis armaturis ordinibusq; &
signis veritatem ipsorum aufferens pro predatoria manu ingentem exercitū effe
cerat. Insuper argento & auro liberaliter usus galeas militum clipeosq; ornabat do
cebatq; ut thalamidibus pictis floridisq; vteremur. ad hoc donans & prouocās ho-
mines sibi beniuolos faciebat. Maxime autem beniuolentiam sibi comparauit: ex
his que circa puerorom eruditionem machinatus est. Nobilissimis siquidem ado
lescentibus in Oscam vrbem conuocatis: preceptores eis tradidit grecarum simul
& latinarum litterarum per quem modum re quidem vera obsides habebat: spetie
autem erudiebat: quasi cum viri forent in partem administrationis & imperii eos
suscepturus. At patres eorum vehementer gaudebant: cernentes filios pretexta-
tos honestissime ad magistros euntes. & Sertorium pro eis salaria pendentem ac
sepe ipsos examinantem & prima doctioribus tribuentem: bullasq; aureas donātē
Quanta vero beniuolentia prouinciales erga Sertorium affecti essent: uel ex illo
intelligi potest: quod cum mos esset yberis: ut qui duci se deuouerāt: vna cum illo
morerentur: atq; ob eam causam ceteris quidem ducib9 pauci ad modum amici ad-
esse consueuissent. Sertorium multa hominum milia deuota sequebantur. Et dici
tur iuxta quandem vrbem superantibus hostibus se se neglexisse hiberos ut Ser-
toriū protegerent nec prius de salute propria cogitasse quam Sertorium humeris
asportatum in tuto posuissent Nec solum Hiberis verumetiā italis carus erat Ser
torius. M. Perpennam eiusdem factionis hominem cum multis pecuniis & mag-
nis copiis in Hiberiam profectum & seipsum seorsum aduersus Metellum bellige
rare cupientem grauiter ferebant milites. plurimisq; ferro apud eos de Sertorio
erat. Ita ut Perpennam nobilitate generis & diuitiis timētē perureret. Cum ergo
nuntiatū esset Pompeium montes Pireneos transcendere Perpenne milites rap-
tis signis magno clamore postulare ceperunt ut ad Sertorium ducerent & nisi eos
duceret Perpenna: se relicturos eum testabātur iturosq; ad virum qui & seipsum
& eos seruare posset. qua necessitate adductus Perpēna copias suas tres enī supra
quinquaginta cohortes habebat: Sertorio coniunxit. Sertorius aūt omnib9 trans
Hiberum amnem ad eum concurrentibus multitudine quidem habūdabat: nā con
fluebāt ad eū vndiq;. sed erat ut fit Barbara turba: que veritate & superbia cūcta
turbaret: nec expectaret iussum ducis: sed sua temeritate in hostes ferrēt. Primū
igitū Sertorius rationibus ac verbis instruere eus conatus est deinde vt vidit ipsos
nichilominus temere properantes statuit sic eos obiicere hosti: ut non omnino fran
gerentur: sed plagas acciperent multas. sperans per hoc ipsis de reliquo mansuecō
gibus vsurom. Gesta itaq; re ut ipse cogitauerat: succurrit in tempore: & fugiētes
suscepit reduxitq; in castra ac post paucos dies vt mentes eorū erigeret consolare
turq;: aduocata tocius exercitus contione duos equos adduci iussit alterum ī acie
senioq; rōfectum alterum fortem & nitidum caudamq; habentē magnā Adstabat
autem iuxta gracilem illum vir magnus & robustus: iuxta nitidum vero & fortē
vir paruus & imbellicis. Dato autem signo vir ille magnus vt ei preceptum erat

caudam gracilis equi ambabus manibus captam euellere: setas omnes vno impetu
adnixus est. paruus contra vir nitidi equi caudam paularim uellebat. Tandem ve
ro vbi ille frustra simul totam caudam trahens sibi quidem molestias manes: cir-
cumstantibus vero risum prebens defessus est. Et ille paruus euellendo paulatim
setas caudam fortis equi spatio perbreui nudauit. Tunc assurgens Sertorius. vi
detis inquit cõmilitones ingenium plus posse quã vires. Multa enim que vno im-
petu superari non possunt: paularim superant. Omnia namq; vincit studiosa sedu-
litas. nec est vlla tam magna potentia: quam non exuperet tempus fidele auxiliũ
eorum qui aptitudinem eligunt intempestiue autem properantibus inimicissimũ
Hec Sertorius ad cõsolationem simul disciplinamq; Barbarorum de tempore disse
rebat. Non parue admirationis inter cetera eius egregia rei militaris opera illud
habitũ est: quod in Caritanos edidit. Ea est gens supra Tagnium amnem: nõ Op-
pida neq; Vicos habens sed Montem iuste magnitudinis antraq; & concauitatea
ad Boream versus. Ceterum omne circa solum Argillam continet: & terram faci-
le ab estu putrescentem puluerulentamq;: neq; supergradientes sustinere idonea;
& modice contacta velut cinis diffunditur. In eas speluncas barbari quotiẽs belli
terror imminet confugere suaq; asportantes secure degere cõsueuerant. q̃si nulla
vis nocere eis posset. Euenit igitur Sertorium per id tempus a Metello pulsum
haud procul ab eo monte castra habere: quem cum Barbari veluti victum contem-
nerent: siue ob iram siue ne fugere videretur prima luce obequitans sitũ naturãq;
loci cõtemplabatur qui cum nullum penitus aditum haberet: vanaq; omnes essent
conatus cernit ex solo magnã vim pulueris in eos deferri. Et enim spelunce ut dixi
mus ad boream conuerse sũt & ventus ab arcto veniens: quẽ Ceciam vocant maxi
me contra eas perflat. Tunc igitur licet estas foret vehemens & Arcte glaciei li-
quefactione nutritus dulcissime flabat: ipsos & pecora per diem refrigerans. Hac
igitur re animaduersa Sertorius iubet milites puluerulentam ac cinerosam terrã
confodere: & contra ipsum montem cumulum agere: quem Barbari putãtes ad ex
pugnationem aggerem strui: ab initio deriserunt. Sertorius cum usq; ad noctẽ mi
lites in opere habuisset: eos in castra reduxit. Postridie prima luce aura leuis per-
flare cepit. & subtilissimum puluerem deferre: deinde valido flãte vento: milites
aggerem quaterẽ ac non nulli cum equis ingressi perequitare: ut puluis altius in
surgeret ceperunt quicquid insurgebat pulueris ventus arripiens in Barbarorum
habitacula deferebat: que cum ad eam partem dumtaxat qua vẽtus flabat aperta
essent subito fauces replete spiritusq; preclusi sunt. Itaq; vix duas dies tollerantes
tertia se se Sertorio dediderunt non tantum inde comoditatis quantum glorie cõ
secuto quod ea que armis superari non possent ingenio confecisset. Quãdiu Serto-
rius aduersus Metellũ bellum gessit ob senectutẽ potius & innatam Metelli tar
ditatem superior esse extimabatur. sed cum iam aduersus Pompeium montes Pi-
rencos transgressum decertaret: positisq; iuxta castris omnem rei militaris experi
entiam inferendo repellendoq; pericula ostenderet: ac etiam aduersus Pompeium
superior esset tunc maxime fama Sertorii claruit: ut etiã Rome opinio essẽ cũctos
eius etatis duces in bello gerendo Sertoriũ antecellere. Neq; enim tũc parua erat
Pompeii fama: sed maxime floruerat ob res sub Silla gestas ab eo: ob quas etiam
magnus meruerat appellari. & per quas non dum pubes triũphauerat. Vnde pri-
mo eius aduentu in Hispaniam multe ciuitates que antea in partibus Sertorianis
erant in Pompeium conuerse defectionis impetum ceperãt quarum tamen cõsilia
repressit id quod preter omnium spem circa Lauronum oppidum euenit. Serto-
rio namq; eos obsidente accessit Pompeius cum omnibus copiis auxilium his qui
obsidebantur laturus. Ibi cũ Sertorius oportunũ aduersus vrbẽ cumulũ occupare

velle t:& Pompeius prohibere niteretur ac preueniens Sertorius in eum locū mi
lites deduxisset: Pompeius facultatem sibi prestitam rei gerende:& hostem medi
um inter vrbem sociorum & sua castra inclusū conficere posse ratus leticiam susce
pit opidanisq; per nunciū edixit ut bonam spem haberēt:intuerentq; pro menib9
sedentes ipsū Sertorium non obsidentē sed obsessum. At Sertorius hec audiēs ri
sit & Sille discipolo sic enim Pompeium vocitabat se ostensurū inquit oportere du
cem post terga magis q̄ ante se prospicere. His simul dictis sex milia militum in
primis castris vnde profectus ad occupacōnem tumuli p̄cesserat:a se relictos ostē
dit ut Pompeii si se aggrederet̄ terga inuaderent:quos cum Pompeius vidisset:
nihil est ausus attemptare ne circumueniretur formidans. Sed cum erubesceret
socios in periculo constitutos deserere:presens eoꝝ euersionem aspicere coactus est
Oppidani enim amissa spe se dediderunt Sertorio qui eis quidem pepercit & om
nes dimisit:vrbem autē intendit:non ira neq; crudelitate. minime enim omniū du
cum hic vir indulgebat ire sed dolore & verecundia eoꝝ qoi Pompeium admira-
bant̄ vt uulgaretur inter Barbaros:q; presens Pompeius quasi ad incēdium socie
urbis calefactus auxiliū ferre amicis nequiuisset. In victoriis quas hostes Serto-
rii habuerunt semp euenit ut Sertorius ipse inuictus esset eosq; qui iuxta se erant
incolumes seruaret. Instauracōnes vero ac remedia sua magis claram eius virtutē
in rebus aduersis faciebant. Veluti ī ea pugna qoe apud Sucronem cōtra Pompei
um cōmissa est & rursus ī ea que apud Tuctiam aduersus Metellum simul & Pō
peium. Dicitur aūt in illa pugna que apud Sucronem fuit Pompeius manus con-
serere properasse:ne Metellus particeps victorie foret. Et ipse quidem Sertori9
cupiebat antequam Metellus cōiungeret̄ contra Pompeium dimicare. Sed tamē
instructa acie inclinato iam sole preliari cepit:ratus aduenis & locoꝝ inscius hosti-
bus tenebras & ad fugam & ad insectacōnem impedimento futuras. Ac forte eue
nit ut cōtra eam partem qua Sertorius erat nō Pompeius sed Afranius pugnaret
Nam Pompeius dextrum cornu Afranius sinistrum regebat. Cum ergo audisset
Sertorius suos qui contra Pompeium stabant sustinere Pompeii impetum nō pos
se celeriter accurrit:ac suis in ordinem redoctis Pompeianos victoria exultantes
inuasit fugauitq; ita ut Pompeius ipse pene interficeret̄: prostratusq; ex equo &
vulneratus nulla alia causa euasit q̄ qood milites Sertoriani capto Pompeii equo
aureis phaleris magnificentissime et preciosissime ornato dum simul de preda cō
tendūt. Pompeius ipse interlapsus aufugit. Afranius vero qui ab alio erat cornu
at Sertorius abiuit aduersarios superauit:&usq; ad castra persecutus castra dir-
ripiebat non enī sciebat Pompeii fugam nec milites a rapina continere potetat. In
ter hec Sertorius victor redibat et contra Afranium impetu facto milites eius va
rie dispersos occidit superatq; Deinde cū sentiret Metellum cum alio exercitu ad
uentare prelium dissoluit:reuocarisq; suis. At ego inquit puerū hunc nisi venisset
Anus illa castigatū verberibus domum remisissem. per id tempus cerua illa de q̄
diximus nusq̄ apparente grauiter angebat̄ Sertorius. Ea nanq; fictio ad continē
dos in fide Barbaros plurimū ualebat: tunc maxime consolacione aliqua indigen-
tes. Sed paulopost inuenta a quibusdam per noctem & colore cognita ad Sertori-
um reducta est. Sertorius illis ne cui diceret̄ magnam pecuniam pollicitus ceruā
in secreto loco cōtinuit & post pauros dies profectus ad tribunal exhilerata faciē
qoasi faustū aliquid hiberis qood in somnis vidisset nūciaturus cum suggestum a
scendisset:cerua a custodibus ut mandatum erat dimissa cursū ad suggestum ubi
namq; Sertorium aspexerat se contulit capitq; inter genua eius submisit:oreq; illi
us dexteram tetigit:consuetaq; prius hoc idem peragere cui cum blandiret̄ Ser-
torius illacrimaretq; primū admiracio habuit milites:deinde plausū & ḡtulacōne.

ut diuinũ et celestibus amicũ hominē Sertoriani laudauerunt: ipsi autē in leticia
ac bona spe erant. In agro Saguntino in extremas necessitates compulsis hostibus
tandē pugnã decernē coactus est dum frumentatũ pficiscerent: pugnatũ est egre
gie ab utraq: pte quo in plio Memmius vir oĩm: qui apud Pompeium erãt pstan-
tissimus interfectus est. Vicit autē Sertorius et multa hostiũ strage usq ad Me
tellum puenit. Hic dum Metellus supra etatē viriliter resistit pilo percutit: quod
et qui viderant & qui audierãt ex Romanis grauiter ferentes: ac turpe rati ducē
suũ deserere p iram conuersi Metellum ptexerunt magnaq: adnisi Sertorianos in
fugam uertunt. Facta itaq: cõuersione uictorie Sertorius in urbem montuosam se
recepit: portaq: obstrusa & menibus undiq: inimicis se obsidendũ pbuit callido cõ
silio: vt Romani circa oppidum intenti & potiri posse cõfisi cetera negligerẽt: nec
restaurari copias pbiberẽt: aut uictos psequi curarent. Miserat enĩ Sertorius du
ces ad eas ciuitates que sibi parebant p delectu babendo: dederatq: illis in mãda
tis vt cũ satis copiarum congregassent certiorē ipsũ facent: q cum esset factũ absq:
ulla difficultate ex abscessa urbe aufugiēs se suis coniunxit: rursusq: cũ magna ma
nu pfectis mari & terra hostē uexibat. Terra quidem insidiis circuitionibus &
oĩm locoꝝ temptationibus improuisis. Mari aũt predatoria classe: sic lictora inse
stans ut deficiente commeatu: duces sese disiungere ac alter in galliam transire. al
ter circa Cacceos biemare cum summa penuria cogeretur: unde etiam ad senatũ
scripsit Pompeius nisi pecunie sibi mitterentur milites e prouincia deductuꝝ: se
iam dum Italiam protegat suum patrimonium consumpsisse: fuitq: Rome opinio &
Sertorium priusq Pompeium in Italiã redituꝝ in tantum pstantissimos belli du
ces Sertorii astus pfregerat. Ostendit autē Metellus quanti Sertorium faceret.
Nam publice premia statuit si quis eum necaret centum argenti talẽta & duo mi
lia agri iugera: ac si exul foret reductioꝫ & ueniã Nisus pdicionibus cõsequi quod
bello nõ poterat. Insuper cũ aliqñ aduersus Sertorium supior in pugna fuisset sic
gloriatus est: sic se ipsũ extulit: ut impatorē appellari & festis ac sacrificiis a ciui
tatibus se recipi sustinuerit: & serta capiti imposuisse & cõuiuia in ueste trium
phali egisse dicitur. Victorie insuper trophea aurea & chori pueroꝝ ac mulierum
eius laudes canente sobuiabant. Pro quibus plane ridiculus erat Metellus si eum
quē fugitiuũ Sille & reliquas carboniane fuge nuncupabat sic gloriabatur cessisse.
Maganimitatis vero Sertorii illud fuerit: quod pulsos ex vrbe senatorios: qui pe
nes eũ degebãt senatũ nũcupabat. ducesq: & qstores ex eis deligebat: & patriis le
gibꝰ cũcta admĩstrabat: deinde quod armis pecuniis vrbibus Hiberoꝝ utēs nullã
eis potestatē cõcedebat sed ptores & magistratꝰ omnes ex romaĩs creabat: qsi nõ
Hiberos cõtra populũ romanũ augeret sed libertatē populi. R. asserere vellet. Et
enim erat Sertoriꝰ patrie amator affectusq: huane ad reditũ sed ĩ aduersis durisq:
tpibus fortem se prestabat: in victoriis autem ad Metellum Pompeiũq: mittebat
se paratũ offerēs depositis armis: priuatũ in urbē redire velle si sibi pmittat. Mal-
le se enim Rome ignobilissimum ciuem quam exulem omnium aliarum ciuitatum
imperatorem nuncupari. Dicitur autem non minime cupiuisse reditum suum ob
amorem matris: sub qua Orphanus educatus mirabiliter erga illam affectus erat.
Cuius postea audita morte: paulo abfuit quin merore interiret. Septem namq:
cõtinuis diebus nec tesseram dedit nec ab amicorum quopiam conspectus est.
Vix tandem annitentibus iis qui ordinem ducebant: suaderi potuit sibi vt exiret:
ac se militibus ostenderet. & rebus que feliciter procedebant vti vellet. Ob que
multis visus est vir natura mitis & ad quietem aptus ac preter voluntatem co-
actus se bellis ac imperiis immisceri: & cum secure viuere sibi non liceret: sed ab
aduersariis compelleretur: in arma necessariam corporis tutelam diuertisse.

Declarant etiam magnanimitatem eius res cum Mithridate geste. Nam cũ Mi-
thridates ex Sillano conflictu: ueluti ad secundam luctacõnem assurgẽs Asiam in-
uasisset & magna Sertorii fama iã cũcta penetrante rumoribusq; de eo ab Hespe-
ria in pontũ per nauigantes delatis: omnia complerent cupido cepit Mitridatem
legatos ad Sertorium mittere maxime ab adulatoribus incitatũ qui Sertoriũ Hã-
nibali Mitridatem Pirrho comparantes negabant populũ ro. contra tam sublimi-
a ingenia tãtasq; potentias bifariam inuadentes resistere posse peritissimo rei mi-
litaris duce cũ maximo rege conflicto. Misit igiť Mithridates legatos in Hiberiã
literas Sertorio & mandata portãtes: per que offerebat se pecunias & naues Ser-
torio daturum. petebat vero ut Asia prouintia sibi concederet. Aduocato itaq; cõ-
silio quem senatum appellabat Sertorius cũ de hac re ad eos referret censentibus
cunctis oblaciones regias leto animo recipiendas esse titulum vero manẽ eorũ que
in sua potestate non forent: pro his quoq; plurimum indigebant concedendum nõ
tulit Sertorius sed Bithiniam inquit & Capadociam occupanti Mithridati nõ in-
uidere gentes parere asuetas nec quisquã pertinentes ad imperium populi ro. q; si
prouinciam populi R. iuste partam ipse occuparit & dum eam teneret a fimbria
depulsus sit: & in federe quod cum Silla iecerit illam dimiserit: Hãc inquit se nõ
laturum ut iterum usurpet. Etenim suis uictoriis rem romanam augeri debere:
non autẽ per ipsũ diminucõnem fieri romane reip. generoso quidem homini cum
honestate vincere optandum esse. Cum turpitudine vero nec salutem queri debe-
re. Hec Mithridati renunciata plurimũ terruerunt. Et dicitur dixisse ad amicos
quid censeret Sertorius si Rome in palacio sederet quando nunc in Atlanticũ de-
pulsus mare terminos regno nostro imponit: & imminẽtibus Asie bellum minať.
Inita est tamen inter eos cõfederatio ut Mithridates Capadociam & Bithiniam
haberet: utq; Sertorius ducẽ sibi & milites transmitteret. Ipse autem Sertorio na-
ues quadraginta & tria milia talenta preberet. Et misit quidem Sertorius in Asi-
am. M. Marium pretorem virum senatorii ordinis & ipsũ exultãtem quem urbes
quasdam Asie intrantem cum fascibus & securibus ipse Mitridates sequebať illũ
tanq; maioris potestatis premittẽs. ab eo pretore quedam ciuitates liberate sunt
quibusdam tributa remissa Sertorii gratia: que res Asiam superbia & auaricia pu-
blicanoq; dudum uexatam ad spem nouaq; rerum & Sertorii desiderium erexit. In
Hiberia vero amplissime dignitatis homines qui cum Sertorio erant: ut primum
spes magna effulsit metusq; abscessit inuidia aduersus illũ perurere cepit cupido
q; mala inuasit animos: Ante omnes. M. Perpenna nobilitate familie & ingenii va-
nitate principatum affectans: sermones haud quaq; sanos inť amicos diffudit Quis
nam inquit demon improbus de malo in peius nos continuo differt. Tocius simul
orbis dominanti Sille parere domi manentes indignum putauimus: huc autẽ pro-
fecti voluntarie seruimus: & Sertoen exilium tanquam satellites custodimus: de-
risi ab omnibus ob inane senatus nomen in quo mandatis Sertorii non minus pare-
mus quam Hiberi aut Lusitani. His & huiusmodi verbis concitati quidẽ Serto-
rio infensi erant non tamen aperte: nam formidabant eius potentiam: sed clam res
corrumpebant. & subditos per acerbitatem punicionum ac tributorum onera qua-
si Sertorio iubente ad defectiõem concitabant. Ex quibus rebus ciuitates quedã
a Sertorio desciuerunt: & turbis quibusdam exortis qui ad eas sedandas compri-
mendasq; mittebantor: fomenta discordiaq; exaugendo multis bellis & sedicioni-
bus regiones impleuerunt: effeceruntq; ut indies minus Sertorio pareretur. Et
hec quidem indignacio ex priori humanitate Sertorium contra pueros Hiberoq;
qui in Osca erant irritauit ut alios necaret: alios venderet. Perpenna cũ vero mul-
tos sibi ascriuisset Manlium quendam ex Sertorianis ducibus ad hoc sibi adiungat

Hic tum forte adolescenti cuius amore distinebatur hec omnia pandit: & hac spe
elatus ceteris amatoribus obmissis. sibi vni se addicere hortatur maximā cōfestim
potentiā habituro. Adolescens cuidā Aufidio amatori qui sibi gratior erat hec ap
peruit que cū audisset Aufidius obstupuit: nā & ipse vnus ex cōiuratis erat igno-
rabat tamen Manlium ista sentire: Perpennā vero & quosdam alios de quibus sibi
notum erat nominante adolescente conturbatus sermonem abrupit & inanum cō
temnendumq; Manlium dixit: qui ita vanas fictiones inducat. Ipse autem ad Per
pennam profectus rem prout audiuerat & quanta celeritate opus foret exposuit
Rem igitur aggressi conficiendam nuntium induxerunt victoriam quandam vni9
ex Sertorianis ducibus & cedem magnam inimicorum significantem: ad quē exi-
laratus Sertorius cum immolasset: Perpennam ipsum & alios qui aderāt Hi erāt
omnes cōiurati: ad cenā inuitat: exoratq;. Mos erat Sertorio in cōuiuiis plurimā
semper honestatē decorēq; seruare: nec videre quicq; turpe nec audire sustinebat
docueratq; omnes suos ab omni maledicto ac iurgio abstinere sed placide ac mode
ste ioco vti Tunc igitur in medio conuiuii rixe initium querētes aperte verba tur
pia flagitiosaq; iactabant. & ficta ebrietate multa sceleste agebant ut Sertorium
prouocarent. Sertorius vero siue quod grauiter ferebat in cōcinnitatem eoꝝ siue
quod ipsorum mentes ex tarditate loquēdi & incōsueto contemptu animaduerte
ret mutato discumbendi modo se supinum disposuit: quasi videre nec quicq; vellet
nec audire. Perpenna autem Phialam meri in medium proiciente & strepitū inde
facto quod erat signum cōiuratis datum. Antonius qui supra discumbebat gladio
Sertorium percutit: conuersi vero ad plagam & insurgere conantis in pectus ruit
manusq; ambas capit ne resistere valeret: per hunc modū a multis cōfossus occidi
tur. Maxima Hiberie pars Metello & Pompeio post mortem Sertorii se se trada
dit. Eos qui manserunt Perpenna suscipiens aduersus inimicos bellū gerere ador
tus est. In quo statim sui experientiā dedit ut viri nec ad parendū nec ad imperan
dum apti Nam fretus Sertorii apparatibus aduersus Pompeiū congressus breui
superatus fuit: & captus: nec vltimam quidē fortunā ingenue tulit. Sed cū habe
ret Sertorii litteras Pompeio promisit virorum cōsularium & qui plurimum Ro
me poterant epistolas propria manu scriptas per quas cupidi nouarū rerū Serto-
rium in italiam vocabant se ostensurum. Sed Pompeius nō ut iuuenis sed ut gra-
uis: & prudentis animi vir eas quidem litteras nec legere ipse voluit: nec a quoq;
ut legerentur permisit: sed ipsas omnes in vnū collectas cremauit. Quod eius factū
multos ciues periculo: & magnis nouitatibus patriā liberauit. Perpennā insuper
statim occidit veritus ne uulgatis quorūdā nominibus turbationes & scandala ori
rentur. Reliquorum vero qui Sertoriane necis cōscii fuerant: alii ad Pompeiū de
ducti mactati sūt Alii in Libia profecti a Maurisius interfecti fuerunt Nec quisq;
eorum euasit preter vnum Aufidiū Manlii Riualem. Hic enim siue latens siue ne-
glectus in quadam Barbarie villa impos in ususq; consenuit

Epistola Leonardi Iustiniani Poete De vita atq; gestis Scimonia Incipit

CVM PER MVLTA sint litterarū studia Heinrice pri
ceps que sūmum & decus & ornamentū claris hominibus
afferre possunt tum maxime historie iocunda cognitio: his
potissimum viris qui quēadmodum tu altis in rebus versa
ri volunt summopere peroptanda mihi videri solet. Nam
ea institutio que ad rectam viuendi racōnem pertinet & si
nunq; satis digne laudari coli atq; complecti possit: mirum

tamen in modum ad bene viuendum cōducere arbitror: si cū ipsa fuerit maximaꝝ
rerū ac hominū coniūcta noticia Illa enim leges & instituta vite: hec faces quasdā
cōparat & stimulos ad virtutem. Q si tantum momenti ac virium ad res magnas
glorie desideriū habere creditur ut lacedemonii ab his pueris quos neq laudibus
afferri: neq ignominiis affici cognouissent: nil magna laude dignū expectādū esse
censerent. Quis dubitat clarissimorū hominū gestis ac maximarum rerum recor-
datione nobilis presertim animos ad glorie ad immortalitatis studium vehemēter
accendi. Sic homerus cuius in omni re amplissima est auctoritas grauissimūq iu-
dicium mortalium mentes: non preceptis: non institutis non disputationibus: sed
rebus gestis & insignium virorum moribus ad capescendam virtutem facilius cō
citare sperauit. Ac eius preterea libri quorum quedam tantū fragmenta per greci
am sparsa diuagabant̄ apud Reophileti posteros ab licurgo comperti tunc primū
ad grecos homines delati sunt. Neq hoc in loco alienam iudico preceptoris nostri
Guarrini eruditissimi viri sententiam qua dicere solet in instituendis hominū mo-
ribus imitandos esse pictores qui non modo verbis aut preceptis nouos suarū rerū
discipulos: verum etiam prestantissimis sibi propositis imaginibus erudire conten
dunt. Videtur enim velut speculum esse historia vbi humane vite leges clare cōspi
ciuntur & animus ea perinde ac face quadam ad optimarū artium cultū accendit
Ac si volumus & aliam quoq vim historie cōtemplari videbimus eam haud medi
ocrem & in consulendo auctoritatem & in agendo prudentiā comparare. Si enim
res veteres: si nouas pariter memoria repetamus: reperiemus opulentissimas ciui
tates opulentissimos populos: amplissima deniq regna precipuo senū creuisse: flo-
ruisse: constitisse consilio. Licurgus ille vir diuinus appollinis oraculo iudicatus cū
Lacedemonios multis legibus clarissime instituisset: tū platonis iudicio in primis
laudata est triginta ut Aristoteli aut fere omnibus placuit octo & viginti senioꝝ
illa cōscriptio qua potissimum reipu amplitudo aucta diu perseuerauit. Cū itaq
senes etate mala cōfecti in paulo hebetius tardiusculūq sint prolapsi ingeniū solaꝫ
multarum rerum experientiā atq vsum: tantū sibi prudencie tantū auctoritatis
video prestitisse: quare cogitanti mihi quonam pacto iuuenes: aut prestare senibꝰ
aut saltem equari queant perquā maxime id fieri posse historiarum cognitione vi
deri solet. Nam cū acrius sit in eis ingenium atq flagrantius: & virium robustitas
integrior que in exequendis cōsiliis perutilis semper nōnumq necessaria iudicatur
Non equidem video cur senes eis anteponamus si etiam ad perdiscendū illustriū
virorum maximarumq ciuitatum res gestas artes cōsilia instituta bella fortuitas
mentem appulerint. Q . si vnius etatis gesta tantopere senū auctoritati cōducere
solent quid totius antiquitatis ampla cognicō qualēue dignitatem iuuenibus qui
& ingenii & corporis viribus preualent afferre censebitur Quare cum tātum mo
menti ad bene gloriosēq viuendum rerum hominumq noticiam habere videremus
& multa in eo genere scripta perpetua memoratione dignissima nostris hominibꝰ
prorsus ignota essent: placuit id parum ocii quod nobis a publicis priuatisq nego
ciis datum est: partim ad hec vertendum cōferre que & tibi multum iocunditatis
& studiosis hominibus: non parum emolumenti nostro autem ocio aliquid dignitā
tis afferre sufficerent. Nec me fugit clarissime princeps fore ut quidā nec ii admo
dum quorundā opinione indocti hunc nostrum laborem vanis reprehensionibus ar
guant quorū ineptiis breuiter hic nobis respondendum esset nisi Franciscus barba
rus noster prestantissimi vir ingenii confutata illorum sententia hunc locum seorsū
accuratissime disputasset. Nos itaq summorum ac doctissimorum hominum imita-
tione adducti duos tibi clarissimos viros e plutarcho latine vertere istituimus: tū
ut officio nostro erga te quo nemo aut auctoritate apud nos aut beniuolētia superior

esse potest: aliquantulum satisfecisse videremur. tũ etiam ut opera nostra quippiã tibi adiectum sit: quo & virtus tua & domestica gesta confirmacõra reddant. Nã ad arces ad moram ad gloriam externis nõ multum exemplis indiges: cui paternũ maternumq; genus ĩnumerabiles prope reges fortissimosq; imperatores ediderit quorum splendore ac gloria lusignana domus tua regias inter familias illustrissima iudicatur. Nam ut de Carolo magno Romanorum imperatore reliquisq; maioribus tuis taceã: quis patrui tui petri celebrata in grecos turchos & egiptios gesta? quis Iacobi patris tui fortitudinem ac magnificentiã? quis iam fratris prudẽciam iusticiam clementiam herculeum robur ceterasq; regis ornamenta vrbis amplecti potuerit? Quorum imperio ac auspiciis opulentissima Ciprus & iustissime & fortissime gubernata est Te vero clarissime prĩceps cõsu'to pretereo cui si maximas gerendi res occasionem fortuna prestiterit. intelliget orbis quante in te virtutes sint quibusue belli & pacis artibus antecellas ut non tibi plus dignitatis q̃ tu sibi tua domus sit allatura. Nostro itaq; labori iam mentem accomoda & Cimonis Luculliq; quos apud plutarchum de glorie magnitudine cõtendere legimus vitas intellige: quas vsq; adeo immortali memoria dignas esse arbitror ut non satis ego mirari queam cum aliquot huius etatis doctissimos homines hoc sibi munus interpretandi susceperint: hos duos prestantissimos imperatores in primis vertendos non delegisse. Nam tum Cimon prudentia iustitia fortitudine liberalitate ac bellicis artibus nulli prorsus grecorum ducũ cõcederet tum id maximum sue virtutis argumentũ est quod grecum imperium sua potissimũ opera auctum pariter cum eius vita deciderit. Neq; pacum sibi glorie mea sententia adiectum est quod grauissimo Plutarchi iuditio cum lucullo fuerit conferendus cuius nomen cum penes Latinos prope extinctum esset: nostra industria exuscitatum ingens decus splendoremq; italie cõparaturum esse speramus: neq; video cuinam Romanorum principum in omni genere laudis iste cõcedat. Priuatus enim q̃ integre q̃ preclare vitã moresq; instituerit publicis in rebus ostendit. Nam questuram edilitatem preturam consulatum imperium ita gessit ut non modo opinionem hominum que de se maxima erat verum etiam omnium ferme superiorũ imperatorũ gloriã superarit nec mirum. Fuit enim In lucullo incredibilis quedã magnitudo ingenii sũma litterarum tociusq; philosophie cognitio elegans dicendi copia diuina memoria precipua religio integerrima fides domestica pietas par quedã in omnes comitas & regius demq; splendor atq; munificentia. Bellicis vero in artibus quẽ ut Eschili verbis vtar huic cõparabimus? quẽ huic opponemus quis huic similis? Cum vel anthiochum grauem philosophum scripsisse constet. Lucullum victoriam omnium quas vnq; sol viderit maximam ex hostibus retulisse Que cum tanta sint res visa est una qua tum tua tum aliorum etiã causa elaborarez. Neq; dubito cũ illustres Cimonis & Luculli vitas plutarchiq; de vtroq; iudicium ab ipso fonte philosophie ꝑfectum accurrate ꝑlegeris fore ut hãc nõ iniocũde aut ĩutilẽ positã a nobis operã iudices

Plutarchi Historiographi greci De Vita atq; gestis Cimonis Historia per Leonardũ Iustianũ in latinũ traducta linguagiũ incipit.

PERIPOLTAS vates ex Thessalia Opheltã regem suos q̃ in Boetiam populos deducẽs familiam multis deinde tẽporibus nobilissimam ex se reliquit. Plurimi ex ea cheroniam urbem incoluerunt vbi primum expulsis vi barbaris cõsedere Ex hac stirpe q̃ plures & natura pugnaces atq; viriles in medicis incursionibus ꝑlusq; galaticis sũma audacia

freti cecidere. Supstitit adolescẽs quidã parẽtibꝰ orbus Damon cognoĩe Peripol
tas His & venustate forme & animi elacõe equaliũ suoꝝ nemini cõcedebat durum
alioquin & inexorabile ingeniũ nactꝰ Romanus quidã is forte per id tp̃is cohortis
militũ p̃fectꝰ cheronie hibernabat in huius iam adolescẽtis libidinẽ exardebat Cũ
itaq; ne quicq; & p̃ce & largicõibꝰ hũc sibi pellicẽ atq; cõciliare tẽtasset. neglectus
tãdẽ iuribus vrbis haud a violentia tpaturus esse videbat. Erat enĩ nostra tũc pa
tria nec multitudine ciuium nec diuiciis habundans. Damon effrenata viri proca-
citate irritatus ĩ hũc irasci postremas illi extruere insidias atq; parare: ex equalib
suis haud plures q̃ sex & decem delegit quod parua cum plurium manu occultius id
facinus patrari posse sperabat Hic cum plurimã bibendo noctem cõtriuissent simĺ
ac illuxit: facie prius caligine fauillaq; illita in forum armati erumpunt. Ibi Roma
no inter sacrificandũ & q̃ pluribus qui secum aderant trucidatis confestim ex vr-
be diffugiũt Tumultu orto cum frequens cheronẽsium concilium venisset in curi
am in hos reos animaduersum est: atq; pena capitis damnati. Hoc decretum chero
nensium causam maxime tuebatur apud Romanos. Vrbis deinde principes ut cõ
suerunt vesperi cõcenãtes. Damon cum suis in curiam irruentes cum necauissent
iterũ ex vrbe p̃fugiunt. Lutius Lucullus per eos forte dies istac suas copias p̃ter
ducens cum has Romanorum cedes accepisset: nam & hi motus nuper obrigerant
signa firmauit. Sũma deinde diligentia causam percontatus cũ cõperisset non mo
do insontem ciuitatem verum etiam & vltro iniuriis affectam: susceptis militibus
suum cum exercitu iter p̃secutus est Damon vero excursiones in agros facere re-
gionem predari atq; diripere & iam vrbi ipsi periculo maximo imminere. Tunc op
pidani eum dolo subducere aggressi simulata venia reditũ in vrbem sibi decernũt
missisq; ad eum legatis patrie restituunt. Ita in vrbem regressus gimnasii p̃fectus
extemplo declaratus est Inde eum in thermis se vngentẽ interfecere. Eo loco hor-
rende species diu vise suspiria ut a patribus nostris accepimus exaudita Ea prop-
ter thermarum fores obstructe atq; obturate. & nunc quoq; eius loci vicini turbu-
lentissimas ibi voces & simulachra circũferri arbitrantur. Huius familie homines
superstant enim aliquot circa stiringphoridis maxime inter eolios uersati caligina
tos agnominant. q̃ Damon caligine litus in Romanorum cedem fuerit. Erãt or
chomenii nõ modo cheronensibus finitimi sed odio pariter ac simultate infensi Hi
occasionem inimicitie rati Romanum quendam calumniatorem in cheronẽses mer
cede concitant: qui eis detruridatis romanis diem dicecet Hic ad pretorem mace
donie querelã deferens nec enim in greciã romani pretores miserant: haud secus q̃
in virum vnum vniuersum in vrbis nomen inuehebatur Qui contra pro cheronensi
bus causam dicebant luculli testimonium inducere Hic super ea re per pretorias
litteras rogatus omnem ut erat rei seriem plane exposuit. Hoc presidio cheronen-
ses cum e tanto tocius vrbis periculo euasissent statuam lapideam in foro penes li
berum patrem publice lucullo decernunt. Nos itaq; tam & si multa interim etas
effluxerit lucullo tamen gratias debere existimamus. Atqui ea que corpus aut vi-
ri effigiem imitetur longe clariorem statuam arbitrati que & mores eius decla-
ret atq; ingenium aggredimur in his clarissimorum hominum cõtentionibus hu
ius quoq; viri res gestas referre. neq; tamen ob gratiam quicq̃ historie veritati de
trahemus. Sola & enĩ recũ cõmemoratione officio nostro satisfecisse videbimur
Quando ne ipse quidem equũ duxisset pro vero erga nos testimonio fictam de se
mercedem suscipere mendacem scilicet rerum suarum expositionem. Ceterum ut
pictores cum pulcherrimas describũt imagines multaq; ferme gratia perornatas
si quippiam ineptulum illis insit neq; omnino pretermittere neq; penitus exculpe-
re dignum censent. sic quoniam humanis in rebus nõ modo difficile sed ĩpossibile

pere arbitrantur omni ex parte integram purissimamq; hominis vitam posse con-
stare: si quid digne honeste pulcre actum est id omne historia penitus cõplecti de-
cet. Contra vero si quid uel casu aliquo aut temporũ necessitate non integre factũ
clarissimis rebus intercidat. haud multa id diligentia insigniri oportet. Quinimo
id ipsum magis defectum quendã virtutis q̃ nequicie viciũ iudicare par est. hũa
ne veneratione nature adductos: que nihil decorũ ad summã natũ virtutẽ pfecte
integreq; producit. Videbatur itaq; cõsiderantibus nobis Cimoni permaxime cõ-
ferendus esse Lucullus. Dux enĩ vterq; bellice rei peritissimus & in barbaras gẽ
tes clarissimi ambo Mites in repu. maximas intestinis seditionibus cõspiracões
prebuere. celeberrima insuper trophea illustrissimasq; de hostibus retulere victori
as. Non enim grecorum Cimone prior non romanorum quispiam Lucullo in tam
remotas orbis terrarum regiones infesto exercitu profectus est Hercule ac libero
patre exceptis siue etiam persei in ethiopes medos atq; armenios aut Iasonis veri si
mile aliquod facinus seculis ab illis ad nostram vsq; etatem memorie delatũ est. Hi
preterea ambo bellis pariter infectis militia excessere confractis dumtaxat hosti-
um viribus non tamen deletis penitus. Maxime vero in colẽdis hoĩbus comiter
q; apud se suscipiendis par quedam fuit humanitas atq; munificentia similis quoq;
in vita splendor vrbanitasq; facile conspiciebatur & alias fortasse pretermittimus
cõuenientias: quas ex eorũ vita rebusq; a se gestis perfacile intelligere poterimus
Cimoni Milciades pater fuit: mater vero Egesipile Tercia genere Olori regis fi
lia ut in archelai melanthiq; poematibus ad ipsum Cimonem conscriptis traditũ
est. Vnde & Tucididi historico genere quidem Cimoni necessario olorus pater fu
it ad olorum regem ceu ad progenitorem suũ referens nomen. Is tucidides chrisa
circa traciam est adeptus: ferturq; in scapta silua peremptum. Hic thracie vicus
est diem vltimum obiisse. Eius sepulcrum cum reliquie in atticam traducte fuerĩt
in Cimoniis cõspicitur penes elpinice Cimonis sororis monumentũ. Atqui tucidi-
des tribu quidem Alimusius. Milciades vero laciades fuit Milciades itaq; cum
l. talentorum damnatus esset in vincula cõiectus moritur Cimon adolescẽs ad mo
dum cum elpinea sorore innupta a patre superstes. Primo quidem etatis sue flore
maximam sibi in vrbe infamiam comparauit: quod incontinens vinolentus & auo
suo Cimoni natura persimilis esset: quem ob amentiam elioalemũ cog nominatum
fuisse ferunt. Stesimbrotus vero thasius qui per illa ferme Cimonis tempora fuit
neq; musicam eum didicisse tradit neq; aliam ex liberalibus disciplinã quibus gre-
ci nauare operam consueuere. Ceterum ab lepore dicacitateq; attica penitus abhor
ruisse. Moribus suis affuisse ingenuitatem quandam In primisq; veritatis cultum
ut peloponessiaco magisq; atetco fretus videret̃ ingenio. Deiectus incõptus maxi
mis in rebus optimus ut est in euripidis hercule. Hec de Cimone & stesimbroto
conscripta recepimus. Creditum vero est adolescentẽ eum haud ab sororis cõsue-
tudine abstinuisse: neq; enim pudicam alioquin fuisse elpinicam quinĩmo obsecutã
ultro polignoto pictori ferũt. Ea propter eum in poecilia porticu tũc plesianactio
appellata laodicem inter troianas pingeret mulieres elpinice sibi imaginem presti
tisse. Is vero polignotus nullo artem precio exercebat: nullaue mercede adductũ
sed ob gratiam tantũmodo erga vrbem porticũ illam rerũ scriptores pinxisse tra-
didere. Et poeta melanthius id insinuans ait. Sumptibus ipse suis ornauit templa
deorum. Cetropiumq; forũ heroum certamina pingẽs Sunt qui elpinicã nõ clam
verum cũ Cimone palam cõcubuisse dicant: quod marito sed digno diu ob inopiam
cõiugari non posset. Demum calliae nupsit cui quod inter athenienses diuicus opu
lentus atq; illius amore captus alienũ pro damnato patre es persoluere spopõdisset
haud inuitam elpinicã Cimon vxorẽ dedit. In mulieres vero intẽperantis ingenii

fuit. Et enim milancius poeta elegiis in cimonem ludens Asteriam cõmemorat ge
nere Salaminiam Mestram quoq; mulieres sũmo studio coluisse. Idem etiam intel
ligi licet quod vxoris Isodice Euriptolemi filie mortẽ periniquo molestoq; animo
tulerit: si id conicere a conscriptis ad eum pro leuandis lachrimis leniendoq; dolo-
re elegiis par est: quorũ autorem panetius philosophus arbitratur Archiam phisi
cum extitisse a temporibus haud inepte coniectans. Ceteri vero Cimonis mores
& generosi & gratia quadam admodũ affluentes. Neq; enim Milciadi audatia con
cedentem: neq; prudentia themistocli ambos tamen iustitia & equitate superasse
constat: virtute quoq; militari haud inferior quanq; iuuenis adhuc armorum expe
rientia imperitus rebus vrbanis maxime procellebat. Et enim medis ingruentib;
cum themistocles atheniensi populo suaderet deserta pro salamine vrbe ac agris in
naues arma transferre totamq; belli molem mari gerendam esse aduertens Cimon
plerosq; eius rei stupore exanimatus sumpto equestri freno per ceramicũ forũ ex
ultans cum sociis in arcem conscendit illud dee palladi oblaturus quod nauali dein
ceps nõ equestri certamine opus esset. Donato itaq; freno cũ ex his clipeis qui cir
ca templum appensi erant vnum accepisset habita prius dee supplicatione ad ma-
re deinde contendit. Visum est id facinus haud paucis audacie dedisse principiũ
Fuit quippe specie & forma non negligendus Cimon: ut Ion poeta tradit: corpo-
ris statura mediocri habebatq; multa & crispa coma suffultum caput. In eo vero
certamine cum acriter strenueq; dimicasset maximam sibi in vrbe gloriam cũ ciui
um beniuolentia comparauit. Iam multi sua virtute ad eum conuenere animũ eius
ingenti laude attollere iubereq; digna marathone iam cũ excogitare Atqui se cum
ad capessendas dignitates in repu. contulisset a populo qui iam themistoclis fasti-
dio habundabat: perhumane admissus est. Fecerant eum populo carum compositi
mores. mansuetudo quedã atq; humanitas: familiare ac vrbanum viuendi genus
neq; parum sue dignitati conduxit quod aristidi lisimachi filio mores ac eius inge
nium conspicanti aptissimus is visus est in fastum audaciamq; themistoclis obiciẽ-
dus. Medis vero e grecia fugientib; cum nondum ad athenienses grecie princi
patus traductus esset: sed penes adhuc lacedemonios ac pausaniam sũma rerum cõ
staret naualibus copiis dux est declaratus. Primum quidẽ in ea milicia ciues suos
sũmo studio exercebat: ut preter ceteros longe primarii ornatissimiq; in armis con
spicerentur atq; promptissimi. Pausanias interea litteris clam ad persicum regem
datis de ꝓditione cepit cũ barbaris agere. Is in socios temerarius & crudelis mul-
ta ꝑ licẽtiam impie superbeq; nefanda patrarat Cimon occasionem ratus socios iniu
riis indigne affectos ad se benigne pellicere humane colligere atq; solari ut sensim
non vi aut armis ceterum arte atq; ingenio fretus patrie vendicauerit: grecie prin
cipatum: hoc humanitatis studio plurimi sociorũ a pausanie insolentia adhorrẽtes
Cimoni aristidiq; eos perhumane fouentibus adherebant. Ephoris deinde scri-
bunt consulunt monentq; ut pausaniam domum reuocent q̄ iam sparta per ignomi-
niam neglecta turbulentusq; rerum status in grecia videretur. Ferũt virginẽ quã
dam birantiã Cleonicem nomine clarissimo genere ortam a pausania in libidinem
accersitam. Parentes vero vi pauoreq; consternatos pudicam sibi virginem ꝓstitu
isse. Hanc pausanie domum obscura nocte ingressam sumpto ab his qui thalami fo
ribus ꝑetant lumine silẽtio ad cubile accedentem incaute cespitasse: euersamq; cũ
strepitu lucernam sopitũ iam pausaniam excitasse. Is hostibus se insidiis circũuen-
tum arbitratus stricto gladio inscius in virginem ruens eam confodit. Cleonices
deinde manes omnem pausanie quietẽ adimere atq; turbare eiusq; frequenter sibi
ꝑ somnium visa irate dictitare heroicũ illud. I. viris te pena uocat mortalibus hor
tor. His ita gestis cũ indignatate sceleris tũ virginis pietate concitati in pausaniã

Pocii illum solicitante Cimone bizancii obsident: eumq; mox vrbe eiciunt. Istac hi de diffugiens virgineis manibus admodum vexatus in heracleam ad necromantia cum se oraculū contulit: vbi reuocata cleonices anima supplex infeste virginis irā lenire nitebatur: que in conspectu aduenienes confestim inquit: his malis liberatū fore rū in spartana vrbe constiterit: ea sermonis ambiguitate visa est hominis mortem predixisse. Multi profecto hanc rerū scriptores historiam tradidere. Sociis itaq; ad Cimonem iam coactis nobiles quidem persarum viri regisq; necessarii qui ea forte tempestate Eionem vrbem strimoni fluuio adiacentē detinebant vicinis grecorum coloniis vim intulerant. Quod ubi Cimoni nuntiatum est confestim cū copiis in thraciam enauigauit. Ibi primum cum persis conserto prelio fusum fugatumq; hostem in urbe cōclusit: thracum deinde agris vnde per strimonem vrbi cōmeatus aduehebantur desolatis ceteraq; regione vndiq; obseruata tantam obsessis rerum inopiam tantam iniecit famem: ut Butes eius presidii pro rege ꝓfectus desperatione rerum in urbem ignem immiserit multaq; opum vi in eo congesta ipse cum amicis semetipsum eodem precipitarit. Potitus vrbe Cimon cum iam pluria a barbaris igni absumpta essent nullam prope modum ex ea predā abegit. Regio illa verax suapte natura pulcherrima erat Ab atheniensibꝫ eo colonia deducta tres inde lapideos mercurios atheniensis populus Cimoni decreuit quorum primo sic erat inscriptum. Magnanimi virtute viri qui strimonis olim Antefluentia genus medoeum intra eronis arcem. Confecere fame gelidi quoq; numine matris. Cedibus hostili fedarunt sanguine terram. Hec ducibus magnis patriāq; tuentibꝫ armis. Cicropiam decreta manet clarissima merces. Ventura his laudum studiis accensa iuuentus. Promptius ardebunt patrios defendere muros Atridis huic clara menesteus agmina ducēs. Venit ad excelse sacra olim menia troie. Carmine & hūc magni celebratum constat homeri. Instruxisse acies danaumq; ornasse phalangas. Quis modo pro tantis haud equū censet athenis. Viribus ingenio studiisq; excellere belli. In his tam & si haud vsq; Cimonis nomen declaratum sit maximum tamē honoris splendorem pre se ferre videbantur Neq; enī eiuscemodi themistocles aut milciades quippiam consecuti sunt. Quinymmo huic virtutem pro parta victoria coronā postulanti Socbares deceleus e media contione exurgens obstitit si nō gratam que tamen populo probaretur sententiam dicens. Cū enim o milciades inquit solus pugnando de barbaris victoriam consequere & te vnū tunc honorari equum censeto Quod igitur tanto ob ipsius facinora Cimon honore habitus fuerit ob id arbitror cōtigisse quoniā sub ceteris quidē ducibus iniurias vltro illatas Athenienses ꝓpulsabant Hoc vero vno & hostes vincere. & aduersas urbes infesto agmine petere & hostiles agros deuastare. & ipsam denīq; eronē & amphiolī subigere īcolereq; potuerūt. Scyrū quoq; insulā tali ab Cimone occasione subactā incoluere. Dolopes eā insulā habitabant viri agrorū cultus parū studiosi sed veteres nauigātium ꝑdones. Hi neglecto tandē hospitalitatis iure atq; offitio neq; ab his qui crebro honesteq; in ea insula versabanē abstinuere Ceteꝝ thessalos quosdā institores questus gratia eo ꝓfectos depredati in vīcula rōiecere. Thessali cōfractis vinculis cū ad amphictionicū iudiciū cōfugissent rapte urbs illa pecunie mulctata est. Ciues eas ex erario publico nō ab his cui rapuissent res se repeti debere negabāt Ea sentētia trepidi raptores clā Cimonē litteris accersebāt ut cū classe ueniēs insulā ab se in deditionē acciperet Traiciēs eo Cimō cū insula atheniēsiū imperiū subisset Dolopes inde expulit: cōpositisq; rebus tutum nauigantibus egeū prestitit. Ferūt theseum priscum egei filium ex athenis profugum transfretasse in scirum ibiq; ab Lacomede rege ob trepidationē dolo fuisse interfectū Quod ubi accepisset Cimō habuerūt enī responsum quoddā athenienses thesai iubens reliquas in urbē reduci

proq; dignitate illum velut heroem venerari: sũmo studio cepit indagare sepulcrũ
Ignorabatur vbi nam theseus iaceret: quod siri semp id celassent & habuissentq; an
tea id corpus perquiri. Monumento summa tandem diligentia vix comperto ossi
busq; pretoriam triremem magnifice splendideq; ornatam impositis ea Cimon in
duxit in patriam post annos ferme quadringentos Hec res amplissimam sibi apud
populum graciam cõciliauit. Atq; in eius memoriam institutum est celebre illud
uulgatumq; tragedorum certamen Nam cum primã sophocles iunior adhuc fabu
lam dedisset: iamq; multa contentio multusq; spectantium hominum cõuentus ad
esset. Ephesion pfectus non alios in hoc certamine iudices sortiri voluit. Ceterũ
in theatrum vna cum reliquis belli ducibus aduentans Cimon cum diis consueta
sacra libasset ab Ephesione ibi detentus est: sacramento deinde adactus cum singu-
lis ex omni tribu sedere atq; iudicare iussus est. Hi viri decem fuere quorũ digni-
tate atq; presentia ingentem hec concertatio splendorem est cõsecuta vicisse sopho
clem tradunt. Victum vero Eschilũ & graui merore affectum inique id tulisse pa
rumq; deinde temporis commoratũ Athenis ob iram diuertisse in Siciliã vbi mo
riens prope gelã sepultus est. Ion vero adolescentulus adhuc athenas veniens vna
cum Cimone penes Laomedontem cõcenasse se tradit. Postremisq; poculis iam li
batis iussum Cimonem non iniocunde cantasse Ea re omnium qui aderant cõsensu
supra themistoclem laudatus est. Quod ille neq; cantare neq; fidibus didicisse ve-
rum amplissimam se scire opulentamq; rempu. facere iactasset. Inde vero ut in con
uiuiis par est: cũ ad res Cimonis defluxisset oratio: plurimaq; ibi gesta clarissime
cõmemorata fuissent prudentissimum ipse de se facinus narrare orsus est Multos
ex festo atq; bicantio captiuos barbaros atheniensium socii cum cepissent omnem
diuidendam predam Cimonis arbitrio cõcessere. Hic vero partiens cũ hinc nuda
corpora illinc vniuersa barbara spolia statuisset: accusabant socii partes q inique
essent. Facta deinde potestate ut utram uellent ipsi deligerent Athenienses q; qua-
uis altera satis contentos fore. Nerophiti samii sentẽtia omnem ornatum barbarã
q; suppellectilem socii elegerunt captiua persarum corpora atheniẽsibus relinquẽ
tes. Discedens tũc Cimon ridendus quippe partitor visus est qui aurea psellia bul
las torques candidas purpurã magna operepretia retulissent. contra vero atheni
enses nuda persarum corpora nulli satis apta labori suscepissent Continuo vero ple
riq; cum amicitia tum captiuorum necessitudine exciti ex frigia lidiaq; descenden
tea adeo eos ingenti precio redemerunt ut cum ea pecunia ad educandas quatuor
menses nauales copias Cimoni abunde suffecisset multum preterea auri ex ea re-
demptione in publicum erarium esset congestum Cimon itaq; spoliis iam hostium
militie partis opulentus ac locuples ut honesto belli iure eas sibi diuicias compara
uerat: ita pulchrum in ciues eas liberaliter impartiri duxit. Primũ amotis undiq;
agrorum suorum septis egenis ciuibus hominibusq; peregrinis poma frugesq; in-
de assumere licebat impune. Parabatur quortidie ingens domi conuiuiũ si non ap
paratus splendore excellens abundans tamen & quod uel multos homines affatim
pascere posset Eo pauperes quicũq; vellent libere cõuenientes educationem inde p
ocium sibi vendicabant ut rebus tantum vrbanis intenderent. Ceterum aristote-
les non id omnibus atheniẽsibus datum esse sed ex laciadibus cõtribulibus suis uo-
lenti cuilibet licuisset tradit. Comitabantur preterea Cimonem familiares quidã
iuuenes eiq; cõsueti. his pulchra veste amictis imperatum erat ut siquis grandior
natu sordide ob inopiam indutus cum Cimone forte cõgrederetur vestẽ secũ per-
mutaret. Visum est hoc munificentie genus plurimũ in se maiestatis habere Idẽ
& iam copiose secum nũmos deferẽtes siquem in foro virũ indigna oppressum ege
state conspicerent q proxime accedentes pecuniã sibi clam in manibus deponebãt

Que iam Cratinus comicus in archilochis memorie mandasse visus est his verbis
Infra vero iactabat Metrobius grãmaticus cum diuino homine & in hospites offi
ciosissimo ac peroptimo omniumq; grecorum primario Cimone pingue senium con
uiuatus secum omne cõmemorari: ille vero abiens iuit prior Et Gorgias Leonti-
nus: Cimonem inquit sibi diuitias comparasse ut uteretur: vsum vero fuisse ut ho-
norem cõsequeretur. Cricias vero vnus ex triginta tirãnis scopadum diuicias libe
ralitatem Cimonis & Agesilai Lacedemonii victorias in elegiis sibi ipsi imprecatẽ
Etenim spartbanum Licban celebrem quidem inter grecos virũ haud aliunde co
gnoscimus ꝙ quod in gimnicia ludis ac exerciciis externos conuiuare solebat. Iam
uetus illud Athenensium in hospites studium atq; humanitas Cimonis munificẽ
tie cõcedebat. Illi enim vnde ciuitas plurimum sibi glorie deberi arbitratẽ grecis
hominibus educationis semina impertiti sunt. fontiũ quoq; ac ignis vsum hos qui
bus opus erat homines edocuere. Hic vero intra priuaros lares perinde ac in pub
licum quoddã vrbis diuersorium ciues excipiẽs frogibus etiam agrorum suorum
& primis & eximiis quibusq; pulchritudine uel peregrinis quoq; hominibus p om
nem anni horam ultro oblatis indulgebat ut prope modum visus sit. Fabulosa illa
saturni tempora in vitam de integro excitasse Sunt qui falso hanc amplissimã libe
ralitatẽ in populares factiones assentationesq; transferant. A quibus tantũ dissen
tiendum arbitror ut cum optimatum parti more laconum semper studuerit The-
mistocli plebis vires vltra ꝙ equũ esset attolenti plane constet hunc vna cum Ari
stide acerrime obstitisse ac in Ephialten iterum qui populari gratia Ariopagi po-
tentiam dissoluere nitebatur grauissime fuisse inuectũ. Expilationibus quoq; pub
licis & largitionibus penitus abstinentem omnia caste integreq; in repu. obiisset tã
& si pter Aristidẽ ac Ephialten vniuersos primores ea peste videret esse cõtactos
Ferunt preterea Roesacem quendam barbarũ qui a rege Persarum deficiens cum
plurima vi auri Athenas sese contulerat ab calumniatoribus laceratum in Cimoĩs
confugisse tutelam: tulisseq; illi domum dona phialas duas quarũ altera aureis da
ricis altera argenteis plena erant. Conuersum vero ad eum Cimonem subrisisse ro
gasseq; barbarum vtrum mercẽnarium ne Cimonem an amicũ habere malletẽ cum
respõdisset ille amicum Abi hinc igitur inquit tuaq; hec tecũ munera defer. Ego
enim amicitia tua fretus hisce cum opus fuerit liberaliter utar. Maximã interea
Athenienslum duces simultatem penes socios sibi consciuerant. Hi enim longa mi
licia fessi cum nil preter quietem & ocium in rolendis agris cuperẽt: maxime quia
barbaros inde sũmotos tumulti nihil inferre cernebant sicut integre uectigalia p
soluebant sic neq; nauium neq; inductum militum numerũ cõferebant. Reliquias
Athenẽsiũ ducibus ea res permolesta erat: adeo ut ab his qui uel militum uel nu-
merom nauium non compleuissent in iudicium uocatis integerrimas sumerent pe
nas. Ceterom ab his tantum est visus dissentire Cimon ut neminem grecorum in
violentiã militiã traxerit. Sed pecuniam modo nauesq; uatuas ab hia qui detracta
bant arma accipiens emeritos ens exautoratosq; faciebat. Cupiebat eos illos ocio
allectos domi torpere ut qui ante pugnaces viri fuissent iam ad agrorum cultum
questusq; dulcedinem uersi imbelles solutiq; ob delicias ab armorum vsu penitus
abhorrerent Athenienses vero ad miliciam vicissim conscribens atq; exercẽs haud
multum post temporis id effecit ut uel socius ipsis quorũ mercede atq; pecunia mi-
litauerant imperaret. Etenim crebra nauigatione labore assiduo multo deniq; ar-
morum vsu tantum illis terrorẽ incusserant ut sensim pro socius uectigales eoa ser-
uosq; haberent. Persici vero regis superbiam nemo super Cimonem depressit atq;
contudit Erectum enim grecie finibus e uestigio subsecutus anteq; ille aut pauore
reciperet animos aut res barbaraa componere posset hec quidem subuertit atq;

diripuit. Illa vero ab rege deficientia in grecorum ditionem accessit adeo ut omnem Asiam ab Ionia usq; Pamphiliam persicis persidiis atq; armis desolatam fecerit. Nunciatum est deinde magno regis exercitu ingentiq; classe obsideri Pamphiliam. Quod ubi accepisset Cimon cupiens maritime aditum ore que intra chelidonios iacet hostibus terrore precludere ab Gnido & Triopio cum ducentis triremibus enauigauit. He fuerant ab Themistocle & ad celeritatem & ad girum aptissime fabricate quas Cimon latiores faciens curricula quoq; per tabulata disposuit: ut multo milite referte acrius in hostem inueherentur. In phaselitas itaq; primu profectus est. Hi cum greci essent de defectione secu deinde de admittenda classe actu est utrumq; pariter est negatu. Cimon uastatis agris ad urbis menia signa mouet Chii in ea expeditione cum Cimone comilitabant qui officio ueteris erga phaselitas amicitie freti cum Cimonem leniendo tum codicillos sagittis alligatos super menia transmittendo eos tandem conciliauere: ea conditione ut decem talentis persolutis in barbaros secum armati comilitarent. Ephorus Titraustem maritimis regis copiis terrestribus Ferendacem duces fuisse tradit. Calistenes vero ariomandem gobrie filium summe rerum prefuisse autor est: detrectantemq; cum grecis congressum penes Eurimedontem secessisse: ubi octuaginta prope diem phenices naues expetabat e Cipro: quas cupiens eo prelio excludere Cimo maturius instructa classe in hostem subuehitur. ut vi si illi recusassent ad conserendas manus compelleret. Illi ne vi cogerentur ad decernendum intra flumen receperunt classem Quod ubi insequentes uiderunt Atheniensium naues & ipsi tandem ad pugnam versi dimicaturi in hostem uenuunt sexcentis ut phanodemo ut vero placet Ephoro quinquaginta nauibus ac trecentis. Nil tantis copiis dignum nauali ab eis certamine gestum est. Nam mox proram in terra dantes proximi quiq; e nauibus desilierunt & in castra nam ea prope locata erant se recepere. Deprehensos vero barbaros omnes una cum nauibus perdiderunt. Hinc ingentem fuisse barbaram classem coniecere par est: quandoquidem multis in fugam versis multisq; allisis nauibus atq; confractis ducentas tamen captiuas Athenienses cepere Pedestres vero barbarorum copie instructa acie ad litus descendunt. Constitit paululum Cimon deliberabundus terrestri ne prelio sibi decernendum esset: quod iam suos pugnando defessos hostes vero integros & numero superiores cerneret. Tandem suos conspicatus & robustate virium & proxime victorie gloria elatos atq; cominus com barbaris manum conserere cupientes peditem nauali adbuc certamine sudantem in terram explicat. Clamore deinde sublato citato agmine in hostem ruunt: Constiterunt perse impetum strenue excipientes. Atrox inde initur prelium com ingenti optimatum atq; primorum atheniensium strage. Anceps diu certamen fuit & barbari tandem fusi pars cesi atq; trucidati pars cum tentoriis multarum refectis opum capti sunt Cimon itaq; ut ualidissimus certator binos uno die subiens sponte conflictus: hoc pedestri quidem apud salamina illud ad plateas nauali pugna trophoeum duabus victoriis superauit. ad octuaginta deinde phenices naues eon ad huiusce belli reliquias conuersus ad idropem: quo eas applicuisse audierat ire pergit Nendu quicquam de reliquis copiis hostibus allatum fuerat. sed integro animo & elato ad exercitum recenti clade confectum tendebant. Ea propter subito ac insperatu uictocom pauore perculsi uniuersa classe amissa cesi atq; obtruncati sunt. Ea clades tantu persico regi trepidationem incussit ut uulgarissimas illas pacis conditiones acciperet. Temperaturum a greco mari quantum est equi cursus intra cyaneos atq; chelidonios longa naui ferroq; rostrata non fore nauigaturum. atqui calistenes non illa pacis fuisse federa tradit sed barbarum reuera id sponte fecisse cladis illius terrore consternatum: tantumq; deinde ab grecia abstinuisse ut cu pericles primo quinquagita.

triginta iterum Ephialtes nauibus in chelidonios nauigassent. Cratbero uero in
psephismatibus que ipse collegit eas cōditiones īter pacis federa cautas fuisse pla
cet. Ferunt etiam propterea pacis aram athenis dedicatam fuisse & Calliam lega
tum maximo honori habitum. Venditis deinde hostium spoliis cum iam erarium
eo bello satis opulentum esset in alios publicos sumptus pecunia erogata & mu-
rus ad nothum urgens arci exedificatus est. Dicunt quoq; muros longos quos sce
lea uocant postea quidem absolutos fuisse. Prima vero eorum fundamenta in pa-
lustribus locis multaq; pluuiarū congerie limosis iecisse Cemonem. plurimo cemē
to grauibusq; lapidibus palude cōpressa: omnemq; eius sumptum propriis opibus
ex oluisse. Primus quoq; diuersorius que liberalia ac amena vocāt. queue paulop9
magnifice celebrata sunt vrbem perornauit. Platanos plantauit in foro. Achade-
miam vero que arida prius fuerat & inculta irriguū locum effecit: atq; eo autore
purissimus alueis umbrosisq; deambulatrix elaborata est. Et iam per se quidē ope
athracibus implorata cheronnesum deserere recusabant. Neq; multi faciebant Ci-
monem qui ab athenis cum paucis admodum triremibus eo nauigarat. Quatuor
itaq; ipse nauibus hostes adortus tres atq; decem illorū triremes cepit Expulsisq;
inde persis cum thraces etiam late fudisset vniuersam tandem cheronnesum patrie
uendicauit. Tasii preterea qui ab atheniensibus desciuerant nauali certamine pro
fligati tres eorum atq; triginta naues capte & ciuitas per obsidionem in potesta-
tem redacta Crisea quoq; vlteriora omnemq; cui preerant Tasii regionem atheni-
ensibus ipse subegit. Illinc erat facilis in macedoniam transitus & multa uendicā
di agri occasio Quocirca accusatus est eum agere id voluisse alexandri regis merce
de subductum Eorum tamen qui in se conspirauerant calumnias euasit Cum vero
causam pro se apud iudices ageret nō ego inquit quemadmodum ceteri ut colant
pariter ac dona capiant. Iones aut thessalos locupletissimas gentes hospitio habeo
ceterum macedones & colo & diligo: eorum frugalitatem modestiamq; imitatus
cum quibus nullas prorsus opes conferendas esse arbitror. Letor vero plurimum
iudices quod hostili gaza ciuitati nostre diuitias cōpararim. Stesimbrotus vero
elpinicam ad fores periclis is erat uehementissimus Cimonis accusator supplicem
venisse auctor est: illumq; subridentem consenuisti dixisse consenuisti ad huiusmo-
di res obeundas o elpinica mitissimum tamen in Cimonē fuisse deinceps nec ultra
q̄ semel dumtaxat & tunc quidē leuissime illam causam contra Cimonem perorasse
se: tandemq; ea accusatione absolutū fuisse Cimonē. Dehinc quoad in vrbe aderat
potentissimus in repu. factus dissipabat consilia plebis: que in optimates insurgēs
vniuersam vrbis potentiam cunctosq; magistratus in se vsurpare tentabat. Rursū
vero vbi cum classe ex urbe profectus est plebs de īntegro in animos erecta omnem
pristinum reipu. statum patriasq; quibus presde ephialte regebantur consuetudi
nes euertere: curias ex ariopago omnes ferme preter paucas sustulerunt. Iamq;
iuditiorum auctoritate in se vsurpata: videbatur status vrbis in plebeios integre
defluxisse. Poterat tunc plurimū in vrbe pericles a quo & plebs summo studio fo
uebatur. Reuectus in urbem Cimon dignitatem tanti concilii prostratā indigna-
tus: pristinum ariopagi statum integrare adortus est & ad optimates sūmam re-
traducere. Tunc rerum nouatum auctores exclamauere populum in eum irritan-
tes lacessere crebro sibi obicere flagitium in sororem vocitareq; eum lacedemonis
fautorem Inter que uulgo iactabant illa ab Eupolide tradita de Cimone. Malus
quidem non fuit violentus vero ac negligens & quandoq; iacebat in lacedemone.
Hanc tamen Elpinicam relinquens solam. Si vero segnis si immodestus tantas do
muit vrbes totiens de hostibus victorias retulit: quis modo inficiabitur si is & so-
brii & vigilantis fuisset ingenii nemini superiorū grecorum aut qui deinde fuere

rerum gestarum gloria cōcessurum fuisse Lacedemonem profecto ab initio coluit
atq; amauit: & geminos filios vno sibi partu ex clitoria editos alterum Lacedemo
nium Elium alterū nominasse. Stesinbroto placet ꝫ inde periclem maternum sibi
genus improbasse frequenter. Diodorus vero Cosmografus pter eos tertiū quo-
q; Cimon ex Isodice Euriptolemi Megacleis filii gnatum fuisse tradit Thessalum
nomine. Non autē minimas eorum quos cōsecutus fuerat magistratuū partes La
cedemoniis ipse debebat. Iam enim Themistocli maxime infensi curabant ut omīs
urbis auctoritas omnis potentia in adolescentem Cimonem confluceret. Primum
quippe Athenensis populus id ꝓbare atq; iocunde cōspicere q̄ q̄ multa ob eū emo
lumenta Athenensibus Lacedemonii cōtulissent. Nam cū res attica plurimū au-
geretur & iam socios se in solicitando conuerteret: id quiete Lacedemonii gratia
atq; Cimonis auctoritate tulere. Suo enim ductu atq; auspiciis plurime grecarū
rerum gubernabantur quod sociis quidem comem atq; benignum & gratissimum
se ipsum Lecedemoniis exibebat. Postea vero q̄ res attice suis viribus nitebantur
vigilans Cimonis erga spartanos studium Athenienses fastidire. Et enim cunctis
in rebus Lacedemonem extollens si quādo suos aut improbare aut irritare uolebat
dictate solitum scribit Stesimbrotus non vtiq; Lacedemonii tales Et inde quoddā
penes ciues suos odium atq; simultatem sibi conflauerat maximā vero omniū quas
vnq; subierit calumniam hinc ortam fuisse constat. Regnabat quartū in spartanis
annum Archidamus zeuxidami filius terremotu facto omnium ante eam etatem
memorabilium maximo ingentibus Lacedemonia tellus hiatibus soluta est. Cōcus
sis Taigetis montibus quidam eorū vertices patefacti vniuersa ciuitas dirura atq;
confusa domos singulas preter quinq; cū ingenti fragore & ruina prostrauit. Ex-
ercebantur tūc forte in medio porticus puberes simul atq; adolescentes. Sub eam
terre concussionem leporem quendam in cōspectu eis aduenisse ferunt Hūc adole
scentes ut erant vnctos ioco extra gimnasium insectatos fuisse. Puberes vero qui
intus se cōtinuerāt ruina gimnasii obrutos omēs ad vnū pariter perisse Ea ꝓpter
eorum sepulcrum & nunc quoq; Sismatium appellatū est. Aduertens itaq; Archi
damus in tanta totius urbis confusione atq; ruina imminentē perniciē q̄ ciues pas
sim soluti soli priuatarum rerum saluti intenderant aduentū hostiū tuba vndiq; sig
nificare facit: ciues armatos q̄ primum ad se cōuenire iubet. Tota in hoc vno cōsi
lio visa est pendere spartane urbis salus. Vicini nāq; homines cōcursione vndiq; ex
agris facta direpturi ruine reliquias ueniebant qui armatos iam ciues instructos q;
cōspicati terga dantes in proximas quiq; se vrbes recipiūt. Inde finitimos populos
obeundo ad predam dirute urbis solicitare. Multis & messeniis maxime ea res cū
placuisset omnes in spartanos arma suscipiunt Lacedemonii periclitam Athenas
mittunt opem atq; auxilium ab sociis imploraturum quem scribit Aristophanes
comicus pallidum aris insidentem punicea in veste exercitum postulare. Ephial-
tes itaq; id protinus ꝓhibere obtestariq; ne ullam aduersarie urbi opem ferrēt At
sinere partanorum fastum atq; superbiam cōculcari atq; iacere Cimonem vero La
cedemoniorum salutem patrie cōmodis & incremento ꝓtulisse suasisse populo de
auxilio sociorum atq; ꝓfectū deinde cū haud parua militū manu in lacedemonioꝝ
subsidium. Cricias auctor est. Ion vero eius orationis meminit qua maxime ciuiū
animos in suam sententiam cōciliauit hortatus ne greciam claudam paterent: neue
contēnerent si altero iugo urbis priuata esset. Profectus itaq; Lacedemonem Ci-
mon cū copias ꝓterduceret p Corinthū inuectus ē in eū Lachartus quod in explo
ratis eius loci ciuibus illac exercitū traduxisset. Neq; enim decere illū alienū pul-
santem hostiū ingredi prius q̄ dominus iuberet. Et Cimon ceterū non uos inquit
o Lacharte cleonensiū ac Megarēsiū pulsantes hostia sed armis ac vi confringentes

in eorū domos irruistis arbitrati his qui viribꝰ ꝑualent omnia aperta esse deberē.
Hec ferē Cimonis in Corinthū haud magis mordax q̄ oportuna rēspōsio statimq̄
cū copus excessit. Acciti iteꝝ a Lacedemoniis Athenięses cōtra messenios & He-
lotas Marathonie opē tulerūt. Maximus inerat illis in armis splēdor atq̄ prompti
tudo: quos suspicati Lacedemonii tanq̄ nouaꝝ reꝝ cupidos solos ex omnibꝰ socius
ea militia abdicauere. Illi ut par erat indignati abscedētes iam palā in omnes spar
tanarum partium fautores difficiles esse: & leui in Cimonem occasione capta per
ostracos dampnatū relegarunt in decem annos. Etenim decennali id exilii genus
Lacedemonii interea ab expeditione regressi liberaturi postremo delphos a pho-
censibus in tanagra castra locant quibus cōmunis dimicaturi athenięses occurrūt
Cimon armatus ad atticū exercitum ueniens tribui sue eneidi se adiūgit ardētissi
mus vna cū ciuibus suis patrias iniurias vindicare. Ceterum consiliū in quo quīgē
ti erant cōscripti viri cū id gaude accepisset aduersa enim factio eum istuc uenisse
clamitabat attica turbaturū agmina atq̄ patriā Lacedemoniis subacturū: extem-
plo in nullos ordines Cimonē admitti iubet. Discedens ille e castris Euippū Ana
phistii ceterosq̄ quos Lacedemoniis fauor suspectos fecerat. hortatur ut in hostē
forti animo pugnent uelintq̄ opera atq̄ virtute apud ciues suos ab hac se nota pur
gare Hi cū omnē Cimonis armaturā penes se detinuissent in turmas distributi tā
acriter cōstanter aduersus hostem dimicando cōstitere ut cū centum essent: nemo
tamē ex ea pugna viuus emerserit Magna hec virtus ingens istorum salutis desi
derium atheniensium excitauit: penituitq̄ q̄ falsas atq̄ iniustas tantis viris causas
intecissent. Subinde & ipsi Cimoni cōciliati sūt cum socioꝝ suorū cede: tū gerenda
rum reꝝ oportunitate adducti: ingenti namq̄ strage in tanagra ꝑfligati cū primo
vere infestum Pelloponnessium exercitum trepidi expectarēt Cimonem ab exilio
reuocant qui pericle sibi psephisma cōscribente in patriam est reuersus. Tales tūc
ciuiles erant disceptationes mutueq̄ ciuium ire adeo mensurate ut ꝓ publicis uti-
litatibus facile pacari possent. Et ipsa ambitio cunctos animi impetus excedēs ipsi
tamen patrie pietati penitus cōcedebat. Cimonis itaq̄ opera id bellum dissolutū
est & vrbes inuicem cōciliate. Pace perfecta animaduertēs Cimon iuuentutē atti-
cam domi non posse quiescere ceterum & militia nutriri & augeri gliscentem ti-
mens ne bellandi cupiditate in proximos grecos arma mouerent neue ad insulas
aut pelloponnesum ingenti classe conuersi causas intestini belli aut socialium crimi
nationum origines in urbes excitarent ducentas armauit naues omnem bellorum
cupidinē in Ciprios aut Egiptios ꝓfusurus simul ut inquietos Athenienses pugnā-
do cōtra barbaros exerceret: & diuitiis ab hisce qui natura sibi inimici erāt cōpa-
ratis honeste grecia locupletaret. Omnibus itaq̄ iam paratis cū in littore nauales
cōstitissent copie: horrēda Cimoni speties in somnis visa: apparebat canem quādā
in eum lacessitā latrare inter latrandū vero humana uoce admixtū hunc versū edi
disse. I. mihi teq̄ meis catulis facturus amicū. Cimoni quidnā hoc phasma porten
deret ambigēti Astiphilus possidoniates vir vaticinii peritus eiq̄ familiaris mor-
tem aut hanc sibi speciem presagire hoc modo coniectans. Canis huic in quem la-
trat hostis est hostem vero non alia quispiam re magis q̄ morte letum facit. Illa
demum mixta vox medum hostem designat quod medorū dux grecis pariter ac
barbaris viribus immixtus est. Sub hanc speciem ecce & aliud sibi dum libero pa
tri sacrificaret prodigium visum. Cum enim vates de more victimam cecidisset
ad sanguinis quod iam humi congelatū erat formicarū caterua paulatī corripiētes
ad Cimonē deportabant: & circa pedis policem extendentes diu huic rei intente
singulos latuere. simul itaq̄ cū Cimō huic miro formicarum studio mentē adhibu-
isset aderat & sacerdos iecur victime sine capite sibi ostētans. Hoc cū sic obtigisset

enauigauit tamen Cimon qui tanti apparatus militiam honeste detractare non poterat Sexaginta itaq; nauibus in egiptum transmissis ipse cum reliquis ea maria
perlustrans regiam classem in qua phenisse & cilicie naues erant ꝓfligauit. circũ
iacentes deinde vrbes subegit. & in Egiptios omnẽ belli cõuerterat molem: nihil
humile amplius sibi in animo residebat. Ceterum in ingẽtes atq; amplissimas spes
mentem attollens vniuersum persici regis imperiũ delere parabat Stimulabat ꝑ
maxime ingẽtis spiritus virũ Themistocles quẽ tantã apud barbaros gloriam atq;
auctoritatem cõsecutũ audierat ut rex persarum in grecos arma moturus vniuersis suis copiis eũ ducem declarasset. Themistocli vero ad mortẽ sibi sponte cõsciscẽdam haud paꝝ id accessisse ferũt quod insupabili Cimonis virtute atq; fortuna in
grecaꝝ rerum desperationẽ deuenerit. Cimon itaq; ingentes certaminum moles
struens circa Ciprum nauales cõtinens copias ad Iouem Hãmonium quospiam ex
suis mittit secretum quoddã a deo suscitaturos ignorat̃ enim prorsus quidnam id
esset quod scire cuperet. Nec vero deus ulla sibi responsa tulit. Vt primũ enim eu
uenere iussit eos istinc abscedere Cimonẽ enim ipsũ iam penes se existere asseuerabat: hec illi audientes confestim ad mare descendunt & cum deinde in grecorum
castra uenissent que circa Egiptum locata erant cognita Cimonis morte reꝗ ipsa
cum Hammonis collata respõso intellexerunt plane eum de viri morte uaticinatũ
fuisse: tanq; iam penes deos immortales ipse cõmoraretur. Obiit itaq; diem dum
Cicium obsideret aduersa ut plurimis placet corporis valitudine captus: quidam
uulnere quod aduersus barbaros pugnans acceperat cũ confectum fuisse tradunt
Moriens vero suis imperauit ut celato eius interitu copias cum classe in vrbem reducerent. Obtigitq; ut cum neq; hostes neq; sociorum quispiam id sensisset liberi
ac tuti in patriam remearẽt duce ut Phanodemus inquit Cimone: qui tricesimum
ante diem e vita migrarat Nil deinceps ꝗ̃ is mortuus est ab vllo grecorum imperatore magnifice in barbaros gestum Ceterũ ad factiones & discordias cõuersi cum
nemo manus afferret in mediũ ab extremis bellis penitus discessi sunt. Ea re maximum in resumendis viribus momentum barbaris prestitere & grecis rebus quantam iacturã intulerunt vix dici potest Haud paulo vero post hunc Agesilaus asie
inferens arma breue cum his ducibus qui pro Persico rege maritimas oras tuebãtur bellũ gessit & rum nil adhuc clare nil magnifice gestũ esset seditione tumultuq; aduerse factionis reuocatus abscessit. In mediis sociorũ ac amicorum vrbibus
publicanos persarum derelinquens: in quas dũ Cimon viueret nec persicus monta
bellarius descendebat nec equus intra quadraginta stadia ad mare cõspectus est.
Reliquie vero eius in atticam traducte fuerũt quod monumenta testantur que &
nunc quoq; Cimonia appellata sunt. Colũt vero & Cicienses quoddã Cimonis sepulchrum ut Nausicrates rhetor tradit. Atq; eusdẽ infame terreq; sterilitate ab
deo imperatũ est ne Cimonem negligant: sed ut deum uenerent̃ atq; colant

Plutarchi Historiographi greci De vita atq; gestis Luculli Per Leonardũ Iusti- nianum Poetam eximium Historia in latinum traducta Languagium Incipit

L

VCII LVCVLLI Auus fuit vir cõsularis: auũculus aũt
Metellus is qui Numidicus est cognominatus parentum
eiusbic quidẽ furti damnatus est. Cecilia vero mater am-
missa pudicitia parum in vrbe glorie est cõsecuta. Lucull9
ipse adolescẽs cũ priuatus nullũ adhuc in repu. magistra
tum gessisset Seruilio auguri qui patrẽ accusauerat diem
de publice pecunie peculatu dixit. Visa est ea res clarissi-
ma Romanis & omniũ laudata cõsensu Id enim accusandi
studium vel sine ꝓtiuata occasione haud ignobile videbatur quinymmo plurima de
lectatione eos mirari laudareq; iuuenes consueuẽ quos scelestis ac flagitiosis homi-
nibus ceu feris generosos catulos acerrime cernerent incumbentes. Ingenti itaq;
in eo iuditio orta contentione cum uulnerati quidã aliquot preterea fuissent occi-
si euasit tamen accusationem Seruilius. Tantam vero Lucullus grecis pariter ac
latinis litteris operam dedit ut uel in vtrisq; posset aptissime ornateq; dicere. Et
sylla rerum suarum cõmentaria inscripserit ad Lucullum ad eum quippe qui ele-
gantius eam historiam disponere potuisset. Non erat eius sermo ut multorum est
in curia modo rostris aut subsellus sed in omni publica priuataq; re promptissimus
atq; disertus Neq; forum uelut irretitus Timus pelagus perturbabat. Inde vero
egressus aridus sine eloquio confectus Ceterum ornatissimus illis disciplinis quas
liberales vocant omne suum studium: adhuc adolescens accomodauit. Grandior
vero etate factus cum ob eam potissimum dissensionem quam aduersus Pompeiũ
habuit omni prorsus animum ambitione in tempore abdicasset ab diuturnis labori
bus ad ocium atq; quietem ad nobilissima philosophie studia se cõuertit: & in eius
cõtemplatiuo genere ceu in iocundissimo quodam diuersario quiescebat. Quanta
vero ei fuerit in dicendo facultas hinc arbitror posse perfacile iudicari. Ferũt eñi
Hortẽsium Causidicum & Sisennam historicum ex ioco quedam in rem seriam ut
fit plerumq; cõuersos cum Lucullo adolescente composuisse ut poemate oracõneq;
greca pariter ac latina propositis eo quem sors dedisset stilo eaq; lingua teneretur
Lucullus Marsicũ conscribere bellum. Obtigit sibi sorte greca oratio. Defluxit
enim ad nos usq; marsici belli historia greco sermone cõtexta. Multa vero Luculli
in Marcum fratrẽ insignis beniuolentie argumẽta Romani tradidere. In primisq;
id memorie mandatum est quod maior natu cum esset solus tamẽ nullum in repu.
magistratum inire voluit verum legittimam fratris moratus etatem ut eius quoq;
ratio haberi posset tantam sibi hac humanitate apud populum gratiam cõciliauit
ut vel absens vna cum fratre edilis declaratus esset. Multa preterea iuuẽis adhuc
in Marsico bello audatie multa grauis cõsilii facinora declarauit Et silla eius cõstã
cia humanitateq; ductus tãtũ sibi auctoritatis atq; virtutis tribuebat ut vbi quid
fortiter clare strenue agendum esset Luculli potissimum quoad vixit opera utere
tur. Datum est ei in peloponesso signandi nummi negotium eius qui plurimum in
mitridarico bello consumptus est: & Lucullius diu ab illo est appellatus. Plurima
ꝗ primum in ea expeditione militaria munera digna cum mercede obiuit. Debiẽ
silla grecis rebus terra potitus cum Athenis vbi se tenebat maritimum ãnone adi
tum hostili classe sibi preclusum cerneret. Lucullum in Egiptum & Libani unde
ꝗ maximam sibi classem compararet traucere iussit. Is rigente tunc maxime hie-
me tribus cũ grecis Mioparonib9 & biremibus equalib9 ferme rhodus ab Atheis

enauigauit non horridi modo & efferuescentis pelagi sed multarum quoq; hostiliu
nauium periculum subiens que per licentiam uagabantur In cretam itaq; Lucull9
ueniens eam sibi cōciliauit & cirenos diuturnis tirannidibus bellisq; confractos cū
ad se recepisset inconditam atq; turbatam eorum rempu. ordinauit tunc illum me
minisse ferunt eius sententie quam olim in cirencos diuine dixerat Plato. Rogāti
bus enim illis ut leges sibi cōscriberet uelletq; eorum ciuitatem in optime conspi
am respu. formam instituere difficilimum esse inquit Cireneos amplissima fortu
na solutos legibus continere Nil enim imperatu difficilius esse eo homine quem
prospera fortuna extulerit Neq; iterum regi quippiam leuius illo qui aduersis fu
isset casibus depressus atq; contractus: que res perfaciles instituenti Lucullo psti
tit Cireneos. Inde vero traiciens in Egiptum maxima nauium suarum parte am
missa ipse cum reliquis in alexandriam clarissime deuectus est. Et enim aduentan
ti sibi vniuersa regis classis magnifice perornata obuiam enauigauit: quanto splen
dore quantoue apparatu regredienti in urbem regi ornari cōsueuisset. Aliud sub
inde adolescentulus Ptolomeus singulare Lucullo ac inusitatum humanissime be
niuolentie studium declarauit. Nam intra regiam eū cum familiariter tum splen
didissime est hospitatus Quo nemo ante Lucullum superiorum ducum honore ab
Ptolomeo donatus fuerat. Cibariorum vero non quantum parari ceteris cōsueue
rat: sed quadruplum Lucullo dabatur: tametsi nil amplius ipse q̄ quod modestissi
mo viro dignum esset acciperet. Preciosissima quoq; vel octuaginta talentorū mu
nera recusauit. Ferunt autem non memphin non aliud quippiam in egipto mirabi
le uoluisse conspicere Ociosi enim & delicati peregrini id esse non eius qui suū im
peratorem sub diuo sub hostium menibus cubantem in tanto rerum discrimine re
liquisset. Lucullus itaq; cum tumentem Ptolomeum in Romanorū societatē alli
cere nequiuisset naues tamen que suam nauigationem tutarentur usq; in Ciprum
ab illo q̄ liberaliter datas accepit. Recedentiq; plurima sibi Ptolomeus clarissima
beniuolentie insignia demonstrauit. Donauit eū postremo preciosissima pulcher
rimaq; smaragdo auro alligata. quam Lucullus penitus recusasset nisi rex propriā
illi lapidi insculptam ostendisset imaginem. Verebantur enim ne quod animi ma
gritudine faceret si ad inimicitiam Ptolomeus transtulisset nauales sibi pararet
insidias Profectus igitur ab alexandria Lucullus ceterasq; maritime ore vrbes adi
ens ab singulis que modo piraticam nō exercebāt naues accepit: coacta itaq; classe
cum tuto traiecisset in Ciptū ibi hostes intra littoris sinus absconditos insidias sibi
tendere eumq; obseruare accepit. His allatis Lucullus cōfestim machinis compa
ratis naues in terram subducere iubet. littere deinde ad vrbes vicinas date quibo
proximum ver in oratucum se esse dicebat cōmeatusq; ad augendam fidem & cete
ra ad hibernandam necessaria postulabat Hoc interim spatio cum secundas sibi au
ras aflare conspexit deductis repente nauibus classem in altum recepit Interdiu
demissis contractisq; uelis ignaro hoste pernauigauit. Nocte vero q̄ alte sublatis
armamētis in rhodū integra classe applicuit nauibus ibi ab rhodiis acceptis Cois
atq; Gnidiis nō modo de defectione ab rege sed ut in samios quoq; arma mouerēt
suasit. Omnes deinde ex chio expulsi & Colophonios capto Epigono eorum tiran
no libertate donauit. Ea forte tempestate Mitridates deserto pergamo intra pita
neum se se receperat ubi a fimbria terra obsessus atq; conclusus ad mare quod vni
ca salutis spes erat conuersus q̄ multas poterat naues ad contrahendā classem vn
diq; accersebat; Desperabat enim cum fimbria signa cōferre viro cum sūma auda
cia cum recentis fortuna victorie metuendo. Fimbria cui nulle aderant maritime
vires hec ipse conspitiens Lucullum sibi adiungere pergit. Mittit igit̄ q̄ primum
qui eum oreut moneant supplicent: ut vniuersa cum classe aduentant uelitq; secum

infestissimum regem omniū Romani populi inimicissimū perdere atq̧ delere. Nō
patiatur clarissimum tot laborum tot certaminū tot denique periculorū premiū mi
tridatem iam intra retia cōpulsum ac prope captū Romanos euadere. Si enim his
in Romanam potestatem veniret neminem omniū tantum glorie tātum sibi laudis
vendicare. At ille qui vel fugam eius vnum modo perditis rebus consilium inhibu
isset aut cepisset fugientem Ab se nanq̧ terris expulsum vndiq̧ ab illo mari cōclu
sum mitridatem amplissimam utriq̧ gloriam allaturum. Huiusce tante rei ma
gnitudinem Sille ad Orchomenū atq̧ Cheroniam summa Romanorum laude ce
lebrata facinora extincturam. Videbātur hec omnia ab ratione nil dissentire: neq̧
dubium erat si obsecutus fimbrie Lucullus nauibus que parā aberant eo traduct9
portus fauces obclusisset id bellum penitus confici debuisse. Romanos quoq̧ innu
meris quas deinceps subiere calamitatibus fore solutos. Nō placuit ea res Lucul
lo aut qua legatus iura Sille erga se omni cōmodo priuato publicoq̧ pretulerit siue
quod fimbriam sue glorie socium recusarit scelestum quippe hominem ac dominan
di cupidum viri & sibi amici & imperatoris recēti cede fedatum: seu potius quod
diuina quadam fortuna mitridati tunc parcens: indestinatum sibi tempus debellā
dum seruauit. Vnde & liberam hosti fugam & fimbrianum militem ludibrio bar
baris esse dedit ipse vero primum circa lectum hic troadis locus est regias sibi na
ues obuias profligauit. Neglecto deinde Neoptholemo qui cum maiori se teneri
classi tenebat confligere secum instituit. Conscendens itaq̧ in rhodiā quinq̧ remē
cui damagoras preerat vir & longa naualiū certaminum experientia doctissimus
& summa cum romanis beniuolentia coniunctus primus omnium in hostes deueba
tur Neoptholemus vero gubernatori suo imperat ut in occurrentē nauem q̄ maxi
mo potest impetu ruat. Damageras pondus aduerse nauis ferreiq̧ rostri asperita
tem reformidans proris concurrere recusauit. itaq̧ conuersam nauem retro inbi
buit ut ceu fugiens impetum q̄ egre in puppim exciperet. Ictus eo consilio leuiss
mus fuit & in his ferme nauis partibus que mari contegebantur. Aderāt interea
relique naues & Lucullus vna cōuersus & verbis & opera militum animos ad pu
gnam accendit. Conserto prelio cum multa egregie pugnando fecisset hostes tan
dem in fugam conuertit & Neoptholemum ipsum est insectans. Sille deinde per
Cheronensium transituro cōgrediens liberato itinere exercitum eius tuto traiecit
Federe icto mitridates in Euxinū pontum ꝓfectus est. Silla vero viginti milium
talentorum damnata Asia colligendi munus Lucullo cōmisit: ut inde nūmos cude
ret. Is itaq̧ in tam graui acerboq̧ negotio non integre modo ac iuste sed adeo pru
denter benigne humane uersatus est: ut pro Sille difficultate afflictis vrbibus vel
maximum ipse solamen fuerit. Atqui mitbileneos pro his que immanium ipsi pec
carant penas dare uolebat: impares tamen criminis grauitati. Nam quia hi a Ro
manis nō sponte defecerant mitius idcirco supplicium sibi deberi existimauit Nō
tamen id mitbilenei passi sunt. Quod vbi Lucullo allatum est mulctam videlicet
mitbileneos detractare: classem confestim illo admouit collatisq̧ vtrinq̧ signis bo
stem victoria superatum in urbe conclusit. Castris deinde ad obsidendam urbem
positis hac arte atq̧ ingenio mitbileneos occupauit. Interdiu nanq̧ ut se hostes con
spicere possent ad Eleam enauigauit: nocte vero ad obsidionem frustrato hoste re
gressus, locatis circa vrbē insidiis quiescebat. Mitbileni postridie romanū abesse
rati temere fuseq̧ ad diripienda romana castra discurrunt Prodiens ex insidiis Lu
cullus & dissipatum hostem adortus plurimos captiuos habuit quingentos hosti
um pugnando trucidauit. Sex milia manciporū aliaq̧ innumerabilis preda inde
abacta. Ab italie vero miseris calamitatibus quas silla mariusq̧ tristi ac flebili plu
rimorū clade mortaliū intulere. Lucullus celesti quadā forte reb9 Asie imoratus

Forme abstinuit nec tamẽ minorem apud syllam ꝙ ceteri & gratiam & dignitatẽ
est cõsecutus. Ceterum cõmentaria ceu diximus ob sũmam cum auctoritatem tũ
in eum beniuolentiam sibi inscripsit. Et moriens post babito Pompeio Lucullũ fi-
lii tutorem testamento instituit: eamq; visum est flagrantissimis ad gloriam iuue-
nibus primam succẽdende discordie facem fuisse. Mortuo sylla habitis non multo
deinde comitus vna cum. M. cotta consul est declaratus circa centesimam & sep-
tuagesimam sextam olimpiadem. Videbatur multis mitridaticum bellum suscitan
dum esse & M. cotta non dimissum sed intermissum esse dicebat Consulibus ita
ip sortiri prouincias iussis Gallia Cisalpina Lucullo sorte obuenit parumq; leto ani
mo id accepit quod prouincia latam cõparandeq; sibi glorie materiem nõ haberet
Stimulabat permaxime ingentis spiritus virum Pompeius qui rebus a se gestis
in hispania tantum sibi laudis uendicarat: ut si motus hispanie quieuissent mitrida
ticum bellum omnium sibi consensu decernendum esse videretur. Proinde cum pe
cunias ille petisset scripsissetq; senatui nisi mitteret relicta hispania atq; sertorio
omnes in italiam copias reducturum. Lucullus ut ꝙ primum sibi mitterẽtur effe
cit ne vlla penitus occasione Pompeius Romã se consule remearet. Nec erat nesci-
us si tanto ille cum exercitu aduentasset omnem in se vrbem fore conuersurũ. Ce-
tegus preterea qui iam prope romane libertatis dignitate extincta omnia ad gra
tiam abeundo princeps in repu. videbatur. Lucullo infensus erat quod is obscenã
cethegi vitam libidinum flagitiorum errorum scelerum plenam fastidiret. Lutii
vero quinti factiosi hominis: qui decreta sylle antiquare qui motus in repu. excita
re qui urbis turbare quietem tentabat: multa priuate publice multa cõmonefaci-
ens te meritatẽ audatiamq; cõpressit sediciosumq; viri impetũ pro ciuitatis salute
cohibens ingentium calamitatum radicem extirpauit. Rome interea nuntiatũ est
Octauium qui Ciliciam babebat e vita migrasse. Multi eam prouinciam competi-
turi cethegum cuius amplissima in ea re videbatur auctoritas summa cum diligen
cia excolebant. Lucullus tametsi Ciliciam solam non multi faceret: omne tamẽ in
genium omne adhibuit studium ut ea sibi prouintia decerneretur: arbitratus si Ci-
liciam Capadotie propinquam renuisset fore ut alter nemo ad mitridaticum bellũ
destinandus esset. Cum itaq; multa tentasset rem deniq; ab suo prorsus ingenio
alienam adortus est tamq; magis vilem aut abiectam ꝙ pro potiunda ea prouintia
oportunam. Mulier erat in urbe Precia nomine nulli & venustate forme & verbo
rum lepore ac comitate concedens: nil tamen vita impurissimo quopiam scorto p-
stabat. Hec ex frequenti nobilissimorum iuuenum congressu gesta in repu. perdi
scebat: ciuium discordias componebat: amicitias confirmabat. Hisq; artibus pari-
ter cum placidissima corporis atq; verborom gratia amplissimam sibi in vrbem be
niuolentiam conciliarat. Vbi vero retbegum qui summa florebat gloria vrbemq;
suo nutu ductitabat in sano estuantem amore sibi deuinxit: iam in preciam omnis
penitus reipu. potentatus confluxerat. Nil enim non interueniente cethego quip
piam probatum erat quod precia non iussisset. Hanc Lucullus cum donando tum
plurimum blandiendo subducens: non enim inflate ambitioseq; mulieri parua vide
batur merces si tantus eam vir publice coluisset: continuo cethegum & fautorem
& prima sibi ferentem suffragia est adeptus. Ciliciam vero prouinciam conserutꝰ
neq; precie deinceps neq; cethegi patrocinium postulauit. Amplissimo namq; om-
nium consensu mitridaticum sibi bellum deferebatur quod ab altero nemine ea re-
clarius fortius accuratius geri posset. Pompeius tum contra sertorium in hispania
Metellus etate mala confectus erat: qui duo duces militari cum Lucullo virtute
certare videbanẽ. Atqui cotta eius collega patres obeundo solicitando supplicãdo
ad propontidem obseruandam debellandamq; bithiniam missus est. Lucullus cũ

una modo quam ipse per se scripserat legione traiecit in Asiam. Eo deueniens alte
rum sibi asciuit exercitum hi erant fimbriani milites appellati: qui diuturnis deli
ciis inueterataq; habendi cupiditate contabescebant: qui effrenata peccandi licẽcia
atq; libertate sine duce diu soluti fuerant. Flacco enim & cõsule & imperatore du
ce fimbria interfecto ipsum deniq; sille fimbriam prodidere viri seditiosi intracta
biles iniqui ceterum fortes & continuo armorum vsu pugnacissimi. Hos itaq; sibi
Lucullus adiungens breui temeritatem eorum adeo contudit: ut tunc primum &
verum ducem & fortissimum imperatorem experirentur. Longa tamen consuetu
dine decliues in voluptates egre nec diu ad modum cum Lucullo commilitarunt
Hec de Romanis hactenus nunc res hostium edisseramus. Mitridates itaq; ceu so
phistarum plurimi iactabundus primum atq; elatus cum inani atq; ignauo exerci
tu summo tamen armorum splendore conspicuo in Romanos profectus est. Ubi ue
ro non minori cum ignominia q̃ periculo euadens cum hostibus iterum pugnatu
rus erat non varie populorum multitudini non barbaris multiplicium linguarum
minis non gemmis demq; auroq; ornatis armaturis potiunde victorie spem commi
sit. Quia hec quasi victorum manubias nil momenti gestantibus attulisse sensisset
Ceterum pro his Romanos enses ualidissimosq; clipeos fabricari iubet Non ampli
us ornatos equos sed domitos militieq; instructos admittit. Peditum centum vi
ginti milia Romano more in ordines distributa decem & sex equitum milia in ar
mis habuisse constat: preter falcatos currus quos centum fuisse tradunt. Naues
preterea non deauratis tentoriis fulgentes neq; delicatarum pellicum balneis ela
boratas sed armis missilibus telis opibus refectas parant His cum copiis traiciẽs
in bithiniam ab vrbibus benigne iterum exceptus est. Non enim has modo sed vni
uersam Asiam intollerabili ueteriq; peste euerterant romani feneratores & publi
cani: quos postea Lucullus uelut arpias labores mortalium depascẽtes eiecit Tũc
vero placide monendo conatus est rapacem eorum ingluuiem aliquantulum delini
re: sedauitq; populorum motus qui iam pene omnes romam fenoris onere defectu
ri videbantur Hec dum ita geruntur Cotta glorie sibi comparande occasionem ra
tus cum mitridate decernere statuit. Certo sibi nunciatum erat aduentare Lucul
lum & iam in phrigia castra posuisse. Sed ne ille huius triumphi quẽ cotta mani
bus tenere arbitrabatur aliquam sibi laudem uendicaret cum hostibus signa cõfer
re q̃ celere festinauit. Terra mariq; profligatus cotta sexaginta cum omni milite
naues & quatuor preterea peditum milia in ea pugna amisit. Et ipse in calcedone
cõclusus vnicã salutis spem in lucullo posuerat. Erãt nõnulli qui cotta neglecto lu
cullum vlterius ꝓgredi stimulabãt quo mitridatis regnũ omni ꝓsidio desolatum
facillime capi posset. Hec maxime militũ sentẽtia erat. Nec enim pari poterãt ani
mo tolerare si cotta nõ suã modo suorũq; militũ pernitiẽ ꝓcurasset: sed ipsis quoq;
impedimẽto foret ad tantã sine vlla pugna victoriã capescendã. Lucullus itaq; mi
litibus ad contionem uocatis cũ multa clarissime disseruisset tandẽ se malle inquit
vel vnũ ab hostibus romanũ eripere q̃ omnes sibi res hostiũ uẽdicare Et Archelao
ãteq; qui in boetia ꝓ mitridate ꝓfectus defecerat ad romanos asseuerãti si in põto
Lucullus cõspiceret omnia pariter Romanum imperiũ subitura. Non ego inquit
Archelae uenatoribus audatia cedo ut relictis feris ad vacua illaq; lustra ꝓgrediar
Hec ita dicens in mitridatez ducebat exercitum. Triginta non ultra peditũ milia
equites bismille quingentos in armis habuisse constat. Cum itaq; in hostium con
spectu castra locasset ingentes eoq; copias admiratus tutius a prelio si posset absti
nere censebat & tempus terendo rem gerere frustratus est. Id sibi consiliũ marius
dedit quẽ Sertorius ex hispania cũ copiis ad mitridatem trãsmiserat. Is sibi cum
occurrisset lacessit9 ad ꝓliũ Lucull9 copias in aciẽ pugnaturus educit. Datũ erat

vtrinq; pugne signum cum nullo prorsus inditio pcedente. Ingens flammeum cor
pus aere repente confracto intra duos exercitus est elapsum. Erat id corpus for-
ma quidem dolio argenteo auro ignito colore persimile. Subitus itaq; tanti prodi
gii pauor certamen diremit. Hoc circa otrias hic phrigie locus est euenisse tradi-
tum est Lucullus subinde hostium multitudine cognita nullas opes nullos huma
nos apparatus ad eam diu nutriendum suffecturos esse censebat: presertim si assi-
dens ipse frumentandi facultatem hostibus ademisset Rem itaq; graui cõsilio inda
gare adortus vnum ex captiuis sibi adduci iubet Rogat primum quot cum homi-
bus mitridates castra conhibernabat: postea quãtum cibi discedens in tentorio re-
liquisset. Cum ille ad singula respondisset ammoueri eum iubet. Et secundum de
inde ac tercium pariter percontatus est. Hostium denuq; numero cum cibariorum
quantitate collato cõperit nõ ultra q̃ trium aut quatuor dierum cõmeatum hosti
bus superesse Ea re Lucullus ad cõtacionem maxime confirmatus ingentem com
meatuum copiam intra uallum congeri iubet ut abundantia obsessum hostem me-
dia debellaret. Mitridates interim Cizicenos qui in calcedonica pugna decẽ naues
triaq; hominum milia cum maximo rei sue detrimento amiserant insidiis occupa-
re aggressus militem suum corpora curare ac vasa colligere iubet Lucullũq; maxi
me latere cupiens prima statim vigilia noctis que tenebrosa & humida erat silen-
tio castra mouit. Ad urbem itaq; prima diei luce aduenens prope Adrasete signa
firmauit. Accipiens id Lucullus & confestim citato gressu Mitridatem subsecu-
tus letacusq; quod in hostem in composito agmine non incidisset: in vico qui thra-
cia dicitur locauit exercitum: hunc in locum omnia prorsus itinera confluebant
quibus frumentatum pabulatumq; hostis exire rompellebatur. Quare Lucullus
proxima iam victoria mente concepta spem suam ad leuandos militum animos ex
promere censet. Positis itaq; castris ut primum ab opere cessatũ est milites ad con
cionem vocat. Ibi eum suum cõsilium honeste ac magnifice laudasset promisisseq;
sine ulla suorum cede victoriam de hostibus prope diem daturum milites optiẽ spe
rare iussos ac contione dimisit. Mitridates decem castris terra Cizicenorum vrbẽ
aggressus cũ illum quoq; maris meatum quo ab continenti ciuitas diuisa erat na-
uibus obclusisset vrbem vtrinq; obsidione tenebat. Ciziceni vero ad tuendam vrbẽ
ad propulsandos hostium impetus ad seruandã socialem Romanorum fidẽ usq; ad
ultimam sui perniciem constantissimi erant Hac tamen vna cura aliquantulum an
gebantur quia ubi nam Lucullus esset penitus ignorabant Poterant quippe Ro-
mana castra satis ab vrbe videri: ceterum dolosi hostes ut oppidanis pauorem icu
terent: ad Romanos conuersi: videtis ne illos aiebant? Armeniorum atq; Medorũ
est ille exercitus: quos Tigranes in auxilium mitridati transmisit Ciziceni vero tã
tarum copiarum admiratione stupentes nullũ amplius romanũ auxilium expecta-
bant: qui tam ingenti armorum horrore vndiq; circumfuso omnis ferende opis fa
cultas lucullo adempta esset. Primus igitur ab Archelao demonax immissus pre-
sentiam Luculli Ciziceni enuntiauit Non satis tamen huic nuntio creditum est
sed archelaum ad leuandos eorum animos id cõmentari arbitrabantur. adolescen
tem subinde qui captiuis e castris hostium fugiens uenebat studiose conueniunt
rogantq; ut vbi nam Lucullus esset edisserat q̃ multos capere potuit milites eam
ingressus proxima nocte frustratis hostium vigiliis in vrbem immisit. Nec huma
na magis q̃ celesti ope leuatos ea tẽpestate Cizicenos fuisse ferunt. Sed cum aliis
multis tum hoc vno lero prodigio optimũ rez euentum sperare iussi. aderant enĩ
proserpinalia festa: nec bouem nigram qualis in his sacris mactari solebat ob circũ
fusum hostem parare potuerant sed pro boue placentam altaribus offerendã ronfi
ciunt. Victima vero que ad hec sacra quotannis educabatur vna cũ reliquis ciuiũ

armentis in vlterioris ripe pabulis pascebatur. Hec itaq; quo die proserpinalia agebantur ab cetero grege secreta sola tranauit ad vrbē: & sese spōte altaribus mactādam admouit Minerua deinde Aristagore populi tabellioni per somniū visa Ego modulatorem inquit libicum in ponticum tibicinem inductura adueni itaq; ciues integro animo esse iube. Cum vero nemo ambiguam dee vocem satis interpretari sciret vbi primum illuxit tam rapidi ventorum turbines oborti sunt ut sublatis in celū fluctibus mare funditus euerterent. Mitridatis machine que ad oppugnandā vrbem menibus admote fuerant miranda profecto Niconidis Thessali opera horrendo primum strepitu atq; stridore ruinam proximam presignabāt. Repens subinde incredibilis impetus a noto turbo exortus cetera cum subito machinamenta diruisset ligneam quoq; turrim centum cubitorum altitudinis concussam deiecit. Ferunt mineruam eo tempore multis in illo per somnium apperuisse plurimo sudore madentem & conscissum peplum ostentantem dixisse: quod Cizicenis nuper auxiliata ueniret. Quocirca iliaci columnam statuere in qua huiusce rei memoria litteris mandata erat Iam ultimo omnium supplicio fame mitridatis assumebatur exercitus. Ipse tamen penitus tante cladis ignarus nam assentandi causa sui duces id se celarant ad expugnationem urbis que spe diutius prolatabatur omnes curas suas intenderat Vbi vero nuntiatum est omnium cōmeatuū inopiam eo creuisse ut ab humanis carnibus nō abstineretur. Ingens amplissime glorie sperare victorie expectatio sibi continuo decidit: quia non armis Lucullus non acie non congressu certaret sed in uentrem ut aiunt omni belli mole conuersa extremam sibi famis cladē inferret. Itaq; cum Lucullus in oppidi cuiusdam obsidione cum parte exercitus teneretur mitridates inutilem peditem omnemq; ferme equitem cum Saranis in bithiniam repente dimisit. Lucullus his auditis confestim nocte adhuc in castra reuersus mane cum decem cohortibus & omni equitatu fugientes insectatur: tanto gelu: tantaq; niue obrutus quod quidam milites intollerabili rigore confecti in itinere defecere. Cum reliquis Lucullus assecutus circa rhindacum fluuium hostem tam late fuseq; profligauit: ut accurrētibus ex appollonia mulieribus & sarcinas rapere & interemptos barbaros spoliare licuerit. Multis itaq; ut par est trucidatis sex tamen equorum quindecim virorum milia tum innumerabili iumentorum multitudine capta, hanc tantam predam ante hostium castra preteruehens Lucullus ad suos reuersus est. Salustiū vero mirari soleo qui Romanos tunc primum camelos vidisse scribit: arbitratum forte non eos primum qui cum scipione anthiocum deuicere: neq; iterum qui cum Archelao ad Orchomenum & Cheroniam nuper conseruerunt cognouisse camelum. His itaq; gestis rebus suis consulere sola fuga mitridates instituit. Itaq; more atq; retardationis causas post se Lucullo extruens Aristonicum prefectum classis ad grecum mare premisit Cumq; is q̄ proxime enauigaturus esset eum per proditionem Lucullus in potestatem redegit cū decem aureorum milibus quibus aliquid sibi Romani exercitus conciliare posse sperabat. Mitridate interim ad mare profugiente copiarum suarum duces terrestri itinere exercitum abducebant. In quos Lucullus ad granicum flumē incidēs captis q̄ pluribus viginti hostium milia trucidauit. Ferunt autē ex omni & ministrorum & militum turba haud multū citra triginta milia eo prelio fuisse perdita Lucullus subinde in Cizicum se conferens cū ingētes honores modestissimasq; uoluptates apud liberatos ciues assecutus esset: classem deinde comperat in hellespontū celeberrime profecturus. Troadem uero deuectus dum ueneris in templo contubernaret dormienti ferūt nocte deam in somniis visam dixisse. O leo quid dormis cattulos sectare propinquos. Exurgens cōtinuo accersitis adhuc nocte amicis cū quid sibi contigisset exponeret. Aderant pariter ab illo nuntii tres & decē regias

quinqueremes in lemnum ānauigantes ad chiorum portas fuisse conspectas: in al
tum e vestigio cum classe rereptus capta pretoria quinquerem atq; Isidero pfecto
classis interempto in alias aduersis proris subuehit. Ceteras ī littore firmabat an
cora: & cum trepidi barbari accurrētem conspexere Lucullum nauibus extemplo
in terram subductis per tabulata dispositi pugnam ineunt: lococum iniquitate Ro
manus aliquantū cladis acreperat. Non enim loci situs hostem circumueniri neq;
cum nauibus in terram subactis cominus pugnare Romano cuni nauium magni
tudo prestabat. Lucullus tandem qua protensa erat aliquantulum in altum insula
expeditos milites in terram demittit Hi a tergo hostem adorti rum multos truci
dassent ceteros terram fugientes precisis retinaculis nauium delapsas rates inui
cem collidere compulerunt: & in opposita Romanorum rostra decidentes confrin
gere. Multi in ea pugna barbari cecidere. Inter captiuos autem & ipse qui ab ser
torio cum copiis venerat Marius deprehēsus est: altero enim oculo priuatus erat
Et ineuntibus prelium Romanis imperatum fuerat ab cede cuiusq; qui alteco care
ret oculo abstineri ut Marius ignominia primo contumeliisq; affectus mortem
deinde oporteret. His gestis ad insectādum mitridatem Lucullus celerrime se cō
uertit. Sperabat adhuc circa bithiniam eum offendere a boconio obseruatum quē
ipse mitridatis fugam impediturum cum aliquot nauibus miserat Nichomediam
Ceterum bochonios tanta re neglecta initiatus in Samochrate ac festis immora
tus haud in tempore affuit Mitridates veru ne se anteq; in pontū applicuisset Lu
cullus assequeretur omni diligentia studio circa nauigationem accelerabat. Ingen
ti veru tempestate oborta aliquot nauium suarum allise sunt: alie uertiginoso pela
go absorte. Et omne littus tabulis quas minute perfractis nauibus pcocella hinc
inde disiecerat diu opertum fuit. Iam mitridati postremum imminebat periculū
Neq; enim onerariam qua erat nauis cum sua tum estus magnitudine in terrā ad
uehi: neq; gubernatori in tanta fluctuum agitatione satis poterat audire. Sed cū
inbibito pelago grauis non admodum hauriri posset ipseq; ob id in Piraticum Mio
paronem conscendens corpus vitam vltimamq; fortunam piratarum perfidie cre
didisset in ponticam tandem Heracleam preter omniū spem euasit. Iam apud Ro
manos patres amplissimam Lucullus omnium sententia laudem est consecutus No
luit enim cum posset ex senatusconsulto ad gerendum id bellum tribus talentorū
milibus classem comparare: & ipse litteris ad senatū datis rem suam laudare atq;
extollere se preter omnem erarii sumptum maritimum confecisse bellū non amplo
apparatu sed solum sociorum nauibus mitridatē omni pelago exegisse. Atqui cre
ditum est celestis numinis ope eam sibi Lucullum gloriam peperisse. Fecunt enim
priadine diana indignatione tam oastam ponticos potestatē inuasisse. quia hi spo
liato templo dee quoq; statuam abstulere. Erant complures qui hoc bellum aliquā
to differri censebant quorum neglecta sententia Lucullus in ipsos regios fines p
bithiniam & galatiam induxit exercitum. Tanta vero sibi fuit in atineris pricipio
cōmeatuum egestas ut galatarum qui singuli singulum tritici modium gestarēt
xxx. milia secum ducere cōpellerentur. Progrediens vero ac omnibus late potitus
tam ingenti omnium rerum copia affluebat ut in castris bos vna drachma manci
pium veco quatuor venderetur. Reliqua preda aut passim relinquendo aut effusis
sime dissipando neglecta quia iam confectis omnibus castrorum tellis nil amplius
apud quenq; deponi poterat. Latissimis itaq; excursionibus vniuersa vsq; ad The
miscras Thermodontionosq; campos regione uastata iam in Lucullum insaeiabi
lis auaritia milites stimulare intusare eum q tot sibi runciliatis vrbibus nullā per
vim cepisset: Noluisse ad locupletandos milites suos vel vnam sibi vrbem diripien
dam permittere. Ceterum irati dicebant Amaso opulentissima fortunatissimaq;

ciuitate paulo tamen longiori obsidione expugnabili derelicta age milites tuos per
Tibarenorum Calcedcorumq; deserta mitridatē debellaturos Contempnebat Lu
cullus has effrenatas pernitiosasq; militum voces: quia nō in tantam ut demū eua-
sit desperationem eorum iram cōuerti posse sperabat. Maxime vero apud eos pur
gatum se esse curabat qui summam eius prudentiam in tarditatem transferentes
accusabant eum q tam diu circa negligendas vrbes ac vicos immoratus instaurāda
rum virium facultatem mitridati prestaret. Quibus ille hoc idem inquit arte stu
dio industria supersedens expecto ut mitridates comparatis copiis maiorisq; ī cer
tando q fugiendo spe posita: romanam quominus virtutem audeat experiri. Vide
tis ne inquit sibi patere immensam terram penitusq; desertam uastitatem a tergo
Numquid vicinum caucasum non videtis: nunquid plerosq; celsos montes qui non
mitridatem modo sed innumerorum prope regum fugam tuerentur atq; celarē
Non multis preterea diebus ab Cabiris in Armeniam iter conficitur: ubi Tigra-
nes nunc sedet: rex quippe regum qui tanta potentia viget ut ab Asia parthos ar-
cens grecas in ipsam mediam ciuitates traducat. Qui Sirie imperat atq; palestīe
qui ortis ex seleuco regibus interfectis filias eorum atq; vxores captiuas impune
erabit. Hunc mitridatis generum num fugatum hominem suppliceinq; socerū ne-
glecturum fore speramus: in vos profecto iratus arma mouebit & dum celerē co-
nabimur eicere mitridatem irritati quoq; Tigranis vires experiemur. Nam ipsi
indicēdi Romanis bellum causas diu querenti quenam dignior sanctior honestior
querenda erit q pto violato rege pro necessario pro socero bellum mouere. Desina
mus itaq; ignarum mitridatem monere cum quibus sibi sociis bellum nobiscum ge
rendum sit: qui nisi compulsus summam sibi Tigranis auxilium implorare ignomi
niam arbitraretur Dandum est illi spatium danda est facultas ut ex proprio regno
sibi vires comparet. Cauēdumq; magis est ne iunctis sibi medis atq; armenis suū
cum illis tueatur imperium q in eis quos sepe deuicimus Cholcis Tbibarenis ac
Cappadocibus cōfisus in medium certamen ueniat. His potissimum ductus Lucul
lus ad Amasum diu consedit lentamq; obsidionem de industria protrahebat. Ex-
acta deinde hieme relictoq; Murena ad Amasum obsidendam ipse cum reliquo ex
ercitu in mitridatem ꝓfectus est. Is ad cabira statiua habuerat & iam cum Roma
nis congredi statuēs quia quadraginta sibi peditū quatuor equitū milia coegisset
Licum flumen traiecerat Inde Romanis in pugne discrimen vocatis cum equites
vtrinq; concurrissent succumbens Romanus diu stare non potuit. Captus est in eo
congressu Pomponius vir insignis cui cū acceptis uulneribus ad mitridatē duct9
fuisset rogareturq; ab eo si curatus sibi foret amicus. Si tu inquit Pomponius Ro
manis amicus fueris sin autem me quoq; inimicum habebis. Mitridates clarissi-
mam viri constantiam admiratus ab omni penitus in eam iniuria temperauit. Lu
cullus vero tum hostem equitatu sibi prestantem cerneret equos iam campos exri
miscebat: neq; tutum videbatur per montana capessere iter quod lōgum siluestre
ac prope inuium esset. Deliberanti itaq; sibi aliquot interea greci qui quodā ī spe
cu fugientes capti fortasse fuerant adducuntur. Ceteris grandior etate Arthemi
doros exercitum Romanum ducturū se pollicetur vbi & castra tuto locari possint
& castellum quoddam Cabiris supereminens situm erat: prestita sibi fide Lucul-
lus prima statim vigilia noctis incēsis ignibus castra mouit. Et itineris angustias
tuto preteriens cum promissum sibi locum tenuisset in ea parte locauit exercitum
vbi & pugnator copias in aciem educere & quiescenti hostium insultus negligere
impune licebat. Stabant ambo exercitus & neuter incertam pugne fortunā experi
ri audebat. Ferunt autem barbaris ceruum quendam insectantibus forte obuiam
fuisse romanos occurrentesq; confestim inisse certamen: angebatur cōtinue vtriq;

pugnantium numerus. Et cum Lucullani tandem victi terga dedissent Romani
milites suorum fugam ex vallo indigne conspicientes ad Lucullum concurrūt orā
tes ut in aciem ducantur & pugne signum q; primum dari iubeat. Lucullus vero
suos docere cupiens quale quantumq; in belli discrimine sit momentum prudentis
ducis aspectu atq; presentia illos quiescere iubet Et ipse continuo in campos descē
dens ac primis suorum fugientibus obuiam factus sistere fugam imperat ac secū
in hostē reuerti. His itaq; reliquisq; fugientibus in barbaros deinde cōuersis haud
multo labore fugatus hostis in castra redigitur. Inde vero ad suos rediens consue-
ta quadam eos qui fugerant ignominia affecit. Illos enim interioribus tunicis solu
tis indutos sub oculis militum duodecim pedum fossam cauare iussit. Erat ea tem
pestate in mitridatis exercitu Oltacus quidam ex dandariis homo primarius Sūt
autem dandarii genere ex his barbaris qui circa meotidem habitant. Hic siquidē
Oltacus vir erat impiger atq; promptissimus & qui difficilimis arduisq; in rebus
& audatia & consilio egregie uti sciret potissimumq; in colendis hominibus comi-
tas quedam atq; vrbanitas summa cū diligentia sibi erat innata. Hic aduersus dan
darium quendam contribulem suum mutua emulatione accensus quod vterq; pri
mos sibi laudis locos vendicare certabat. Mitridati pollicetur ingens atq; strenuū
si modo fortuna faueat facinus patraturum Lucullo videlicet mortem inferre Mi
tridates cum Oltaci animum ingenti laude extulisset iram in eum ex composito si
mulauit fictasq; ignominias simulato furori adiecit Oltac⁹ inde fugiens cū ad Ro
manos apud quos & iam celebris eius fama peruenerat se contulisset ab Lucullo
perhumane exceptus est: qui Oltaci prudentiam studiumq; erga se ac diligentiā
admiratus tanto eum honore habuit ut in conuiuio atq; consessu eum plerunq; soci
um non recusarit. Dandarius tandem prestitam sibi occasionem ratus ministros
suos equū extra uallum educere iubet Et ipse meridie motus cū Romanos passim
solutos hinc deambulare hinc quiescere cerneret ad imperatoris pretoriū ire per-
git: liberum sibi patere aditum arbitrabatur: quia iam Lucullo plurimum consue-
uerat & aliis de rebus secum habere sermonem sibi opere esse simulabat Patuisset
profecto aditus nisi qui iam plurimos duces perdidit somnus Lucullum tunc for-
te saluasset. Dormiebat enim ipse & Menedemus vnus ex cubilis custodibus non
in tempore inquit aduenisti Oltace. Lucullus enim longa vigilia tantisq; laboribu
laxatum corpus nuper quieti reddidit. Oltacus si sponte non liceat per vim in pre
torium irrumpere minatur: quia in re oportuna maturato sibi consilio opus esset.
Iratus Menedemus non equidem arbitror inquit Luculli salute quippiam oportu
nius este: quo dicto impetum oltaci ambabus ab se manibus propulsauit. Ille iā ex-
citata re trepidus extra uallum tacito se se recepit & citato equo ad mitridatem in
fecto negotio reuersus est. Sic ipsum profecto tempus ad res gerendas quemad-
modum & medicamenta maximum vite mortisq; momētum affert. Subinde Sor
natius ab Lucullo cum decem cohortibus frumentatum emissus ad occurrentem
sibi Menandrum vnum ex ducibus mitridatis constitit: consertoq; prelio post in-
gentē hostium cedem eos in fugam conuertit. Adrianum iterum Lucullus cū co-
piis frumētatum emisit ut cōmeatuum copia Romani milites habundarēt Mitri
dates ea sibi re nuntiata Menemachum atq; Mironem cum plurimo equite pedite
q; Adriano occursuros immittit. Hos usq; adeo aduerso Marte rem gessisse ferūt
vt omnibus cesis duo tantum cladis nuntii superstiterint. Tante stragis magnitu-
dinem mitridates occultam esse cupiebat neq; fuisse ingentem neq; aliam ob rem
q; imperitia ducum euenisse dicebat. Verum Adrianus hostium prope castra mul
ta cōmeatibus spoliis refecta plaustra summo cum splendore preterducens tātum
mitridati merorem militibus tātum metum ac trepidationē iniecit ut nō amplius

rimendum esse videretur. Duces itaq; soli suas opes per ocium asportabant. Pro-
hibiti vero milites cum sibi suisq; rebus ne quicq; tentarent fugiendo consulere in-
testinus tumultus castrorum portis oboritur. Diripiuntur principum opes & ia
seua habendi cupiditas in eorum cedes armauerat milites vbi Dorialo duce ob so-
lam qua indutus erat purpuram trucidatu. Hermeus quoq; sacerdos ante castroz
portas conculcatus interiit. Ipse vero mitridates non famulum non stabularium ta
tum ministrum non equum regium expectans fugienti turbe immixtus e castris
erupit. Sed Ptholomeus Eunucus eum in tantis fugientium fluctibus deuolutu
tandem conspiciens suum cuiq; insederat equu sibi dedit. Aderant a tergo Roma
ni q̃ proxime incumbentes & celeritate quippe prestantes mitridatem ipsum ce
pissent. Verum ceca militum auaritia quesitum tot laboribus tot periculis tot de
niq; prelijs hostem Romanis eripuit. & Lucullum ipsum digne parte victorie pre
mio frustratum fecit. Iam enim ad ipsum mitridatis equum deuentum erat sed
onustus auro mulus siue sponte seu mitridatis industria insequentibus Romais ob-
iectus eos ab infectatione aliquanto continuit & ad diripiendum aurum certatim
intenti fugiendi sibi otium prestitere Neq; id modo detrimenti auarissima mili-
tum fames Lucullo attulit: verum Callistratum etiam qui alta mitridatis archa-
na sciebat cum ad se duci iussisset & milites interducendum quingetos aureos sue
cinctos sibi sensissent prede cupiditate illum interfecere. Nihilominus tamen Lu-
cullus hostium castra quibus potitus erat militi diripienda cocessit. Ob eam fuga
& cabira & plurima circum castella capta: ingetes thesauri comperti & multi gre
ci mulieriq; mitridatis cognati qui carcere detinebantur laxati. Quibus cu iam diu-
se perisse iudicarent non liberatos modo sed renatos denuo atq; secundam quanda
se vitam Luculli clementia cosecutos videbatur. Nissa quoq; mitridatis soror tuc
capta fuit & meliori quippe sui fortuna. Na reliq̃ue regie sorores ac mulieres qua
rum saluti quia in pharnatia per ocium obseruabantur tutissime cosultum esse ap
parebat miserabiliter interiere quibus mitridates fugiens Bachidem Eunuchum
tristem earum mortis nuntium misit. Erant inter ceteras due ipsius regis sorores
Statira atq; Roxana que annos fere quadraginta nate virginitatem ronsq; serua
rant. Due preterea eius uxores genere Ionice Veronica ex chio Monima vero mi
lesia huius celeberrimus erat in grecia sermo. Regi se in libidinem accersenti spre
tis quindecim aureorum milibus noluisse parere donec vxorem sibi ascitam misso
diademate eam regina appellauit. Hec diuturnis lachrimis atq; meroribꝰ tristem
duxerat vita. miseraq; sua fortuna deluserat Execrabat mesta venustissimu pulch
ritudinis sue flore: qui suphum ꝓ marito dominu ꝓ regia atq; penatibus barbara
sibi custodia ac prope carcere coparasset & relicta grecia ubi tot sibi splendissima
fortune munera affluebat ꝓsperatis bonis inane quasi somnu suscepisset. Hec itaq;
Monima cu aduenies in Pharnacia Bacides regis mulieribꝰ imperasset ut quod
cuiq; facillimu & gratum esset id sibi genus mortis eligeret Auulsu a capite dia-
dema cum collo circumligasset misera se suspedit. Et cu corporis grauitate laque-
us ille cofractus esset. O execradum inquit diadema neq; in ta tristi mihi ministe
rio ꝓfuisti. Et cum super illud ab se deiectum inspuisset Bachidi eorinuo iugulada
se se comisit. Veronica vero veneni sibi paratum calice cum eius matre que veneni
parte supplex orabat partita est. Et cum ex illo vtraq; bibisset debiliori profecto
corpori & mala etate cofecto veni virtus abunde suffecit. Veronica aut quia mi-
nus q; ad extiguedu satis fuerit hausisset & viuente cotorquebat vrens incedio se
mes a bachide celere suffocata interiit. Feru etia virgies illas mitridatis sorores
hausisse venenu Roxana quide irata extremas fratri miserias fuisse iprecata Sta
tira vero nil crudele nil ignobile locuta fratre sumopere laudasse q̃d ille in tanta

sue vite discrimine haud sororum dignitate neglecta liberas eas atq; inuiolatas oc
cumbere maluisset. His rebus apud Romanos nunciatis Lucullus ingenti miseri
cordia est affectus. Moto itaq; deniq; exercitu quartis castris ad Talaura cōsedit
vbi cum accepisset mitridatem iam illac transgressum ad Tigranem in armeniā
confugisse signa conuertens Chaldeos Tibarenosq; subegit. & accepta minori ar-
menia cum parthas vrbes atq; caste la composuisset. Appium subinde ad Tigranē
mittit: qui mitridatem iure belli sibi deposceret. Ipse vero ad Amasum profectus
suos non dum ciuitatem expugnasse inuenit. Prefectus enim eius presidii Challi
machus vir omnis machinarum generis peritissimus callidissimusq; ad propulsan
das obsidiones multas quarum postea penas dedit Romanis calamitates intulerat.
Lucullus itaq; viri astum astu superandum ratus qua maxime die parte milites
ocio & quiete redintegrari consueuerant silenti agmine in obseruatam urbem re-
pente aggressus non multa muri parte potitur. Challimachus re cognita cōfestim
urbem incendit siue ne Romani ingenti preda locupletarētur siue ut fugiendi sibi
moliretur facultatem. Nam Lucullani milites ad solam predam intenti amplissi-
mam omnibus fugiendi licentiam prestitere. Iam late discurrens flamma vndiq;
menia peruastabat. Et Lucullus tante urbis excidium miseratus crescentem flā-
mam sedare atq; extinguere adoritur. Cum autem omni prope milite desertus so-
lus id frustra tentaret receptui cani iubet ut nobilissimam vrbem tam fedo tā mi-
serabili spectaculo liberaret. Milites spreto ducis imperio nil segnius ad exportan
das incendii reliquias incumbebant: sed armorum strepitu atq; fragore omnia cō
plentes quocunq; spes ipsa rapine ducebat cum lampadibus facibusq; incaute inda
gantes plurimas ipsi domos incendio absumpsere. Lucullum vero postridie vrbem
ingressum ad amicos hec verba lachrimātem dixisse ferunt. Ego equidem cum an
tea Sillam beatum persepe dixerim tum maxime hodierno die felicissimam viri
fortunam admirari compellor: qui cum voluisset athenas seruare potuerit. Ast me
inquit qui summo semper studio virtutes eius fuerim imitatus ad mimii famam
fortuna constituit. Sub hec dicta cum effusissimo imbre diuina quadam sorte ex-
tinctum esset incendium ipse reparande vrbis desiderio accensus plurima eorum
que ceciderant de integro presens edificauit. Fugientes Amasenos humane susce
pit & alios grecos qui voluerunt vrbe donauit: regionemq; centum viginti stadio
rum huic vrbi adiecit. Erat hec ciuitas ad mare sita in quam Athenienses dum eo
rum maxime florebat imperium & maris principatum obtinebant olim deduxere
coloniam. Quare plurimi Aristonis tirannidem fugientes eo profecti & in vrbem
asciti ibi habitauere: quibus euenit ut dum propriis a domiciliis fugerent alienam
rempublicam nanciscerentur. Eos vero qui tanto incendio superfuere nō pulchra
modo ueste sed ducentis quoq; drachmis singulos Lucullus donauit. Tunc Tiran
nionem grammaticum captum fuisse ferunt: quem Murena sibi dono petēs ac cō-
secutus liberum fecit tanto munere prorsus illiberaliter visus. Non enim pro rei di
gnitate actum esse Lucullus arbitrabatur: hominem scilicet artibus disciplinis lit
terarumq; studiis preditum seruum primum liberumq; deinde fieri. Auferebatur
enim presens libertas simulate ac apparentis munere libertatis. Ceterum non hic
solum visus est Murena imperatoris in laudibus Lucullo concedere. Bellicis ab re
bus ociosus Lucullus ad cōponendas leuandasq; vrbes Asie sese conuertit. Que oī
iam extincto iure nefandis innumerisq; calamitatibus perdiu oppresse fuerāt. Has
feneratores & publicani ab se conculcatas usq; ade odi lacerabant ut priuate inge-
nui liberi filieq; virgines publice vero donaria picture deorum statue venderentur
Ipsiq; tandem patres miseream iam cogebantur accipere seruitutem: & que longe
difficilliora turpioraq; videbantur vincula catheanas carceres tormenta subire sole

sub ardenti laboribus obrui & rigidissima hieme in luto glacieq; versari compelle
bantur: ut his eum rebus simplex seruitus comparata pax quedā fenorisq; leuamen
videretur. Hec tanta mala has ingentes vrbium calamitates miseratus Lucullus
oppressos alieno ere haud multo post his legibus liberauit. Primum enim non ul-
tra centesimam iure fenoris deinceps repeti posse instituit: omnes deinde vsuras
capite maiores abscidit. Postremo quod maximum fuit neminem imperat fenera
torem ultra quartam fructuum debitoris posse accipere. Qui vero cum capite fe-
nus ipsum iunxisset vtroq; priuatum esse. His decretis vniuersum es alienū ante
quadriennium persolutum est. Et liberi homines suis rebus integre fruebantur.
Hanc pestem induxerant ea viginti talentorum milia quibus silla grauauerat Asi-
am. Et cum duplum mutuantibus redderetur ad centū iam & viginti milia sūma
conscenderat. At feneratores Luculli iusticiam aduersam sue rapine perniciē ferē
tes. Romam profecti absentem calumniari quosdam factionum principes multa
in eum concitare mercede Non enim erat exigua eorū Rome auctoritas: quia ere
suo multos sibi patricios obnoxios fecerant. Atqui Lucullū non liberate modo gen
tes sed cetere quoq; prouincie ingenti laude extollebant celebrabant venerabātur
Desideratissimus erat omnibus per beatā eam vrbem arbitrantibus: cui talē ducē
consequi contigisset. Interim Appius Clodius huius soror nupta erat Lucullo ad
deposcendum mitridatam missus fallaci longissimoq; multorum dierum itinere p
superiorem regionem a barbaris viatoribus circumducebatur. Cum vero Liber-
tus quidam genere Sirus rectam veramq; demonstrasset viam illi se se ducendum
credidit. Barbaris itaq; eorūq; perplexo itinere relictis paucos intra dies traiecto
Eufrate in Antiochiam ad Daphnem applicuit. Ibi Tigranem quasdam in Phe-
nicia oppugnantem vrbes operiri iussus multos interea potentissimos principes
quibus infensa erat insolentia Tigranis sibi tacito cōciliauit. Inter hos fuit Carbie
nus rex Cordiene. Aliquot preterea ciuitates legatis clā ad Appium missis Ro-
manum imperium expetebant. Quibus Appius amplissima Luculli opem pollici-
tus in presentia eas quiescere commonebat. Difficillimum erat ac ītollerabile gre
cis Armeniorum imperium & ipsius regis potissimum asperrima tumidissimaq;
superbia. Que summa fortunarum omnium copia eo licētie creuerat: ut quecūq;
populi aut amare aut mirari consueuissent. Is ipse perinde ac non sua mō sed prop
ter se quoq; facta existimaret. suo arbitrio prorsus abuteretur. Tenui Nāq; ac mo-
dica omnium expectatione incipiens multas sibi gentes subegit. Parthorum vires
ipse super ceteros depressit atq; contudit: & grecis impleuerat Mesopotamiā mul
tos ex Cilicia multos ex Cappadocia euulsos homines eo traducens. Arabes quoq;
Scenatas ex Ethis ammouit & quo illorum opera facilius uteretur vicinos sibi cō
stituit. Ministrabāt ei q; multi reges quorum alii uelut pedissequi aut Satellites
sibi adstabant. Hi equitanti sibi pedestres interiores tunicas induti occurrebant
Sedenti vero aut iura danti connexis inuicē brachiis circumstabant. Id potissimū
miserrime quedā videbatur seruitutis imago. quasi data domino libertate corpus
etiam ad paciendum paratius quam ad agendum sibi preberent. Hanc itaq; Ap-
pius inauditam asperrimamq; superbiam ulla sine formidine aut stupore conspici-
ens vbi dicendi sibi facultas affuit: uenisse se inquit aut abacturum mitridatē qui
iure belli Luculli debebatur triumphis: aut Tigrani bellum inducturum. Tigra
nes profusa facie fictoq; risu eam orationem audire conatus non tamen eclare po-
tuit quin tanta se adolescentis audatia alienatum omnes cognoscerent. Hanc enim
primam liberam audierat vocem post quinq; ac viginti quos ipse rexerat immo op
presserat annos. Appio igitur haud quaq; mitridatem dedere velle respondit. Ro
manos vero qui primi bellum indixerint se fore ulturum. Iratus etiam in Lucullū

quod regem tantum non regum regem se in epistola salutasset: rescribens veteũ
imperatorẽ uoluit appellare. Appio deinde ingẽtia munera recusanti multo plura
remisit: ne tamen inimicitia quadã Appius id fecisse videretur vnica Phiala sũpta
reliqua Tigrani dona reliquit: & ad imperatorem suum citato gressu cõtendit. Ti
granes post mitridatis cladem non eum videre neq; affinem sibi virum tanto impe
rio tantis eiectum fortunis alloqui dignum censuerat. Ceterum summo dedecore
ignominiaq; palustri quodam in loco seruatum cum antea neglexisset indicto sibi
bello q̃ primum ad se magnifice perhumaneq; accersiri iussit. Primos congressus
in purgandis mutuis suspitionibus consumpsere omnes inimicitiarũ causas in ami
corum copia conicientes. Tunc Metrodocum scepsium accusatum fuisse ferũt vi
rum in dicendo nõ iniocundum & multarum disciplinarum scientia ornatum tan
ta vero mitridatis amicitia beniuolẽtiaq; fretum ut uulgo regis pater appellarẽ.
Hunc siquidem mitridatis legatum ad Tigranem solicitandum in Romanos trans
missum ab ipso Tigrane cugatum fuisse constet quidnam hac de re ipse sibi consu
leret. Metrodorus vero siue mitridatis odio siue Tigranis vtilitate adduct9. Ego
inquit ut legatus opem afferre ut vetu consiliarius prorsus abnegare suadeo. Non
tacuit hec Tigranes sed nil mali Metrodoro obid accidere posse ratus mitridati
cuncta exposuit. Quare metrodorus mitridatis imperio postremis confestim sup
pliciis affectus interiit. Penituit maxime Tigranem q̃ ea reuelasset quãq; nõ sua
solum perfidia ille perierat: sed tacito atq; diuturno mitridatis ĩ illum odio faces
adiecit. Et enim littere quedam intercepte fuerant in quibus Metrodorum inter
fici iubebatur. Funus eius splendidissimo apparatu ab Tigrane celebratum est ut
quem viuum prodiderat amplissima mortuum magnificentia pꝛosequeretur. Oc
cubuit & apud Tigranem Amphicratis rhetor. Si par est eum quoq; virum prop
ter athenas cõmendare memorie: ferunt eum in solentiam super Tigridem profu
gisse: ibiq; rogatum ut disciplinam suam publice docere uellet per arrogantiam re
spondisse pelum delphini non esse capacem. Et cum deinde ad Cleopatram mitri
datis filiam vxoremq; Tigranis se cõtulisset breuiter more fuisse insimulatũ iussiq;
ob id ab omni grecorum congressu penitus abstinere seipsum cõfecisse merore Hu
ius quoq; funus in Sapha oppido a Cleopatra magnifice actum est Iam res Asie sũ
ma moderatione cõpositas in pace Lucullus ocioq; firmarat & ad spectacula p tan
tis victoriis agenda conuersus Ephesi ubi se continebat pompas celebritates Ath
letarum certamina gladiatoriosq; ludos instituit. Omnesq; Asie vrbes usq adeo in
se conuertit ut cum ab illis summa integraq; beniuolentia coleretur tum etiam in
amplissimum eius honorem Lucullia publice fuerint celebrata. Appio interim ab
legatione reuerso cum bello in Tigranem ducendum esse videretur. Lucullus ĩ põ
tum traiciens collectis copiis ad oppugnandum non tam Sinopem q̃ regios quos
dam cilices qui detinebant consedit. Hi multis sinopensibus trucidatis nocteq; vr
be incensa fugerunt Quod vbi Lucullus animaduertit in vrbem ingressus octo mi
lia eorum qui supererant interemit: ciuesq; ꝓprios in penates restituẽs haud par
uam eius vrbis diligentiam habuit: hac maxime visione admonitus. Videbat enim
quendam inquiete sibi locucum dicere. Progredere Luculle paululum. Aduẽtat
namq; antolicus tecum familiariter congredi cupiens. Exurgenti sibi haud satis in
telligere videbatur quidnam species illa portenderet. Sed eo die capiens vrbẽ cũ
enauigantes Cilices insectarentur: iacentem statuam in littore maris cõspexit. Nã
cum Cilices eam nauibus impositturi secum ex vrbe tulissent pꝛeteꝛ ab Romanis in
littore deseruerãt. Erat ea statua ex egregiis operib9 Sthenidis & Lucullo nũtia
tum est antholici qui Sinopem muru cinxerat id simulacrum esse. Fama est antho
licum Deimachi filium fuisse eius qui in expeditione contra amazones cũ hercule

commilitarat Hunc vna cum Demoleonte Phlogioq; inde profectum allisam nauē
in Chetonneso circa pedalium amisisse ipsum deinde cum socus agmine facto Si-
nopem expulsis Siris cepisse Nam eam vrbem Siri tenebant a Siro Appollinis ut
aiunt & Sinopis a Sotidis filie nato trahentes originē. Hec audiens Lucullus Sil
le preceptum confestim memorie reuocauit qui se in commentariis eius cōmonue
rat nil certius nil credi dignius esse ꝙ quod per somnum fuerit presignatū. Nun-
tiatum est interea mitridatē atq; Tigranem ut Asiam preoccuparent copias suas
citaco agmine per Litaoniam in Ciliciam ducere. Miratus est Lucullus Tigraīs
sententiam ꝙ in Romanos arma moturus non suas cū mitridatis viribus cōiunxis
set: dum illius maxime florebat imperium: permisisse profligari eum atq; deuinci:
& nunc oppressis illius rebus atq; confractis cum Romanis bellum inire recusasse
potentissimum in bello socium qui cum perdito ac prope delato ancipitem rerum
fortunam subire vellet. Atqui Michares mitridatis filius qui Bosforum ea tēpe-
state tenebat arbitratus iam omnia superiori bello fuisse confecta coronam mille
aureorum dono Lucullo mittit oratq; in amicitiam populiq; romani in societatem
asciri. Lucullus deinde relicto Sornatio cum sex milibus militum ad ponticarum
rerum presidium ipse cum duodecim equitum tribus non amplius peditum miliba
ad secundum bellum profectus est, Videbatur id consilium plurimum in se pericu
li parum rationis habere. Inpugnacissimas gentes proficisci in tot equitum milia
in uastam regionem ac profundissimis fluuiis montibus perpetua niue obrutis cir
cumseptam. Proinde milites cum his rebus tum etiam pessimis eorum moribꝰ ag-
ma detrectabant: militiam recusabant: & ducem inuiti penitus sequebantur. Ro-
me vero factiosi homines criminandi occasionem sibi arbitrati exclamare obtesta-
ri vocitare Lucullum vel preter omne Romane rei emolumentum ex bello bellū
exuscitare: imperandi cupidine haud unꝙ arma deponere: non fatigari nō quiesce
re non saturari ut publico periculo priuatas sibi diuitias cōpararet. Atqui Lucul
lus nil minus intenso itinere ad Eufratem veniens turbidissimum multisq; tumē-
tem aquis fluuium comperit. Eam rem quia & sibi more & militibus laboris cau-
se foret moleste conspexit: dum lintres itaq; ad traiciendum amnem cōsutasq; inui
tem trabes parari iubet Vespere defluere flumē incipiēs usq; adeo proxima nocte
exhaustū est ut mane perspecto alueo tuto uadari posset Accole regionis paruulas
aliquot insulas in fluminis lecto mirati Lucullum uenerabātur quia cum id antea
rarissimo contigisset tum mirum etiam videbatur profundissimum aquis flumen
tam celerem tam ociosum tam securum Lucullo transitū prebuisse. Sibi vero tra-
icienti dextetum continno prodigium visum est Consueuerant sacrate persice dia-
ne boues in ulterioribꝰ Eufratis pabulis educari quā maxime deam indigene bar
bari summa veneratione colebant. He lampadis charactere insignite libere solute
ꝙ omnem regionem diuagabantur: nulli penitus vsui preterꝙ diane sacrificiis ac-
comodate: ferotes insuete & que non sine multo labore captari possent. Vna ex his
quandam ad petram quam dee dicatam dicunt inter traiciendum adueniens cum
super ea stetisset demisso capite perinde ac iugo domita fuisset se se Lucullo sacrifi
candam obtulit. Eufrati quoq; taurum pro transitu imolauit. Eo die statiua hoc lo
co habita postridie vero sublatis signis per Sophenam regionem progreditur: sine
omnium prorsus iniuria: qui bona cum pace exercitum admisissent. Et militibus
ad opulenti cuiusdam oppidi oppugnationē incensus taurum procul ostentās illud
inquit oppidum milites prius nobis exuperandum est Hec enim premia victoribꝰ
preposita iacent. Deinde citato agmine cum Tigridem traiecisset in armeniam in
duxit exercitum. Primum Tigranes nuntium qui aduentū sibi Luculli attulerat
secari percuti iubet Proinde ceteri saluti proprie consulentes properantē hostem

miro silentio perferebant. Et ipse hostili iam incendio circumfusus rerum suarũ
cura neglecta omnia prorsus ignorabat. Totas assentatoribus patefecerat aures:
a quibus non falsi minus q̄ grati blandiq; sermones afferebantur se magnum ducẽ
extimare Lucullum: si etiam Ephesi Tigranem expectasset: siq; tam ingentem ho
stium multitudinem vel conspicere sustinens non primo statim aspectu ex Asia fu
geret. Sic itaq; neq; singulis datum est corporis multi vim virturem integre posse
perferre neq; fortunatissime menti in tanta bonorum omnium ubertate ab ratio-
nis vsu non deuiare. Primus tandem omnium Mitrobarzanes vicinum sibi hostem
incumbere declarauit: nec gratam tamen audacie sue mercedem retulit. Cõfestim
nanq; Tigranes ipsum cum tribus equitum milibus plurimisq; peditibus in Lu-
cullum emittit: imperatq; ut ceteris Romanis conculcatis solum imperatorẽ viuũ
ad se deducat. Omnia nondum Lucullus metauerat castra sed cum pars militum
adhuc in itinere adueniret ecce speculatores adsunt qui properare cum copiis bar
barum exploratum habere se dicunt. Subtimuit Lucullus ne miles extra ordines
solutus atq; diffusus atq; barbari celeritate opprimeretur. Quare ipse ad locanda
muniendaq; castra manens Sextilium legatum cum mille sexcentis equitibus totĩ
dem ferme peditibus ac leuis militibus armature in hostem premittit iubetq; q̄
proxime ad barbaros accedentem detractare certamen donec omnem exercitũ cõ-
positũ esse acceperit. Paruisset imperio Sextilius si non ingruentis barbari temera
tas manum conserere cõpulisset. Collatis itaq; signis Mitrobarzanes pugnando
cecidit & ceteri terga dantes preter paucos admodum omnes in fuga occubuere
Ea clade Tigranes relictis Tigranocertis ingenti ab se condita urbe ad taurũ ſcls
nauit eo suas copias vndiq; coacturus. Lucullus vero eam hosti facultatem adimen
dam ratus murenam emittit turbaturum castra Tigranis vnaq; conuenientibus
eo barbaris itinera precisurum. Sextilium vero magne arabum manui qui ad Ti-
granem accedebat occurrere iubet. Is itaq; in Arabes dum castra locarent irrum-
pens eos ingenti strage ꝓfligauit Et Murena pariter Tigranem insecutus vbi ad
asperam angustamq; vallem ventum est qua barbare copie traducebantur prestita
sibi occasione transeuntem paulatim exercitum adoritur. Tigranes confestim Sar
cinis omnibus per se positis citata fuga Romanos euasit Multi armenii cesi plures
tamen capti sunt. His prospere gestis Lucullus sublatis signis cũ exercitu ꝓfectꝰ
ad obsidenda Tigrano certa cõsedit Erant hac in vrbe plurimi greci ab Cilicia plu
rimiq; barbari a propriis & ipsi sedibus illo traducti Arabeni Asirii Gordiani Cap
padoces quorum euacuatis patriis atq; exhaustis natali solo priuatos ad eam vrbẽ
traxerãt habitãdã. Erat insuper opibus donariisq; ciuitas illa cõferta que & ꝓuati
homines & primarii ad augendam urbis magnificentiam gratiamq; sibi regis con
ciliandam Tigrani contulerant Quare Lucullus ad obsidionem eius maxime intẽ-
debat. Arbitratus irritatum Tigranem ira consilio q̄ potius descendentem in cã-
pum a prelio non fore temperaturum. Et recte auguratus est coniectura. Atqui
mitridates multa nuntiis litteris multa commonefaciens ab Romanorum congres
su Tigranem penitus abstinere orabat nullũ tutius nullum ꝓbabilius nullũ felici
us pugne genus q̄ fame cum Lucullo pugnare. Adesse sibi equites quibus omnez
ab Romano exercitu commeatum arcere possit. Taxilles etiam qui secum commi-
litabat suapte sponte permotus supplex Tigranem orare rebus ut suis sine pugna
consuleret & inuictas acies inuictos Romanorum animos euitaret. Hec Tigranes
consilia per benigne primum audiebat Ast vbi omnes armentorum omnes sibi gor
dianorum vires aduenerant aderãtq; cum regibus suis medorum adiabenorumq;
ingẽtes exercitus multi quoq; a Babilonio mari Arabes multi a Caspio Albani &
Albanis iberes adiacentes nec pauci deinde eorum qui circa Arexen soluti sine

rege versantur partim gratia partim mercede conuenerant. Iam spe audatia Bar
barici minis conuiuia regis iam adeo plena erant & ipsa cōcilia ut ipse Taxilles
solus Tigranis sententie aduersatus vix capitis periculum euitarit. Credebāt mi
tridates clarissimi facinoris inuidia iam quasi partam disuadere victoriā. Et ipsū
Tigranes consulto morari uoluit ne presens sibi partem sperate glorie vendicarat
Vniuerso itaq; cum exercitu motum i. cūtabundum in amicos dictitasse proditum
est perquam molesto se animo esse q cum Lucullo solum non vniuersis cum Roma
norum ducibus vna collectis sibi decernendum esset Neq; insana prorsus omnē p
preter rationem videbatur viri temeritas: cui tot populi tot reges tot peditum le
giones tot equitum milia animos attollebant. Sagittariorum & funditorum eri
viginti milia secum habuit: equitum quoq; supra quinquaginta milia quorū septē
decemq; milia Cathaphracti erāt ut Lucullus ipse senatui scripsit. Peditum vero
cum in cohortes tū in legiones distributorū centū quinquaginta milia. Item qui vi
as sternerent qui pontes fabricarent qui exhaurirent flumina qui siluas cōciderēt
reliqua vero bellorū machinamenta cōficerēt triginta quinq; milia fuisse constat.
Qui a tergo locati & ad hostem aspectu deterrendum & ad cōfirmādos militū ani
mos plurimū conducebāt. Vbi vero superato tauro sedentē ad Tigranocerta Ro
manum despexit exercitū ipseq; in eminenti loco manifeste apparuit tunc barbara
oppidanorum turba ingenti clamore sublato aduentanti regi sūmo cum strepitu
applaudere tantas Romanis copias ex menibo ostētare minariq; illis extrema sup
plitia. Lucullus cum de pugna cōfestim ad milites retulisset: pars obsidione deser
ta totum exercitum in Tigranem ducendum esse censebat: pars nullatenus ab obsi
dione discedendum esse quo minus a tergo tanta oppidanorum turba relicta esset
Neutra per se Lucullo sententia placuit: ambas vero coniunctas laudauit. Diuisis
itaq; copiis Murenam cū sex peditum milibus ad obsidionem relinquit: & ipse cū
cohortibus quatuor & viginti in quibus peditum decem milia sagittarii atq; fun
ditores circiter mille & equites erāt vniuersi in hostem profectus latissimo in cāpo
iuxta fluuium castra locauit. Visus est Tigrani pusillus admodum is esse exercitꝰ
Et assentatores prestita sibi iocandi occasione hi Luculli temeritatem deridebant
Illi super Romana spolia quasi iam parta essent iecerant sortes Et regū ceterorūq;
principum vnusquisq; sibi soli pugne negotium decerni orabat: regem vero eiusce
spectaculi ludiq; spectatorem sedere. Tunc Tigranes & ipse vrbanum quippiam
facetūq; in mediū afferre cupiēs uulgatissimū illud dixisse ferē Eos si legati veni
rent satis multos quidē si vero pugnaturi p paucos admodū esse His itaq; salibus
barbari iocabant Lucullꝰ vero postridie pma luce armatos milites in aciē deducit
Erāt barbara castra trāsflumē ad oriētis plagam locata: & Lucullꝰ sublatis sigis
qua facilius flumen traici poterat citato agmine declinabat occidentem credebāt
ipse metu secedere. Quare Tigranes accersito Taxille vides ne ridens inquit in
uictas Romanorum acies fugere eas num vides Et Taxiles uellem inquit o Rex
ut quod temere augurariris pro meliori tua fortuna id eueniret. Ceterum non splē
dida vestis non tersi clipei non imposite capitibus galee non deniq; exempta uagis
arma cōsueuerūt fugientiū habitꝰ esse sed pugnaturi militis est ille splendor pp
tātis in hostē. Vix ea dixerat cum iam firmari pmas Romanoꝝ aquilas cōspexere
aciesq; ad traiciendum turmatim disponi. Tunc Tigranem ceu e longa uix crapu
la excitatum bis vel ter clamasse ferunt. In nos properant o viri ingentiq; strepitu
atq; tumultu turbas in acie disposuisse. Sinistrum cornu A diabeno regi dextrum
medo concessit medium vero ipse. Catafracti equi ferme omnes in fronte locati.
Romanis iam ad traiciendū paratis pars militū eum diē qui pridie nonas octobris
erat obseruandum esse censebat. Illum vnum ex nefastis diebus esse quos atros

Romani vocant Scipionem cum Cimbris hoc die congressum Romanum exerci-
tum perdidisse. Quibus Lucullus celebratam illam hominum memoria vocẽ edi-
disse ferũt. Ego enim inquit commilitones hunc diem ex atro felicissimũ Roma-
nis faciã. Et milites subinde hortatus cum fluuium traiecisset primus omniũ pro-
perabat in hostem. Erat ipse ferreum thoracem indutus splendidum atq; squamo-
sum: quo super puniceam gestabat ephestridem. Tunc strictum ensem suis militi-
bus ostentabat quasi docere vellet ex propinquo collato pede cum hoste pugnandũ
esse: qui non cominus s; emin9 telis missilibus sagittis rẽ gerere didicisset. Citato
agmĩe in barbarã turbã ruendũ esse clamabat ut celeritate sua milites sagittãdi ho-
stibus spatium interciperent. Hec dicens cum aliquãtum progressus esset Catha-
phractos equites quorũ celebris in exercitu erat fama sub tumulo quodã locatos
esse aduertit. Erat eius tumuli quatuor ferme stadiorum ascensus perfacilis atq;
tutissimus & in uertice spaciosa planicies ad omnem militie vsũ accomodata. Lu-
cullus itaq; traces gallos quos secum habebat equites in Cathaphractos ex trans-
uerso ruere gladiisq; contos eorum truncare iubet. His enim concisis omnem eorũ
vim extinctam esse non sibi consulere non prodesse socius non hostes deniq; ledere
posse. Cum pondere tum armorum ineptia nullam esse penitus sine contis eorum
operam: sed muro inclusis ac circumseptis pene similes apparere. Ipse deinde cum
duabus cohortibus pedes in tumulum contendebat ceteri milites laborantis arma-
ti progredientisq; ducis reuerentia moti subsequebantur. Capto tumulo cum emi-
nentiori eius in loco stetisset ingenti voce proclamans vicimus inquit vicimus cõ-
militones. Subinde cõmonefactis militibus nil iaculis opere esse sed strictis ensibꝰ
petendum esse suras ac hostium femora que sola Cathaphracti armis nudata ne-
gligunt acies in hostem deducit. Nulla tamen his artibus atq; consiliis occasio da-
ta est quia Cathaphracti ne Romanum quidem impetum excipientes priusq; ini-
retur certamen clamore subita rum fuga sublato se se grauissimosq; armis equos
inter peditum agmina turpissime precipitabãt. Sic nullo illato uulnere nullo pro-
prius cruore conspecto tot hominum milia tanteq; copie profligate sunt. Confestim
itaq; ingens editur cedes non tam fugientium q̃ cupientium fugere barbarorum.
Haud enim facile fuerat in tanta stipatarum profundissimarũq; acierum multi-
tudine perplexos euadere. Tigranes vbi primum hostibus dari terga cõspexit de-
sertis ordinibus cum paucis admodum in fugam erupit. Et filio quem cõmuni for-
te miserandaq; fortuna oppressum viderat auulsum e proprio capite diadema la-
crimans dedit: hortatus alterum tenere iter ac sue saluti maturare consilium. Ado-
lescens quia indignum superstite patre religare sibi diadema censebat fidelissimo
cuidam ex suis custodiendum com misit. Neq; hunc fortuna liberum ab hostibus
esse sinit ut captiuus ad lucullum deductus inter tot barbara spolia Tigraĩs quo-
q; diadema deponeret. Peditum in ea fuga ultra centum milia occubuisse proditũ
est. Equites paucos admodum effugisse. Romanorum uulnerati centum quinq; in-
terfecti sunt. Hanc pugnam in libro de diis immortalibus cõmemorans anthiocus
philosophus nullam prorsus talem solem unquam vidisse scribit. Strabo vero alter
& ipse philosophus in historiarum commentariis Romanos inquit erubuisse deri-
sisseq; semetipsos q̃ in tam vilia mancipia ferrũ sumpsissent. Et Liuius Romanos
asserit nullis unq; hostibus quibus cum signa cõtulerint copiarũ numero usq; adeo
fuisse inferiores. Vix enim vigesimam eorum qui victi sunt partem victores exti-
tisse. Clarissime quoq; omnium Romanorum duces & qui diuturno bellorum usu
peritissimi videbantur: ingentibus Lucullum laudibus extollebãt qui duos florẽ-
tissimos potentissimosq; reges duabus maxime contrariis rebus mora scilicet ac ce-
leritate confecisset mitridatem enim cum vigebat plurimum cuntando deuicisse

Tigranē autem oppressisse celeritate Et quod paucis unq̄ ducibus conduxisse ac-
cepimus ad agendum cunctatione ad tuendum audatia vsus est. Atqui mitridates
calliditate potius ac versucia q̄ signis collatis Lucullum ut cōsueuerat rem gestu
ram arbitratus ad Tigranem festinare neglexit sed lento procedens itinere cū ali
quot in eum armenii attonici trepideq; incidissent coniectura rem ipsam augura-
tus est. Pluribus deinde & nudis & saucius obuiam sibi factis audita clade ad que
rendum Tigranem conuersus desertum humilem abiectum miserabiliter cū inue
nisset nullis eum ut ille se quondam conuitiis improbauit: sed equo descendens &
communes secum miserias collacrimans cum meliora eum sperare iussisset ingen-
tem sibi famulorū ordinem vel maximo rege dignum adiunxit. Ambo deinde ad
contrahendas nouas copias animos erexere. Profligato Tigrane confestim inter
grecos barbarosq; qui Tigranocertis erant seditio orta est Lucullus reliquo exer
citu eo amoto cum urbem a grecis accepisset seruatis thesauris ceteram urbē mili
ti diripiendam concessit: in qua preter alias ingentes opes octo milia talentorū fu-
isse constat. Octingēte preterea drachme singulis ex hostium spoliis militibꝫ date
sunt. Erant ea tempestate Tigranocertis plurimi ludorum artifices quos undiq;
Tigranes ad se institutorū spectaculorum causa cōuocarat. His Lucullus ad ꝓpe-
randos pro parta victoria ludos atq; spectacula magnifice vsus est. Grecos postea
donato sibi viatico & barbaros pariter quos modo Tigranes inuitos habitatum eo
traxisset propriis patriis restitutos dimisit Quare una ciuitate soluta plurime red
ditis sibi ciuibus deintegro refecte sunt. A quibus Lucullus perinde ac nouus ea-
rum conditor colebatur. Alia quoq; ornamenta pulcherrima ad viri gloriam acces
sere. Non enim bello magis q̄ pietate iustitia humanitate liberalitate clementia ce
terisq; id genus virtutibus supremas sibi partes laudis appetebat Neq; hec diuine
optimeq; instituite mentis insignia cum bellicis cōferenda censebat. Vbi cū haud
parum militibus tum fortune plurimum deberi glorie iudicatur. Quanti vero mo
menti quante laudis sibi fuerint superiores ille virtutes quibus preter omnem ar
morum operam homines vrbes populos reges sibi conciliauit edisseramus. Et enī
arabum reges eum adeuntes accepta pace omnes suas fortunas Luculli fidei cre-
diderunt. Sponte sua Sophenorum gens accepit imperium & Gordianorum po-
pulos usq; adeo sui desiderio inflammauit ut relictis propriis sedibus una cum libe
ris atq; vxoribus eum si passus esset subsequi peroptarent. Tantam vero istorum
in Lucullum beniuolentiam hinc ortam fuisse perhibent. zarbienus enim eorū rex
cum molestum Tigranis haberet imperiū ad appium ceu diximus clam de socie-
tate cum Romanis ineunda retulerat: nec dum in armeniam Romani eruperant
cum Tigranes detectare zarbienum pariter cū liberis atq; vxore necari iussit Lu-
cullus maxime affectum se viri morte ostendit: ut in Gordianocum regionē adue
niens zarbieni funus amplissimo cum splendore celebrarit. Rogum eius auro pur-
puraq; regali & Tigranis spoliis ꝓornatum ꝑsens ipse cremauit: postremasq; una
cum viri necessariis atq; amicis parentans libationes equalem suum populiq; Ro-
mani socium vocitabat. Iussit preterea preciosissimum illi fabricari sepulchrū. Nā
& ingentem vim auri & argenti in zarbieni thesauris ipse compererat & frumēti
in horreis cōgesti decies trecenta milia modium. His tantis opibus milites locu-
pleti & Lucullus plurimū miratus est q̄ nulla prorsus ex erario publico drach-
ma suscepta ipsum ex illo bello bellum conficeret. Dum hec geruntur legati ab re
ge Parthorum ueniunt amicitiam populiq; Romani societatem petentes. Placuit
ea postulatio Lucullo & ipse quoq; Partho legatos a se remisit qui postea q̄ ad
illum uentum est non cum Romanis modo sed clam etiam cum Tigrane de socie-
tate Parthum agere deprehenderunt mercedemq; consultandi Mesopotamiam

ab illo petebat. Que dum Lucullo fuissent allata neglectis Mitridate atq; Tigrane
quasi iam oppressis ac prope deletis Parthorum vires tentandas instituit & Ro-
mana in eos arma ducenda. Egregium arbitratus si uelut certator in palestra tres
vno belli impetu reges superaret: & trium clarissimorum maximorumq; sub sole
duro in uinctus victor euaderet. In Ponthum ad Sornaciū & ceteros ibi pfectos
mittit qui nūtiarent eos ꝗ primum omnibus eius presidii copiis ascensuro sibi per
Gordianam occurrere. Illi cum iam pridem intractabiles difficillimosq; milites ag
nouissent tum maxime in presentia detecta rorum intemperantia non verbis non
prece non imperio non minis solutissimos homines in miliciam compellere potue-
runt clamantes & obtestantes se non amplius istic mãsuros sed relicto Pontho abi
turos se se quo quisq; decerneret. Hec ad Lucullum renuntiata uulgata per mili-
tum ora presentem quoq; exercitum fede responsionis exemplo corrumpere. Iam
enim opibus iam deliciis ad arma pigerrimos turpissimi ocii cupido Lucullianos ī
uaserat. Ast vbi temerariam Ponthicorum loquendi licentiam accepere eiusmodi
homines viros appellare illos imitandum esse dicere. Et fessis iam pugnando mili
tibus ultimam quietem deberi. Multa se se tranquillo ocio digna propria virtute
elaborasse. His vocibus fedioribusq; uulgatis susceptum Lucullus Parthicū bellū
dimisit Et in ipsum Tigranē media iam estate regressus thaurinis saltibus supera
tis cum campos tunc primum virentes conspexisset qua rigore celi segnius ea re-
gio cuncta producit commeatuum inopiam expectabat Descendens tamen propul
satis armeniis qui bis aut ter tumultum magis ꝗ prelium excitarant quacunq; in
cesserat villas intrepide populabatur. Et frumento quod Tigranes congesserant
in potestatem suam redacto quam sibi uerebatur hostibus egestatem iniecit. Posi
tis itaq; castris & vallo fossa circumductis ad peruastandam super oculis hostium
regionem exibat. Vbi vero fugatos totiens barbaros ne quicq; ad prelium lacessi
tos quiescere vidit: sublatis signis ad Artaxata Tigranis regiam in qua & liberi
eius infantes erant & mulieres ire pergebat id vnum consilium ratus quo lacessi-
tus Tigranes in certamen subduci posset Fama est Carthaginensem Hannibalem
profligato ab romanis Antiocho ad Artaxan Hermeniorum regem se contulisse
multa illum clarissima egregiaq; utiliter edocuisse. Considerasseq; inter cetera ap-
tissimum quendam natura locum squalidum tamen atq; neglectum in quo figurā
vrbis descripserit. Eo deinde adductum artaxan monstrato sibi siro ad rondendā
vrbem facile inflammasse. Et iam paratis omnibus Hanibalem ipsum operi ab re
ge profectum nobilissimam atq; ingentem vrbem dificasse que nomē ab ipso rege
sortita tocius armenie Metropolis declarata est. Profectum in hanc vrbem Lucul
lum Tigranes tolerare nō potuit sed coactis copiis quartis castris haud procul cō
stitit ab Romano exercitu arsamam fluuium in medio intercipiens quem petituri
Artaxata Romani traicere cogebantur. Lucullus peractis deorum sacrificiis per
inde ac victoriam in manibus tenuisset traducto exercitu duodecim cohortes in
fronte totidem a tergo locauit: subsidia contra circuitum hostium peroportune di
stribuit. Multas enim equitum turmas Tigranes in fronte posuerat. In primisq; sa
gittarios Medorum equites & Hiberes astatos in quibus super ceteros mercenna-
rios milites Tigranes rerum suarum momentum esse credebat. Nullum clarū ab
his facinus gestum est sed Romanis cum equitibus equo ferme marte pugnantes
ingruentis Romani peditis impetum non sustinuere sed hinc atq; hinc in fugā ci-
tati Romanum equitem traxere ad se sectandum. Primis itaq; dissipatis ordinibus
Tigranes instructo relicto equitatu in hostem progreditur quocum splendorem
multitudinemq; cum Lucullus subtimuisset confestim insectantibus suis receptui
cani iussit. Deinde conferto agmine primus ipse vna cum optimatibus in barbaros

ruit tanto impetu ut priusq̃ manum conferrerent hostis sola trepidatione deuictus
vnicam in fuga salutem sibi quesisset. Tres erant in eo exercitu reges sed turpissi-
me omnium ponthicus mitridates aufugit: cum ne quidem primum Romanorũ
clamorem sustinere potuerit. Lucullus vniuersam proximam noctem ad insectã-
dum hostẽ absumpsit: & capiendo cedendo predando Romani milites defessi sũt
In superiori nempe certamine plures in hoc uero nobiliores barbaros & cecidisse
& fuisse captos Liuius autor est. His Lucullus tantis elatus victoriis ad subuertẽ-
dum penitus barbarum ascendere instituerat. Autunnale tunc erat equinoctiũ &
omnium spe celerius rigidissima e celo frigora cecidere omnia niue obruta erãt &
si quando serenus aderat aer tum gelu tum pruina humana corpora perrigebant
Difficilimus erat equis ob extremam frigiditatem fluminum potus: difficillim9
erat eorum transitus quia concretis in glaciem aquis glacies ipsa transeuntiũ gra-
uitate confracta asperitate sua equorum tibias neruosq̃ cruentabat. Siluestria de-
inde ac angusta itinera tellus humiditate abundans cadentes e celo niues & ipsa
in madidissimis locis acerba pernoctacio difficillimam ac prope intollerabilem mi-
liciam faciebãt. Paucis itaq̃ post pugnam diebus milites Lucullum secuti cũ aspe-
ritatem itineris recusarent primum per tribunos militum ne longius procederẽt
eum frustra rogare. deinde cõuentibus hic inde factis inter se murmurare: nocte
in tentoriis crudelitatẽ ducis insimulari omniaq̃ infestissimis verbis fedoq̃ tumul-
tu repleri. Videbantur Lucullo res in seditiosam spectare perniciẽ: proinde singu-
los adeundo milites perhumane prensare supplicareq̃ tolerantiã in fortissimos ho-
mines inducere: alteram in armenia carthaginem uelle delere eius hominis opus
qui tot clades populo Romano intulerit: de Hanibale enim Artaxatisq̃ loquebatũ
Postq̃ omnia Lucullus frustra tentari vidit inuitus retro ducebat exercitum &
superato per alios saltus thauro in eam regionem descendit quam Migdonican vo-
cant feracissimam atq̃ apricam. Vrbs erat in ea tum opibus tum hominum multi-
tudine opulenta quam barbari Sibin greci Migdonican Anthiochiam appellant.
Huic nempe Guras Tigranis frater preerat. Summa tamen machinamentorũ pe-
ritia res belli Callimachus gubernabat: is qui multos ad Amasum Romanis labo-
res intulerat. Itaq̃ ad obsidendam hanc urbem Lucullus ultimo conatu consedit.
Et cum paruo illam tempore ui cepisset Guram qui se se Luculli humanitati com-
misit perbenigne suscepit. Neglecto vero Callimacho qui tuẽde sue vite causa ab-
ditos pollicebatur maximarum opum reuelare thesauros in pedicas coniectum ser-
uari iussit: penes daturum eius incendiu quo Amasenorum urbe uastata liberali-
tatis humanitatisq̃ sue in grecos declarande occasionem extinxerat. Fortunã huc
usq̃ indubie cum Lucullo commilitasse visum est prosperasq̃ semper suis consiliis
auras prestitisse. At deinceps tametsi egregiam prudentissimi magnanimiq̃ vir-
tutem imperatoris ostenderit tanq̃ aduerso semper spirante flatu in altũ frustra
contemneret nullam res a se geste gratiam nullam prorsus gloriam habuere. Ce-
terum superiores ille quas omnium mortalium consensu sibi vendicauerat laudes
prope modum deflexere: neq̃ minime proxime infelicitatis cause sibi non sũt ascri-
bende. Non enim quo decuit studio equali ue comitate militarem multitudinẽ co-
lebat quia uniuersas seruientium voluptates ad ignominiam perniciemq̃ imperan-
tis spectare existimabat. In primis vero id sibi plurimum obfuisse constat ꝙ equali-
um suorum & qui in exercitu magistratum gerebant quanti par fuerat neminem
faciebat: sed neglectis omnibus nullum secum conferendum esse arbitrabatũ. Hec
sola inter tot tantasq̃ ornatissimi viri virtutes mala sedisse ferunt. Etenim mode-
stissimum atq̃ magnanimum & in dicendo fuisse grauissimum paremq̃ togatum
& armatũ domi militie pace & bello splendorẽ habuisse prudẽtie. Primã militaris

huius odii atq; intemperantie facem in Cizeno bello statim arsisse Salustio placet:
& ad amasum maluisse potissimum quod duo biberna illos intra uallum agere com-
pulisset. Accendebant eos & reliqui bibernandi labores: siue enim in hostili siue in
sociali regione stetissent sub diuo semper vniuersi milites cōtubernabāt: neq; semel
modo vllā in pacatā urbem Lucullus cū exercitu est ingressus. His militū odiis
Rome uulgatis Luculli aduersarii accensos lōga inuidia animos eleuare & proca-
citer eum insimulare quod auaricia immoderataq; imperandi cupiditate bellū pro
duceret. Et cum ferme Ciliciam Asiam Bithiniam Paphagoniam Galatiam Pon-
thum Armeniam usq; ad Phasidem occuparet ad diripiendam quoq; Tigranis re
giam cōtendisset quasi ad spoliandos nō debellandos reges esset emissus. Has atro
cissimas uoces Lucium Quintium vnum ex Romanis ducibus in primis iactasse fe
runt: cuius maxime studio ac vigilantia cum de bis rebus ad Senatum relatū esset
placuit abrogari Lucullo imperiū Eam alteri decerni prouinciam: multosq; eius
exercitus milites emeritos fieri atq; exauctorari. Accessit huic & maior altera re
bus Luculli pestis. Publius clodius cum Lucullo cōmilitabat vir nefarius scelest9
superbissimaq; temeritate imbutus & qui libidini sue in sororem que Luculli vxor
erat intemperatissimam mulierem indulxisse fertur. Is cum non quantum sibi ipse
concedebat honoris ab imperatore assequeretur: primas enim maximarum rerum
partes sibi iure deberi arbitrabatur Fimbrianos milites pellicere plurimūq; sibi cō
ciliare adortus est. Quod ubi satis ei successisse apparuit: q; primum illorū animos
ab Lucullo alienare summūq; illis fastidium imperatoris inducere. Neq; difficile
fuerat homines diuturna consuetudine factiosos tum pollicitando tum blandos in
serendo sermones corrupisse Hi enim erant qui duce Fimbria Flaccum consulē oc-
cidentes eum sibi delegerunt imperatorem. Quare Clodium amicum militū appel
lantes periocunde cōplectebantur. Simulabat enim eorum se maxime misereri si
magnis bellis maioribus periculis maximis deniq; laboribus nullus modus nulla
usq; requies aderit: sed omni cū gente bellando orbem terre pererrando bellis bel
la finiendo miseram vitam terant nullam tam onerosa militia dignam expectātes
mercedem. Non milites amplius sed Luculli diuitiarum defensores atq; custodes
esse quibus tot camelos tot plaustra aureis gemmatisq; poculis plena imperatoris
auaritie tuendum esset. Iam Pompeianos milites in populum redactos cum libe-
ris atq; cōiugibus felicem regionem urbesq; opulētas per ocium possidere. Nō Mi
tridatem non Tigranem pluuiis nunc pruina gelu obrutos per uasta deserta secta
ri regias Asie dicturos sed profugorum bellum in hispania seruile in italia gere-
re. Erit ne igitur tantis vnq; nostris laboribus modus num quiescemus num cessa
bimus num ociabimur aliquando Reliqua nobis milites si viri sumus Pompeio im
peratori vita seruāda est a quo maximum sui ornamentum commilitonum diuitie
atq; felicitas iudicantur. Hac peste corruptus exercitus neq; in Tigranē proficisci
noluerunt neq; in Mitridatem qui iam ex armenia in pontum pristinum sibi vendi
caturus imperium ueniebat Et hiemis acerbitatem insimulantes circa gordianā
hiberna trahebant summo Pompeium super ceteros duces desiderio expectantes
Lucullo in prouinciam subrogandum. At postq; nuntiatum est Mitridarem ꝓfli-
gato Fabio in Sornatium atq; Triarium vires suas inducere sola verecundia com-
pulsi Lucullum milites sequebantur. Triarius confestim quasi victoriam in mani
bus habuisset quo sibi totam laudem uendicaret priusq; Lucullianus adesset exer
citus conserto prelio ingentem eladem accepit Proditum est enim supra septem
Romanorum milia occidisse centuriones centū & quinquaginta tribunos militū
supra quatuor & viginti & Romana castra in Mitridatis potestatē venisse. Pau-
cis postea diebus Lucullus adueniens Triarium ab iratis militibus ad supplicium

quesitum abscondit. Ad mitridatem subinde conuersus cum in certamen eum du
cere lacessendo frustra tentasset quia is Tigranem cum multis ad se copiis descẽ
dentem expectabat occurrere Tigrani pugnaturus instituit anteq; bi duo simul iun
gerent exercitus Sublatis itaq; castris Fimbriani milites tumultu in itinere facto
ordines suos diseruere quasi nouo Senatus consulto ea militia exauctorati essent:
& decretis iam aliis ducibus prouinciis haud amplius ad Lucullum spectaret im-
perium. Nil fuit profecto quod non Lucullus ad sedandos flectendosq; militũ ani
mos posthabita maiestate imperii humiliter experiretur singulos orando prensan
do leniendo sordida cum ueste deiectus elacrimabat' Illi tanti ducis lacbrimis ꝑci
busq; neglectis uacua marsupia abitientes solum cum hostibus pugnare iubebant
a quibus solus ipse locupletari didicisset. Tandem flexi aliorum militum precib9
Fimbriani cum Lucullo pepigere secum se proximã moraturos estatem & si nemo
interim pugnaturus occurreret liberos atq; solutos esse. Has tam angustas condi-
ciones Lucullum aut subire oportuit aut desertã omni presidio barbaris dimitte-
re regionem. Continebat itaq; illos non ad pugnam amodo neq; ad militare quip
piam facinus deinceps educens: sed sola eorum expectatione contentus Cappado
ciam ab Tigrane solutissima licentia depopulatam paciebatur. Sustinebat tacit9
in pristinas se se Mitridatem vires erigere quem ipse pridem senatui scripserat de
bellatum. Et ob id aderãt sibi legati ab Roma missi ut res Ponticas ceu plane Ro
mano imperio uendicatas componerent. Qui cum non modo ponti sed ne quidem
sui exercitus dominũ inuenere ab debacchatis militibus abiectissimũ atq; neglectũ
Quibus tantum erga imperatorem suum incontinentie tantum petulantie fuit ut
estate cedente armati strictis ensibus remotissimos & qui nulli videbantur hostea
ad prelium prouocarent. Deinde pariter conclamantes & crebris inanẽ aerẽ ictu-
bus ferientes e castris egrederentur obtestati id omne quod cum Lucullo pepige
rant tempus effluxisse. Relictos quoq; milites Pompeius litteris ad se accersebat
Iam enim ad Mitridatem Tigranemq; debellandos dux Rome fuerat cum plebis
tum factiosorum principum suffragiis declaratus. Enimuero ingratissima senatui
optimatibusq; ea res videbat & amplissimis Luculli meritis haud digna quia non
belli sed triumphi successorẽ acciperet Neq; imperiũ aut magistratũ sed mercedẽ
ꝑmiũ fructũq; rerũ a se gestaꝝ subrogato sibi duci cõcederet. Ceterũ ab his maxi
me qui aderãt prostrata Luculli dignitas atq; fortuna non sine multa mira cõspici
potuit. Non enim honoris nõ auctoritatis nõ imperii eius erga milites ullum ꝓpe
modũ uestigiũ apparebat Omnes edicto Pompeii ab Luculli cõgressu ꝓhibebantẽ
Nulli penitus parere licebat his rebus quas ipse decem pariter cũ legatis institue
rat atq; cõscripserat. Sed iam omnes in Pompeium qui multis florebat copiis con
uersi suis audiebant edictis. Communibus itaq; tandẽ amicis intercedentibus bi
duo duces in vico quodã Galacie pariter cõuenere ubi habito familiari congressu
super rebus a se magnifice gestis ambo vicissim cõgratulati sũt. Grandior erat eta
te Lucullus: ceterũ dignitas Pompeii cũ pluribus imperiis tũ duobus triumphis
amplior erat atq; insignior. Laureatos propter victorias fasces vterq; pre se fere-
bat sed longo Pompeii itinere per loca squalida atq; inculta Lauri iam circa fasces
aruerant. Quod ubi Luculliani lictores aduertissent ex ꝓpriis: quas & recẽtes &
virides habebãt Lauris liberaliter cõtulere. Id Pompeii amici in bonũ omen uerte-
rũt. Et enĩ reuera Luculli res geste illius imperiũ perornarũt. Nil tamẽ habitus
sermo pacatũ nil amicũ inter eos adduxit: sed alienatis magis animis cum mutuo
discessissent. splendore parata non modo purpureis stratis poculis auro gemmisq;
elaboratis choris cetib9 scenicisq; recitationibus admiranda sed varietate quoq; ac
multitudine epularũ & ingentibus habundantissimisq; bellariorum apparatibus

Quibus rebus illiberales eū homines beatum appellabāt. Pompeium aduersa cor
poris valitudine captum clare de se in Lucullum loquutū fuisse tradunt. Nam cū
medicus eū turdos cōmedere iuberet & ministri quia escas esset alibi q̄ apud Lu
cullum domi nutritos reperiri posse negarēt uetuit Pompeius ut inde assumeren
tur. Et ad medicū conuersus si Lucullus inquit delicatus nō esset num foete Pom
peius non viueret. Quare alia dari sibi iussit que aliunde facile comparari possent
Hunc tantum Luculli luxum Cato qui tum erat summa & amicitia & familiari-
tate coniūctus vsq̄adeo iniquo ferebat animo ut cū adolescens quidam in senatu
longam & importunam de modestia & paecitate orationē ageret exurgens Cato
tacebis ne inquit hodie diues ut Crassus uiuens ut Lucullus loquēs ut Cato. Qui
dam & si dictum id in curia fateantur ab Catone tamen fuisse negant. Lucullus
vero nō voluptatem modo sed laudem quoq̄ his sibi sumptibus queritabat. Quod
quidem conicere ex his par est que de illo sunt mandata memorie. Ferunt enī gre
cos quosdam homines qui Romam ascenderant illum multis apud se diebus conui
uatum fuisse. Qui cum rursus inuitarentur greca quadam parsimonia in uerecū
diam ductos recusasse uocationem indignum dicentes si propter se tantis quotti-
die sumptibus conuiuia pararentur. His vocibus risisse Lucullū dixisseq̄. Nonnul
la profecto ex his proptee vos fiunt o viri greci: ceterum plurima propter Lucul-
lum parari iubeo. Cum nō forte nemine apud eum cenāte vnica sibi mensa dapesq̄
modeste parate essent dispēsatorem domus ad se vocatum obiurgauit. Cui ille nō
putabam inquit cū solus cenaturus esses sumptuoso tibi opus esse conuiuio. Quid
ais Lucullus inquit an ignorabas penes Lucullum hodie cenaturum esse Lucullū
Itaq̄ cum totam iam vrbem harum eerum crebra fama peruaderet Lucullum tūc
forte per ocium in foro sedentem Pompeius Ciceeoq̄ cōuenere. Hic nempe in pri
mis sibi familiaris erat atq̄ amicus. Pompeio vero & si tāta quadam simultate ob
Mitridaticum bellum mutuo aduersarentur & loqui tamen familiariter & cōsue
uisse solebat. Cicero itaq̄ salutato Lucullo volumus inquit apud te cenare hodie
ea conditione ut nil noui nostri causa paraci iubeas. Subrecusabat id Lucullus &
in posterum diem deferri conuiuium postulabat. Illi vero neq̄ differre neq̄ allo-
quendi secreto familiares suos facultatem sibi facere uoloere: ne aliud domi paea-
ri iuberet conuiuium. Hanc tamen sibi postremo ueniam prestitere ut vel ipsis au
dientibus cuidam ex familiaribus suis id solum diceret in Appolline cenabitur ho-
die: ea sola voce fefellit eos. Id enim erat vnum ex maximis eius cenaculis eo nomi
ne appellatum. Singulis enim ut videtur cenaculis & conuiuii precium & splen-
dor apparatus definitus erat. Quamobrem famuli audito loci nomine cōfestim in
telligebant quantis sumptibus quali ornatu quoue ordine conficiendum esset con-
uiuium. Consuerat autem preciu quinquaginta milium in Appolline cena parari
que cum sic eo quoq̄ die acta fuisset. Mirabatue stupore quodā Pompeius in tāta
epularum habundantia celeritatem appaeatus. His itaq̄ in rebus Lucullus maxi-
mas opes tanq̄ barbaras & bello partas pacum vtiliter consumebat. Nil minus tū
diligeutie ad ea sibi comparanda adhibuit que studioso ac litteratissimo homine
digna essent. Et enim plurimos pulcberrimosq̄ scriptos coegit libros quorum pro
fecto vsus maiorem sibi q̄ ipsa possessio gloriam vendicabat. Studioso enim cuiq̄
& bibliotece & que circa eas erant schole atq̄ deambulatra libere perpetuoq̄ pa-
tebant Quo se greci tum per ocium licuisset velut in amenissimum quoddam mu
sarum diuersorium conferre solebant Ibi loquendo legendo disputando diem iocū
de terebāt. Et Lucullus plerumq̄ vbi eruditissimos viros disputare vidisset eo se
potissimum ingerebat. Siqua etiam ope illis in re p. opus fuisset auctore Lucullo
q̄ primum assequebātur vt vix credibile sit quod fuerit illud quantūue in grecos

homines studium atq humanitas fouebat eos: colebat eos conuiuabatur eos & ꝓ-
prios lares liberam grecorum Romam uenientiũ aulam faciebat. Omne vero phi-
losophandi genus familiarissima quadam cognitione cõplexus est. Academiã tñ
a principio summo studio & amore colebat non eam que noua est appellata. Quãq
tunc maxime & Carneadis sciptis & Philonis doctrina floruerit. Sed veterẽ cui9
tunc erat princeps Ascalonita ille Anthiochus vir & acris ingenii & dedicẽdi ra-
tione peritissimus eruditissimusq. Hunc Lucullus summo studio sibi in amicitiã
cõciliatum socium vite fecit & Philonis auditoribus se opposuit. Horum vnus. M
cicero erat: qui cum elegantissimum suo more in veterem Academiam librũ scrip
sisset eius secte partes Lucullo sibi ipsi cõtrarias laudandas concessit. Et Lucullus
ea propter liber ipse inscribitur. Erant enim mutua inter se beniuolentia iuncti &
consiliorum in re p. socii. Non enim se Lucullus penitus absoluerat a re p. sed pri-
mos inter vrbis principes locos atq honores quia in his plurimum molestiarũ atq
periculi esset Crasso dimisit atq Catoni. Hos enim duos postea q supremas ipse
partes in Senatu recusasset: Hi quibus pompeii potentia suspecta erat libertatis
principium tutores effecerãt ob amicorum patrocinia descẽdebat in forum. In cu-
riam vero si quod Pompei studiũ siquã extinguere audatiã oporteret. Etenim de-
creta que debellatis ille regibus instituerat antiquar. fecit: quam ue militibus scrip
serat largitionem socio Catone dari prohibuit. Quamobrem pompeius in crassi &
cesaris amicitiam potius vero coniurationem confugiens cum armis & militibus
totam fere urbem implesset eiectis extra forum Lucullo atq Catone decreta sua
promulgari fecit. Eius indignitatem rei cum periniquis ut par erat animis opti-
mates ferre viderentur Brutium quendam pompeium in medium produxere quẽ
pompeio insidiantem deprehendisse dicebant. Hic in Senatũ deductus alios quos
dam Romanos accusauit. In populo uero Lucullum ipsum adiecit quem insidiarũ
auctorem in pompeii caput fuisse asueuerabat. Nullam vero fidem cum testis le-
uitate tum verborum inconstantia ea sibi accusatio uendicauit. Sed cum mercede
omnes eum virum in Lucullum solicitatum esse censerent tũ paucis postea diebus
additum sceleri scelus rem maxime patefecit. Inuentum est enim bruti cadauer
eiectum e carcere quem naturali valitudine confectũ esse dicebant sed interfectũ
a pompeianis recentes iudices & sugillationis uestigia declarabant ne per ipsum
etiam accusatorem res unq in lucem produci posset. Ea res plurimum ab republi-
ca Lucullũ abduxit Sed Cicerone postremo sũma cum indignitate ex vrbe electo
missoq in ciprum Catone ab omni publica cura prorsus se se absoluit. Ferunt aũt
eum sub mortem aduersa mentis ualitudine captum paulatim contabuisse. Porro
Cornelius nepos non etate mala neq naturali morbo sed medicamentis ab calistene
quodam liberto suo corruptum in id incidisse prodidit Pompeius omnia illius isti
tuta antiquauit: omnesq preter mille sexcentos quibus cũ ille triumphare posset
milites sibi asciuit. Nec ii quoq leto admodum animo cum Lucullo mansere. Sic
igitur Lucullo aut ingenium aut ipsa fortuna in re omnium maxime imperatori ne
cessaria aduersabatur. Que vna si eius fortitudini vigilantie prudentie equitati
cetirisq clarissimis ac singularibus ornamentis accessisset: nõ Eufrates in Asia sed
mare hircanum ipsiusq Asie fines Romanum terminasset imperium. Quandoqui-
dem ceteras gentes Tigranes ab se debellatas ante contuderit: & Parthorum vi
res nõ sub Lucullo quantum deinde sub Crasso valide vniteq floruerint sed bellis
intestinisq seditionibus dissipate neq armeniorũ iniurias potuerunt vlcisci. Equi
dem consideranti mihi ꝑsepe videri soler hisce rebus quibus Lucullus ingentia pa
trie commoda comparauit ceteros duces plurimum intulisse detrimẽti. Quid erĩ
aliud q̄ Partha in Armenia vicina Parthis trophea q̄ Tigranocerta q̄ nisibus q̄

ingens p̄da inde Romam abacta ꝙ captum deniq; diadema Tigranis Crassum ad
potiundam Asiam extulit atq; accendit: arbitratum nil aliud ꝙ p̄dam atq; spolia
barbaros esse. Verum ubi in Parthorum sagittas armaq; incidisset facile declara-
uit non mollitie aut hostium imbecillitate Lucullum sed fortitudine audatia con
silio tantas retulisse victorias. Sed de his alias. Regressus itaq; Romam Lucull9
M. fratrem offendit ab. C. Memmio accusatum super his que questor sub impera
tore Silla gesserat. Et cum Marcus id iuditium euasisset Memmius omnem iram
in Lucullum conuertens populum incitabat. Multa eum preter auctoritatem cō
sularis imperii p̄ter Senatus consultum multa fecisse ꝓtraxisseq; bellum diutius
dictitabat. His vocibus adductus populus triumphum Lucullo negabat. Et cum
res in maximū venisset certamē primores patr; & potentissimus quisq; in republi
ca quibus Luculli dignitas cara erat tribubus sese miscentes vix populo de conce-
dendo Lucullo triumpho persuasere. Non itaq; uelut aliqui aut longitudine pom-
pe aut rerum expositarum multitudine admirandum tumultuosumq; triumphum
egit: sed ꝙ pluribus hostium armis regiisq; machinis cum flamminiū perornasset
clarum suopte splendore id spectaculum videbatur In pompa capta fractorū equi
tum pauci decem falcati currus procedebant Ex regiis ducibus atq; amicis sexa-
ginta captiui. Naues longe atq; rostrate decem supra centum vna deferebantur.
Ipsius deinde Mitridatis aureum simulachrum sex pedum longitudinis & clipe9
quidam preciosis lapidibus perornatus. Viginti preterea argēteis vasis: aureis ue
ro & poculis & armis atq; nummis duo supra triginta conferta erant: hec omnia
ab hominibus deducebant. Octo uero muli lecticis aureis onusti erāt defecato uero
argento sex & quinquaginta. Alteri preterea centum septemq; muli paulo minus
decies ducenta septuaginta nummi atq; argenti milia deportabant. Ferebant &
ipsi libri i quibus quantum Pompeio ad Piraticum bellum quantum in Erarium
publicum pecunie ipse contulerat inscriptum erat. Singulis preterea militibus no
ningentis quinquaginta dedisse drachmas. Vrbem deniq; vicinosq; vicos magnifi
co epulo conuiuatus est. Repudiata deinde clodia pessima incōtinentissimaq; mu
liere Seruiliam Catonis sororem duxit. Nullo hec iflagitio superiore purior erat
nisi q fratrum calumniam non subierat. Eius fastidium atq; intemperantiam Ca-
tonis reuerentia diu perpessus tandem repudiauit. Iam Luculli p̄sentia amplissi-
ma spe animos patrū impleuerat. Videbatur enim virum tanta rerum a se gestar;
gloria auctoritateq; florentem Pompeii audaciam comprimere atq; tirannidem
& optimatum amplitudinem posse tueri. Ceterum siue quod iam egrotam patriā
pronamq; in futuram ruinam cerneret siue ut quibusdam placet q satis sibi vendi
catum glorie arbitratus ab diuturnis laboribus atq; periculis: quorum plerumq;
infelicissimi essent exitus ad litterarum ocium studiosamue quietem reliquū vite
conferre voluerit ab republica sponte se abdicauit. Sunt itaq; qui hanc Luculli sen
tentiam laudandam plurimum arbitrentur. Non enim in Marii calamitates atq;
miserias decidisse: qui post Cimbricas victorias illaq; maxima clarissimaq; facino
ra nullum ad custodiendos iam partos honores modum statuere iudicauit. Sed in
saciabili glorie imperiiq; ambitione senex cum ineuntibus rempublicam iuuenibus
contendens se se in res turpissimas rebusq; miserias turpiores precipitauit. Et Ci
ceronem post pernitiosissimaq; Cataline conspirationem diuino suo ingenio a com
pressam Scipionem...

quod in uoluptates atq; luxuriem se se dimisisset quasi nõ militaribus ciuibusq; ne-
gotiis aptior q̃ ocio atq; deliciis etas illa fuisset. Mihi vero Luculli vita ueteribus
simillima comediis videri solet: quarum prime partes rebus domi militieq; gestis
postreme vero conuiuiis potionibus cantu procaci facibus omniq; luxus genere cõ
tinentur. Ego enim sumptuosa illa edificia ingentes balneorum atq; deambulatoru
apparatus picturas statuas omneq; eiusmodi rerum studium ad luxum arbitror
referenda: quas ipse res permaximis sibi sumptibus comparauit. Et opibus quas
sibi per multas honestissimo militie iure vendicarat affluentissime utebat̃. Tanta
vero in nostram usq; etatem eius delitie opinione omnium efferuntur ut inter or-
natos sumptuosissimosq; regum ortos Luculliani dinumerentur in primis. Quid
de his operibus que iuxta mare circa Neapolim magnifice splendideq; cõstructa
sunt iudicandum arbitramur: ubi altiores profundis fossis tumulos ipse suspende
rat ubi Maritimis edes easq; pulcherrimas atq; amplissimas edificarat. Vbi discur
sus maris piscososq; riuos edibus circumduxerat. Que singula cum stoicus tubero
haud satis mirari potuisset Xerxem eum ex togato homine appellauit. Erant illi
preterea edes in Tusculano spatiosis thalamis deambulatrisq; perornate e quibus
ceu e speculis undiq; circumspici poterat: in quas Pompeius adueniens accusauit
Lucullum quod ad estatem optime accomodatas inhabitabiles hieme fecisset. Cui
ridens Lucullus num tibi inquit Pompei minus q̃ grues aut ciconie mentis ha-
bere videor ut non pariter cum tempore habitationem quoq; permutem. Cum ue
ro pretor quidã purpureas celebrardi spectaculi ab eo clamides petisset inspecta
rum si domi haberet daturumq; liberaliter si adessent respõdit. Postridie vero ro
ganti Lucullo quot sibi clamidibus opus esset cum centũ ille sufficere respõdisset
ducentas sibi dari Lucullus iussit. Proinde Flaccum poetam dixisse fertur: nõ eas
se putare diuitias quarum reposita atq; celata non plura essent his que palam con
spicerentur. Erant autem Lucullo conuiuia nouo semper diuitiarum. Calistenem
vero ea fidi medicamina propinasse quia uim amatoriam habuisse crediderat Lu-
cullumq; tantum ab rationis usu abfuisse ut uel eo viuente omnis rei familiaris cu
ra Marci fratris consilio fuerit gubernata. Atq; maxima eius beneficia in patriam
& ingens gloria tum domi tum parta militie sic omnium in memoria peruigebat
ut mors eius luctum suis populo merorem bono cuiq; lamentationem attulerit. Cõ
currebãt eo omnes & nobilissimus ab adolescentibus delatum in forum corpus se
pelliri uolebãt in campo martio ubi silla iacuerat. nemine ex Luculli necessariis id
expectante. haud enim facilis apparatus ille fuisset. Quare Marcus frater mul-
tis a populo precibus impetrauit in agro tusculano Luculli funera celebrari. Nec
ipse ingenti fratris merore affectus multum deinde temporis superuixit. Sed bo-
na cũ eius etate atq; gloria vita quoq; pariter est extincta. Ego itaq; Luculli mor
tem perbeatam maxime oportunamq; iudicandam arbitror. Non enim quã roma
ne libertati infesta fata moliebantur fedam lacrimabilem miserandamq; reipublice p
uersionem vidit. Ceterum liberam adhuc egrotam tamen atq; labantem patriam
cum vita reliquit. Idq; in primis omnium Lucullo Cimoniq; commune fuit. Quan-
do quidem & iste nondũ turbatis sed ingentibus adhuc grecie rebus diem obiuit
Non tamen ut ille a republica solutus atq; diuisus sed pariter cum vita & imperiũ
& Cimonis militia cecidere. Neq; ab armis honoribus atq; tropheis uelut in por-
tum quendam se se in potus commessationesq; contulerat ceu mordaciter in orphe
um ait Plato arbitratum eos qui bene honesteq; vixissent apud inferos premiũ ma
nere crapulam sempiternam. Ocium vero atq; tranquilla quies & clarissimũ litte
rarum studium honesta cum voluptate coniunctum dignissimum cum grandiori
etate viro & a ciuilibus bellicisq; muneribus absoluto solaciũ videri debet. Verum

ab ingenti rerum gestarum gloria in luxum uoluptatemq; deflexisset & reliquũ
vite in iocis atq; delicus uelut imperiorum victoriarum aphrodisia idest ueneris
festa egisse hanc haud pulchram vite mutationem existimo neq; Xenocratem imi
tantis sed ad Epicuri sententiam potius inclinate Nec parum mirari soleo si quan
do cum primis ultimas eorum etatis partes ipse contulero. Etenim illorum iuuen
tus prorsus contraria fuit Cimonis quidam infamis atq; soluta. Luculli vero tem-
perans & erudita melioris itaq; est qui in meliorem uite institutionem conuertiẽ
Et longe laudabilius est id ingenium ubi arescentibus vicis virtutes continuo flo
tescunt. Atqui amplas diuitias pari sibi ratione quesitas non pari tamen splẽdore
errogauerunt Quis enim australem artis murũ q̃ Cimonis opibus absolutũ fuisse
constat Luculli thalamis atq; tumulis piscosis riuulis circumseptis quos ipse circa
Neapolĩ barbaris manubiis exedificauit non digne anteposuerit? Quis preterea cũ
Cimonis Luculli mensam contulerit? cũ officiosa & humanissima luxuriosam atq;
regalem? Hec enim ad paucorum delitias ingentes diuitias effundebat: Illa mode
stis sumptibus enutriebat quotidie multos Sed pro tẽporum tamen uarietate res
ipse compensande sunt. Incertum fuerat enim si publicis a laboribus atq; magistra
tibus in tranquillam ociosamq; senectutem defluens Cimon fastigiosam lasciuamq;
duxisset vitam: presertim cum viri ingenium non ab immoderato vini vsu non ab
mulierum amoribus nõ ab omni deniq; vite festiuitate abhorruerit Ceterũ maxi-
marum rerum assidue meditationes atq; consilia & bellorum tum crebra pericula
tum innumerabiles pene labores: ceterarum voluptatum impetum intermittunt
in his potissimum animis: qui generosa quadam nobilitate ad capescendam gloriã
nati sunt. Nemo vero tam subtilis criminum inquisitor non vitiorũ quisq; tã acerri
mus accusator esse potuit ut si dum imperium bellumq; gerebat Lucullus diẽ ulti
mum obiisse vel vnam huic viro calumniam potuerit inuenire. Sed ipsorum vita
satis. Bellicis vero in rebus ambos terra mariq; clarissimos duces fuisse constat Ce
terum sicut athletas eos qui eodem die vna palestra luctaq; coronantur insueta rei
magnitudine victorias uocant Sic Cimon uno die pedestri naualiq; trophe o coro-
nans greciã iure suo in bellicis artibus primas sibi partes vendicare videt̃. Patrie
deinde Cimon: Lucullo vero patria imperium dedit. Et hic amplissimis Rome so
cialium viribus urbium res maximas gessit: Ille vero subiectã imperio grecie pa-
triam usq; adeo extulit ut superatis hostibus non eam modo liberã fecerit: sed sibi
quoq; grecarum rerum summam adiecerit. Persas enim deuictos ab accessu maris
prohibuit: & suasi ab eo Lacedemonii grecie sponte imperio concessere. Si maxim
preterea imperatoris officium ducimus obedientiam sibi militum cum beniuolen-
cia comparare: Profecto Cimon Lucullo anteponendus erit. Quando quidẽ istum
milites sui neglexerunt: illum vero socii summa cum admiratione fuerint venerati
ab isto sui defecerint: ad illum alieni confugerint. Et hunc deniq; militea quibus
cum ad bellum egressus erat regredientem deseruerint. Ille vero domum redierit
princeps eorum: quippe quorum sub imperio primum enaugarat tria omniũ diffi
cillima cum hostibus pacem cum Lacedemoniis cõcordiã inter socios imperiũ asse
cutus. Florentissima vero imperia regesq; delere potentissimos uterq; adortus in
ipso pene rerum ac bellorum culmine cecidere. Cimon nempe aduersa solum fortu
na preoccupatus nam & imperator & in maximo glorie flore extinctus est. Lucul
li vero casum non ita in fortunam transferam: quin sibi aliquã eius rei causam ascri
bendam arbitrer. Siue enim ignarus siue negligens id erit summo sibi detrimento
fuisse quis dubitat? quod militum audatiã temeritatem auaritiam verba seditio-
nes non composuerit. Que omnia fortune pestia monumenta pre se ferebãt. Sed id
prrponendũ Cimoni quoq; commune fuit, Et enim ciuibus suis inuisus p ostracos

idest suffragii genus damnatus exulauit. Ne decem annos eius ut inquit Plato uo-
cem audirent. Nobilissima enim & summa virtute ornata ingenia: quia non ad uo-
luptatem consilia sua referunt multitudini perraro placere consueuerunt. Si vero
publicos errores hominum peccandiq; licentiam comprimere studeant ad intolle-
rabile sui fastidium uulgus accendunt: perinde ac medicorum vincula que tamet si
ad pulchrum nature ordinem membra componant toleratu tamen difficillima sūt.
Quamobrem omne fortasse eiusmodi crimine tantos viros absoluere dignum fue-
rit. At qui multo longiora Lucullus itinera cum copiis suis emēsus est & in remo-
tiores orbis terrarum regiones penetrauit. Primus enim Romanorum omniū cū
exercitu taurum superauit. Tigrim traiecit Asie regias ipso sub hostium aspectu
Tigranocerta Cabira Sinopem Insibim cepit diripuit incendit. Omnem Asiam
septentrionalem usq; ad Phasidem orientalem usq; ad mediam Australem usq; ad
rubrum mare Romano adiecit imperio. Et potentissimi reges tot a se victoriis p-
fligati nil prorsus aliud q̄ nuda corpora referentes in uastas solicitudines siluasq;
inaccessibiles & nullo antea humano uestigio presignatas ceu fere aufugerunt. In
hoc autem Lucullus maxime preferendus est Cimoni quod per se ceu nil graue
sub Cimone passi continuo in grecos arma mouerunt & ingētem eorum exercitū
in egipto vicerunt fuderunt trucidarunt. Ceterum post Lucullum quid egit Ti-
granes dignum memoria? quid Mitridates cum his superioribus cladibus obtri-
tus atq; confractus: nec modo semel aduersus Pompeium copias suas extra uallū
educere ausus fuerit: sed sola fuga saluti sue consulens in Bosforū se se recepit. Ti-
granes vero cū nudus atq; inermis coram Pompeio supplex humi pcubuisset sub-
latum propriis manibus e capite diadema ad illius pedes deposuit. Neq; tā Pom-
peii virtute q̄ Luculli victoriis in eius spectaculi miseriā corruit: & regni insignia
quasi prius ablata tunc sibi restituta iocūde suscepit. Clarior is itaq; imperator du-
cendus est: cuius artibus virtute ingenio industria vigilantia aduersarii vires ma-
gis contunduntur. Cimon preterea his cum hostibus bellum gessit: quorum sub
Themistocle Pausania & Leotichida asperrimis cladibus vires animiq; ceciderāt.
Quare & suis victoriis id plurimum conduxisse par est. Nam facillime confractis
animis corpora debellari solent. Lucullus vero cum Tigrane immēso imperio innu-
meris copiis amplissimis opibus clarissima maximarum victoriarum gloria florēti
congressus est. Si hostium deniq; numerum vtrinq; considerare uelimus: tanto Lu-
cullo Cimon erit inferior ut non modo non par sed ne quidem cum illo conferēdus
esse videatur. Vtriq; tamen perspicuum est afflasse celeste numen premonuisseq;
Lucullum quidem que adoriri: illū vero que obseruare debuerit: & ambos deorū
suffragiis in tam sublime glorie fastigium euasisse.



18494675

